

ANTONIUS BERTOLONIUS EQ.

Primus hic Italicae pandens penetralia Florae
Edocuit nostras noscere delicias

ANT[illegible] BERTOLONII M. [illegible]

IN [illegible] [illegible]NASIO BONONIENSI BOTANICES [illegible] [illegible] COLLEGII MEDICOR. ET CHIRURGOR. BONON. [illegible] SOCIET. ITAL. ACAD. INSTIT. SCIENT. BONON. [illegible] [illegible] CENCEN. [illegible] BONON. SOC. [illegible] [illegible] MEDICO-CHIRURG. [illegible] SOCIET. LINNAE[illegible] [illegible] ET LUGD. [illegible] CULT. ET MEDICO-BOT. [illegible] [illegible] SCIENTIAR. [illegible] MUTIN. BRUXEL. [illegible] [illegible] AD HIST. NAT. [illegible] &C. [illegible]

FLORA ITALICA

SISTENS

PLANTAS IN ITALIA ET IN INSULIS CIRCUMSTANTIBUS

SPONTE NASCENTES

[illegible] ... mutatis [illegible] [illegible]
[illegible]

VOL. I.

BONONIAE [illegible]

EX TYPOGRAPHAEO [illegible] [illegible]ASII

SUM[illegible]

ANTONII BERTOLONII M. D.

IN ARCHIGYMNASIO BONONIENSI BOTANICES PROFESSORIS PRÆSIDIS COLLEGII MEDICOR. ET CHIRURGOR. BONON. E XL VIRIS SOCIET. ITAL. ACAD. INSTIT. SCIENT. BONON. ACAD. SCIENT. GENUEN. ET GEORG. BONON. SOC. ORDINAR. SOCIET. MEDICO-CHIRURG. BONON. SOCIET. LINNÆAN. PARIS. ET LUGD. SOCIET. HORT. CULT. ET MEDICO-BOT. LONDIN. ACAD. SCIENTIAR. TAURINENS. MUTIN. BRUXEL. GIOEN. INSTIT. NEAP. AD HIST. NAT. AUG. &C. SOC. EXTR.

FLORA ITALICA

SISTENS

PLANTAS IN ITALIA ET IN INSULIS CIRCUMSTANTIBUS

SPONTE NASCENTES.

Terra . . . numine deum electa .
Plin.

VOL. I.

BONONIÆ MDCCCXXXIII.

EX TYPOGRAPHÆO RICHARDI MASII

SUMPTIBUS AUCTORIS.

SOCIETATI · LINNÆANÆ · LONDINENSI

CUIUS · AUSPICIIS · SOLERTIAQUE

RES · HERBARIA · INTRA · ÆQUOS · PHILOSOPHIÆ

ET · CRITICES · FINES · CONTENTA

MAXIME · VIGET · ET · POLITUR · IN · DIES

ANTONIUS · BERTOLONIUS

FLORAM · SUAM · ITALICAM

OBSEQUENTISSIMUS

D · D · D ·

PRÆFATIO

Flora Italica jamdiu a nobis promissa tandem aliquando in lucem prodit. Hæc comprehendit plantas omnes, quæ hactenus detectæ sunt sponte nasci tum in universa peninsula

Che Apennin parte, e il mar circonda, e l' alpe

tum in insulis majoribus Sicilia, Sardinia, et Corsica, pariter ac in minoribus, quæ ab Istria ad Lopadusam, et ab hac ad fines maris Ligustici occurrunt.

Ingens profecto est plantarum supellex, quibus gignendis hæc tellus numine Dei vere electa, hoc cælum temperie tota vitali fruens, hæc tam felix, ac beata amœnitas ducunt. Siquidem alpes noricæ, rhæticæ, pedemontanæ, qua vergunt ad nos, perpetuumque apennini jugum Floram septentrionalem inferunt in nostram, dum litora maris, dum Italia inferior, insulæque circumstantes nos ditissimos faciunt plantis

regionum Europæ temperatiorum, atque calidiorum, quæ a Gadibus hinc per oram Hispaniæ, atque Galliæ, inde per oram Africæ mediterraneæ, Egypti, Syriæ, Asiæ minoris, et Græciæ ad Italiam usque diffunduntur; ita ut nullus dubitem, quin jam nunc Floram Italicam Floræ Europææ nomine salutem, et Florarum hactenus cognitarum ditissimam prædicem.

Omnis autem hæc plantarum congeries nullo unquam tempore fuit ita explorata, ut de ea, quantacunque est, naturæ curiosis facile liqueret, quod perinde est, ac si dicerem, Italiam Flora sua in hunc diem carere. In quam rem cum ego a prima juventute mea inspicerem, ab illo ipso tempore de colligendis, reponendisque plantis universæ Italiæ mecum statui, nec postea unquam destiti, et sive ipsemet legerim, sive per alios lectas mihi comparaverim, certum est, me quadraginta fere annorum curriculo tantam stirpium Italicarum vim in hortum siccum compegisse, ut nunc ex illis facile putem, totam Floram Italicam posse penitus declarari.

Hæ igitur plantæ fundamentum erunt operis nostri, in quod profecto nullam aliam stirpem inferam, cujus archetypum siccum penes me minime extet

ad illam quoquo tempore sistendam, ac demonstrandam. Itaque hortus siccus curis perquam diligentissimis a me instructus, atque custoditus, item ab insectorum corrosionibus propemodum immunis, multisque millibus plantarum Italicarum dives ita apud me asservatur, ut unicuique botanicorum stirpes nostras dignoscere percupienti quam liberrime pateat.

Neque tamen ex iis, quæ hactenus dixi, putandum est, Italiam caruisse botanicis viris, qui plantis ejus legendis, atque perpendendis aliquomodo studuerint. Quinimo jam a renatis litteris, et ex celeberrimo Bononiensium gymnasio plures prodierunt viri clarissimi, qui in ipsis scientiæ incunabulis plantis nostris observandis, atque declarandis incubuerunt, inter quos primi sunt Petrus Crescentius, Lucas Ghinius, et qui insignes botanici ex schola Lucæ Ghinii dimanarunt Andreas Cæsalpinus, Ulysses Aldrovandus, Petrus Andreas Matthiolus, Aloysius Anguillara, Cæsar Odonus, Bartholomæus Marantha. His autem cohors fere innumera aliorum botanicorum successit ad Linnæum usque, scilicet Joannes Manardus, Joannes Antonius Cortusus, Antonius Musa Brasavolus, Aloysius Mandella, Hyeronimus Cardanus, Nicolaus Mutonus,

Alphonsus Cicarellus, Bernardus Saccus, Caspar Falloppius, Philippus Florentinus, Ovidius Montalbanus, Franciscus Calceolarius, Joannes Pona, Dominicus Vigna, Antonius Donatus, Balthassar, et Michael Campi, Castor Durantes, Petrus Castellius, Tobias Aldinus, Bartholomæus, et Hyacinthus Ambrosini, Joannes Baptista, et Lælius Triumfetti, Jacobus Zannonius, Fabius Columna, Jacobus Barrelierius, Paulus Bocconius, Josephus Bonfiliolus, Carolus Avantius, Marcus Aurelius Severinus, Ferrantes Imperatus, Adrianus Spigelius, Christianus Mentzelius, Caspar, et Joannes Bauhini, Thomas Bartholinus, Joannes Rajus, Joannes Baptista Scarella, Joannes Jacobus Roggerius, Michael Nutius, Philippus Cavallinius, Nicolaus Clavenna, Franciscus Cupanius, Antoninus Bonannius, Antonius Vallisnerius, Hyacinthus Cestonius, Bartholomæus De Martinis, Antonius Tita, Hyeronimus Zannicchellius, Joannes Maria Lancisius, Aloysius Ferdinandus Marsilius, Julius Pontedera, Josephus Montius, Petrus Antonius Michelius, Michael Angelus Tillius, qui omnes vel figuris plantarum Italicarum, ut ut rudibus, datis, vel historicis stirpium commentariis suppeditatis non minimum adjumenti nobis attulerunt.

At cum nova lux a Linnæo botanicæ affulsit, tunc enituerunt inter nos Joannes Antonius, et Octavianus Targioni-Tozzetti, Vincentius Lagusius, Franciscus Seguierius, Simon Joannes Blanchus, Liberatus Sabbatus, Cajetanus Montius, Alexander Macchiavellus, Xaverius Manettus, Franciscus Roncallius Parolinius, Vitalianus Donatus, Josephus, et Franciscus Ginnani, Joannes Antonius Batarra, Joannes Antonius Scopolius, Carolus Allionius, Ferdinandus Bassius, Dominicus Vandellius, Petrus Arduinus, Joannes Franciscus Marattius, Petrus Paulus Prolius, Antonius Mattanius, Antonius Turra, Carolus Ludovicus Bellardius, Joannes Petrus Marsilius, Felix Fontana, Josephus Maria Lupierius, Dominicus Cyrillus, Vincentius Petagna, Bernardinus Ab Ucria, Cajetanus Savius, Georgius Santius, Josephus Raddius, Blasius Bartalinius, Joachimus Carradorius, Eugenius Reboulius, Vincentius Carmignanius, Jacobus Corinaldius, Antonius Sebastianius, Ernestus Maurius, Antonius Orsinus, Elisabetha Fiorinia-Mazzantia, Antonius Campana, Michael Tenorius, Joannes Gussonius, Philippus Cavolinius, Stephanus De Chiajis, Augustinus Ronconius, Vincentius Brigantius, Gulielmus Gasparrinius, Antoninus

Bivona-Bernardius, Vincentius Tinæus, Constantinus Raffineschius-Schmaltius, Carolus Boriwogius Preslius, Joannes Baptista Brocchius, Joannes Franciscus Schowius, Franciscus Cosentinus, Salvator Scuderius, Carolus Maravigna, Joannes Sibthorpius, Stephanus Zerapha, Joannes Dumontius Urvilleus, Dominicus Vivianius, Joannes Baptista Badarous, Bernardus Turius, Felix Valle, Joannes Baptista Balbisius, Joannes Franciscus Re, Joannes Birolius, Michael Antonius Piazza, Josephus Morisius, Aloysius Colla, Carolus Capellius, Joannes Baptista Pius, Fulgentius Vitmanus, Cyrus Pollinius, Dominicus Nocca, Josephus Morettius, Josephus Comollius, Joannes Zantedeschius, Carolus Vittadinius, Antonius Albertius, Josephus Balsamus-Crivellius, Alexander Lattuada, Joannes Bayles-Barellius, Paulus Barbierius, Paulus Lanfossius, Josephus Bergamaschius, Hyeronimus Romanus, Josephus Marzarius Pencatus, Joannes Brignolius, Fortunatus Aloysius Naccarius, Georgius Martensius, Josephus Ruchingerus, Stephanus Moricandius, Bartholomæus Biasolettus, Suffrenius, Franciscus Xaverius Wulfenius, Eugenius Joannes Christophorus Esperus, Henricus Adulphus Schraderus, Nicolaus Thomas Hostius, Caspar Sternbergius,

David Henricus Hoppes, Fridericus Hornschuchius, Jacobus Sturmius, Franciscus Carolus Mertensius, Gulielmus Daniel Josephus Kochius, Balthassar Hacquetus, Philippus Re, Joannes Baptista Amicius, Georgius Janius, Augustus Pyramus Candolleus, Joannes Laurentius Loiseleurius Longchampius, et systematici insuper omnes (*). Qui quidem Botanici viri, cum philosophiam botanicam, sine qua doctrina plantarum vera, et firma esse nequit, a Linnæo didicerint, libros de plantis nostris longe politiores, et diligentiores nobis suppeditarunt tum quoad characteres, et descriptiones plantarum, tum quoad criticen, et figuras. Cuncti vero, qui fuerunt vel ante, vel post Linnæum, de plantis huic vel illi regioni peculiaribus pertractarunt; nullus Floram Italicam universam sibi

---

(*) Quos libros in lucem ediderint auctores allati, qui ante Linnæum fuerunt, facile dignoscimus ex Bibliotheca botanica Joannis Antonii Bumaldi (Ovidii Montalbani) impressa Bononiæ 1657., et recusa in Bibliotheca botanica Seguieriana Hagæ Comitum 1760. (error. typograph. 1740.), item ex Bibliotheca botanica Caroli Linnæi Amstelodami 1736, et ex Bibliotheca botanica Joannis Francisci Seguierii cum auctario Laurentii Antonii Gronovii Lugduni Batavorum 1760., præcipue vero ex eruditissima, et vere admiranda Bibliotheca botanica Alberti Halleri Tiguri 1771-1772. Libros omnes auctorum prolatorum, qui post Linnæum floruerunt, recensebimus in fine hujus operis nostri una cum aliis.

describendam unquam sumpsit; ex quo facile apparet, quod paulo ante innueram, Italiam Flora sua adhunc carere.

In hoc autem opere scribendo summos rei herbariæ magistros, et Linnæum ante alios mihi proposui, cujus præceptis a philosophia, et critica botanica petitis omnino inhærens curavi de notis præcipuis, et constantibus, quæ organis essentialibus plantarum innituntur, res minimas neglexi, quippe quæ ad naturæ ludibundæ variationes pertinent, et plus negotii, quam utilitatis scientiæ afferunt. " Conspurcavit magis „ botanicen, ut ipsius Linnæi verbis „ utar, varietatum introductio, quam „ alia res ulla " (*), cumque doctrina de plantis varietatibus fere infinitis in species receptis damno inenarrabili hodie onerata sit, omnis mihi cura fuit, ut has probe seligerem, et ad proprias species referrem. Synonyma undique collegi, at prius quam adjungerem, diligenter perpendi; cumque plantarum archetypa, quibus synonyma magis magisque confirmantur, a pluribus cum nostratibus, tum exteris auctoribus obtinuerim, hæc asterisco notare operæ

(*) Phil. bot. Stockholmiæ 1751. p. 204. §. 259.

pretium duxi. Quod si forte in errorem aliquem labi mihi contigit, quis, quæso, vel ex viris botanicis principibus, ne ipso Linnæo, Smithioque exceptis, in hujuscemodi errores non incidit? Adeo ut is tantum felicissimus sit dicendus, qui hac in re minus erraverit.

Cæterum scio, me arduum opus suscepisse, nec humeris nostris forte ferendum; at amor, genius, cupiditas, quibus studium rei herbariæ toto vitæ meæ curriculo prosequutus sum, vires suppeditabunt, ut laborem, quem anno ætatis meæ quinquagesimo octavo assumo, paulatim ad finem perducam, sin minus, perficiet filius meus natu major, qui cum jam mihi sit adjutor in cathedra, est quoque in hoc ipso opere, omnesque cogitationes meas hac de re jam fere dignoscit.

Restat nunc, ut gratias quam maximas agam iis omnibus, qui ex unaquaque Italiæ parte plantas siccas ad me miserunt, ut hanc Floram absolutissimam redderem. Quæ, quantaque suppellex ex hoc redundavit! Ne vero, quod alienum est, mihi tribuam, nomen singulorum ad ipsam speciem, quam suppeditarunt, religiosissime apponam, et in fine cuiusvis libri elencho alphabetico magis magisque declarabo. Si qua vero

stirps Italica hactenus me aufugerit, quis enim unquam vidit omnia? aut si archetypi defectu de una vel altera peculiari stirpe, de qua apud auctores sermo est, minime loquar, id mihi vitio non vertatur. Etenim statim ac illa mihi innotuerit, recipiam in Floram, cæterisque in appendice adjiciam.

Manum igitur operi alacres admoveamus, et Flora Italica ab omnibus undique expetita, et Florarum fere omnium pulcherrima, quod felix, faustumque sit, tandem aliquando pateat.

CLASSIS I. MONANDRIA.

ORDO I. MONOGYNIA.

SALICORNIA.

Lin. Gen. p. 5. *Juss. Gen. p.* 86. *Tourn. Inst. rei herb. tom.* 3. *tab.* 485. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 4. *Gærtn. De fruct. et sem.* 2. *p.* 210. *tab.* 127. *Vent. Tabl. tom.* 2. *p.* 260. *R. Brown. Prodr. p.* 410., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 266. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 2.

Perigonium simplex, squamæforme, indivisum, carnosum, verticale, persistens. Stamen unicum, vel duo. Ovarium sepultum intra squamam perigonialem. Stilus brevissimus. Stigma bi-trifidum. Pericarpium nux monospermia, sepulta.

Habitus. Caulis ramosus, nunc succulentus, articulatus, et aphyllus, nunc exsuccus, continuus, foliis carnosis, alternis vestitus. Flores spicati.

Ord. nat. Holoraceæ *Lin. Ord. nat. ad calc. Gen. pl. ed.* 6. *n. XII.*, *et Prælect. in ord. nat. p.* 306. Atriplices *Juss. Gen. p.* 83. Chenópodæ *Vent. Tabl.* 2. *p.* 253. Chenopodeæ *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 380. *R. Brown. Prodr. p.* 405., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 261. *Schultz. Natürl. Syst. des pflanz. p.* 340. Chenopodieæ *Bartl. Ord. nat. p.* 296.

1. Salicornia *herbacea:* annua, articulata, brachiata; spicis pedunculatis; squamis perigonialibus utrinque ternis, quincuncialibus.

S. herbacea *Sp. pl.* 5. *Vahl. En.* 1. *p.* 9. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 2. *Hook. Brit. Fl. p.* 1. *Fl. Dan. tab.* 303., *et. tab.* 1621. planta luxur. *Lamk. Ill.* 1. *tab.* 4. *fig.* 1. *a. b. Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 192. *n.* 1993.

Nocc. et Balb. Fl. Tic. 1. *p.* 1. *et* 307. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 2. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 1. * *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 1. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 2. *Suffr. Foroj. p.* 107. *Targ. Tozzett. Istit. bot. ed.* 3. *tom.* 2. *p.* 12. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 3. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 1. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 1. * *Ten. Fl. Nap.* 1. *p.* 1., *et Syll. p.* 7. *n.* 1. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 2.,* *et Sup.* 1. *p.* 1.*, *et Fl. Sic.* 1. *p.* 7. *tab.* 2. * excl. fig. 1. 2. 3. *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 39. * *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 289. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 69. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 32.

S. annua *Engl. bot. v.* 6. *tab.* 415. stamine solitario.

S. procumbens *Engl. bot. v.* 35. *tab.* 2475. staminibus duobus.

S. Kali geniculatum vermiculatum Penæ *Donat. Trat. de' sempl. p.* 88. figura externa tantum.

S. geniculata annua *Zannich. Istor. delle piant. p.* 232. *tab.* 33. *fig.* 2.

Aliud genus Salsolæ in maritimis simplicius, et brevius, dodrantali altitudine, rectum, annuum *Cæsalp. De plant. lib.* 4. *cap.* 40. *p.* 171.

Ital. *Baccici. Erba Kali. Salicornia* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 209.

Ann. Nascitur prope litora maris Italiæ, et insularum ejus, nec non in quibusdam vallibus circumpadanis. Ego observavi copiosam Venetiis in insulis *Lido*, et *Castello*, in agro Ferrariensi *alla valle di Boscarolo*, et in agro Lunensi in Liguria orientali *alla Marinella*. Habui ex valle *di Sermide* agri Mantuani a Barbierio, ex *Monfalcone* a Berinio, ex pratis maritimis Tergestinis, et ex salinis *di Servole*, et *Zaule* in Istria a Biasoletto, ex Ostia *ai Ponticelli* in ditione Romana a Prof. Maurio, et a Brunnero, ex *Mare morto* in ora Neapolitana, et ex inundatis maritimis Siciliæ prope Panormum, *Augusta*, *Spaccaforno*, et Drepanum ab Eq. Gussonio, ex insula Caprearum a Prof. Giraldio, ex Sardinia a Prof. Morisio. Floret Septembri.

Radix ramosa. Caulis erectus, vel ascendens, subpedalis, teres, articulatus, inferne demum exsuccus, cinereus, superne carnosus, læte virens, vix glaucus, subinde nitens, brachiatus, modo macrior, modo luxurians ramis. Articuli omnes apice emarginati, bicornes, corniculis per paria cruciatis. Rami patentes.

Spicæ pedunculatæ ab articulo inferiore sterili, compresso-tereti, basi attenuato; terminales cauli, ramisque solitariæ, passim longiores; laterales oppositæ, conjugationibus cruciatis. Vidi quandoque in caule principe spicam infraxillarem ramo. Internodia spicarum brevissima, unumquodque ferens ex adverso squamas perigoniales tres, fere rhombeas, convexiusculas, obtusas, quarum intermedia paulo major sita est in locello altiore, ita ut hæ squamæ in quincuncem sint dispositæ. Cornicula internodii subpositi utrinque respondent squamæ perigoniali intermediæ internodii superioris, habentque marginem tenuem, pallentem, integrum. Stamen solitarium, rarius duo e medio squamæ. Filamentum subnullum. Anthera minuta, oblonga, pallide flava, et fere albida, erecta, bilocularis, loculis iterum sulco mediano bilocellatis. Stigma in anthesi minutum, puberulum, elongatur post nuptias, et fit bi-trifidum. Nux minuta, pilis hirta.

Herba sæpe rubens, ad lentem punctis minutis impressa, fere odore *Crithmi maritimi* L. Stirps sicca fit exsucca, et faciem mutat.

Usus. Apud Anglos præstat in acetariis.

2. Salicornia *fruticosa:* caule fruticoso, articulato, brachiato; spicis subsessilibus; squamis perigonialibus utrinque ternis, exortu pari-seriatis, media longiore, cuneata.

S. fruticosa *Sp. pl.* 5. *Sibth. et Smith. Prodr. Fl. Græc.* 1. *p.* 1. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 4. *fig.* 2. *c–g Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 1.* *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 1. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 2. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 3. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 1. * *Tenor. Fl. Napol.* 1. *p.* 2., *et Syll. p.* 7. *n.* 2. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 2.* *et Sup.* 1. *p.* 1.*, *et Fl. Sic.* 1. *p.* 10. *tab.* 3. * *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 39.* *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 32.

S. macrostachya *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 2. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 3. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 2.*, *et Sup.* 1. *p.* 2.*, *et Fl. Sic.* 1. *p.* 13. *tab.* 4.* planta luxurians, et fructificans.

S. geniculata sempervirens *Zannich. Ist. delle piant. p.* 231. *tab.* 32.

S. sive Kali geniculatum vermiculatum *Lob. Adv. nov. p.* 170., *et. Ic. p.* 395.

Kali 1. *Camer. Epit. p.* 246.

Kali *Anguill. Sempl. p.* 238.

K. geniculatum, vermiculatum, sive Salicornia *Donat. Trat. de' sempl. p.* 55. figura ex Lobel.

Kalli 1. *Alp. De pl. Egypt. p.* 50., *et cum Vesling. p.* 126.

Aliud genus Salsolæ in maritimis multis ramulis fruticans, lignosum et grandius, perpetuum *Cæsalp. De plant. lib.* 4. *cap.* 40. *p.* 171.

β caule humili, subspithamæo, inferne decumbente, radicante.

Salicornia fruticosa *Bert. Amœn. Ital. p.* 237. *n.* 1.

S. fruticulosa *Tin. Cat. an.* 1827. *p.* 280. *Guss. Sup.* 1. *p.* 1.

S. radicans *Viv. Fl. Libyc. Spec. p.* 1.* *Ten. Syll. p.* 8. *n.* 4.*

Ital. *Erba Kali, Salicornia* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 209.

Frut. Occurrit in eisdem locis cum præcedente tum species, tum varietas β. Copiose observavi speciem Venetiis in insulis *Lido*, et *Castello*, item Pisauri prope litus. Habui Venetiis a Ruchingero, tum ex via *di Malamocco*, ubi Moricandus repererat *Salicorniam macrostachyam* suam, attulit magna copia Eq. Contarenus, cum essem Venetiis. Obtinui ex inundatis *di Comacchio* ab Eq. Salina filio, ex ora circumpadana ad ostia Eridani *a Volano, Primaro,* et *Comacchio* a Dallagata discipulo meo; iterum ex litore Pisaurensi ab Eq. Petruccio, ex litore Ostiensi ab Orsinó, ex stagnis salsis Terracinensibus ab eximia Fiorinia-Mazzantia, ex oris Neapolitanis *a Mare morto* ab Eq. Gussonio, et ex *Fusaro* ab Orsino, ex Sicilia a Brunnero, et ex viciniis Panormi ab Eq. Bivona-Bernardio, et ab Eq. Gussonio, ex rupibus insulæ Lopadusæ in mari Siculo ab eodem Eq. Gussonio, ex Sardinia a Prof. Morisio, ex *Bonifacio*, et *Portovecchio* Corsicæ a Seraffinio, et ex *S. Fiorenzo* a Soleirolio. Varietatem β legi in pratis prope litora Ravennatia, et Venetiis, unde habui etiam a Ruchingero. Obtinui ex rupibus *di Viesti* prope Garganum, ab Eq. Prof. Tenorio, ex Sardinia a Prof. Morisio, ex *Bonifacio, et Portovecchio* Corsicæ a Seraffinio, et ex *Bastia* a Soleirolio. Floret Septembri.

Caulis fruticosus, teres, articulatus, crassus, præcipue inferne, erectus, vel ascendens, vel decumbens ramis erectis, etiam brachialis; dum decumbit, aut ascendit sæpe inferne radicat. Qua parte inferiore magis lignescit, articuli ejus plus minus obliterantur, ibique

coloris cinerei est, in reliqua parte carnosa est viridi-glaucus. Rami stricti. Spicæ crassitiei maximæ variæ, subinde crassissimæ, omnes obtusæ, nunc articulo infimo sterili brevissimo, et videntur sessiles, nunc lineam, aut sesquilineam longo, et videntur pedunculatæ. Quæ terminales cauli, et ramis solitariæ, passim prælongæ, sed et breves occurrunt; laterales modo numerosæ, modo paucæ, interdum nullæ, ramis sterilescentibus. Internodia spicarum brevissima, vix apice emarginata, at ibi circumdata limbo membranaceo, albo-diaphano, integro. Squamæ perigoniales utrinque tres in quovis articulo, oblongæ, obtusæ, omnes ortæ in eadem linea ex basi internodii, ideo origine sua pari-seriatæ; harum intermedia paulo longior, cuneata. Stamina passim duo, subinde unum in quavis squama. Filamenta alba, crassiuscula. Antheræ saltem duplo grandiores, et saturatius luteæ, quam in *Salicornia herbacea* L., cæterum ejusdem formæ. Stigma jam in anthesi insigne, bi-tripartitum, post nuptias elongatum. Nux minuta, semiovata, tuberculis per arcus concentricos dispositis sub lente scatens, matura nigricans, nitens, sepulta intra squamam, quæ nunc turgescit veluti in utriculum, ita ut fructus referat drupeolam ovoideam. Odor plantæ, et superficies internodiorum punctata, ut in *Salicornia herbacea* L., at facies diversa ex habitu frutescente, ex majore partium mole, et ex colore glauco.

Varietas β differt caule humiliore, inferne crasso, lignescente, decumbente, radicante, superne magis herbaceo, in reliquis omnibus, ne nucula excepta, est prorsus similis speciei. Hæc varietas exhibet statum primum stirpis. Si quis autem cupiat plenam consequi notitiam permutationum omnium, quibus *Salicornia fruticosa* L. subjacet, adeat insulas Venetas Septembri mense, cum hæc planta floret.

Nihil ausus sum statuere de *Salicornia fruticosa* Smith. Engl. Fl. 1. p. 3., quia Hookerus in Brit. Fl. p. 2. eam conjungit cum *Salicornia radicante* ejusdem auctoris Engl. Fl. 1. p. 3., quam dicit diversam a vera *Salicornia fruticosa* L. Attamen, ut fatear, quod sentio, figura *Salicorniæ fruticosæ* Smith. Engl. bot. vol. 35. tab. 2467., quæ desumpta est ex ramo sicco, et sterili in herbario Lightfootii, mihi videtur pertinere ad veram *Salicorniam fruticosam* L., dum *Salicornia radicans* Smith. juxta figuram ejus in Engl.

bot. v. 24. tab. 1691. a Linnæana planta, et etiam a varietate *β* nostra prorsus recedit caule inferne graciliore, internodiis spicarum margine membranaceo apice carentibus, squamis perigonialibus forma, et situ magis referentibus *Salicorniam herbaceam* L. Dolendum, quod neque Smithius, neque Hookerus quidquam dicant de forma, et superficie nuculæ hujus speciei, quod maxime valeret ad illam sistendam, atque firmandam. Interim scire juvat, hujuscemodi *Salicorniæ* formam nondum in Italia, nec in insulis ejus esse repertam, licet fuerit, qui id putaverit; verum quæ specimina habui hoc nomine tum a Cl. Tenorio, tum a Seraffinio, qui plantam suppeditavit Cl. Vivianio, nullimode referunt stirpem Anglicanam, sed pertinent ad meam *Salicorniam fruticosam β*.

3. Salicornia *cruciata:* caule fruticoso, articulato, brachiato; spicis sessilibus, cruciatis, inferioribus globosis, superioribus cylindraceis; internodiis florigeris brevissimis, emarginatis, dentibus rotundatis.

S. cruciata *Vahl. En.* 1. *p.* 11. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 40. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 18. *n.* 7. *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 2. *p.* 9. * *Guss. Fl. Sic.* 1. *p.* 14.*, *et Sup.* 1. *p.* 2.* *Forsk. Fl. Egypt. Arab. descript. p.* 2. *tab.* 1. rudis.

Ital. *Salicornia pallotollata*.

Frut. Habui ex maritimis Sardiniæ a Prof. Morisio, et ex Sicilia ad Drepanum ab Eq. Gussonio. Floret Septembri, Octobri.

Caulis lignosus, articulatus, erectus, vel ascendens, vel decumbens, ramosissimus, brachiatus, ramis strictis. Qua parte inferiore magis lignescit, articuli prorsus obliterantur, at conspicui in parte superiore, ramisque. Internodia omnia brevia, emarginata, carnosa, quæ florigera brevissima, emarginaturæ dentibus late rotundatis, obtusissimis. Spicæ sessiles, sitæ in emarginaturis internodiorum, cruciatæ, valde obtusæ, inferiores globosæ, superiores cylindraceæ. Stamina ejusdem formæ, et molis ac in *Salicornia fruticosa* L. Stigma bi-tripartitum. Planta intense glauca, punctisque more præcedentium ad lentem insculpta.

4. Salicornia *amplexicaulis:* foliis alternis, carnosis, cordato-orbiculatis, amplexicaulibus; spicis cylindraceis, sessilibus; squamis perigonialibus acutis, trifloris.

S. amplexicaulis *Vahl. Symb.* 2. *p.* 1., *et En.* 1. *p.* 13. *Willd. Sp. pl.* 1. *p.* 26. *n.* 8. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 5.

n. 9. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 41. *n.* 16., *et Mant.* 1. *p.* 59. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 18. *n.* 12. *Guss. Pl. rar. p.* 1. *, *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 1. *, *et Fl. Sic.* 1. *p.* 5. *tab.* 1. * *Morett. Dec.* 3. *p.* 3., *et in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 5. *p.* 108. *Ten. App.* 5. *p.* 3., *et Syll. p.* 7. *n.* 1.

S. strobilacea *Jan. Elench. p.* 1.*

Kali humile, tenerrimum, geniculatum, succo prægnans, Equiseti capitulis *Cup. Hort. Cath. p.* 245.

Ital. *Soda grassa*.

Ann. Habui ex salinis Japygiæ prope Tarentum *alla salina grande* ab Eq. GUSSONIO, pariterque ex salinis, et inundatis maritimis Siciliæ ad Drepanum, et *Marsala* ab eodem Eq. GUSSONIO, et a Prof. JANIO. Floret Majo, Junio.

Caulis subpalmaris, erectus, jam a basi ramosus, nullimode articulatus. Folia carnosa, cordato-orbiculata, dorso gibba, supra canaliculata, amplexicaulia, alterna, remota. Spicæ sitæ in parte superiore caulis, et ramorum, terminalis, et laterales plures, axillares, alternæ; omnes sessiles, breves. Squamæ perigoniales ovatæ, acutæ, carnosæ, undique arcte imbricatæ, trifloræ. Flores monandri, pari-seriati. Filamentum capillare, longiusculum. Anthera flava. Stigma brevissimum ad basim filamenti. Tota planta albo-glauca, glaberrima.

Huic affinis est *Salicornia strobilacea* Delil. Fl. Ægypt. n. 6., sive *Salicornia nodulosa* Delil. Descr. de l'Egypt. ed. 2. Botan. tom. 19. p. 121. tab. 3. fig. 2., nunc *Halocnemon nodulosum* Spr. Syst. veg. 1. p. 19. n. 4. Verum planta Ægyptia fide archetypi Deliliani, et Raddiani in herbario exotico nostro differt essentialiter habitu altiore, sive caule etiam dodrantali, foliis, turbinato-subglobosis, squamis perigonialibus obtusis, unifloris, et antheris triplo majoribus. Præterea in exemplari sicco, quod habui a Delilio per amicum Balbisium, rami in parte eorum inferiore undique teguntur foliis creberrimis, imbricato-patulis, more surculorum sterilium *Sedi sexangularis* L., quod nunquam contingit in *Salicornia amplexicauli* Vahl.

Usus Salicorniarum. Salicorniæ omnes præbent cineribus suis sal, quod alkali minerale olim, postea *Soda* nuncupatum, ad vitra, et saponem domesticum apprime necessarium.

HIPPURIS.

Lin. Gen. p. 5. *Juss. Gen. p.* 18., *et Annal. du Mus. d' hist. nat.* 3. *p.* 323. *tab.* 30. *fig.* 3. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 5. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 218. *Gærtn. De fruct. et semin.* 2. *p.* 24. *tab.* 84. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 3.

Limnopeuce *Vaill. Acad. des scienc. an.* 1719. *p.* 15. *tab.* 1. *fig.* 3. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 264.

Perigonium simplex, adhærens, margine libero brevissimo. Pericarpium achenium ovatum.

Habitus. Caulis articulatus, farctus. Folia ad nodos verticillata. Flores axillares, subsessiles, nudi. Plantæ palustres.

Ord. nat. Inundatæ *Lin. Ord. nat. n. XV.*, *et Prælect. in ord. nat. p.* 326. Najades *Juss. Gen. p.* 18. Hydrocharideæ *Vent. Tabl.* 2. *p.* 212. Halorageæ *R. Brown. in Flinders voyag.* 2. *p.* 549. *De Cand. Prodr.* 3. *p.* 65. *Bartl. Ord. nat. p.* 314. Hippurideæ *Link. Enum.* 1. *p.* 5. *Schultz. Natürl. syst. des pflanz. p.* 324.

1. Hippuris *vulgaris:* verticillis superioribus subduodecimphyllis, foliis linearibus.

H. vulgaris *Sp. pl.* 6. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 4., *et Engl. bot. v.* 11. *tab.* 763. *Rees. Cycl. v.* 18. *Hook. Brit. Fl. p.* 2. *Fl. Dan. tab.* 87. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. v.* 2. *tab.* 1. (1). *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 5.

---

(1) Prolationes nostræ Floræ Londinensis Curtisii desumptæ sunt ex editione, quam dedit Georgius Gravesius (London. Printed by Richard, and Arthur Taylor v. 1-3. 1817-1826.), et continuavit Willelmus Jacksonus Hookerus (v. 4-5. 1821-1828.). Hæc extat in bibliotheca Serenissimi Leopoldi II. magni Hetruriæ Ducis, cujus munificentia mihi datum est adire, et perlustrare splendidiores libros de re herbaria pertractantes, qui ad Floram nostram facerent. Exemplar vero, quod consuluimus, habet unumquodque volumen distributum juxta systema sexuale Linnæi; cumque tabulæ, et paginæ ibidem careant numeris, ideo cogor indicare tabulas secundum classes Linnæanas, et secundum seriem, quam tenent in libro.

fig. 1. *Poit. et Turp. Fl. Paris*. 1. *p*. 1. *tab*. 1. *All. Fl. Ped*. 2. *p*. 192. *n*. 1992. *Re Fl. Torin*. 1. *p*. 24. *Birol. Fl. Acon*. 1. *p*. 1. *Nocc. et Balb. Fl. Tic*. 1. *p*. 2. *et* 307. *Comol. Prodr. Fl. Com. p*. 1. *n*. 1. *Lanfoss. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di Fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec*. 2. *tom*. 10. *p*. 46. *Pollin. Fl. Ver*. 1. *p*. 1. *Marat. Fl. Rom*. 1. *p*. 2. *Fior. in Giorn. Arcad. tom*. 18. *p*. 161. * *Ten. Fl. Nap*. 3. *p*. 2., *et Syll. p*. 8. *n*. 1. *Schrad. Fl. Germ*. 1. *p*. 2. *Röhling. cum. Mert. et Koch. Deutschl. Fl*. 1. *p*. 279. *Gaud. Fl. Helv*. 1. *p*. 2.

Hippuris *Segui. Veron*. 1. *p*. 102. *tab*. 2.

Limnopeuce *Hall. Hist. stirp. indig. Helv*. 2. *p*. 264. *Segui. Suppl. p*. 64.

Poligono femina *Matth. ed. Valgr. an*. 1585. *tom*. 2. *p*. 1002.

Polygonum fœmina *Camer. Epit. p*. 689.

Ital. *Coda di cavallo acquatica* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 118.

Peren. Occurrit in omnibus fere paludibus Italiæ. Ego observavi in paludibus Bononiensibus *a Gandazollo*, et *Malalbergo*. Habui ex Pedemontio a Molinerio, ex paludibus Mantuanis *a Ceresa* a Barbierio, et *a Melara* a Felisio discipulo meo, ex paludibus Pontinis a Fiorinia-Mazzantia. Floret Majo, Junio.

Radix repens; præterea fibrillæ radicales, prætenues, longæ, verticillatæ descendunt ab imis nodis caulis immersi. Caulis teres, farctus, articulatus, passim erectus, subinde fluitans, inferne crassus, superne attenuatus, etiam brachialis, simplex, rarius ramosus. Articuli ascendendo crebriores. Folia ad articulos verticillata, linearia, acuta, integerrima, uninervia, brevia, ludunt erecta, vel patentia, vel deflexa, in verticillis superioribus numerosiora 12-14, in inferioribus decrescunt numero, et longitudine, disparent in articulationibus immersis. Flores minuti, axillares, sessiles, siti in verticillis superioribus. Perigonii limbus obsolete bilobus, integer. Anthera immatura rubens, sessilis, filamento postea elongato. Stilus pilosus. Stigma simplex, acutum. Achenium ovatum.

ORDO II. DIGYNIA.

CORISPERMUM.

Lin. Gen. p. 6. *Juss. Gen. p.* 86. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 261., *et* 4. *p.* 97. *tab.* 7. *fig.* 3. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 5. *fig. a-h. Gœrtn. De fruct. et semin.* 1. *p.* 361. *tab.* 75.

Perigonium simplex, liberum, diphyllum. Pericarpium samara monospermia, compressa, periptera, ala superne emarginata.

Habitus. Herbæ foliis angustis, alternis, floribus minutis, axillaribus, solitariis, sæpe spicatis. Samara medio fusca cimicem quodammodo refert, unde nomen plantæ.

Ord. nat. Holoraceæ *Linn. Ord. nat. n. XII.*, *et Prœl. in ord. nat. p.* 306. Atriplices *Juss. Gen. p.* 83. Atriplicinæ *Link. En.* 1. *p.* 7. Chenopodæ *Vent. Tabl.* 2. *p.* 253. Chenopodeæ *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 380. *R. Brown. Prodr. p.* 405., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 262. *Schultz. Natürl. syst. des pflanz. p.* 340. Chenopodieæ *Bartl. Ord. nat. p.* 296.

1. Corispermum *hyssopifolium:* foliis linearibus, uninerviis; floribus spicatis, inferioribus remotis; bracteis lanceolatis, acuminatis, margine membranaceis.

C. hyssopifolium *Sp. pl.* 6. *Vahl. En.* 1. *p.* 16. *Juss. in Acad. des scienc. an.* 1712. *p.* 185. *tab.* 10. *Sibth. et Smith. Fl. Græc.* 1. *p.* 1. *tab.* 1. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 397. *n.* 2278.

β bracteis ovatis, abbreviatis.

Corispermum bracteatum *Viv. in Annal. di stor. natur. tom.* 2. *p.* 200.*

Ital. *Erba Cimice*.

Ann. Habui ex ripa Padi prope Ticinum *a Mezzana Corti* a Prof. Morettio, et ex insula *de' Pollastri* sita in medio Padi prope *Melara* in provincia Mantuana a Felisio. Varietatem β obtinui ex ripis Padi prope Ticinum ab Eq. Prof. Vivianio, et a Prof. Morettio,

tum ex insula *de' Pollastri* in Pado Mantuano a Felisio, et a Barbierio. Floret Julio, Augusto.

Radix ramosa, longa, flexuosa, alba. Caulis erectus, vel ascendens, dodrantalis, sesquipedalis, totus jam a basi ramosus, teres, striatus, albo-virens, subinde rubens. Rami elongati, ascendentes, sæpe iterum ramosi, alterni, infimis interdum oppositis. Folia alterna, linearia, angusta, mucronulo inermi terminata, uninervia, pollicem, sesquipollicem longa. Flores in spica terminali cauli, ramisque, sæpe elongata, plus minus laxa, subinde apice condensata, alterni, solitarii, inferiores remoti, et siti in axilla folii caulini, vel ramei, reliqui in axilla bracteæ, lanceolatæ, acuminatæ, dorso viridis, margine albo-membranaceæ, flore ipso multo longioris. In aliis individuis hæc bractea abbreviatur, dilatatur, et fit ovata, acuminata, aut acuta tantum, atque huic uni notæ innititur varietas β. Perigonium album. Stamina 1-5. Stili duo. Samara parva, subrotunda, dorso convexiuscula, inde concava, medio fusca, ala membranacea, albente, pellucida, margine erosa, apice excisa, basibus stilorum intra emarginaturam persistentibus.

Herba huc illuc, et præcipue superne, pilis fasciculatis, substellatis, albis hirsutula, at id magna inconstantia. Varietas β promiscue crescit cum specie, et in eam gradatim transit.

CALLITRICHE.

Lin. Gen. p. 6. *Juss. Gen. p.* 19. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 5. *Vent. Tabl.* 4. *p.* 7. *Gærtn. De fruct. et sem.* 1. *p.* 330. *tab.* 68. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 9.

Perigonium simplex, diphyllum, æquale, liberum. Filamentum capillare. Anthera incumbens, biloba. Stili capillares. Stigma acutum. Pericarpium nux membranacea, bilocularis, tetraspermia. Semina rotunda, compressa.

Habitus. Herbæ fluitantes, aut cœnosæ, basi, et ad folia inferiora radicantes. Folia opposita. Flores parvi, axillares; variant hermaphroditi, monoici, aut dioici.

Ord. nat. Holoraceæ *Linn. Ord. nat. n. XII., et Prælect. in ord. nat. p.* 306. Halorageæ *R. Brown. in Flinders voyag. v.* 2. *p.* 549. *De Cand. Prodr.* 3. *p.* 65. *Bartl. Ord. nat. p.* 314. Najades *Juss. Gen. p.* 19. Callitrichinæ *Laviell. in Annal. de la Soc. Linn. an.* 1824. *p.* 229. *Link. Enum.* 1. *p.* 7. Callitrichineæ *Schultz. Natürl. syst. des pflanz. p.* 324. Plantes d' ordre indeterminé *Vent. Tabl.* 4. *p.* 7.

1. Callitriche *verna:* caule fluitante; foliis omnibus spathulatis, triplinerviis, integerrimis, retusisve, supremis rosulatis, natantibus.

C. verna *Sp. pl.* 6. *Fl. Dan. tab.* 129. *Lamk. Illustr.* 1.. *tab.* 5. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 10. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 233. *n.* 856. *Balb. Fl. Taur. p.* 1. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 25. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 1. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 1. *n.* 2. *Targ. Tozzett. Dec.* 1. *et* 2. *p.* 7. *tab.* 4. *fig.* 18–22.* *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 4. *Sebast. et Maur. Flor. Rom. prodr. p.* 2. *n.* 3. *α. Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 3. *A., et Syll. p.* 8. *n.* 1. *A. Guss. Pl. rar. p.* 2. *a. b., et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 3.

C. aquatica *Engl. bot. vol.* 11. *tab.* 722. fig. superior. *Hook. Fl. Lond. v.* 4. *tab.* 1. fig. interior.

C. aquatica var. verna *Nocc. et. Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 3. *et.* 308.

C. aquatica *α Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 3.

C. sessilis *α De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 2. *p.* 414. *n.* 3655. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 3.

C. stagnalis *Reich. Cent.* 9. *p.* 36. *n.* 882. *α, β. tab.* 882. *fig.* 1184–1186.

Stellaria n. 553. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 238.

S. aquatica *Segui. Veron.* 1. *p.* 327.

Lenticula palustris, vulgaris *Cup. Hort. Cath. p.* 108.

β dimidio minor; foliis spathulato-ovatis; cœnicola, serotina.

Callitriche verna c *Guss. Pl. rar. p.* 2.*

C. verna b. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 3., *et in Add. et emend. p.* 1.*

γ minima; foliis spathulato-subrotundis; cœnicula, serotina.

Callitriche verna *β Sp. pl.* 6.

C. verna hermaphrodita *Fl. Dan. tab.* 1741.

C. æstivalis *Ten. Viag. in Abruz. p.* 41.
C. verna B. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 3., *et Syll. p.* 8.
C. sessilis β æstivalis *De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 2. *p.* 414.
C. Plinii *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 315. *fig. p.* 316.

δ minima; foliis angustis, oblongis, obtusis; nucibus sessilibus; cœnicola, æstiva.
Callitriche sessilis δ stellata *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 3.
C. stellata *Schleich. Pl. sicc.* *
C. autumnalis B tenuior γ rivularis c microphylla sessilis *Reich. Cent.* 9. *p.* 47. *n.* 1219. *tab.* 899. *fig.* 1219.

ε minima; foliis inferioribus angustis, oblongis, obtusis, superioribus anguste spathulatis; nucibus inferioribus pedunculatis; cœnicola, æstiva.
Callitriche pedunculata *Guss. Pl. rar. p.* 3. *tab.* 2. *fig.* 1.*, *et Fl. Sic. prod.* 1. *p.* 3.* *et Suppl.* 1. *p.* 2.* *Jan. Elench. p.* 1. * *Ten. Syll. p.* 8. *n.* 4. *De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 2. *p.* 415. *

Ital. *Erba gamberaia. Gramigna de' pesci. Stellaria acquatica* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 42.

Ann. Species prædiligit aquam limpidam profundam, aut leniter fluentem; hæc copiose mihi occurrit Sarzanæ in canaliculis, et rivulis. Habui insuper ex canalibus Pontinis a Fiorinia-Mazzantia, ex agro Florentino a Prof. Octaviano Targionio-Tozzettio, ex *Polesine* Ferrariensi transpadano a Prof. Campana, ex Corsica *a Bastia* prope pontem *di Bivinco* a Bubanio discipulo meo præstantissimo. Reliquæ varietates inhabitant loca cœnosa. Varietatem β legi Sarzanæ in canaliculis cœnosis; habui ex fossis *di Rapallo* in Liguria orientali a Turio, ex Pedemontio a Molinerio, ex Sicilia *a Cotrano*, et *Piana de' Greci* ab Eq. Gussonio. Varietatem ϰ obtinui ex agro Pisano ab Eq. Prof. Savio, ex *Monterchi* in provincia Aretina ab Amideo, ex canalibus Pontinis a Fiorinia-Mazzantia. Varietatem δ filius legit in cœnosis canaliculorum alpinorum apennini Bononiensis *al Bagioledo* in vertice dicto *Corno alla scala*. Varietatem ε habui ex viciniis *di Gerace* in Calabria ulteriore, et ex Sicilia ad Rhagusium ab Eq. Gussonio, item ex Sicilia *a Spaccaforno* a Prof. *Janio*. Species floret Martio, Aprili. Reliquæ varietates florent decedente vere, et veniente æstate; fructificant Junio, Julioque.

Fibræ radicis paucæ, longæ, tenues, albæ, nonnullæ sitæ ad foliorum inferiorum conjugationes. Caules filiformes,

ramosi, prælongi, fluitantes. Folia omnia spathulato-ovata, grandiuscula, triplinervia, integerrima, vel leviter retusa, dentibus emarginaturæ obtusis, suprema approximata, rosulata, rosulis ad aquæ superficiem natantibus, reliqua opposita, remota, immersa. Flores axillares, sessiles, passim monoici, scilicet nunc in altera axilla masculus, in opposita fœmineus, nunc in axillis superioribus masculi, in inferioribus fœminei. Dantur etiam individua dioica. Antheræ flavæ. Nux quadrisulca, lobis compressis. Semina compressa, orbicularia. Tota planta glaberrima. Caules siccati fibra axea longitudinali percursi conspiciuntur, reliqua parte pellucent.

Varietas β differt, quia habet caulem breviorem, prostratum, folia saltem dimidio minora, at ejusdem formæ, ac folia speciei. Floret decedente vere.

Varietas ϰ adhuc minor est omnibus partibus, foliaque ejus sæpe sunt spathulato-subrotunda. Floret æstate.

Hæ tres formæ omnino pertinent ad eumdem typum, cujus tantum sistunt lusus quosdam a loco, et tempore florendi.

Varietas δ pusilla est, habetque folia inferiora lineari-elliptica, superiora sensim sensimque latiora, spathulata, suprema rosulata, vel stellata, idque non semper, omnia vel integerrima, vel leviter retusa, emarginaturæ dentibus obtusis, suntque passim triplinervia, subinde tamen inferiora apparent uninervia ex nervis lateralibus in marginem abeuntibus, et evanescentibus. Nuces sessiles.

In varietate ε herba prorsus ut in δ. Tota differentia stat in nucibus inferioribus longe pedunculatis, successivis brevius, supremis sessilibus, aut subsessilibus.

Novissimæ hæ duæ varietates a typo speciei quodammodo recedunt foliis angustis, quibus speciem sequentem appropinquant; verum forma elliptica, quam servant, apices rotundati, integerrimi, aut obtuse bidentati, facilis transitus a foliis anguste ellipticis in latius elliptica, vel in spathulato-ovata, nervus plerumque triplex, tempus florendi æstivum mihi videntur illas trahere ad *Callitrichem vernam*. Nequaquam vero in eisdem habemus notas satis firmas, ut illas in speciem recipiamus, neque nucis pedunculo quidquam fidendum, cum res variabilissima sit.

Callitriche pedunculata Hook. Brit. Fl. p. 384., sive *Callitriche autumnalis* Engl. bot. suppl. v. 1. tab. 2609. eadem profecto non est cum *Callitriche pedunculata* De Cand., licet Hookerus utramque consociet; ideo neque convenit cum nostra varietate ε superius descripta. Planta britannica foliis omnibus linearibus, truncatis, abscissis, apice acute bidentatis, uninerviis, nucibus brevissime pedunculatis pertinet ad lusus speciei sequentis, ad quos forte etiam spectat *Callitriche autumnalis B tenuior γ rivularis b microphylla pedicellata* Reich. Cent. 9. p. 47. n. 1218. tab. 899. fig. 1218., ut ipse Cl. Reichenbachius autumat. Licet enim hæc ad plantam De Candollei, nostramque magis accedere videatur, tamen obstant folia omnia uninervia, quorum nonnulla exhibentur prorsus linearia, truncata, abscissa, apice acute bidentata.

2. Callitriche *autumnalis*: caule fluitante; foliis inferioribus linearibus, uninerviis, truncatis, superioribus spathulatis, triplinerviis, rosulatis, natantibus, emarginatis omnibus.

C. intermedia *Willd. Sp. pl.* 1. *p.* 1. *pag.* 29. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 2. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 24. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *Abtheil.* 3. *heft.*

C. verna α fontana, et β stellata *Reich. Cent.* 9. *p.* 33. *n.* 1179. 1180. *tab.* 881. *fig.* 1179-1181.

C. verna C *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 3., *et Syll. p.* 8.

C. aquatica *Hook. Fl. Lond. v.* 4. *tab.* 1. fig. exterior., *et Brit. Fl. p.* 384. ex descriptione, sed synonymis confusis cum illis speciei præcedentis.

C. aquatica β intermedia *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 3. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 2. *et* 307.

C. sessilis γ *De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 2. *p.* 414.

C. sessilis β intermedia *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 3.

Stellaria n. 554. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 238.

S. aquatica *Lob. Ic.* 792.

β caule fluitante, foliis omnibus linearibus, truncatis, emarginatis, uninerviis, vel summis triplinerviis.

Callitriche autumnalis *Sp. pl.* 6. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 10. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 233. *n.* 857. * *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 1. *Balb. Fl. Taur. p.* 1. *Comol. Prod. Fl. Com. p.* 1. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 46.* *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 2. *n.* 4. *Ten.*

Fl. Nap. 3. *p.* 4., *et Syll. p.* 8. *n.* 2. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 3. *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 3. *p.* 8. * *Reich. Cent.* 9. *p.* 43. *n.* 1203. *tab.* 891. *fig.* 1203. 1204., *et p.* 44. *n.* 1207. *tab.* 892. *fig.* 1207., *et p.* 45. *n.* 1210. *tab.* 894. *fig.* 1210., *et p.* 47. *n.* 1217. *tab.* 898. *fig.* 1217.

C. aquatica *Engl. bot. v.* 11. *tab.* 722. fig. inferior.

C. aquatica var. autumnalis *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 2. *et* 307. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 3. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 24.

C. sessilis *δ De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 2. *p.* 414.

C. sessilis *γ* autumnalis *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 3.

Stellaria n. 555. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 238.

Lenticula palustris angustifolia, folio in apice dissecto *Lœs. Pruss. p.* 140. *tab.* 38.

κ macrior, foliis angustioribus, brevioribus, conjugationibus fere omnibus remotis; nucibus sessilibus, aut subsessilibus; cœnicola, repens.

Callitriche brutia *Petagn. Inst. bot.* 2. *p.* 10. * *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 4., *et Syll. p.* 8. *n.* 3. *Guss. Pl. rar. p.* 2. *tab.* 1.*, in qua male apex foliorum.

C. autumnalis b Brutia *Reich. Cent.* 9. *p.* 45. *n.* 1211. *tab.* 894. *fig.* 1211. bona.

C. autumnalis *Hook. in Engl. bot. suppl. v.* 1. *tab.* 2606. nucibus brevissime pedunculatis.

δ pusilla; nucibus inferioribus longe pedunculatis; cœnicola, repens.

Callitriche truncata *Guss. Pl. rar. p.* 4. *tab.* 2. *fig.* 2.*, *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 4. * *Ten. Syll. p.* 8. *n.* 5.

Ital. *Erba gamberaia*. *Gramigna de' pesci* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 42.

Ann. Prædiligit aquam limpidam more præcedentis speciei. Observavi Sarzanæ in canaliculis, præcipue *al Fondamento*. Habui ex *Polesine* Ferrariensi transpadano a Prof. CAMPANA, et ex thermis *di Abano* a Prof. OCTAVIANO TARGIONIO-TOZZETTIO. Varietatem *β* legi pariter Sarzanæ in iisdem fossis *al Fondamento*, et vidi in nonnullis piscinis aquæ profundioris. Item habui ex *Polesine* Ferrariensi Transpadano a Prof. CAMPANA, ex fossis agri Mantuani *alla Montanara*, et *Sabionetta* a BARBIERIO, ex thermis *di Abano* a Prof. OCTAVIANO TARGIONIO-TOZZETTIO, ex agro Balneocavallensi in ditione Ferrariensi cisrhenana a BUBANIO,

ex Pedemontio a Molinerio, ex portu *di Civita nuova* in agro Prætutiano ab Orsino, ex Sardinia a Prof. Morisio. Varietatem *κ* obtinui ex herbario Cl. Petagna per Eq. Gussonium, ideo ex paludibus Crotonis, et *Scrisà* Calabriæ. Varietatem *δ* habui ex paludibus Crotonis Calabriæ, et ex Comitatu Moticæ in Sicilia ab Eq. Gussonio. Tum species, tum varietates late florent autumno, parcius vere, et æstate. Varietates *κ*, *δ* incolunt loca cœnosa, et repunt in limo.

In specie caulis fluitans, ramosus, prælongus more *Callitricheos vernæ* L. Folia inferiora linearia, uninervia, apice truncata, emarginata, emarginaturæ dentibus acutis, superiora latiora, spathulatò-ovata, vel spathulato-oblonga, triplinervia, item emarginata, summa rosulam natantem efficientia. Nuces sessiles, lobis magis compressis instructæ.

Multis, et nimis multis iconibus hanc formam exhibuit Reichenbachius in Cent. 9. minimis innixus herbæ lusibus. Nos attulimus figuras illas, quæ magis referunt plantas nostras; verum etiam sequentes speciei isti tribuendæ, scilicet tab. 883. fig. 1187., tab. 884. fig. 1188. 1189., tab. 885. fig. 1190., tab. 886. fig. 1191., tab. 887. fig. 1194., tab. 888. fig. 1196., tab. 889. fig. 1199., tab. 890. fig. 1200. 1201., tab. 891. fig. 1202, tab. 893. fig. 1208., tab. 895. fig. 1213., tab. 896. fig. 1214. 1215., tab. 900. fig. 1220.

Varietas *β* habet omnia folia linearia, uninervia, truncata, emarginata, suprema nunc stellata, nunc non. Facile adipiscitur folia superiora sensim sensimque latiora, et triplinervia, cum aquæ supernatat. Floret eodem tempore, et passim promiscue crescit cum specie. In aquis profundis, in quibus semper remanet submersa, strictius retinet formam suam.

Varietas *κ* est tantum planta tenuior degens in cœno, potius quam fluitans in aqua copiosa. Folia ejus sunt quam certissime truncata, et emarginato-bidentata, ut demonstrat exemplar autopticum Cl. Petagnæ in meo herbario. Quare puto, Gussonium incidisse in exemplaria male siccata, ex quibus erronee desumpsit folia apice acuminata, integerrima. Hæc varietas habet nuces nunc omnino sessiles, nunc brevissime pedunculatas, atque in hoc statu optime exhibetur ab allata figura Hookeri in Engl. bot. Suppl. v. 1. tab. 2606. Inter figuras vero a Reichenbachio datas, præter illam, quam supra retulimus, sequentes quoque

ad hanc mihi videntur referendæ, scilicet Cent. 9. tab. 892. fig. 1205. 1206., et tab. 893. fig. 1209.

Varietas δ pusilla est, caule in limo reptante gaudens, instructa foliis omnibus linearibus, uninerviis, apice truncatis, et acute bidentatis, ut in varietate α, at quidquam latioribus. Nuces ejus inferiores sunt longe pedunculatæ, superiores subsessiles, aut sessiles. Profecto pertinet ad lusum *Callitricheos autumnalis*, licet Gussonius vere florentem repererit. Jam adnotavi, hanc speciem pollere habitu bifero.

BLITUM.

Lin. Gen. p. 6. *Juss. Gen. p.* 86. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 5. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 260. *Gært. De fruct. et sem.* 2. *p.* 200. *tab.* 126.

Morocarpus *Rupp. Fl. Jen. ed* 1. *p.* 316., *et ed.* 2. *p.* 337. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 5.

Perigonium simplex, liberum, persistens, trisectum. Filamentum setaceum. Anthera didyma. Stigmata simplicia. Pericarpium nux crustacea, monospermia, perigonio persistente cincta.

Habitus. Herbæ foliis rhombeis, inæqualiter dentatis, plerumque alternis. Flores capitati, capitellis succulentis, in maturitate rubris, fragum mentientibus.

Ord. nat. Holoraceæ *Linn. Ord. nat. n. XII.*, *et Præl. in ord. nat. p.* 306. Atriplices *Juss. Gen. p.* 83. Atriplicinæ *Link. Enum.* 1. *p.* 7. Chenopodæ *Vent. Tabl.* 2. *p.* 253. Chenopodeæ *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 380. *R. Brown. Prodr. p.* 405., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 261. *Schultz. Natürl. syst. des pflanz. p.* 340. Chenopodieæ *Bartl. Ord. nat. p.* 296.

1. Blitum *capitatum*: capitellis terminalibus, spicatis, nudis, lateralibusque axillaribus.

B. capitatum *Sp. pl.* 6. *Willd. Sp. pl.* 1. *p.* 1. *p.* 30. *Vahl. En.* 1. *p.* 7. *Röm. et Schul. Syst. veg.* 1. *p.* 48. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 3. *tab.* 2. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 223. *n.* 2112. herb. *De Cand. Fl. Franç.* 3.

p. 382. *n.* 2239. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 4. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 282. *Gærtn. De fruct. et sem.* 2. *p.* 200. *tab.* 126. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 4.

B. n. 1571. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 264.

Morocarpus capitatus *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 6.

Spinacia fragifera *Aldin. Hort. Farn. p.* 85. *fig. p.* 84. optima.

Atriplex Mori fructu major s. fragifera major *Moris. Oxon. sect.* 5. *tab.* 32. *fig.* 9.

Ital. *Spinacio Mora.*

Ann. Habui ex viciniis *di Lugano* a Prof. MORETTIO. Floret Junio, Julio.

Caulis erectus, vel ascendens, angulatus, striatus, simplex, aut superne ramosus, dodrantalis, aut pedalis circiter. Rami axillares. Folia alterna, longe petiolata, precipue inferiora, deltoidea, vel triangularia, magis longa, quam lata, cuspidata, inæqualiter sinuata, parce, et inæqualiter argute-dentata, subinde subintegra. Flores alii in capitulis axillaribus solitariis, vel glomeratis, alii in spica terminali, nuda, distincta. Hæc capitella in flore viridia, minora, in fructu rubra, succulenta, majora, fragum etiam magnitudine referentia. Nuces maturæ nigræ. Tota planta glabra.

Usus. Herba cocta edulis more *Spinaciæ*, et *Atriplicis hortensis L.*, diuretica. Capitella suppeditant colorem rubrum, non duraturum Hall. l. c.

2. BLITUM *virgatum:* capitellis omnibus axillaribus.

B. virgatum *Sp. pl.* 7. *Willd. Sp. pl.* 1. *p.* 1. *p.* 30. *Vahl. En.* 1. *p.* 17. *α*, *β*. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 48. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 5. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 4. *tab.* 3. *Curt. Bot. mag. v.* 8. *tab.* 276. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 223. *n.* 2113. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 1. *n.* 4. * *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 381. *n.* 2238. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 5. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 283.

B. capitatum *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *Abtheil.* 2. *heft.* figura, non descriptio.

Atriplex sylvestris baccifera *Clus. Hist. pl. lib.* 5. *p. cxxxv.*

A. fragifera media, et minor *Moris. Ox. sect.* 5. *tab.* 32. *fig.* 10. 11.

Ital. *Spinacio fragifero. Spinacio Fragola* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 35.

Ann. Habui ex valle *di Fassa* Tyrolis italici *nel botro di mezzo del monte dei Monzoni a* MENEGHINIO, et ex ingressu vallis *di Annone* supra *Lavis* a BEGGIATE, ex hortis Tergestinis a BIASOLETTO, ex *Valsolda* provinciæ Comensis a COMOLLIO. Floret Junio, Julio.

Caulis erectus, vel ascendens, a paucis pollicibus ad pedem et ultra longus, angulatus, striatus, passim valde ramosus, totus foliatus. Folia alterna, petiolata, inferioraque longius, deltoidea, crebre, inæqualiter, acuteque dentata, acuta, superiora angustiora, sæpe tricuspidata, cuspidibus denticulatis, vel integris, intermedio elongato. Flores omnes in capitellis parvis, axillaribus, sessilibus, solitariis, primum viridibus, in fructu plus minus viridi-rubris, paulo grandioribus, subsucculentis. Nuces maturæ nigrescentes. Capitella hæc nunquam attingunt magnitudinem præcedentis.

Usus. Præstat eisdem usibus, ac *Blitum capitatum.* L.

CLASSIS II. DIANDRIA.

ORDO I. MONOGYNIA.

JASMINUM.

Lin. Gen. p. 9. *Juss. Gen. p.* 106. *Tourn. Inst. rei herb.* 3. *tab.* 368. *Lamk. Illustr. tab.* 7. *Nouv. Duham.* 1. *p.* 93. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 314. *Gærtn. De fruct. et semin.* 1. *p.* 196. *tab.* 42. *R. Brown. Prodr. p.* 521., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 377.

Perianthium liberum, plurisectum. Corolla hypocrateriformis, limbo plurifido. Stamina tubo inclusa. Pericarpium drupaceum, sive bacca nuculosa, didyma, bilocularis, lobis divergentibus, altero sæpe abortivo, nucibus in loculo solitariis, mono-dispermiis.

Habitus. Frutices, foliis impari-sectis, vel impari-pinnatis, simplicibusque, oppositis, vel alternis. Flores in pedunculis nunc ternis, nunc ternarie subdivisis, aut sessiles, fasciculati, plerumque suaveolentes. Baccæ maturæ nigræ, intus succo atro-purpureo infectæ, ellipsoideæ, vel sphæroideæ.

Ord. nat. Sepiariæ *Linn. Ord. nat. n. XLIV.*, *et Præl. in ord. nat. p.* 506. Jasmineæ *Juss. Gen. p.* 104. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 311. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 494. *R. Brown. Prodr. p.* 520., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 376. *Link. En.* 1. *p.* 31. *Bartl. Ord. nat. p.* 216. *Schultz. Natürl. syst. des pflanz. p.* 410.

1. Jasminum *fruticans:* ramis angulatis; foliis alternis, ternatis, simplicibusque, oblongo-obovatis, obtusis, laciniis calycinis filiformibus, tubo duplo longioribus.

J. fruticans *Sp. pl.* 9. *Willd. Sp. pl.* 1. *p.* 1. *pag.* 39. *Vahl. En.* 1. *p.* 33. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 8. *n.* 10.

Röm. et Schult. Syst. veg. 1. *p.* 84. *n.* 30. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 32. *n.* 39. *Curt. Bot. mag. v.* 13. *tab.* 461. optima. *Nouv. Duham.* 1. *p.* 102. *tab.* 28. *Allion. Stirp. litor. et agr. Nicæens. enum. p.* 2. *, *et Fl. Ped.* 1. *p.* 121. *n.* 447. * *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 9. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 6. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 500. *n.* 2471. *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 302.

Polemonium Monspelliensium *Lob. Adv. p.* 389. *fig. p.* 390., *et Icon.* 2. *p.* 52.

Trifolium fruticans *Dod. Pempt. p.* 570. 571.

Gelsiminum alterum luteo flore sine odore *Cæsalp. De plant. lib.* 4. *cap.* 10. *p.* 153.

Ital. *Gelsomino giallo* Targ. Tozzett. Dizion. bot. 2. *p.* 122.

Frut. Habui ex rupestribus *di Villafranca* in Comitatu Nicæensi a Prof. Morisio. Floret Majo, et per æstatem.

Caulis orgyalis, et ultra, inferne teres, cortice cinereo, superne, ramisque angulatus, virens. Rami alterni, patentes, flexiles. Folia petiolata, alterna, alia ternata, alia simplicissima, parva, oblongo-obovata, obtusa; sæpe cum acuminulo in medio, in foliis ternatis impar quidquam majus. Petioli supra canaliculati. Flores 1–3, terminales ramis, breviter pedunculati, lutei, inodori, aut fere inodori. Calyx tubo brevi, subturbinato, limbo quinquefido, laciniis filiformibus, erecto-patulis, tubo duplo longioribus. Corollæ limbus quinquefidus. Baccæ didymæ, sphæroideæ, succo atro-sanguineo fœtæ, subinde bacca simplicissima. Tota planta glaberrima.

Jasminum officinale L., et *Jasminum grandiflorum* L., nunc vulgaria apud nos, plantæ advenæ, nec Floræ nostræ.

Usus. Valet ad opus topiarium, et ad sepes.

LIGUSTRUM.

Lin. Gen. p. 9. *Juss. Gen. p.* 106. *Tourn. Inst. rei herb.* 3. *tab.* 367. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 7. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 314. *Gærtn. De fruct. et semin.* 2. *p.* 72. *tab.* 92. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 13.

Perianthium liberum, minimum, quadridentatum. Corolla infundibuliformis, quadrifida. Stamina in fauce tubi, alternantia cum segmentis limbi. Pericarpium bacca bilocularis, tetraspermia, semine aliquo subinde abortivo.

Habitus. Frutices erecti, ramis teretibus, oppositis. Folia simplicia, opposita. Flores albi, racemosi, vel thyrsoidei, terminales.

Ord. nat. Sepiariæ *Linn. Ord. nat. XLIV., et Præl. in ord. nat. p.* 506. Jasmineæ *Juss. Gen. p.* 104. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 311. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 494. *Schultz. Natürl. Syst. des pflanz. p.* 410. Oleinæ *Link. Enum.* 1. *p.* 33. *R. Brown. Prodr. p.* 522., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 378. Oleineæ *Bartl. Ord. nat. p.* 217.

1. Ligustrum *vulgare:* foliis lanceolatis, ellipticisque; thyrsis compositis, coarctatis.

L. vulgare *Sp. pl.* 10. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 13.; *et Engl. bot. v.* 11. *tab.* 764. *Rees. Cycl. v.* 21. *n.* 1. *Hook. Brit. Fl. p.* 3. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. v.* 3. *tab.* 1. optima. *Fl. Dan. tab.* 1141. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 7. *Bull. Herb. de la Franc. tab.* 295. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 5. *tab.* 4. optima. *Nouv. Duham. tom.* 3. *tab.* 49. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 122. *n.* 453. *Balb. Fl. Taur. p.* 1. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 25. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 3. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 4., *et p.* 308. *Comol. Prodr. Fl. Com. p.* 2. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 48. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 7. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 2. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 3. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 4. *Suffr. Foroj. p.* 107. *Targ. Tozzett. Inst. bot. tom.* 2. *p.* 17. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 8., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 1. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 4. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 6. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 5., *et Syll. p.* 9. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 4. *Ab Ucr. Hort. Reg. Panorm. p.* 36. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 7. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 501. *n.* 2472. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 300. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 7. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *Abtheil.* 14. *heft. Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 8.

L. n. 530. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 230.
Phillirèa in Italia chiamata Conastrello *Anguill. Sempl. p.* 61.
Ligustrum *Cæsalp. De plant. lib.* 3. *cap.* 8. *p.* 95. *Zannich. Istor. delle piant. p.* 164. *Segui. Veron.* 2. *p.* 274. *Ginann. Pin. Ravenn. p.* 175.
L. germanicnm *Cup. Hort. Cath. p.* 111.
Ligustro *Matth. ed. Valgr. an.* 1585. *tom.* 1. *p.* 187. *Calzol. Viag. di Mont. Bald. p.* 8.
L. volgare *Pon. Mont. Bald. p.* 139.
Ital. *Ligustro*. *Listro*. *Olivello*. *Ruistico*. *Rovistico*. *Sanguinello*. *Vincastruzzo* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 134.

Frut. Reperitur ubique ad sepes Italiæ, inque sylvis demissis. Ego observavi Sarzanæ, et Bononiæ. Habui ex agro Maceratensi a Prof. Utili, et ex Circæo a Fiorinia-Mazzantia. Floret Aprili, Majo.

Caulis orgyalis, et ultra, teres, erectus, ramosus, cortice cinereo. Rami oppositi, flexiles. Folia opposita, breviter petiolata, nunc elliptica, obtusa, nunc lanceolata, vel ovato-lanceolata, acuta, integerrima, flexilia, nitida. Flores albi, grate odori, in thyrsis terminalibus cauli, ramisque, compositis, brachiatis. Baccæ maturæ nigræ, uni-tetraspermiæ. Tota planta glabra.

In mitioribus Italiæ plagis folia sæpe hyeme persistunt, nec tamen semper ex instabili cæli temperie.

Usus. Ligustrum præstantissimum ad sepes, ad cistas vimineas, ad caveas pro volucribus, ad flagella. Aves quædam depascunt baccas, apes flores. Alumine baccis addito obtinetur color viridis pro serico, lanisque tingendis; baccis cum sulphate ferri mixtis fit atramentum. At hæc planta in usu medico nunc desueta. Ea quæ pulchriora videntur non semper in pretio haberi liquet ex Virgiliano carmine a Ligustro, et Vaccinio desumpto:

O formose puer, nimium ne crede colori;
Alba Ligustra cadunt, Vaccinia nigra leguntur.
Eccl. 2. vers. 17. 18.

PHILLYREA.

Lin. Gen. p. 10. *Vaill. Acad. des scienc. ann.* 1722. *p.* 197. *tab.* 13. *fig.* 35-37. *Juss. Gen. p.* 106. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 313. *Tourn. Inst. rei herb.* 3. *tab.* 367. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 8. *Gærtn. De fruct. et sem.* 2. *p.* 71. *tab.* 92. *Nouv. Duham.* 2. *p.* 89.

Perianthium liberum, minimum, quadridentatum, persistens. Corolla rotata, quadrifida, decidua. Pericarpium drupa carnosa. Nux unilocularis, monospermia.

Habitus. Arbores, vel arbusculæ, sempervirentes. Folia opposita, coriacea, indivisa. Racemuli axillares. Drupæ globosæ, nigræ, nitidæ.

Ord. nat. Sepiariæ *Linn. Ord. nat. n. XLIV.*, *et Prælect. in ord. nat. p.* 506. Jasmineæ *Juss. Gen. p.* 104. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 311. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 494. *Schultz. Natürl. syst. des pflanz. p.* 410. Oleinæ *Link. En.* 1. *p.* 33. *R. Brown. Prodr. p.* 522., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 379. Oleineæ *Bartl. Ord. nat. p.* 217.

Observ. Gærtnerus l. c. optime statuit, fructum Phillyreæ esse drupam, non baccam, sed nucis penitiorem structuram haud bene novit, quæ ita se habet. Amygdala tunicata, adhærens, perispermata. Tunicæ seminales membranaceæ, cohærentes, tenues, coloratæ (luteæ). Perisperma periphericum, implens totam nucem, carnosum, stipatum, album, sphæricum. Embryo rectus, axeus, apicillaris, descendens, dicotyledoneus, lacteus. Cauliculus teres, crassiusculus, nitidus, basi sua proficiscens ab exortu stili. Cotyledones descendentes, ovati, plani, adpressi, sessiles, glaberrimi, nitidi. Plumula fere inconspicua. Nux apiculata, levis, unilocularis, monospermia, matura putamine ligneo, multistriato, venosoque.

1. Phillyrea *media*: foliis ovato-lanceolatis, oblongisque, integerrimis, subserratisque, mucronulatis; drupa apiculata.

Ph. media *Sp. pl.* 10. *Nouv. Duham.* 2. *p.* 90. *tab.* 27. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 121. *n.* 450. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 6. *A. C. D.* *, *et Syll. p.* 9. * *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 5.*, *et Suppl.* 1. *p.* 3.* *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 6. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 4.* *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 1.* *Rees. Cycl. v.* 27. *n.* 1. *Sibth. et Smith. Prodr. Fl. Græc.* 1. *p.* 3. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 8. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutsch. Fl.* 1. *p.* 299. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 2.

Ph. levis *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 7.*, *et Syll. p.* 9.*

Ph. latifolia *α* ligustrifolia *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 7.

Lilatro di foglia larga var. 2. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 9.*

Phillirea *Matth. ed. Valgr. an.* 1585. *tom.* 1. *p.* 189. *Duham. Arb.* 2. *p.* 117. *n.* 1. *tab.* 25.

Ilatrum vulgo Linternum *Cæsalp. De plant. lib.* 2. *cap.* 36. *p.* 74.

Phillyrea III. *Clus. Hist. pl. lib.* 1. *p.* 52.

Ph. latiusculo folio *J. Bauh. Hist.* 1. *lib.* 5. *p.* 539.

Ph. narbonensis florida *Lob. Obs. p.* 564.

Phylerea arbor Galloprovinciæ verior Macaleb Serapionis *Lob. Adv. p.* 421.

Ital. *Filaria. Fillirea. Lillatro di foglia mezzana. Ilatro. Iletro. Lillatro. Ulivastro.* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. *p.* 166.

Arb. Legi in saltu *di Viareggio* in ditione Lucensi. Habui ex Liguria occidua *a Laigueglia* a Badaroo, ex monte Pisano ab Eq. Prof. Savio, ex litore Ostiensi ab Orsino, ex ora Terracinensi a Fiorinia-Mazzantia, ex ora Neapolitana a *Montenuovo* a Brunnero, et ex *Fusaro*, et *Licola* ab Eq. Prof. Tenorio, ex agro Asculano *all' Acquasanta* ab eodem Orsino, ex pineto Ravennati secus torrentem *Bevano* a Dallagata, ex insula *Montecristo* in mari Tyrrheno a Prof. Giulio, ex insulis Lopadusa (*Lampadosa*), et Cosyra (*Pantellaria*) in mari Siculo ab Eq. Gussonio, ex Corsica secus flumen *Miomo* inter pontem, et mare a Bubanio. Floret Aprili, Majo.

Caudex, et rami seniores teretes, cortice cinereo, æquali, rami juniores obscure tetragoni, et fere ancipites, cinereo-virides; omnes passim huc illuc scatentes punctis verrucosis. Folia opposita, breviter petiolata, ovato-lanceolata, vel ovato-oblonga, plana, basi angustata,

apice plus minus acuta, vel acuminata, mucronulata, coriacea, amplitudinis variæ, passim obscure, subinde vero exquisite venosa, glaberrima, margine integerrima, aut remote, et argute denticulata, supra nitida, et dum juniora, læte, dum seniora, atrovirentia, subtus pallidiora, et crebris punctis impressa. Racemuli solitarii, axillares, folio multo breviores, subsessiles, brachiati, puberuli, erecti, vel cernui. Flores suaveolentes. Pedicelli longitudine floris, aut paulo longiores. Dentes calycini obtusi, ciliolati. Corolla albo-pallida, segmentis late ovatis, obtusis, concavis. Antheræ turgidæ, luteæ, minores, quam in *Phillyrea stricta*. Stigma balaniforme, emarginatum. Drupa globosa, apiculata, matura nigra.

Hæc species summopere ludit diversa foliorum amplitudine, margine eorum vel integerrimo, vel denticulis plus minus obsito, venisque obscuris, aut evidentibus. Verum hi lusus habentur in eadem arbore, ut qui auctores ex his statuerunt species distinctas, perinde fecerunt ac ille, qui ex eadem *Salicis* arbore innumeras hauribat species.

2. Phillyrea *angustifolia*: foliis lanceolato-linearibus, subintegerrimis, mucronulatis; drupa apiculata.

Ph. angustifolia *Sp. pl.* 10. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 121. *n.* 451. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 9., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 1. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 4. *n.* 8.* *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 6. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 7. *A.**, *et Syll. p.* 9. *n.* 5.* *Guss. Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 5. *Jan. Elench. p.* 1.* *Cup. Hort. Cath. p.* 167. *Rees. Cycl. v.* 27. *n.* 2. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 500. *n.* 2469. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 8. *fig.* 3. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutsch. Flor.* 1. *p.* 300. *J. Bauh. Hist.* 1. *lib.* 5. *p.* 538. *Lob. Observ. p.* 565.

Ph. media *B Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 6.*

Ph. obliqua *Ten. Syll. p.* 9. *n.* 6.*

Ilatrum angustiori folio *Cæsalp. De plant. lib.* 2. *cap.* 36. *p.* 74.

Phillyrea IIII. *Clus. Hist. pl. lib.* 1. *p.* 52.

Ital. *Filaria*. *Fillirea*. *Ilatro*. *Iletro*. *Lillatro di foglia stretta*. *Ulivastro* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 166.

Arb. Legi in monte Pisano supra thermas Sancti Juliani. Habui ex *Laigueglia* in Liguria occidua a Badaroo, ex pineto Ravennati prope *la Torraccia* a Bubanio, ex ora Neapolitana *a Licola* ab Eq. Prof.

TENORIO, ex Nebrodibus Siciliæ a Prof. JANIO, ex Corsica *a Bastia* prope *Pietra nera* a BUBANIO, item ex viciniis *di Bonifacio* a SERAFFINIO, et ex *Calvi* a SOLEIROLIO. Floret Martio, Aprili, Majo.

Folia lanceolato-linearia, utrinque angustata, apice acuta, vel acuminata, mucronulata, majora pollicem, vel quatuordecim lineas longa, ab una ad tres lineas lata, plerumque margine integerrima, subinde tamen vidi huc illuc denticulata. In reliquis omnino similis *Phillyreæ mediæ* L., ut fere varietas ejus, potius quam distincta species, mihi videatur.

3. PHILLYREA *latifolia:* foliis inferioribus cordato-ovatis, planis, spinuloso-serrulatis, superioribus oblongis, oblique tortis; ramis patulis; racemis laxifloris; pedicellis flore longioribus; drupa obtusa, umbilicata.

Ph. latifolia *Sp. pl.* 10. *Sibth. et Smith. Prodr. Fl. Græc.* 1. *p.* 4., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 2. *tab.* 2. *Rees. Cycl. v.* 27. *n.* 3. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 122. *n.* 452. *Targ. Tozzett. Inst. bot.* 2. *p.* 18. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 1. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 6. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 3. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 299. *α.*

Ph. latifolia *β* serrata *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 7.

Ph. latifolia B *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 6.*

Ph. spinosa *Ten. Syll. p.* 9. *n.* 2.*

Lilatro di foglia larga *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 9.

Ilatrum folio latiori, breviorique ad Ilicem valde accedente *Cæsalp. De plant. lib.* 2. *cap.* 36. *p.* 74.

Phillyrea 1. *Clus. Hist. pl. lib.* 1. *p.* 51.

Ph. folio ilicis *J. Bauh. Hist.* 1. *lib.* 5. *p.* 541. (errore p. 532.).

Ph. latifolia spinosa triphyllos s. foliis ternis circa caulem ambientibus *Pluk. Alm. p.* 295. *tab.* 310. *fig.* 4. bona.

Ph. latifolia spinosa *Segui. Ver.* 2. *p.* 273.

Ph. foliis serratis terno ordine nascentibus *Seg. Ver.* 2. *p.* 274.

Ital. *Filaria. Fillirea. Ilatro. Iletro. Lillatro. Lillatro di foglia larga. Ulivastro* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 166.

Arb. Legi Sarzanæ ad radices montis *Caprione*, et in summitate montis *Darme*, quibus in locis cæspitosa tantum occurrit, at in monte *Nuda di Ponzano* vidi arborem annosam, amplam, caudice insigni. Item cæspitosam observavi Bononiæ in sylvis editioribus *di Montecastello* supra *la Crovara*. Habui ex Asculo in

Piceno ab Orsino, ex oris Neapolitanis *a Licola*, et *Monte nuovo* ab Eq. Prof. Tenorio. Floret Aprili, Majo.

Caudex arboris annosæ valde crassus, teres, levis; passim vero planta hæc in sylvis cæduis occurrit cæspitosa. Rami omnes patuli, densi, inter se intricati. Folia cæspitum, sive inferiora, cordato-ovata, plana, acuta, argute serrato-spinulosa, opposita, vel terna in eadem planta, variant ovata tantum. Folia ramorum in arbore, sive superiora, ovato-oblonga, levius serrata, oblique distorta. Folia omnia brevissime petiolata, supra atro-viridia, nitida, subtus pallidiora, margine subrevoluta; apice cartilagineo-mucronulata. Racemi axillares, subsessiles, solitarii, brachiati, laxiflori, folio breviores, passim erecto-patuli, interdum subcernui. Flores suaveolentes. Pedicelli flore longiores. Bracteæ oblongæ, pallide virentes, deciduæ. Calycis dentes ovati, obtusi, margine nudi, aut subnudi. Corolla albo-virens, laciniis ovatis, demum revolutis. Stamina initio erecta, deinde unumquodque in latus suum deflexum. Antheræ insignes, turgidæ, filamento adnatæ, biloculares, pallide luteolæ. Apex stili sæpe rubellus. Stigma balaniforme ex lobulis duobus carnosulis, ovatis, connato-convergentibus. Drupa globosa, obtusa, umbilicata, demum nigra, aut nigro-purpurascens, carne succulenta, albo-sanguinea; maturat autumno. Tota planta glaberrima.

Folia oblonga, et distorta observantur in sola plantá arborescente, cujus facies longe alia a planta cæspitosa, humili, prædita foliis brevioribus, cordato-ovatis, aut ovatis, planis. At ego vidi utramque formam in eodem individuo, quod ex basi caudicis emittebat virgas cæspitosas, dum sperne arborescebat.

4. Phillyrea *stricta*: foliis omnibus planis, ellipticis, superioribus leviter, obtuseque serratis; ramis interioribus virgatis; racemis densifloris, cernuis; pedicellis flore brevioribus; drupa obtusa, umbilicata.

Ph. latifolia *Maur. Cent. XIII. p.* 3.*

Ph. latifolia A *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 6. *, *et Syll. p.* 9. *n.* 1.*

Ph. latifolia *Hort. reg. Paris.**

Ital. *Fillirea. Lillatro pertichino.*

Arb. Observavi copiosam Bononiæ in sylvis collinis *di Gaibolla* ad gypsa prope Ecclesiam paroecialem. Habui ex Asculo in Piceno *all' Acqua santa* ab Orsino,

Roma ex montibus *Mario*, et *Gennaro* a Prof. MAURIO, ex regno Neapolitano *al Fusaro*, *Licola*, et *Gargano* ab Eq. Prof. TENORIO, item ex sylva *di Persano* in Principatu citra ab Eq. GUSSONIO, ex insula Cosyra in mari Siculo ab eodem Eq. GUSSONIO, ex Sardinia septentrionali, et ex Corsica *a Bonifacio* a SERAFFINIO, item ex Corsica *a Calvi* a SOLEIROLIO. Floret prima omnium Martio mense.

Cum arborescit, rami ejus interiores sunt virgati, longi, stricti, exteriores vero patenti-recurvi. Folia omnia plana, elliptica, pallide virentia, breviter petiolata, coriacea, persistentia; ramea, sive superiora, obtusa, et leviter, obtuseque serrata; quæ in cæspitibus, sive inferiora, subinde acuta, acuteque, et altius serrata, subcordata, et atro-virentia, fere ut in *Phillyrea latifolia* L. Racemuli solitarii, axillares, sessiles, brevissimi, adeo densiflori, ut capitati videantur, passim cernui, vix unquam erecti. Pedicelli flore breviores. Calycis laciniæ ciliolatæ. Corolla ex viridi-albida, interdum cum aliquo rubore. Antheræ luteolæ. Stigma balaniforme, emarginatum. Drupa omnino ut in præcedente.

Hanc esse *Phillyream latifoliam* Hort. reg. Paris. mihi liquit ab archetypo ibidem lecto a Cl. Maurio, et mihi benevole impertito. Affinis profecto *Phillyreæ latifoliæ* L.; verum probe distincta ramis interioribus virgatis, foliis ramorum obtusis, obtuseque, et leviter serratis, omnibus planis, racemis compactis, subcapitatis, cernuis, inflorescentia omnium præcociore. Phillyrearum species magis distinguendæ ex plantis vivis in loco natali, quam ex cultis in horto, et ex siccis in herbario; neque ex earum facie ludibunda tot inconcinnæ species cum recentioribus instituendæ plurimo scientiæ damno.

Usus. Hæ arbores, vel arbusculæ virore foliorum perpetuo spectandæ in sylvulis, quas arte serimus. Caudex ligno suo albo, maculisque rubro-luteis variegato utilis ad opus torno poliendum. Folia substantia adstringente, qua pollent, coriariis inserviunt, vel phillyrinam præbent pharmacopolis, et medicis ad febres intermittentes sanandas aptissimam.

OLEA.

Lin. Gen. p. 10. *Juss. Gen. p.* 105. *Vaill. Acad. des scienc. an.* 1722. *p.* 195. *Tourn. Inst. rei herb.* 3. *tab.* 370. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 8. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 312., *et* 4. *p.* 101. *tab.* 9. *fig.* 1. *Gærtn. De fruct. et semin.* 2. *p.* 75. *tab.* 93.

Perianthium liberum, minimum, quadridentatum, persistens. Corolla infundibuliformis, tubo brevi, limbo quadrifido, decidua. Stigma bifidum. Pericarpium drupa carnosa, nuce oblonga, ossea, uni-biloculari, uni-dispermia.

Habitus. Arbores, vel arbusculæ foliis simplicibus, sempervirentibus, oppositis, vel alternis. Flores racemosi, aut paniculati, axillares, aut terminales. Drupæ ellipsoideæ, maturæ nigræ, vel atro-rubentes, oleosæ.

Ord. nat. Sepiariæ *Linn. Ord. nat. n. XLIV.*, *et Prælect. in ord. nat. p.* 506. Jasmineæ *Juss. Gen. p.* 104. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 311. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 494. *Schultz. Natürl. syst. des pflanz. p.* 410. Oleinæ *Link. Enum.* 1. *p.* 33. *R. Brown. Prodr. p.* 522. *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 378. Oleineæ *Bartl. Ord. nat. p.* 217.

1. Olea *europæa:* foliis lanceolatis, mucronulatis, integerrimis, subtus argentinis; ramulis tetragonis, lævibus.

O. europæa *Sibth. et Smith. Prodr. Fl. Græc.* 1. *p.* 4., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 3. *tab.* 3. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 121. *n.* 449. *Savi. Fl. Pis.* 1. *p.* 10. *Ab Ucr. Hort. Panorm. p.* 36. *Guss. Suppl.* 1. *p.* 3.* *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 298.

O. europæa β *Sp. pl.* 11. *Petagn. Inst. bot.* 2. *p.* 18. *Röm. et Schult. Mant.* 1. *p.* 75.

O. europæa α sylvestris *Sebast. et Maur. Flor. Rom. prodr. p.* 4. *n.* 9.

O. europæa A sylvestris *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 8., *et Syll. p.* 9. *n.* 1. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 10.

O. europæa sylvestris *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 6.

O. Oleaster *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 68.
O. sylvestris, folio duro, subtus incano *C. B. P. p.* 472. *Tourn. Inst. rei herb.* 1. *p.* 599. *Cup. Hort. Cath. p.* 156.
O. oleastriformi folio et fructu *Bonann. Panphyt. tab.* 147.
Oleaster *Cæsalp. De plant. lib.* 2. *cap.* 35. *pag.* 73. *Castell. Hort. Messan. p.* 42.
Olivo salvatico *Matth. ed. Valgr. ann.* 1585. *tom.* 1. *p.* 218.
Ital. *Oleastro. Olivagnolo. Olivo salvatico: Ulivaggine. Ulivagnolo. Ulivastro* Targ. Tozzett. Dizion. bot. 2. p. 156.

ϑ racemis simplicibus, compositisque, ramis patulis; drupis magnitudine variis.
Olea Cajetana *Petagn. Inst. bot.* 2. *p.* 19.*
O. europæa B bifera *Ten. Syll. p.* 9.*
O. europæa ϑ cajetana *Vahl. En.* 1. *p.* 40.
O. sativa η cajetana *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 69.
Ital. *Ulivo Gaetano* Petagn. l. c.

Arb. Observavi in sylvaticis Liguriæ orientalis. Habui ex insula Lopadusa ab Eq. Gussonio, ex insulis *Monte Cristo,* et *Giannutri* in mari Tyrrheno a Prof. Giulio, ex Corsica a Soleirolio. Varietatem ϑ habui ex *Ciorlano* in agro Venafrano ab Eq. Prof. Tenorio. Species floret Aprili, Majo, Junio; varietas ϑ forte pluries in anno; saltem fert alios racemos florigeros, alios fructigeros eodem tempore.

Hæc species in statu sylvestri est vel arbuscula, vel planta cæspitosa, rarius arbor ingens, ut sunt varietates ejus cultura domesticæ. Caudex teres, cortice initio levi, viridi-cinereo, senectute demum rimoso. Rami numerosi, plus minus patentes, oppositi, vel alterni, opposito abortiente, juniores tetragoni, incani, leves, inæquales, apice demum spinescentes. Folia coriacea, lanceolata, vel elliptica, mucronulata, breviter petiolata, opposita, cruciata, glabra, sæpe distorta, margine integerrima, subrevoluta, supra nunc atro-virentia, nunc læte virentia, subtus argentina, et plus minus incana. Petiolus crassiusculus, leviter canaliculatus. Racemuli axillares, simpliciusculi. Pedicelli brevissimi. Flores albo-pallentes. Calyx persistens, et in fructu explanatus. Drupæ parvæ, ellipsoideæ, acuminulatæ, maturæ atro-ruffæ, oleiferæ.

Varietas ϑ grandior est, et inter plantas cultura mitiores habenda; caret ramis spinescentibus; fert racemos plerumque compositos, ramis longiusculis, patulis. Racemi isti alii florent, alii fructificant in eadem arbore, idest flores recentes consociantur cum fructibus antiquis. Drupæ ellipsoideæ, magis pulposæ, et duplo grandiores, quam in specie. In reliquis nulla diversitas.

Linnæus l. c. assumpsit in speciem *Oleæ europææ* typum, qui cultura factus est mitior, et in varietatem *β* formam ejus, quæ sylvestris, et ferox. Profecto hic loci contra præcepta, et morem suum ipsemet egit, cum olea sylvestris prodierit prima, et olea mitior, formis pene innumeris ludens, ab illa dimanaverit. Quare ego rem istam secundum naturæ ductum restituendam in hoc libro putavi.

Habemus ex Plinio Nat. hist. lib. 15. cap. 1. oleam omnino non fuisse in Italia ab annis Populi Romani CLXXIII., Tarquinio Prisco regnante, quod intelligi debet de olea culta, oleum præstantissimum præbente; sylvestris enim spontanea profecto est in insulis Italicis, ubi nullus agrorum cultus unquam fuit. Confer quæ habet Cl. Gussonius in Suppl. 1. p. 3.

Usus. Nulla arbor prætiosior olea, e cujus fructu olivum educitur, quo tam late utimur ad victus, et vitæ commoda, ut principatum in hoc quoque bono obtinuerit Italia toto orbe. Quoad medicinam vero oleum leniter purgans remedium, oleum præstans ad cerata, et ad linimenta, oleum vel ad balnea adhibitum, foliaque *oleinam* suppeditant ad febres intermittentes sanandas nunc celebratam. Atque olim oleæ honorem Romana majestas magnum præbuit, turmas equitum idibus Juliis ex ea coronando, item minoribus triumphis ovantes. Athenæ quoque victores olea coronabant, et Græci oleastro Olympiæ.

Cuncta mihi Alphæum linquens, lucosque Molorchi
Cursibus, et crudo decernet Græcia cæstu.
Ipse caput tonsæ foliis ornatus olivæ
Dona feram.

Virg. Georg. lib. 3. v. 19-22.

Lignum oleæ flammam facile concipit igne suo caput non tentans, quare perutile ad focos hybernos in lare.

In regno Neapolitano ex hac arbore exsudat gummi-resina, quæ *Lecce* a loco audit, pro suffumigiis vanillam grate olentibus præstantissima.

FONTANESIA.

Labill. Ic. pl. Syr. rar. dec. 1. *p.* 9. *Willd. Sp. pl.* 1. *par.* 1. *p.* 52. *Vahl. En.* 1. *p.* 37. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 308. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 22. *Gærtn. De fruct. et semin. suppl. p.* 193. *tab.* 215. *Nouv. Duham.* 1. *p.* 13. *tab.* 5.

Perianthium liberum, minimum, 4-6partitum, persistens. Corolla 4-6partita, decidua. Stigmata duo. Pericarpium samara di-tetraptera, bi-quadrilocularis, loculis monospermiis.

Habitus. Arbuscula ramis suboppositis, annotinis debilibus, brevibus, florigeris. Folia subopposita, simplicia, flexilia. Racemuli axillares. Flores albi.

Ord. nat. Lilaceæ *Vent. Tabl.* 2. *p.* 306. Oleinæ *Link. En.* 1. *p.* 33. *R. Brown. Prodr. p.* 522., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 378. Oleineæ *Bartl. Ord. nat. p.* 217. Jasmineæ *Schultz. Natürl. syst. des. pflanzenreich. p.* 410.

1. Fontanesia *phillyreoides*.

F. phillyreoides *Willd. Sp. pl.* 1. *par.* 1. *pag.* 52. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 10. *Vahl. En.* 1. *p.* 37. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 265., *et Mant.* 1. *p.* 217. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 36. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *p.* 244. *Labillard. Ic. pl. Syr. rar. dec.* 1. *p.* 9. *tab.* 1. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 22. *Nouv. Duham. tom.* 1. *p.* 13. *tab.* 5. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 7.*

Ital. *Ligustro di Siria*.

Arb. Habui ab Eq. Gussonio, qui reperit in Sicilia in montibus calcariis inter Syracusas, et *Avola*. Floret Majo.

Arbuscula 12-15pedalis. Caulis teres, erectus, valde ramosus, cortice cinereo, demum rimoso. Rami oppositi, aut fere oppositi, patentes, qui annotini debiles, tetragoni. Folia opposita, aut fere opposita, lanceolata,

vel obovata, breviter petiolata, variant acuminata, acuta, aut obtusa, substantia flexili, membranacea constantia, læte, vel atro-virentia, nitida. Racemuli compositi, solitarii, axillares, nutantes, folio breviores, in ramulis annotinis tantum siti. Bractea linearis ad basim pedicellorum. Calyx minutus, 4-6partitus, viridis, segmentis oblongis, subinde inæqualibus. Corolla parva, sordide albens, interdum cum aliqua rubedine, 4-6partita, laciniis oblongis, obtusis, apice inflexo, una vel altera subinde minus alte secta. Stamina 2-4., corollam superantia, filamentis anthera brevioribus, antheris grandibus, oblongis, bilocularibus, erectis, ante maturitatem ex luteo virentibus, maturis luteis. Ovarium compressum. Stilus nunc simplex, idest factus ex 2-4. stilis connatis, ad conjunctionem eorum sulco notatis, stigmatibus liberis; nunc stili 2-4. toti liberi, latere superiore canaliculati, extus convexi. Stigmata oblonga, crassa, plus minus incurva. Samara parva, ovata, modo apice rotundata, et apiculata, modo emarginata, di-tetraptera, bi-quadrilocularis, loculis monospermiis. Tota planta glabra. Flores levissime, sed grate, olentes.

Arbuscula hæc foliis accedit ad *Ligustrum*, inflorescentia ad *Phillyream*. Folia sunt decidua apud nos, non in Syria.

Usus. Angli ex ligno educunt colorem luteum.

FRAXINUS.

Lin. Gen. p. 550. *Juss. Gen. p.* 105. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 309. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 13. *Mich. Nov. pl. gen. p.* 225. *tab.* 107. *Tourn. Inst. rei herb.* 3. *tab.* 343. *Lamk. Illustr.* 9. *tab.* 858. *Gærtn. De fruct. et sem.* 1. *p.* 222. *tab.* 49. *Vaill. Acad. des scienc. an.* 1722. *p.* 205.

Ornus *Mich. Nov. pl. gen. p.* 222. *tab.* 103.

Flores vel polygami nudi, aut perigonio simplici, vel hermaphroditi, calyce quadripartito, corolla tetrapetala, petalis angustis, elongatis. Stamina duo, raro tria, in hermaphrodito hypogyna. Antheræ quadrisulcæ. Ovarium liberum. Stilus brevis. Stigma bifidum. Samara compressa;

lanceolata, epiptera, uni-bilocularis, mono-dispermia. Semen lanceolatum, compressum.

Habitus. Arbores foliis deciduis, oppositis, impari-pinnatis, subinde simplicibus intermixtis. Flores in racemis, aut paniculis axillaribus, terminalibusque. Samaræ pendulæ, elongatæ.

Ord. nat. Sepiariæ *Linn. Ord. nat. n. XLIV., et Prælect. in Ord. nat. p.* 506. Jasmineæ *Juss. Gen. p.* 104. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 494. Lilaceæ *Vent. Tabl.* 2. *p.* 306. Oleinæ *R. Brown. Prodr. p.* 522., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 378. *Link. Enum.* 1. *p.* 33. Oleineæ *Bartl. Ord. nat. p.* 217. Acerineæ *Schultz. Natürl. syst. des pflanz. p.* 485.

1. Fraxinus *excelsior:* floribus apetalis; foliis pinnatis, foliolis sessilibus, lanceolatis, serratis.

F. excelsior *Sp. pl.* 1509. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 14., *et Engl. bot. v.* 24. *tab.* 1692. *Hook. Brit. Fl. p.* 11. *Svensk. bot. tab.* 175. *Fl. Dan. tab.* 969. *Lamk. Illustr.* 9. *tab.* 858. *fig.* 1. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 95. *n.* 1631. *Re Fl. Tor.* 2. *p.* 159. *Birol. Fl. Acon.* 2. *p.* 143. *Nocc. et Bal. Fl. Tic.* 2. *p.* 222. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 430. *Sav. Fl. Pis.* 2. *p.* 397., *et Tratt. degli alb. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 117. *Maratt. Fl. Rom.* 2. *p.* 377. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 336.* *Zeraff. Fl. Melit. thes. p.* 21. *Ten. Syll. p.* 10. *n.* 1. *Pollin. Fl. Ver.* 3. *p.* 233. *Moris. Stirp. Sard. elench.* 1. *p.* 31.* *Röhling. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 296. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 12. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 31. *Gaud. Fl. Helv.* 6. *p.* 330. *Bosc. in Mem. des scienc. mathém. et phys. de l' Instit. de Franc. an.* 1808. *p.* 199. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 496. *n.* 2465. *α*.

F. rostrata *Guss. Pl. rar. p.* 374. *tab.* 63.* *Ten. Syll. p.* 10. *n.* 2. *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 3. *p.* 9.*

F. n. 528. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 228.

Fraxinus *Lugd. hist.* 1. *p.* 83. *Dod. Pempt. p.* 833.

Frassino *Matth. ed. Valgr. an.* 1585. *tom.* 1. *p.* 150.

Bumelia Theophrasti, idest Bubala Fraxinus seu magna Fraxinus *Cæsalp. de plant. lib.* 2. *cap.* 13. *p.* 43.

Ornus n. 1-4. *Mich. Nov. pl. gen. p.* 223. *tab.* 103. *fig.* 1. 2.

Ital. *Frassino* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 103.

Offic. *Fructus, qui Lingua avis, Lingua di passera* Targ. Tozz. l. c. p. 145. Lin. Mat. Med. p. 168. n. 475.

Arb. Habui ex agro Terracinensi a Fiorinia-Mazzantia, ex agro Romano *alle Alluminiere della Tolfa* a Prof. Maurio, ex Calabriæ sylvis *di Persano, Stilo, Cirò*, et *Cariati*, et ex sylvis *di Policoro* in Lucania ab Eq. Gussonio, ex Sardiniæ arvis, et sepibus, et ex sylvis di *Macomer, Bonorva, Ozieri*, et *Bono* a Prof. Morisio. Floret a Februario in Aprilem secundum loca.

Arbor excelsa, caudice insigni, tereti, superne attenuato, et in ramos patentes soluto. Lignum album, cortex griseus. Gemmæ nigrescentes, pubescentes. Folia hysterantia, opposita, petiolata, impari-pinnata, pinnis 3-6., oppositis, foliolis sessilibus, lanceolatis, oblique acuminatis, basi cuneatis, integerrimis, reliquo margine leviter, arguteque serratis, subtus ad nervum medium inferiorem sæpe, non semper, pube fulva plus minus villosis, cæterum glabris, facie superiore saturate virentibus, inferiore pallentibus. Flores in racemis axillaribus, solitariis, folio brevioribus, nunc simplicibus, nunc prope basim ramosis, in anthesi erectis, in fructu pendulis. Calyx, et corolla desunt. Antheræ in flore unisexuali sessiles, in hermaphrodito suffultæ filamento brevi. Samara lanceolata, glabra, multinervis, venosaque, pendula, basi angustata, apice variat nunc latior, oblique, vel pari-emarginata, aut rotundata cum acuminulo in medio, nunc angustior, acuta, vel acuminato-rostrata, duplo major quam in sequente specie.

Usus. Medici olim tribuebant seminibus hujus plantæ vires diureticas, lithontripticas, et venereas, cortici vero vires febrifugas, et vulnerarias, quæ remedia nunc obsoleta. At pharmacopolæ quærant in foliis Fraxini *Meloem vesicatorium* L. Cortex præstat ad opus coriarium, et ad colorem viridem obtinendum; pecori nutrimento est in caritate pabuli, æque ac folia, sive recentia, sive sicca. Agricolæ maritant vites Fraxino, aut vitibus solent

Fraxineas aptare sudes, furcasque bicornes
Virg. Georg. lib. 2. vers. 358.

Veteres in primis adhibebant ad hastilia. Hinc Phineus ab Ovidio describitur

Fraxineam quatiens æratæ cuspidis hastam
Metam. lib. V. vers. 9.

Plinius pariter loquens de Fraxino Nat. hist. lib. XVI. cap. 13. *Homeri præconio, et Achillis hasta nobilitatam* dicit.

2. Fraxinus *parvifolia:* foliis petiolatis, pinnatis, tri-septemjugis, foliolis sessilibus, subrotundo-ovatis, oblongisque, basi angustato-cuneatis, integerrimis, superne argute-serrulatis, mucronatis.

F. parvifolia *Lamk. Enc. meth. bot. edit. de Pad. tom.* 2. *p.* 540. *n.* 2. *Bosc. in Mem. des. scienc. mathém. et phys. de l'Instit. de Franc. ann.* 1808. *p.* 202. *Ten. Syll. p.* 11. *n.* 5.*

F. alepensis *Pluk. Phyt. tab.* 182. *fig.* 4. bene foliol. minoribus.

F. humilior, seu altera, minori et tenuiori folio *Cup. Hort. Cath. p.* 74.

Ital. *Frassino mirtino. Frassino Lentisco.*

Arb. Habui ex Sicilia ab Eq. Gussonio, qui illam nunquam florentem deprehendit; et habui ex Calabria prope *il Pizzo* ab Eq. Prof. Tenorio.

Arbor *Fraxino excelsiore* L. minor. Folia petiolata, impari-pinnata, utrinque glaberrima, pinnis tribus-septem, sessilibus, inter se remotis, foliolo impari sæpe proximis minore, et petiolulato, at non semper. Foliola basi cuneata, integerrima, valde angustata, ut petiolulata videantur, licet non sint, superne argute serrulata, exteriora passim longiora, sed et breviora quandoque dantur; variant subrotundo-ovata, aut ovata, unguicularia, acute mucronulata, inæqualiterque serrulata, ut in allata figura Plukenetii, vel oblongo-lanceolata, pollicaria, acuminato-mucronata, fere æqualiter serrulata. Rami juniores atro-purpurei. Gemmæ fuscæ. Fructificationem non vidi.

Pauca, et certa synonyma prætuli incertis, cum lis inter botanicos adhuc sit, num hæc species referenda sit potius ad *Fraxinum parvifoliam W.*, quam ad ejus *Fraxinum lentiscifoliam*. Quidquid sit, nomen specificum huic stirpi a Lamarckio inditum præstat jure anterioritatis.

Usus. Siculi *Fraxinum Ornum* L. in hanc arborem inserunt, ut plantas mannam ferentes multiplicent.

3. Fraxinus *Ornus:* foliis pinnatis, foliolis petiolulatis, ellipticis, lanceolatisque, cuspidatis, obtuse denticulatis; floribus paniculatis, corollatis.

F. Ornus *Sp. pl.* 1510. *Sibth. et Smith. Fl. Græc.* 1. *p.* 4. *tab.* 4. opt. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 95. *n.* 1631. *Birol.*

Fl. Acon. 2. *p.* 144. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 2. *p.* 222. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 234. *Maratt. Fl. Rom.* 2. *p.* 377. *Ten. Syll. p.* 10. *n.* 3. *A-E.** *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 31.* *Lamk. Illustr.* 9. *tab.* 858. *fig.* 2. *Bosc. in Mem. des scienc. mathém. et phys. de l' Instit. de Franc. an.* 1808. *p.* 214. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 11. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 30.

F. florifera *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 2. *p.* 282. *n.* 1250. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 496. *n.* 2466.

Ornus europæa *Sav. Tratt. degli alb. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 144. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 4.* *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 2. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 3. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 5. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 357.

Fraxinus vulgatior *Segui. Veron.* 2. *p.* 290.

F. n. 1-14. *Mich. Nov. pl. gen. p.* 225. *tab.* 107. *fig.* 1-7.

F. n. 8-14. *Vaill. in Acad. des. scienc. an.* 1722. *p.* 206. *tab.* 14. *fig.* 31-34.

Melia Theophrasti, idest Fraxinus *Cæsalp. De plant. lib.* 2. *cap.* 13. *p.* 43.

Ital. *Orno. Ornello. Orniello. Avornello. Avornio. Costolo* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 108.

Offic. *Succus, qui Manna, Manna calabrina* Lin. Mat. med. p. 168. n. 476.

Arb. Nascitur fere ubique in sylvis Italiæ. Observavi in sylvis Genuensibus supra *Marassi*, inque sylvis Sarzanensibus, et Bononiensibus. Habui iterum ex sylvis Genuensibus a Grioleto, ex agro Mantuano *al Bosco Fontana* a Barbierio, ex sylvis Tergestinis, et Istriæ a Biasoletto, ex montibus *di Fiastra* in agro Camerinensi a Prof. Octavianio, ex montibus Terracinensibus a Fiorinia-Mazzantia, ex Gargano ab Eq. Prof. Tenorio, ex Sicilia ab Eq. Gussonio, et ex Ætna a Prof. Cosentino, ex sylvis Sardiniæ *Dorgali, Orosei, Montesanto, Terralba* a Prof. Morisio. Floret Majo.

Arbor sæpe insignis, non semper. Cortex griseus. Folia opposita, petiolata, impari-pinnata, pinnis oppositis, 2-3. Foliola evidenter petiolulata, variant elliptica, elliptico-oblonga, aut angustiora lanceolata, semper terminata cuspide plus minus insigni, acuto, vel obtusiusculo, crebre, subinæqualiter, et obtuse denticulata, denticulis sursum versis, supra læte viridia, glabra, subtus pallidiora, et ad nervum inferiorem villis fulvis sæpe, non semper, pubescentia; eorum basis

integerrima, inæqualiter cuneata, vel rotundata, vel subcordata. Foliolum impar longius petiolulatum, et exactius cuneatum. Paniculæ brachiatæ, terminales, et axillares in apice ramorum. Flores hermaphroditi, interdum mixti cum unisexualibus. Calyx quadripartitus. Corolla tetrapetala, alba. Petala linearia, perangusta, calyce multo longiora. Stamina corollam fere æquantia; filamenta capillaria; antheræ oblongæ, erectæ. Samaræ lanceolato-lineares, angustæ, apice ludunt acutæ, obtusæ, retusæ, idque in eadem arbore, cæterum crebre multinerves, glabræ, pendulæ.

Ornus Dod. Pempt. p. 859., quæ a nonnullis botanicis ad hanc speciem affertur, pertinet ad *Sorbum aucupariam* L. Arbores Calabræ mannam fundentes, quarum specimina obtinui ab Eq. Prof. Tenorio, nihil differunt a plantis aliarum regionum, eisdemque lusibus in foliis, et samaris sunt obnoxiæ.

Usus. *Fraxinus Ornus* L. cortice, et ligno præstat eisdem commoditatibus, ac *Fraxinus excelsior* L.; at succus ejus, *manna* vulgo dictus, qui ex cortice vel sponte exsudat, vel incisionum ope educitur, maximi momenti est in medicina purgativa; præcipue obtinetur in Calabria, parcius in maritimis Hetruriæ. Arbor solum sterilem prænuntians:

Nascuntur steriles saxosis montibus orni
Virg. Georg. lib. 2. vers. 111.

4. Fraxinus *rotundifolia*: foliis impari-pinnatis, subtrijugis, foliolis subrotundo-ovatis, obtusiusculis, obtuseque serrulatis, subsessilibus, basi angustatis; petiolo communi canaliculato.

F. rotundifolia *Spr. Syst. veg.* 1. *p.* 95. *n.* 2. *Ten. Syll. p.* 11. *n.* 4.*

F. rotundiore folio *C. B. P. p.* 416. *J. Bauh. Hist. pl.* 1. *lib.* 8. *p.* 177.

Ital. *Orno piccolo*. *Orniello frutice*.

Arb. Habui Neapoli ab Eq. Prof. Tenorio, et ab Eq. Gussonio. Floret forte cum præcedentibus.

Arbuscula humilis. Folia impari-pinnata, bi-trijuga. Foliola subrotundo-ovata, obtusa, aut vix acuta, cuspide *Fraxini Orni* L. omnino destituta, leviter, obtuseque, rarius acute, serrulata, utrinque glabra, aut ad nervum, venasque inferiores tantum villosula, tenuiter, et crebre reticulato-venosa, pollicem circiter longa, septem octo lineas lata, supra saturate viridia,

subtus pallida ; lateralia sessilia , aut brevissime petiolulata, basi angustata, integra, et sæpe inæquali; foliolum impar obovatum, obtusum, paululum grandius, longius cuneatum , et petiolulatum . Petiolus communis supra profunde canaliculatus . Flores nondum vidi.

Allata Joannis Bauhini figura bene refert folia quoad numerum pinnarum , et formam foliolorum , sed male exhibet hæc longiuscule petiolulata , et argute serrulata . Lamarckius, et cum eo alii, dum sub nomine *Fraxini rotundifoliæ* describunt plantam , quæ habet folia foliolis novem , distincte petiolulatis prædita , et quæ mannam præbet Calabrensibus, mihi videntur non hanc arbusculam nostram , sed potius aliquem lusum unius, vel alterius ex duabus præcedentibus speciebus indicare, et forte de *Fraxino parvifolia* insitionis ope in *Fraxinum Ornum* L. conversam loquuti sunt facientes speciem fictitiam ex formis , et proprietatibus utriusque .

5. Fraxinus *argentea:* foliis pinnatis, subtrijugis, foliolis subcoriaceis , brevissime petiolulatis , elliptico-ovatis , breve cuspidatis , obtuse dentatis .

F. argentea *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 281. *n.* 20. *Spr. Syst. veg.* 1. *p.* 97. *n.* 33. *Lois. Deslongch. Fl. Gall. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 18. *Duby. Bot. Gall.* 1. *p.* 322.

Ital. *Orniello argentino . Orniello di Corsica .*

Arb. Habui ex *Monte grosso* Corsicæ a Soleirolio .

Folia impari-pinnata, tri-quadrijuga, foliolis subcoriaceis, opacis , elliptico-ovatis , breve cuspidatis , subinæqualiter, obtuseque denticulatis , denticulis sursum versis, crebrius parallele venosis, nitore cinereo-argentino utrinque insignibus, glabris, at subtus ad nervum medium inferiorem, venasque proximas pube fulva villosis , superioribus circiter pollicaribus , inferioribus minoribus , impari longe petiolulato , lateralibus brevissime . Gemmæ fuscæ, puberulæ .

Neque Loiseleurio Deslongchampio, qui primus loquutus est de hac planta , neque mihi contigit videre flores , et fructus ejus . Affinis quam maxime est *Fraxino Orno* L. , quare non assentior Sprengelio , qui eam traxit ad sectionem illarum specierum , quæ floribus nudis distinguuntur .

Fraxini omnes mole, et coma spectandæ in sylvis:

Fraxinus in sylvis pulcherrima, pinus in hortis
Virg. Eccl. 7. vers. 65.

CIRCÆA.

Lin. Gen. p. 11. *Juss. Gen. p.* 319. *Vent. Tabl.* 3. *p.* 310. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 15. *Vahl. En.* 1. *p.* 301. *Tourn. Inst. rei herb.* 2. *tab.* 155. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 16. *Gærtn. De fruct. et sem.* 1. *p.* 114. *tab.* 24.

Perianthium adnatum, limbo libero, bipartito. Corollæ petala duo, obcordata, alternantia cum laciniis calycinis. Staminum filamenta superne crassiora. Stilus filiformis. Stigma tubæforme, emarginatum. Pericarpium achenium turbinatum, biloculare, loculis monospermiis, nisi velis diachenium connatum, quod parum consentaneum cum diachenio umbelliferarum defectu spermapodii.

Habitus. Plantæ herbaceæ. Radix repens. Caules geniculati. Folia opposita, petiolata. Flores laxe racemosi. Fructus retroflexi.

Ord. nat. Calycanthemæ *Lin. Ord. nat. n. XVII.* Aggregatæ *Lin. Præl. in ord. nat. n. XLVIII. pag.* 528. Onagræ *Juss. Gen. p.* 317. *Schultz. Natürl. syst. des pflanzenr. p.* 433. Onagrariæ *Juss. in Ann. du Mus. d' hist. nat.* 3. *p.* 315. *Bartl. Ord. nat. p.* 318. Philadelphæ *Don in James Edinb. philosoph. journ. an.* 1826. *p.* 133. *De Cand. Prodr.* 3. *p.* 205. Epilobianæ *Vent. Tabl.* 3. *p.* 307.

1. Circæa *lutetiana:* caule erecto; foliis ovatis, subcordatisque, denticulatis, pubescentibus, opacis *Mant. pl. Fl. alp. Apuan. p.* 1.

C. lutetiana *Sp. pl.* 12. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 15., *et Engl. bot. tab.* 1056. *Rees. Cycl. vol.* 8. *n.* 1. *Hook. Brit. Fl. p.* 11. *Fl. Dan. tab.* 210. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 16. *fig.* 1. *Bull. Herb. de la Franc. tab.* 297. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. tom.* 1. *tab.* 1. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 10. *tab.* 7. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 233. *n.* 854. *Balb. Fl. Taur. p.* 1.

Re Fl. Tor. 1. *p.* 26. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 3. *Balb. et Nocc. Fl. Ticin.* 1. *p.* 5. *et* 308. *Comol. Prodr. Fl. Com. p.* 2. *n.* 9. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 47.* *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 32. *Nacc. Aggiunt. p.* 5.*, *et Fl. Ven. p.* 17.* *Suffr. Foroj. p.* 107. *Sav. Due Cent. p.* 1., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 4. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 9. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 5. *n.* 11. *Tenor. Fl. med.* 1. *p.* 16., *et Fl. Nap.* 3. *p.* 9., *et Syll. p.* 11. *n.* 1. *Guss. Fl. Sic. prodr. p.* 7., *et Sup.* 1. *p.* 3. *Turi. Spec. pl. agr. Clav. p.* 5. *De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 2. *p.* 417. *n.* 3660. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 13. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abtheil.* 23. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 358. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 30. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 58.

C. n. 813. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 362. *Lob. Icon.* 1. *p.* 266.

Circæa *Cæsalp. De plan. lib.* 8. *cap.* 33. *p.* 339. *Lugd. hist.* 2. *p.* 1338.

C. n. 1. *Segui. Veron.* 1. *p.* 326.

Circea parigina *Pon. Mont. Bald. p.* 147.

C. del Dalecampio *Pon. Mont. Bald. p.* 238.

Ital. *Circea. Erba da incanti. Erba de' maghi. Erba maga. Erba di S. Steffano* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 60.

Peren. Reperi Sarzanæ ad ostia Macræ circa ædes dirutas S. Crucis, et in vertice montis ad vicum *Montemarcello* secus viam *di Riccadonna*, Bononiæ in umbrosis collium, in Liguria orientali ad ostia Entellæ inter *Lavagna*, et Clavarum. Filius legit in alpibus Apuanis prope *Fornole*, et in Apennino Bononiensi prope *Castiglione de' Pepoli*. Habui ex valle *Intrasca* ad radices *di Monte rosso* in provincia Novariensi a De Notaris, ex agro Mantuano *al Bosco Fontana* a Barbierio, ex agro Clodiensi in sylva *de' Nordi* a Prof. Naccario, ex *Paganico* in agro Camerinensi a Prof. Octavianio, ex sylvis Corsicæ interioris a Seraffinio, et ex *Bastia* a Soleirolio. Floret Junio, Julio.

Radix repens. Caulis teres, erectus, articulatus, ad articulos incrassatus, et sæpe rubens, cæterum viridis, plus minus pubescens, sesqui-bipedalis. Folia ad articulos opposita, longe petiolata, patentia, ovata, vel subcordato-ovata, acuminata, laxe denticulata, sesqui-duplo longiora, quam lata, instructa nervo medio,

venisque lateralibus multis, sursum arcuatis, æqualiter inter se se dissitis, saturate viridia, opaca, plus minus pubescentia. Flores in racemo terminali simplici, vel parce ramoso, pubescente. Subinde additur unus alterve racemus in axillis foliorum superiorum. Pedicelli remoti, uniflori, prætenues, basi geniculati, sparsi, interdum duo ad eamdem libellam. Segmenta calycina ovato-lanceolata, concaviuscula, retroflexa, dorso hirsuta, apicem versus plerumque rubella, intus glabra, decidua. Petala alba, profunde obcordata, segmentis oblongis, obtusis. Stamina corolla paulo longiora, erecta, vel divergentia, sita contra lacinias calycinas. Filamenta alba, filiformia, basi attenuata. Antheræ subrotundo-ovatæ, incumbentes, biloculares, albidæ. Stilus inferne tenuior. Stigma tubæforme, pulchre rubellum. Achenium turbinatum, hirsutum pilis patentibus, hamatis, biloculare, loculis monospermiis, maturitate retroflexum.

Species hæc sequente grandior, firmior, et pubescentior. Figura ejus perperam exhibetur glabra in Engl. bot. tab. 1056. *Circæa lutetiana* L. profecto non respondet *Circææ* Dioscoridis, et Plinii, quæ flore nigro, et semine milii in quibusdam veluti corniculis nascente distincta. Sunt tamen, qui eamdem putent, quos inter Cæsalpinus, et Dalechampius l. c., adversante Lobelio, qui pro illa habet *Solanum Dulcamara* L. (Adv. p. 104.). Quidquid sit, boni veteres vires magicas *Circææ* tribuebant:

His ego sæpe lupum fieri, et se condere sylvis
Mœrin, atque animas imis excire sepulcris,
Atque satas alio vidi traducere messes
Virg. Eccl. 8. v. 97-99.

Verum hodiernis temporibus

herbas, atque incantata lacertis
Vincula cum magno risuque, jocoque videres
Hor. Sat. 9. v. 49. 50

2. Circæa *alpina*: caule gracili; foliis cordatis, argute serratis, glabris, nitidis.

C. alpina *Sp. pl.* 12. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 16., *et Engl. bot. v.* 15. *tab.* 1057. *Rees. Cycl. v.* 8. *n.* 2. *Hook. Brit. Fl. p.* 11. *Fl. Dan. tab.* 1321. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 16. *fig.* 2. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 233. *n.* 855. *Re Fl. Segus. p.* 7. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 4. *Comoll. Prodr. Fl. Com.*

p. 2. *n.* 10. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 32. *Suffr. Foroj. p.* 107. *Ten. Syll. p.* 11. *n.* 2. *Sav. Due cent. p.* 2.*, *et Bot. Etr.* 2. *p.* 5.* *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 9. *Krock. Fl. Siles.* 1. *p.* 8. *tab.* 1. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 14. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abtheil.* 23. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 359. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 30. *De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 2. *pag.* 417. *n.* 3661. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 58.

C. minima *Lin. Mant. alt. p.* 316. *Columnn. Ecphr.* 2. *p.* 79. *fig. p.* 80.

C. n. 814. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 362.

C. parva minima Column. *Tit. It. per alp. Trident. in calce hort. Mauroc. pag.* 24.

C. alpina omnium minima *Ambros. Phytogr. p.* 162. figura rudis.

C. alpina minor *Segui. Veron.* 1. *p.* 326. *n.* 2.

Ital. *Circea montana. Erba maga minore.*

Peren. Filius reperit copiosam in Apennino Bononiensi prope *Castiglione de' Pepoli alle canale*, deinde *alla Madonna dell' Acero* prope lacum *di Scaffajolo* in sylva fagorum. Ex hoc novissimo loco habui etiam a Masquillierio discipulo meo. Insuper obtinui ex apennino Liguriæ orientalis *alle Capanne* a Turio, ex valle *Intelvi* provinciæ Comensis ab Odescalchio, ex monte *Legnone* ad Larium a Badaroo, ex Septem Communibus Vicetinorum a Mayero, ex montibus Forojuliensibus a Prof. Brignolio, ex apennino Romano ab Eq. Prof. Savio, ex montibus Corsicæ ab Eq. Gussonio. Floret Julio, Augusto.

Priore specie minor, et gracilior. Radix latius repens. Caulis erectus, vel ascendens, a digito ad dodrantem longus, modo valde ramosus, modo simplex. Folia longe petiolata, exacte cordata, acuminata, argute, remoteque serrata, glabra, aut vix margine puberula, pallide virentia, nitida. Racemus simplex, vel ramosus, subinde auctus aliis racemis axillaribus, pilis apice glandulosis plus minus adspersus. Segmenta calycina ovata albido-membranacea, multinervia, passim apice saturate rubentia. Corolla albo-rosea. Fructus maturitate patulus, rarius retroflexus. Flos, et fructus minor, quam in *Circæa lutetiana* L.

Caulis, rami, et petioli ludunt glabri, vel tenuissime puberuli. Figura ejus male exhibetur hirsuta in Engl. bot. tab. 1057.

VERONICA.

Lin. Gen. p. 14. *Juss. Gen. p.* 99. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 297. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 16. *R. Brown. Prodr. p.* 434., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 290. *Tourn. Inst. rei herb.* 2. *tab.* 60. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 13. *Gærtn. De fruct. et semin.* 1. *p.* 257. *tab.* 54.

Perianthium liberum, 2-4-5partitum. Corolla monopetala, quadrifida, inæqualis, lacinia infima angustiore. Stamina ex fauce corollæ, filamentis inferne attenuatis, antheris oblongis, incumbentibus, bilocularibus. Stilus filiformis, in pluribus declinatus. Stigma emarginatum. Capsula bilocularis, bivalvis. Dissepimentum contrarium valvis. Semina plura in quovis loculo.

Habitus. Plantæ herbaceæ, raro suffruticuli. Folia opposita, subinde verticillata, in paucis alterna, ut plurimum simplicia, rarius pinnatifida. Flores vel spicato-racemosi, vel corymboso-racemosi, vel solitarii axillares. Corollæ cæruleæ, roseæ, albæ, lineis saturatius coloratis radiantibus ex fauce. Capsulæ compressæ, vel depressæ. Pili sæpe cellulosi, sive articulati, confervoidei.

Observ. Perianthium in hoc genere ab aliis auctoribus dicitur partitum, ab aliis e pluribus foliolis factum. Linnæus in Fl. Suec. ed. 2. p. 7. calycem *Veronicæ hederifoliæ* vocavit polyphyllum, nos et hujus, et *Veronicæ Cymbalariæ* in Amœn. Ital. p. 56. 57., Aitonus filius calycem plurium Veronicarum in Hort. Kew. ed. 2. tom. 1. p. 33. 34. Contra sentiunt recentiores. Capsula est semper bilocularis, loculo quovis univalvi, postibus duobus. Hinc Linnæus, et cum Linnæo alii, ubi dicunt capsulam Veronicarum quadrivalvem, habere videntur pro valvis ipsos postes valvarum, quod parum exacte.

Veronicarum subdivisio ita intelligenda:

Spicato-racemosæ sunt, quæ habent flores brevissime pedicellatos undique sparsos circa rachidem communem. Earum bracteæ præ foliis minutæ.

Corymboso-racemosæ, quæ possident flores initio contractos in corymbum, cujus rachis deinde elongatur, et oritur racemus verus. Earum pedicelli sæpe alterni, et bracteæ subinde grandiusculæ.

Simpliciflorœ, quæ gaudent floribus solitariis, sitis in axilla folii cæteris foliis similis.

Ord. nat. Personatæ *Linn. Ord. nat. n. XL., et Prœl. in ord. nat. p.* 486. *Link. En.* 2. *p.* 135. Pediculares *Juss. Gen. p.* 99. Rhinantheæ *Juss. in Annal. du Mus. d' hist. nat. tom.* 5. *p.* 249. 250. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 454. Rhinanthoideæ *Vent. Tabl.* 2. *p.* 295. Scrophularinæ *R. Brown. Prodr. p.* 433., *et ed.* 2. *tom.* 1. *pag.* 289. *Bartl. Ord. nat. p.* 169. Scrophularineæ *Schultz. Natürl. syst. des pflanz. p.* 400.

* *Spicato-racemosœ*

† Racemo solitario terminali, subinde cum lateralibus

1. Veronica *ticinensis:* foliis oppositis, verticillatisque, lanceolato-linearibus, acuminatissimis, æqualiter argute-serratis, basi cuneatis, subpetiolatis, glabris; bracteis lineari-setaceis.

V. ticinensis *Pollin. Fl. Veron.* 3. *append. p.* 768.*

V. Hostii *Moret. in Bibl. Ital. tom.* 12. *p.* 369.* *Röm. et Schult. Syst. veg. Mant.* 1. *p.* 95.

V. maritima *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 6. *et* 308. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 22.*

Ital. *Veronica palustre*.

Perenn. Habui ex pratis paludosis sitis inter nemora, quæ sunt a flumine Ticino ad rivum *Gravellone*, a Prof. Morettio, a Badaroo, a Pollinio. Floret Julio.

Radix ramosa. Caulis bi-tripedalis, erectus, teres, inferne glaber, superne puberulus, interdum purpurascens. Folia breviter petiolata, verticillato-terna, vel

quaterna, rarius opposita, lanceolato-linearia, angusta, longa, acuminatissima, æqualiter argute-serrata fere usque ad extremum apicem, serraturis remotiusculis, glabra, basi cuneata. Flores in racemo spiciformi, terminali, elongato, acuminato, sæpe aucto lateralibus pluribus, axillaribus. Bracteæ lineari-setaceæ, pedicello longiores. Calyx parvus, glaber, quadripartitus, segmentis lanceolatis, acutis, duobus paululum longioribus. Corolla cærulea. Stamina exerta. Capsula ovata, glabra. Rachis, pedicelli, et bracteæ tenuiter pubescunt.

Invitus, non defectu reverentiæ, respuere cogor nomen specificum huic plantæ primitus a Cl. Prof. Morettio inditum., quia ipse Hostius describens *Veronicam Hostii* in Fl. Austr. 1. p. 4. ostendit, plantam suam differre a nostra foliis oblongis, inciso-dentatis, caule altissimo. Prof. Wahlbergius affirmavit, *Veronicam maritimam* L. e Suecia esse valde proximam *Veronicæ ticinensi* nostræ, at distare habitu minore, foliisque brevioribus, quæ res facile etiam liquet ex descriptione, et figura *Veronicæ maritimæ* L. apud Reichenbachium Cent. 1. p. 33. n. 35. tab. 35. fig. 71. Hisce addere juvat, *Veronicam maritimam* L. pollere foliis inæqualiter serratis, subtus pubescentibus, et caule pariter pubescente.

2. Veronica *spicata:* pubescens; caule ascendente; foliis oblongis, dentatis, basi cuneatis, apiceque integerrimis; bracteis calycem subæquantibus.

V. spicata *Sp. pl.* 14. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 17., *et Engl. bot.* 1. *tab.* 2. *Hook. Brit. Fl. p.* 3. *Fl. Dan. tab.* 52. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 73. *n.* 263. *Balb. Fl. Taur. p.* 2. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 26. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 4. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 6. *et* 308. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 2. *n.* 11.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 11. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 3. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 7. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 11. *Suffr. Forojul. p.* 108. *Sav. Due cent. p.* 3., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 1. *n.* 1. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 10. *Ten. Fl. Napol.* 1. *p.* 3. 4. *A. De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 468. *n.* 2408. *Lois. Deslongch. Fl. Gall. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 10.* *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 15. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Flor.* 1. *p.* 307. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 8. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 17. *n.* 1. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 26. 27. *n.* 1. *α*. *Wahlenb. Fl. Suec.* 1. *p.* 5.

V. n. 542. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 234.

V. spicata minor *C. B. P. p.* 247. *Segui. Veron.* 1. *p.* 234. *n.* 3. *Vaill. Bot. Paris. p.* 200. *tab.* 33. *fig.* 4. *Zannichell. Istor. delle piant. p.* 273. *tab.* 73. *fig.* 1. 2.
V. recta minima *Clus. Hist. pl. lib.* 3. *p.* 347.
V. spicata recta minor *J. Bauh. Hist.* 3. *lib.* 28. *p.* 282. (per error. 274.).
V. retta minima del Lobelio *Pon. Bald. p.* 171.
Auricula muris quarta in montibus *Cæsalp. De plant. lib.* 8. *cap.* 27. *p.* 336.

β foliis inferioribus latioribus, ellipticis; caule uni-polystachyo.
Veronica spicata β *Wahlenb. Fl. Suec.* 1. *p.* 5. *Hook. Brit. Fl. p.* 3. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 468. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 16. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 308.
V. spicata n. 2. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 17.
V. spicata n. 2. hybrida *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 27.
V. spicata caule fere bipedali *Sav. Due cent. p.* 3.*
V. spicata n. 2. pilosa *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 9.*
V. spicata B *Ten. Fl. Nap.* 1. *p.* 4.
V. spicata *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 19. *tab.* 19.
V. hybrida *Sp. pl.* 14., *et Mant. alt. p.* 316. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 17., *et Engl. bot. v.* 10. *tab.* 673. *Krock. Fl. Siles.* 1. *p.* 11. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 17. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 8.*
V. spicata recta major *J. Bauh. Hist.* 3. *lib.* 28. *p.* 282. (per error. 274.).
V. mas, recta, latifolia, spica cærulea *Barrel. Ic.* 682.
V. spicata purpurea erecta ramosa hirsuta, et subincana (foliis brevibus leviter et rotunde crenatis, floribus compactis) *Mich. Cat. pl. hort. Cæsar. Florent. p.* 99. *n.* 9.

ϰ foliis longioribus, oblongo-lanceolatis; caule altiore, uni-polystachyo.
Veronica spicata n. 3. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 17.
V. arguta *Morett. De quibusd. pl. Ital. dec.* 2. *p.* 6.*, *et Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 5. *p.* 41. *n.* 12.* *Re Fl. Torin. p.* 27. *et* 359.*
V. recta vulgaris major *Clus. Hist. pl. lib.* 3. *p.* 347.
V. major angustifolia, caulibus viridibus *J. Bauh. Hist.* 3. *lib.* 28. *p.* 284.
V. mas recta angustifolia spica cærulea *Barrel. Ic.* 681.

δ tota glabra.
Veronica spicata glabra *Sav. Due cent. p.* 4.* *Pollin. Fl. Veron. p.* 12.*

V. spicata n. 3. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 9.*
V. spicata *α*, *β* *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 7. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 11.
V. n. 11. 12. *Mich. Cat. pl. Hort. Cæsar. Flor. p.* 99.
Ital. *Veronica spigata* Sav. Due cent. p. 3.

Perenn. Frequens in sylvis totius Italiæ, a quibus descendit in planitiem. Legi Bononiæ in sylvis inter *Roncorio*, et *Paderno*, et in sylvis prope *Scascoli*, qua descenditur ad amnem *Savena*, ubi copiosissima, et mire multiformis, item habui ex monte *Oliveto* prope *il Vergato* ab herborario Fabrio. Obtinui ex Liguria occidua ad Intemelium a Sassio, ex apricis vallis *Intrasca* provinciæ Novariensis a De Notaris, ex montibus Comensibus *Corni di Canzo*, *Generoso*, *Colico*, *Tramezzina* a Comollio. Varietatem *β* habui ex collibus Mugellanis, et Senensibus *a Pienza* ab Eq. Prof. Savio, ex Piceno in agro Asculano *all'Acquasanta* ab Orsino, ex pratis, pascuis, sylva *Lipizza* agri Tergestini a Biasoletto, ex viciniis *di Roveredo* in Tyroli Italico a Meneghinio. Varietatem *χ* habui ex nemoribus Ticinensibus *di Buffalora*, quæ distant sex millia passuum ab oppido Ticino, a Prof. Morettio, et a Prof. Balsamo-Crivellio, et ex eodem agro lectam inter *Sabbione*, et *la Cava* a Badaroo, ex agro Mantuano *al Bosco fontana* a Barbierio, ex viciniis *della Venaria* in agro Taurinensi a Prof. Re. Varietatem *δ* habui ex sylvis umbrosis Hetruriæ ab Eq. Prof. Savio, et ex litore Adriatico a Pollinio. Florent Junio, et Julio tum species, tum varietates.

Radix transversa, sæpe repens, fibris descendentibus crassiusculis. Caulis ascendens, erectusve, variat a duobus, vel tribus pollicibus ad pedem, sesquipedem, usque ad cubitum longus, teres, pubescens, modo simplicissimus, modo superne plus minus ramosus. Folia vel oblonga, parva, vel latiora elliptica, vel elongata, et oblongo-lanceolata, utrinque plus minus pubescentia, tactu mollia, aut scabriuscula, semper basi cuneata, et integerrima, apice nunc obtusa, nunc acuta, ibique pariter integerrima, reliquo margine vel leviter crenata, vel inæqualiter obtuse dentata, vel fere æqualiter, et acutiuscule serrata, inferiora petiolata, et opposita, superiora minora, sæpe alterna, et subinde integerrima. Racemus spiciformis, terminalis, longus, acutus, pubescens, nunc solitarius, nunc cum

lateralibus, axillaribus, paucis, vel numerosis. Bracteæ lanceolatæ, inferiores calycem æquantes, aut vix superantes, reliquæ vix calycem attingentes. Pedicelli brevissimi. Corolla cærulea. Capsula ovata. Pubescentia totius plantæ albida, curvula. In varietate δ tota herba glabra.

Species valde ludibunda, ut, qui non late viderit in loco natali, facile decipi possit a facie multiformi, quam induit. Distinxi in varietates β, $\varkappa$, ut morem gererem botanicis scrupulosioribus; verum hujusmodi varietates adeo inconstantes sunt, adeo commiscentur inter se, et cum specie, ut coactus fuerim eas comprehendere in descriptione communi, seorsim retenta una varietate δ ob herbæ glabritiem. Confer, quæ habet Scopolius in Fl. Carn. ed. 2. tom. 1. p. 17., et Friesius in Nov. Fl. Suec. ed. 2. p. 4. et 5.

Usus. Præstat apud Veronenses iisdem usibus medicis, ac sequens ex Pollinio l. c.

† † Racemis lateralibus sine terminali.

3. Veronica *officinalis:* foliis oblongis, petiolatis, serratis, apice integerrimis, cauleque procumbente villosis; racemis laxifloris; laciniis corollinis ovatis; capsulis compressis, obcordato-trigonis.

V. officinalis *Sp. pl.* 14. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 22., *et Engl. bot. v.* 11. *tab.* 765. *Rees. Cycl. v.* 37. *n.* 53. *Hook. Brit. Fl. p.* 5. *Fl. Dan. tab.* 248. *Svensk. bot. tab.* 159. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. tom.* 3. *tab.* 3. *Bull. Herb. de la Franc. tab.* 293. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 12. *tab.* 8. *Plenck. Ic. pl. med.* 1. *p.* 7. *tab.* 12. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 73. *n.* 264. *Balb. Fl. Taur. p.* 2. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 28., *et Fl. Segus. p.* 7. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 7. *et* 309. *Comol. Prodr. Fl. Com. p.* 3. *n.* 12. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 47.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 12. *Suffr. Foroj. p.* 108. *Bert. Mant. pl. Fl. alp. Apuan. p.* 1. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 11., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 10., *et Mat. med. veg. Tosc. p.* 11. *tab.* 26. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 11. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 5. *n.* 12. *Tenor. Fl. Nap.* 1. *p.* 5. *A. B.*, *et Viag. in Abruz. p.* 43., *et Syll. p.* 12. *n.* 8. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 10. *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 3. *p.* 10.* *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 463. *n.* 2396. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 13. *fig.* 2. *a-h. Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 31. *Röhl. cum Mert. et*

Koch. Deutschl. Fl. 1. *p.* 318. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 15. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 14.
V. n. 540. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 233.
V. mas supina et vulgatissima *C. B. P. p.* 246. *Segui. Ver.* 1. *p.* 233.
Veronica *Rivin. Monop. irreg. tab.* 93.
V. mas, alpina, glabra, erecta, foliis parum crenatis *Bocc. Mus. p.* 17. *tab.* 10.
V. maschio *Matth. ed. Valgr. an.* 1585. *tom.* 2. *p.* 730.
V. mascola *Anguil. Sempl. p.* 244.
Auricula muris tertia, quæ a Germanis Veronica mas appellatur *Cæsalp. De plant. lib.* 8. *cap.* 27. *pag.* 335.
Ital. *Quadernuzzo. Veronica maschio. The europeo. The svizzero* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. *p.* 233.
Off. *Herba Veronicæ* Lin. Mat. Med. p. 4. n. 11.
Perenn. Nascitur in sylvaticis, et in montanis Italiæ fere ubique. Legi Sarzanæ in sylvis *di Murano*, et in Apennino Florentino in verticibus dictis *Sassocastro*, et *Montevenni* prope *il Covigliaio*. Filius attulit lectam in eodem Apennino prope *Felegare*, tum ex apennino Bononiensi *alla Gatta di Castiglione de' Pepoli*, et ex sylva prope *la Madonna dell' acero*, item ex monte *Salvero* ad viam Porrettanam, et ex alpibus Apuanis. Habui ex eodem Apennino Bononiensi *alla Madonna dell' acero* a Masquillierio, ex apennino Hetrusco *a Piana* prope *Crespino* a Bubanio, ex apennino Piceno in monte *Vettore alle Pezze di Avezzano* ab Orsino, et ex *Valle Canetra* a Prof. Octavianio, ex pineto Ravennati ad Classem iterum a Bubanio, ex monte *Sadole di val di Fiemme* in Tyroli Italico a Mayero, ex agro Mantuano *a Pradella*, et *al Bosco* a Barbierio, ex agro Mediolanensi a De Christophoris, ex thermis Valderiis in Pedemontio a Bertero, ex insula Caprearum in mari Neapolitano a Prof. Giraldio, ex monte *Cagna* Corsicæ a Seraffinio, ex sylvis *di Tempio*, et *Limbara* Sardiniæ a Prof. Morisio. Locis humilioribus floret Aprili, Majo, locis alpestribus Junio, et Julio.

Caulis teres, procumbens, apicibus surrectis, sæpius inferne repens, a paucis pollicibus ad sesquipedem longus. Folia opposita, ovato-oblonga, breviter petiolata, basi cuneata, apiceque integra, acuta, vel obtusa, reliquo margine subinæqualiter dentata, aut serrata. Racemi solitarii, axillares, pauci, alterni, vel oppositi, interdum unicus in caule, initio densiflori, postea

laxiflori, longe pedunculati. Pedicelli lineam circiter longi. Bracteæ lineares, vix calycem æquantes. Calyx quadripartitus, segmentis oblongis, angustis, obtusis, fere æqualibus. Corolla pallide cærulea, striis saturatioribus, laciniis ovatis. Stilus filiformis, longus, declinatus. Stigma capitatum. Capsula compressa, obcordato-trigona, angulis superioribus, sive auriculis obtusis. Tota planta hirsuta villis articulatis, patulis, sursum curvulis.

Usus. Pharmacopolæ adhibent herbam. Vires ejus sunt tonicæ, adstringentes, vulnerariæ. Sunt quoque, qui utantur loco Theæ, sed est minus grata.

4. VERONICA *Allionii:* caule prostrato, repente; foliis ovatis, crebre crenulatis, glabris; racemis densifloris; laciniis corollinis oblongis.

V. Allionii *Smith. in Trans. of the Linn. Soc.* 1. *p.* 189. *Rees. Cycl. v.* 37. *n.* 52. *Willd. Sp. pl.* 1. *p.* 59. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 11. *n.* 18. *Vahl. En.* 1. *p.* 74. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 110. *Villars. Hist. des pl. de Dauph.* 2. *p.* 8. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 463. *n.* 2397. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 13.

V. pyrenaica *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 73. *n.* 265.* *Re Fl. Segus. p.* 8.* *Reich. Cent.* 8. *p.* 32. *n.* 782. *tab.* 782. *fig.* 1052. 1053.

V. officinalis β *Sp. pl.* 14. excl. syn. Pluken.

V. n. 2. *Gerard. Fl. Galloprov. p.* 322.

V. repens, ex alis spicata, foliis rotundis, firmis, glabris, denticulatis *Allion. Specim. p.* 21. *tab.* 4. *fig.* 3.*

Ital. *Veronica di montagna* Allion. Fl. Ped. 1. p. 73.

Perenn. Habui ex alpibus Pedemontanis a Prof. BALBISIO, ex Cenisio a BONJEANIO, ex pascuis vallis *Salese* prope *S. Martino di Lantosca* a BERTERO, ex alpibus *di Ceresole* a Prof. RE. Floret Augusto.

Radix repens. Caules teretes, prostrati, repentes, apicibus surrectis. Folia opposita, breviter petiolata, ovata, vel subrotunda, coriacea, glabra, nitida, minute, et crebro denticulata, basi cuneata, apiceque integra, acutiuscula, subinde obtusa. Racemi spiciformes, erecti, solitarii, axillares, pauci, longe pedunculati, semper densiflori. Pedicelli lineam circiter longi. Bracteæ lanceolatæ, vix calycem æquantes. Calycis quadripartiti laciniæ subinæquales, lanceolatæ, acutæ. Corolla violacea, duplo grandior, quam in *Veronica officinali* L., segmentis oblongis. Stamina, et stilus pariter magis elongantur, et crassescunt,

quam in illa. Capsula compressa, obcordata, auriculis rotundatis, pilosula. Inflorescentiæ fulcra, et partes herbaceæ passim tenuissime pubescunt, pilis sursum curvulis, plerisque apice glanduliferis. Reliqua planta glabra.

Usus. Herbæ vis sudorifica. Pharmacopolæ Pedemontani præferunt hanc speciem *Veronicæ officinali* L., nec immerito.

* * *Corymboso-racemosæ.*

† Corymbo-racemis lateralibus, rarissime cum terminali.

5. Veronica *aphylla:* foliis ellipticis, obovatisque, subcrenatis; caule inferne repente; racemo subsolitario, laterali, paucifloro; bracteis, laciniisque calycinis oblongis, obtusis.

V. aphylla *Sp. pl.* 14. *Bert. Amœn. Ital. p.* 323. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 74. *n.* 260. *Re Fl. Segus. p.* 7. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 3. *n.* 13. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 13.* *Vitm. Sag. dell' istor. erb. p.* 46. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 3. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 11. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 10., *et Viag. in Abruz. p.* 42., *et Syll. p.* 12. *n.* 2. *Brocch. Osserv. in Bibl. Ital. tom.* 14. *p.* 365. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 10. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 27. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 314. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 10. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 12. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 463. *n.* 2398.

V. n. 541. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 234.

V. alpina, pumila, caule aphyllo *Bocc. Mus. p.* 17. *tab.* 1. *et* 9.

V. parva saxatilis cauliculis nudis *Seguier. Veron.* 1. *p.* 241. *tab.* 3. *fig.* 2. haud exacta quoad folia, *et Suppl. p.* 116. *Pluk. Alm. p.* 384. *tab.* 114. *fig.* 3. fol. obovatis.

Ital. *Veronica piccina* Ten. Fl. Nap. 3. p. 10.

Perenn. Legi in alpibus Apuanis *Sagro, Pizzo d' uccello, Giovo, Tambura.* Habui ex Baldo a Pollinio, et a Barbierio, ex alpibus Tridentinis ab eodem Pollinio, ex montibus Forojuliensibus a Prof. Brignolio, ex montibus Prætutiorum *ad Arapietra*, et ex monte *la Stanca* ab Orsino, ex eisdem montibus Prætutiorum *Costone*, et *Corno* ab Eq. Gussonio. Floret ab Junio in Augustum.

Caules teretes, cæspitosi, ramosi, inferne repentes, breves. Folia elliptica, vel obovata, petiolata, integra, aut crenata, in surculis junioribus longe minora, et subrotunda. Racemus in quovis caule, vel ramo unicus, rarissime duo, lateralis, situs in axilla superiore, etiam cum duo, solitarii in axillis superioribus, folio longior, filiformis, strictus, apice bi-sexflorus. Bracteæ oblongæ, integræ, obtusæ. Pedicelli demum bractea longiores. Calyx quadripartitus, segmentis oblongis, obtusisque more bractearum, duobus vix majoribus. Corolla grandiuscula, cærulea. Capsula subrotundo-emarginata. Tota planta pilosa; pilis ad lentem articulatis. Altitudo ejus ad summum palmaris. Pedunculi in macriore planta subradicales mentiuntur scapos.

6. Veronica *Beccabunga:* foliis ellipticis, obtusis, obsolete crenulatis; racemis lateralibus, oppositis; caule farcto.

V. Beccabunga *Sp. pl.* 16. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 20., *et Engl. bot. v.* 10. *tab.* 655. *Rees. Cycl. v.* 37. *n.* 36. *Hook. Brit. Fl. p.* 5. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. tom.* 1. *tab.* 2. *Fl. Dan. tab.* 511. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 14. *tab.* 11. *Plenck. Ic. pl. med.* 1. *p.* 8. *tab.* 14. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 75. *n.* 273. *Balb. Fl. Taur. p.* 2. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 28. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 5. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 7. *et* 309. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 3. *n.* 17. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 47. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 17. *Suffr. Foroj. p.* 107. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 13., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 10. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 13. *n.* 43. *Sebast. et Maur. Flor. Rom. prodr. p.* 5. *n.* 13. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 12., *et Syll. p.* 12. *n.* 5. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 9. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 11. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 462. *n.* 2394. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 30. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutsch. Fl.* 1. *p.* 317. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *Abtheil.* 12. *heft. Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 11. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 13. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 18.

V. n. 534. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 231.

V. aquatica major et minor folio subrotundo *Segu. Veron.* 1. *p.* 239. n. 13. 14.

Sium *Fuchs. Hist. p.* 724. *fig. p.* 725.

Anagallis aquatica *Dod. Pempt. p.* 593.

A. aquatica Dodonæi *Lugd. hist.* 1. *p.* 1090.

Beccabunga *Riv. Monop. irreg. tab.* 100.

Anagallide acquatica *Pon. Mont. Bald. p.* 143.
δ foliis oblongo-angustatis, obtusis *Bert. Amœn. Ital. p.* 324.
Veronica Beccabunga β *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 17.
V. Beccabunga var. alpina *Ten. Viag. in Abruzz. p.* 43.
Beccabunga alpina, sive Veronica glabra alpina, aquatica, oleæ folio, repens *Bocc. Mus. p.* 22. *tab.* 6.
B. minor *Riv. Monop. irreg. tab.* 100.
Ital. *Beccabunga* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 233.
Offic. *Beccabungæ herba* Lin. Mat. med. p. 5. n. 12.
Perenn. Obvia in fossis aquæ limpidæ, rivulisque Italiæ cum *Sisymbrio Nasturtio* L. Legi Sarzanæ, ubi frequens, tum Bononiæ in fossis prope amnem *Savena* secus viam *della Crovara*. Habui ex apennino Hetruriæ ad fontem Tiberis ab Amideo. Varietas δ mihi occurrit in alpibus Apuanis sub vico *Rascetto* ad semitam alpis *Tambura*. Filius attulit ex vertice *Corno alla scala* in apennino Bononiensi. Habui ex monte *Pelone* Prætutiorum ab Orsino. Floret Majo, Junio.
Caulis teres, totus farctus, inferne procumbens, et ad nodos radicans, superne surrectus, sæpe ramosus, et rubens. Folia opposita, elliptica, obtusa, minute crenata, breviter petiolata. Racemi laterales, pedunculati, axillares, solitarii, oppositi. Bracteæ lineares, aut inferiores lanceolatæ, calycem subæquantes. Calyx parvus, quadripartitus, laciniis paululum inæqualibus, ovatis, vel lanceolatis, acutis, aut obtusis. Corolla parva cærulea, striis saturatioribus, fauce albida. Capsula turgidula, subrotunda, vix emarginata. Tota planta glabra. Herba succulenta, nitida.
Varietas β longe minor, et foliis angustioribus, oblongis distincta.
Usus. Herba recens antiscorbutica, in acetariis grata, sicca nullius usus. Sunt, qui pro usu medico præferant succum expressum herbæ recentis.
7. Veronica *Anagallis:* foliis sessilibus, lanceolatis, acutis, serratis; racemis lateralibus, oppositis; caule fistuloso.
V. Anagallis *Sp. pl.* 16. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 21. *et Engl. bot. v.* 11. *tab.* 781. *Rees. Cycl. v.* 37. *n.* 37. *Hook. Brit. Fl. p.* 5. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. tom.* 2. *tab.* 3. *Fl. Dan. tab.* 903. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 15. *tab.* 12. *All. Fl. Ped.* 1. *p.* 76. *n.* 274. *Balb. Fl. Taur. p.* 2. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 29. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 5. *Nocc.*

et Balb. Fl. Ticin. 1. *p.* 8. *et* 309. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 4. *n.* 18. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 47. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 16. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 7. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 11.* *Suffr. Foroj. p.* 107. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 15., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 11. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 13. *Sebast. et Maur. Flor. Rom. prodr. p.* 5. *n.* 14. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 12., *et Syll. p.* 12. *n.* 6. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 9. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 11. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 461. *n.* 2393. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 29. *Röhl. cum Mert. et Kock. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 316. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 11. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 13. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 19.

V. n. 533. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 231.

V. aquatica minor, folio oblongo *Segui. Ver.* 1. *p.* 240. *n.* 15.

V. aquatica longioribus foliis, ad nodos ternis, et quaternis *Ponted. Comp. p.* 84. *n.* 2. 3. *Segui. Veron.* 1. *p.* 240. *n.* 16. 17.

Anagallis aquatica caule concavo *Cæsalp. De plant. lib.* 8. *cap.* 28. *pag.* 336.

β foliis brevioribus, late ovato-lanceolatis, levissime serratis, integrisque.

Veronica Anagallis foliis ovatis *Birol. Fl. Acon. l. c. Desf. Fl. Atl. l. c. Schrad. Fl. Germ. l. c.*

Anagallis aquatica major folio oblongo *C. B. P. p.* 252.

Berula major *Tabærn. Ic. p.* 719. fig. bona.

γ caule humili, subpedali; foliis crebrioribus, brevioribus, lanceolatis.

Veronica Anagallis β *Vahl. En.* 1. *p.* 69.

Anagallis aquatica minor folio oblongo *C. B. P. p.* 252.

A. aquatica minor 2. *Tabærn. Ic. p.* 718. bene.

δ caule tenuiore, humili; foliis lanceolato-linearibus.

Veronica anagalloides *Guss. Pl. rar. p.* 5. *tab.* 3.*, *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 10.*, *et Suppl.* 1. *p.* 3.*

V. Anagallis minor *Ten. Syll. p.* 12.

Ital. *Beccabunga. Crescione. Erba grassa. Veronica acquatica* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 233.

Perenn. Speciem legi Bononiæ in fossis prope amnem *Savena* cum præcedente. Habui ex agro Ravennati ad viam *de' pozzi* a Dallagata, ex agro Clodiensi ad ripas *del Gorzone* a Prof. Naccario, ex agro Mantuano *a Melara* a Felisio, ex uliginosis *del Montamiata* in provincia Senensi a Prof. Giulio. Varietatem β legi Sarzanæ in fossis *al Corso*, et habui ex agro Romano

alla valle dell' inferno a Masquillierio. Varietas *ϰ* copiose mihi occurrit prope dirutam Lunam in canali *del Casone*. Varietatem *δ* reperi Bononiæ in paludibus *di Gandazollo*, et habui ex Sicilia *al Mondello*, et *alla Piana de'Greci* ab Eq. Gussonio. Floret Majo, Junio.

Caulis crassior, quam in præcedente, erectus, vel ascendens, fistulosus, inferne ad nodos radicans, interdum ramosus, etiam bipedalis. Folia sessilia, opposita, lanceolata, subinde verticillato-terna, vel quaterna, basi lata, apice acuta, leviter, remote, et argute serrata, sesquipollicem, vel duos pollices longa, quatuor-sex lineas lata, aliquando vel tota, vel huc illuc integerrima. Racemi laterales, axillares, solitarii, oppositi, pedunculati, passim folio multo longiores, præcipue inferiores, longoque tractu floribus numerosis onusti. Bracteæ lineares, plerumque pedicello breviores. Calyx quadripartitus, laciniis lanceolatis, aut ovatis, acutis, parum inæqualibus. Corolla parva, pallide cærulea, vel rosea, striis saturatioribus. Stilus longus, declinatus. Capsula turgidula, subrotunda, vel élliptica, nunc vix, nunc evidenter emarginata. Tota planta glabra; interdum ludit pilosula.

In varietate *β* folia habentur latiora, et breviora, quam in specie; præterea basi sunt magis rotundata, et margine levius serrata, vel sæpius integerrima. Reliqua similia.

Varietas *ϰ* habet caulem pedalem, aut paulo longiorem. Folia sunt magis inter se approximata, lanceolata, acuta, pollicem, aut quatuordecim lineas longa, quatuor lineas lata. In reliquis speciei similis.

Varietas *δ* præstat caule humili, graciliore, quam in aliis. Folia angusta, lanceolato-linearia, vidi opposita, verticillato-terna, et verticillato-quaterna; eorum longitudo pollicaris, aut quatuordecim, vel sexdecim linearum, latitudo duarum linearum. Cum folia sunt verticillata, etiam racemi verticillati, singulo in ala singula. Caulis superne, et racemi interdum tenuissime pilosuli, pilis apice glandulosis.

Nonnulli ex auctoribus nostris afferunt ad hanc speciem tabulam 90. Floræ Danicæ, errore profecto, cum hæc tabula exhibeat figuram *Hydrocotyles vulgaris* L.

Usus. Herba recens, vel succus ejus valent ad scorbutum more præcedentis speciei; at cum minus succosa sit, ideo *Veronicæ Beccabungæ* L. posthabita. Veterinarii

hac herba utuntur ad equorum scabiem sanandam, et tumores discutiendos Cæsalp. l. c.

8. Veronica *scutellata:* foliis sessilibus, lanceolato-linearibus, acutis, obsolete denticulatis; racemis lateralibus, alternis, paucifloris, patulis; pedicellis fructiferis retroflexis.

V. scutellata *Sp. pl.* 16. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 21., *et Engl. bot. v.* 11. *tab.* 782. *Rees. Cycl. v.* 37. *n.* 38. *Hook. Brit. Fl. p.* 5. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. tom.* 3. *tab.* 2. *Fl. Dan. tab.* 209. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 15. *tab.* 13. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 76. *n.* 275. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 29.* *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 5. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 8. *et* 309. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 4. *n.* 19. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 47.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 17. *Rom. Agg. alla Fl. Vic. in Da Rio Giorn. dell'It. let. tom.* 24. *p.* 271. *Sav. Due cent. p.* 4.*, *et Bot. Etr.* 1. *p.* 11.* *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 14. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 12., *et Viag. in Abruz. p.* 43., *et Syll. p.* 12. *n.* 7. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 28. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 315. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 11. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 20. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 461. *n.* 2392. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 12. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 19.

V. n. 532. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 231.

V. palustris angustifolia *Riv. Monop. irreg. tab.* 96.

Anagallis aquatica quarta *Lob. Ic. p.* 467.

A. aquatica angustifolia *J. Bauh. Hist.* 3. *lib.* 38. *p.* 791.

Ital. *Capellina. Gramignolle* Targ. Tozz. Dizion. bot. 2. p. 233.

Perenn. Habui ex agro Taurinensi *alla Praglia di Pianezza* a Prof. Re, ex agro Mantuano *alla Valle Veronese* prope *Melara* a Felisio, et a Barbierio, tum ex oryzetis prope *Castellaro*, et *alla Fontana* ab eodem Barbierio, ex fossis agri Ferrariensis iterum a Felisio, ex lacu *del piano piccolo di Castelluccio* in apennino Piceno ab Orsino, ex agro Prætutiano *ai piani elevati di Pesco Costanzo*, et *Revisondoli* ab Eq. Gussonio, ex fossis agri Pisani ab Eq. Prof. Savio. Floret a Majo in Augustum.

Radix repens. Caulis teres, gracilis, inferne decumbens, ad nodos radicans, superne surrectus, subpedalis, sæpe ramosus. Folia opposita, sessilia, lanceolato-linearia, vel linearia, acuminata, levissime, remote, et

argute denticulata, denticulis retroflexis, subinde integerrima. Racemi laterales, pedunculati, solitarii, axillares, sæpius alterni, tenues, pauciflori, flexuosi, folio longiores, saltem inferiores, fructificantes divaricati. Pedicelli prætenues, in flore patuli, in fructu retroflexi, apicibus incurvis. Bracteolæ lineares, vel lanceolatæ, pedicello multo breviores. Calyx parvus, quadripartitus, laciniis vix inæqualibus, ovato-lanceolatis, vel lanceolatis, acutis. Corolla pallide rosea venis saturatioribus, lobo inferiore albo. Stilus mediæ longitudinis. Capsula compressa, biloba, lobis rotundatis. Tota planta glabra; ludit pilosula.

9. Veronica *austriaca:* foliis sessilibus, dentato-incisis, bipinnatifidisque, laciniis infimis divaricatis; pedicellis bractea brevioribus; calycibus subquinquepartitis, capsula longioribus.

V. austriaca *Sp. pl.* 17. *Vahl. En.* 1. *p.* 73. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 109. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *p.* 515. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 13. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 39. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 326. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 22. *Visian. Stirp. Dalm. specim. p.* 51.*

V. multifida et austriaca *Jacq. Fl. Austr.* 4. *p.* 16. *tab.* 329. *fig.* 1-5.

V. multifida *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 16. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deut. Fl.* 1. *p.* 327. *Suffr. Foroj. p.* 108.

V. Jacquini *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 108. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *p.* 516. *Baumg. Enum.* 1. *p.* 26.

Chamædrys austriaca foliis tenuissime laciniatis *C. B. P. p.* 248. *Prodr. p.* 117.

C. spuria tenuissime laciniata *J. Bauh. Hist.* 3. *lib.* 28. *p.* 287.

Veronica tenuissime laciniata *Moris. Oxon.* 1. *p.* 321. *sect.* 3. *tab.* 23. *fig.* 17.

Ital. *Veronica frastagliata*.

Perenn. Habui ex monte, qui imminet oppido *Gemona* ad portam Utini a Prof. Morettio, ex agro Forojuliensi a Prof. Brignolio, Tergesto, et ex Istria a Biasoletto. Ab Istria extenditur in Dalmatiam, unde habui a Visianio lectam ad Sibenicum. Floret Majo, Junio.

Caulis teres, ascendens, vel erectus, a dodrante ad sesquipedem longus, simplex, vel ramosus. Folia sessilia, opposita, ima, et summa passim simplicia,

dentato-incisa, reliqua bipinnatifida, laciniis nunc linearibus, angustissimis, obtusis, aut acutis, nunc oblongis, duplo vel triplo latioribus, obtusis; in utroque casu laciniæ infimæ sunt semper longiores, et divaricatæ. Folia suprema subinde verticillato-terna. Racemi laterales, longe pedunculati, solitarii, axillares, oppositi, passim duo, vel quatuor prope apicem caulis. Bracteæ pedicello longiores, lineares, aut lanceolatæ, inferiores bi-trifidæ, reliquæ simplices. Pedicelli tenues, sesqui-bilineares. Calyx quadri-quinquepartitus, laciniis linearibus, obtusis, duabus duplo longioribus, quinta omnium minore, subinde deficiente. Corolla grandiuscula, pallide cærulea, striis saturatioribus. Stilus elongatus, declinatus. Stigma capitatum. Capsula compressa, subrotunda, parva. Tota planta pilis canescentibus, sursum curvulis pubescens.

Plura exemplaria hujus speciei, quæ habui ex Istria, facile probant, plantam laciniis foliorum anguste linearibus præditam transire in aliam foliis late dissectis, quem transitum exacte demonstrant figuræ Jacquinianæ in Fl. Austr. 4. tab. 329. exhibitæ, et præcipue figura quinta ejusdem tabulæ, supra quam Systematicorum recentiorum quidam statuerunt *Veronicam austriacam* veluti distinctam a *Veronica Jacquini*, inutiliter torquentes reliqua synonyma pro hisce futilibus speciebus firmandis. Cæterum *Veronica austriaca* L. culta in horto botanico Bononiensi ex seminibus a Cl. Jacquino filio ad nos missis, licet adepta sit folia segmentis dilatatis, tamen non confundenda cum *Veronica orientali* Ait., sive cum *Veronica austriaca β* L. Sp. pl. 17. *Veronica montana folio vario* Buxb. Cent. 1. p. 24. tab. 38., quæ illico distinguitur caule decumbente, foliis minus decompositis, basi cuneatis, laciniis acuminatis, sursum versis, bracteis omnibus simplicibus, capsulis grandioribus, bilobis.

10. Veronica *montana:* foliis longe petiolatis, ovatis, dentatis; caule procumbente; racemis lateralibus, paucifloris; capsulis compressis, ciliatis.

V. montana *Sp. pl.* 17., *et Mant. alt. p.* 316. *Linn. fil. Sup. p.* 83. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 23., *et Engl. bot. v.* 11. *tab.* 766. *Rees. Cycl. v.* 37. *n.* 65. *Hook. Brit. Fl. p.* 6. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. tom.* 3. *tab.* 4. *Fl. Dan. tab.* 1201. *Jacq. Fl. Austr.* 2. *p.* 6. *tab.* 109. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 14. *tab.* 10. *Bert. Amœn. Ital. p.* 324.

Sav. Bot. Etr. 1. *p.* 12. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 5. *n.* 15. *Ten. Syll. p.* 13. *n.* 15. *Guss. Suppl.* 1. *p.* 3. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 23. *Hoffm. Fl. Germ. ed.* 1. *tom.* 1. *p.* 5. *tab.* 1. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 32. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 319. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 14. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 459. *n.* 2387.* *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 17.

V. n. 539. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 233.

V. procumbens *Riv. Monop. irreg. tab.* 93.

Alyssum Dioscoridis montanum *Columna. Ecphr.* 1. *p.* 286. *fig. p.* 288.

Ital. *Veronica montanina. Crescione montanino.*

Perenn. Legi in subalpinis Apuanis Massæ ad radices montis *Bruciana* secus amnem Frigidam *a Castagnetólo*. Habui ex monte Acuto *al Portone* in Piceno, et ex monte *Pelone* Prætutiorum ab Orsino, ex Corsica *a Bastia* a Bubanio, et *a Bogomone* a Soleirolio. Floret Majo, Junio.

Caulis teres, debilis, procumbens, inferne ad nodos radicans, subpedalis, passim ramosus, apice surrectus. Folia magnitudinis diversæ in diversis plantis, longe petiolata, ovata, obtusa, plerumque grandidentata, dentibus subinde inæqualibus, inferiora minora. Racemi laterales, solitarii, axillares, pedunculati, alterni, rarius oppositi, pauciflori, tenues, folio longiores. Bracteæ lanceolatæ, parvæ, acutiusculæ. Pedicelli prætenues, bractea triplo longiores. Calyx quadripartitus laciniis ovatis, vix inæqualibus, acutiusculis. Corolla pallide cærulea venis purpurantibus. Stilus elongatus. Capsula grandis, compressa, ciliata, basi, et apice biloba, segmentis orbicularibus. Tota planta pubescens, vel hirsutula, pilis ad lentem articulatis.

11. Veronica *prostrata:* foliis oblongis, obtusis, dentatis, basive pectinatis, inferioribus petiolatis, superioribus sessilibus; caulibus sterilibus prostratis, floriferis assurgentibus; racemis oppositis; calycibus quinquepartitis.

V. prostrata *Sp. pl.* 17. *Rees. Cycl. v.* 37. *n.* 55. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 76. *n.* 277.* *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 30. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 8. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom:* 10. *p.* 47.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 18. *Bert. Mant. pl. Fl. alp. Apuan. p.* 2. *Brocch. Osserv. in Bibl. Ital. tom.* 14. *pag.* 365. *Maur. Rom. pl. cent. XIII. p.* 3.* *Orsin. Pl. sicc.**

Ten. Fl. Nap. 3. *p.* 13., *et Syll. p.* 13. *n.* 12. *Roman. Cat. pl. Ital. p.* 7.* *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 24. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 38. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 323.

V. Orsiniana *Tenor. App.* 5. *p.* 4.*, *et Viag. in Abruz. p.* 43.*, *et Syll. p.* 12. *n.* 13.*

V. Teucrium B *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 74., *et Auct. p.* 5.

V. Teucrium *Sav. Due Cent. p.* 6.*, *et Bot. Etr.* 1. *p.* 18.*

V. n. 538. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 233.

V. frutescens, durior, oblongo Chamædrys folio, Patavina *Bocc. Mus. p.* 18. *tab.* 10.

V. minor angustifolia, ramosior, et procumbens *Segui. Ver.* 1. *p.* 237. *n.* 8.

V. minor angustifolia *Moris. Oxon.* 1. *p.* 321. *sect.* 3. *tab.* 23. *fig.* 16.

V. angustifolia minor *Riv. Monop. irreg. tab.* 95.

Teucrium V. *Clus. Hist. pl. lib.* 3. *p.* 350.

Chamædrys spuria minor angustifolia *J. Bauh. Hist.* 3. *lib.* 28. *p.* 287. macrior.

Ital. *The salvatico. Veronica distesa* Ten. Fl. Nap. 3. p. 13.

Perenn. Observavi copiosam in omnibus collibus Bononiensibus, idest *alle Grotte, a Barbiano, a Monte Paderno, al Meloncello, a Casalecchio &c.* Habui ex agro Maceratensi a Prof. Utili, ex monte *Regnolo* agri Camerinensis a Prof. Octavianio, ex montibus inter Nursiam, et *Castelluccio* a Prof. Schowio, ex monte *De' fiori* in Piceno prope lacum *di S. Giacomo* ab Orsino, item ex *Vettore* a Prof. Maurio, ex montibus Prætutiorum ab Eq. Prof. Tenorio, ex iisdem montibus *a Castel vecchio* a Cecchetto, ex monte *Avellino* a Prof. Sebastianio, ex agro Viterbiensi a Prof. Oriolio, ex collibus Mugellanis, et Pisanis ab Eq. Prof. Savio, ex vertice *Pisanino*, qui editissimus alpium Apuanarum, a Guidonio, ex Liguria occidua *al Capo delle mele* a Badaroo, ex collibus siccis Pedemontanis ad Albam Pompejam a Bertero, item ex Pedemontio a Molinerio, et Bonjeanio, ex agro Mantuano *a Goito*, et *Porto* a Barbierio, ex collibus agri Patavini a Rev. Romano, ex agro Ravennati a Fusconio discipulo meo. Floret Aprili, Majo, et in alpinis Julio.

Caules cæspitosi, teretes, steriles prostrati, floriferi assurgentes, a tribus quatuorve pollicibus ad dodrantem

longi. Folia oblonga, obtusa, apice integerrima, reliquo margine subinæqualiter dentata, inferiora breviter petiolata, basi angustata, superiora sessilia, basi lata, et prope basim sæpe crebre pectinata, suprema angustiora, subinde integerrima. Cæterum folia ludunt vel omnia leviter dentata, vel acutiuscula, vel superiora quoque basi angustata. Racemi laterales in summo caule, solitarii, axillares, oppositi, rarius alterni, aut unicus in caule, longe pedunculati, pubescentes. Bracteæ oblongo-lineares, obtusæ, ciliatæ, aut hirsutæ, variant pedicello breviores, aut æquales, aut longiores. Calyx quinquepartitus, laciniis lanceolatis, obtusiusculis, ciliatis, aut hirsutis, aut glabris, valde inæqualibus, quinta omnium minore. Corolla grandiuscula, at diversæ magnitudinis ex loco, in humilioribus pallide, in editioribus intense cærulea, semper venis saturatioribus. Stilus elongatus. Capsula compressa, obcordata, lobis rotundatis, ludit vel hirsuta, vel pilosa, vel glabra. Tota herba albido-pubescens, pubescentia sursum curvula.

Usus. Præstat iisdem usibus ac *Veronica officinalis* L.

12. VERONICA *Teucrium:* foliis sessilibus, elongatis, lanceolatis, linearibusque, dentatis; caule ascendente, stricto; racemis oppositis; calycibus quinquepartitis.

V. Teucrium *Sp. pl.* 16. *Sibth. et Smith. Prodr. Fl. Græc.* 1. *p.* 7. *Rees. Cycl. v.* 37. *n.* 57. *Balb. Fl. Taur. p.* 2.* *Plenck. Ic. pl. med.* 1. *p.* 7. *tab.* 13. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 16. *tab.* 15. figura foliis angustis sinistrorsum posita.

V. Teucrium β *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 18.*

V. dentata *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 29.*

V. Schmidtii *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 115. juxta specimen a Panzero missum.

V. montana *Riv. Monop. irreg. tab.* 95.

Teucrii IIII. tertia species *Clus. Hist. pl. lib.* 3. *p.* 349.

Ital. *The lanciuólo*. *Veronica lanciuóla*.

Perenn. Habui ex agro Taurinensi *all' Eremo* a Prof. BALBISIO, et ex monte *Musinè* a Prof. RE, ex dumetis collinis Veronensibus a POLLINIO, ex agro Forojuliensi a Prof. MORETTIO. Floret ab Aprili in Junium.

Caulis teres, brevi arcu facto illico erectus, strictus, firmus, pedalis, et ultra, simplex. Folia infima minora, oblonga, obtusa, vix subpetiolata, reliqua sessilia, lanceolata, vel lanceolato-linearia, acuta, 8-14. lineas longa, 2-4 lineas lata, nunc alte, nunc leviter

dentata, dentibus sursum versis, sæpe basi et apice integra, suprema angustiora, subinde tota integerrima. Racemi ut in præcedente. Bracteæ lineares, pedicellum non attingentes, aut æquantes, aut superantes. Calyx quinquepartitus, laciniis linearibus, valde inæqualibus, acutis, vel obtusiusculis, hirsutis, aut tantum ciliatis. Corolla grandis, cærulea, striis saturatioribus. Stilus elongatus. Capsula compressa, oblongo-obcordata, calyce brevior. Tota planta pubescens, aut hirsutula, pilis sursum curvulis, albidis.

Hæc species ambigit inter præcedentem, et sequentem; sed habitu grandiore, et firmiore magis accedit ad sequentem, cujus forte varietas tantum est, ut jam suspicatus fuerat Smithius in Trans. of the Linn. Soc. tom. I. p. 191.

Parcus in synonymis ejus afferendis fui, certa incertis præponens, cum sæpe in operibus botanicorum sub nomine *Veronicæ Teucrium* lateat aliquis lusus aut *Veronicæ prostratæ* L., aut *Veronicæ latifoliæ* L.

13. Veronica *latifolia*: foliis sessilibus, cordato-ovatis, oblongisque, grosse dentatis; caule stricto, undique pubescente; racemis oppositis; calycibus quinquepartitis.

V. latifolia *Sp. pl.* 18. *Rees. Cycl. v.* 37. *n.* 58. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 13. *Suffr. Forojul. p.* 108.

V. Teucrium *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 76. *n.* 276.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 17.* *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 16. *tab.* 15. figura foliis latis dextrorsum posita.

V. Teucrium latifolia *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 21.

V. pseudochamædrys *Jacq. Fl. Austr.* 1. *p.* 37. *tab.* 60. luxurians.

V. spicata latifolia *Segui. Ver.* 1. *p.* 234. *n.* 2.

V. major frutescens Chamædrys spuria latifolia *Weinm. Phyt. tab.* 1005. *fig. a.* luxurians.

V. major altera frutescens *Moris. Oxon.* 1. *p.* 319. *sect.* 3. *tab.* 23. *fig.* 10.

Teucrio II. *Matth. ed. Valgr. an.* 1585. *tom.* 2. *p.* 864.

Teucrium I. Matthioli *Lugd. hist.* 2. *p.* 1165.

T. IIII. *Clus. Hist. pl. lib.* 3. *p.* 349.

Ital. *Erba celestina* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 233.

Perenn. Habui ex Pedemontio a Molinerio, ex Baldo a Pollinio, ex prato Lippizzensi prope Tergestum a Biasoletto. Floret ab Aprili in Junium.

Caulis teres, firmus, erectus, aut brevi arcu facto ascendens, strictus, undique pubescens, simplex, a dodrante

ad sesquipedem longus. Folia ima minora subsessilia; reliqua sessilia; omnia opposita, cordato-ovata, vel ovato-oblonga, obtusa, obtuseque dentata, sæpe inæqualiter, subinde etiam incisa, aut basi fere pectinata, supra nudiuscula, pilosa, subtus pubescentia, suprema angustiora. Racemi, ut in præcedentibus duabus. Bracteæ lanceolatæ, vel lanceolato-lineares, obtusiusculæ, aut acutæ, pedicello breviores, æquales, aut longiores, ciliatæ, vel hirsutulæ. Calyces quinquepartiti, laciniis valde inæqualibus, forma, et notis bractearum. Corolla grandis, cærulea, striis saturatioribus. Stilus elongatus. Capsula compressa, obcordata, calyce brevior. Pubescentia herbæ albida, pilis sursum curvulis.

Usus. Præstat eisdem usibus medicis, ac præcedentes duæ; quare pharmacopolæ Veronenses, Seguierio monente l. c., adhibent hanc loco *Veronicæ officinalis* L.

14. Veronica *Chamædrys*: foliis sessilibus, cordato-ovatis, grosse dentatis; caule bifariam piloso; racemis lateralibus, oppositis; calycibus quadripartitis.

V. Chamædrys *Sp. pl.* 17., *et Mant. alt. p.* 317. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 23., *et Engl. bot. v.* 9. *tab.* 623. *Rees. Cycl. v.* 37. *n.* 62. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. tom.* 1. *tab.* 3. *Fl. Dan. tab.* 448. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 13. *tab.* 9. *Hook. Brit. Fl. p.* 6. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 77. *n.* 279. *Balb. Fl. Taur. p.* 3. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 30. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 6. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 9. *et* 310. *Comol. Prodr. Fl. Com. p.* 4. *n.* 21. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 47.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *pag.* 19. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 3. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 7. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 12.* *Suffr. Foroj. p.* 108. *Bert. Mant. pl. Fl. Alp. Apuan. p.* 2. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 14., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 13. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. Prodr. p.* 6. *n.* 16. *Ten. Fl. Nap.* 1. *p.* 6., *et Viag. in Abruz. p.* 43., *et Syll. p.* 12. *n.* 11. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 33. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 319. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 14. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 460. *n.* 2389. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 16.

V. n. 536. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 232.

V. pratensis latifolia *Riv. Monop. irreg. tab.* 94.

V. minor, foliis imis rotundioribus *Seguier. Veron.* 1. *p.* 236. *n.* 6. *Moris. Oxon.* 1. *p.* 320. *sec.* 3. *tab.* 23. *fig.* 12.

Auricula muris quinta et sexta, quæ pro Chamædri fœmina *Cæsalp. De plant. lib.* 8. *cap.* 27. *pag.* 336.
Chamædrys vulgaris fœmina *Fuchs. Hist. p.* 872.
Ch. quorumdam sylvestris *Clus. Hist. pl. lib.* 3. *p.* 352.
Ch. spuria latifolia *J. Bauh. Hist.* 3. *lib.* 28. *p.* 286.
Ital. *Crescione dei prati. Veronica maggiore. Veronica maschia* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 233.
Perenn. Legi Bononiæ in collibus *della Crovara a Spipla*, item ad radices collium *di Gaibolla*, et ad sepes secus canalem Rheni inter *la Certosa*, et *Casalecchio*, Sarzanæ ad sepes umbrosas collium *di Sarzanello*, et *Monterosso*, et sub castello *di Valerano* ad amnem Macram. Filius legit in *Pisanino* septentrionali alpium Apuanarum, et in collibus Bononiensibus in umbrosis viæ *di Paderno*. Habui ex viciniis Asculi, et ex monte *Acuto al Portone*, et ex monte *de' Fiori a Perticara* in Piceno ab Orsino, ex agro Mantuano a Barbierio, ex agro Clodiensi a Prof. Naccario, ex collibus Tergestinis a Biasoletto. Floret a Martio ad Majum, et in alpinis Julio.
Caulis debilis inferne decumbens, et ad nodos radicans, deinde oblique ascendens, a spithama ad sesquipedem longus, teres, bifariam pilosus. Folia ima minora, subrotunda, vel ovata, subsessilia, reliqua cordato-ovata, sessilia; omnia opposita, obtusa, grosse, et passim inæqualiter dentata, subinde incisa, pubescentia, suprema minora. Racemi laterales, axillares, oppositi, vel alterni, pedunculati, longo tractu floriferi. Bracteæ lanceolatæ, obtusiusculæ, vel acutæ, passim pedicello breviores, sed et æquales occurrunt, nunc tantum ciliatæ, nunc totæ pubescentes. Calyx quadripartitus, laciniis lanceolatis, parum inæqualibus, obtusiusculis, vel acutis, ciliatis, aut pubescentibus. Rarissime adest lacinia calycina quinta. Corollæ grandes, amœne cæruleæ striis saturatioribus, interdum pallentes, vel albidæ. Stilus elongatus. Capsula calyce brevior, compressa, obcordata, magis lata, quam longa, ciliata. Corollæ facile deciduæ, in umbra, et tempore pluvio clausæ.
Usus. Herba in aqua fervida præbet eumdem colorem, ac *Isatis tinctoria* L. Lanf. l. c. Nullius usus in medicina est; imo medici Berolinenses olim vetarunt, ne quis in praxi medica eam adhiberet Hall. l. c.
15. Veronica *urticæfolia*: foliis superioribus ovato-lanceolatis, acuminatis, arguteque serratis; caule erecto;

racemis lateralibus, oppositis; pedicellis fructiferis incurvatis.

V. urticæfolia *Lin. fil. Suppl. p.* 83. *Rees. Cycl. v.* 37. *n.* 63. *Jacq. Fl. Austr.* 1. *p.* 37. *tab.* 59. *Bert. Amœn. Ital. p.* 324. *Turi. Specim. pl. agr. Clav. p.* 5.* *Sav. Due Cent. p.* 7., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 14. *Ten. Viag. in Abruz. p.* 42., *et Syll. p.* 13. *n.* 14. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 31., *et Append. p.* 7. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 9. *et* 310. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 4. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 18.* *Morett. Notiz. in Mem. ed osserv. tom.* 1. *pag.* 242.* *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 34. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 321. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 14. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 15. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 459. *n.* 2388.

V. latifolia *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 13. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 76. *n.* 278. *Vivian. Annal. bot.* 1. *par.* 2. *p.* 137.

V. n. 535. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 232.

V. maxima *Seguier. Veron.* 1. *p.* 236. *n.* 7. *Lugd. hist.* 2. *p.* 1165.

V. molto grande del Dalecampio *Pon. Mont. Bald. p.* 171.

V. maxima latifolia seu Quercus folio *Moris. Ox.* 1. *p.* 322. *sect.* 3. *tab.* 23. *fig.* 18.

Chamædrys falsa maxima *J. Bauh. Hist.* 3. *lib.* 28. *p.* 286.

Ital. *Veronica Ortica*.

Perenn. Copiosam reperi in alpibus Apuanis ad scaturiginem amnis Frigidæ supra vicum *Fornole*, tum in umbrosis semitæ, quæ ex pratis *de' Vinchesi* sub vertice *Sagro* ducit ad vallem *Catino*, item in alpe *l'Altissimo* retro *Serravezza*; filius in *Pisanino* septentrionali earumdem alpium. Insuper ego legi in provincia Lunensi (*Lunigiana*) prope vicum *Calice a Campi*, et in vertice montis *Cornoviglia*, in apennino Liguriæ orientalis in vertice montis *Gotro*. Habui iterum ex Liguria orientali lectam in sylvis *di Graveglia* a Turio, et ex Liguria occidua in sylvis *di Gaudebella* prope *Oneglia* a Prof. Grossio, ex sylvis, et dumetis montis Baldi, et Tyrolis italici a Pollinio, ex montibus Vicetinis inter *Valdagno*, et *Recoaro* a Prof. Morettio, ex viciniis antri S. Cantiani prope Tergestum a Biasoletto, ex *Cimone di Fanano* in apennino Mutinensi a Prof. Brignolio, ex sylvis *di Castiglione de' Pepoli* in apennino Bononiensi a filio, et a pharmacopola Matteio, ex vertice *Corno alla scala* in eodem apennino iterum a filio, ex monte *della*

Sibilla, et ex monte *Acuto a Cesarotta* in Piceno ab Orsino. Floret a Majo in Augustum.

Radix repens, gemmifera, copiosas fibrillas in terram demittens. Caulis teres, erectus, ad summum sesqui-bipedalis, simplex, glaber, vel pilosiusculus. Folia opposita, sessilia, argute, et sæpe inæqualiter serrata, pilosa, inferiora minora, subrotunda, obtusa, successiva ovata, aut cordato-ovata, sensim sensimque acutiora, superiora ovato-lanceolata, acuminata, subinde cordata, omnium maxima, ultima iterum minora, et angustiora. Flores in racemis lateralibus, raro etiam cum terminali, solitariis, axillaribus, oppositis, pedunculatis, secundis. Bracteæ lineares, pedicello breviores. Calyx quadripartitus, laciniis æqualibus, ovato-lanceolatis, vix acutis. Corolla pallide carnea, striis saturatioribus. Stilus capillaris, elongatus, demum unci instar curvatus. Capsula compressa, orbiculari-emarginata, pilosa. Pedicelli fructiferi ita apice incurvantur, ut capsulæ rachidem versus inclinentur.

† † Corymbo-racemo terminali sine lateralibus.

16. Veronica *Ponæ*: foliis superioribus ovatis, acutis, serratis; caule ascendente, erectove; racemo simplici; pedicellis fructiferis rectis.

V. Ponæ *Willd. Sp. pl.* 1. *p.* 61. excl. plerisq. syn. *Dietr. in Willd. Sp. pl. edit.* 6. *tom.* 1. *p.* 494. excl. plerisq. syn. *Vahl. En.* 1. *p.* 78. excl. plerisq. syn. *Gouan. Illustr. p.* 1. *tab.* 1. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 469. *n.* 2410.*, *et* 5. *p.* 389.*

V. Gouani *Morett. Dec.* 2. *p.* 6., *et in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 5. *p.* 41.

Ital. *Veronica de' Pirenei*.

Perenn. Habui a Bonjeanio ex montibus Corsicæ, ubi eam reperit Thomasius. Floret Junio, Julio.

Caulis ascendens, vel erectus, palmaris, pedalis, teres, simplex, pubescens. Folia inferiora minora, subpetiolata, subrotunda, crenata, obtusa, reliqua sessilia, ovata, vel cordato-ovata, acuta, acuteque serrata, suprema minora, sæpeque alterna; omnia pilosa, vel pubescentia. Racemus terminalis, simplex, pubescens, pilis quamplurimis apice glanduliferis. Bracteæ obverse lanceolatæ, obtusiusculæ, pedicello

breviores, vel æquales, ciliatæ, aut undique pubescentes. Calyx nunc quadripartitus, laciniis parum inæqualibus, nunc quinquepartitus, lacinia quinta minima; cæterum laciniæ calycinæ oblongæ, obtusæ, pubescentes. Stilus elongatus, filiformis, superne incrassatus. Capsula compressa, subrotunda, emarginata, pubescens. Pedicelli fructiferi omnino recti. Pili pubescentiæ ad lentem articulati.

Cl. Morettius l. c. jure merito proposuit, ut hæc species dicatur *Veronica Gouani* potius quam *Veronica Ponæ;* Gouanius enim illam reapse detexit, et primus descripsit, dum Pona nunquam novit. Hinc errore insigni a pluribus auctoribus ad hanc stirpem affertur synonymon e Pona petitum, quod pertinet ad *Pæderotam Bonarotam* L. Willdenowius vero, Dietrichius, Vahlius l. c., aliique perperam huc trahunt *Veronicam pumilam* All., quæ certissime spectat ad *Veronicam alpinam* L., ut recte monuit Smithius in Engl. Fl. 1. p. 19.

17. Veronica *bellidioides:* foliis obovato-cuneatis, subcrenulatis, caulinis remotis; caule simplici, ascendente; calycibus quadripartitis; capsula inflata.

V. bellidioides *Sp. pl.* 15., *et Mant. alt. p.* 316. *Rees. Cycl. v.* 37. *n.* 17. *All. Fl. Ped.* 1. *p.* 74. *n.* 267.* *Re Fl. Segus. p.* 7.* *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 4. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 14.* *Marat. Fl. Rom.* 1. *p.* 12. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 470. *n.* 2414.* *Krock. Fl. Siles.* 1. *p.* 14. *tab.* 2. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 27. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 313. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 8. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 30.

V. n. 543. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 235. *tab.* 15. *fig.* 1.

Ital. *Veronica Margherita*.

Perenn. Habui ex alpibus Pedemontanis a Prof. Balbisio, ex alpe *di Ceresole* dicta *il Sevole* a Prof. Re, ex Cenisio a Bonjeanio, ex summis pascuis montis Sempronii, et ex monte *Rosa* provinciæ Novariensis a De Notaris, ex pascuis alpinis Brixiensibus *a Bazzanale* a Zantedeschio, ex monte *Legnone* ad Larium a Prof. Balsamo-Crivellio, ex pascuis alpinis Tyrolis Italici a Pollinio. Floret Junio, Julio.

Radix transversa, fusca, fibris lateralibus descendentibus. Caulis teres, simplex, ascendens, digitalis, palmaris, pubescens, basi crebre foliosus, reliqua parte paribus foliorum duobus, vel tribus, inter se se

remotis instructus. Folia omnia obovata, vel oblongo-obovata, cuneata, obtusa, sessilia, superne minute crenulata, reliquo margine integerrima, subinde tota integerrima, pubescentia, radicalia, et caulina inferiora grandiora. Flores in corymbo terminali, paucifloro, pubescenti-viscido, pilis apice glanduliferis, qui corymbus in fructu fit racemus brevis. Bracteæ oblongæ, vel oblongo-lanceolatæ, obtusæ, pedicello breviores, subinde longiores. Calyx quadripartitus, æqualis, laciniis ovato-oblongis, obtusis. Corolla saturate cærulea, fauce alba. Stilus capsula paulo brevior. Stigma depressum, orbiculare. Capsula ovato-oblonga, ex compresso turgida, apice subtruncato-emarginata, pubescens, calycem excedens. Tota herba scatens pilis patulis, et ad lentem articulatis.

18. Veronica *fruticulosa:* caulibus ascendentibus; foliis inferioribus obovatis, subcrenatis, superioribus lanceolatis, integerrimis; pubescentia racemi patula, articulata, apice glandulifera; calycibus quadripartitis, capsula ovata subbrevioribus.

V. fruticulosa *Sp. pl.* 15., *et Mant. alt. p.* 316. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 18., *et Engl. bot. v.* 15. *tab.* 1028. *Rees. Cycl. v.* 37. *n.* 20. *Hook. Brit. Fl. p.* 4. *Wulf. in Jacq. Collect.* 4. *p.* 229. *tab.* 5. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 14.* *Suffr. Foroj. p.* 108. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 22. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 311. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 9. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 29. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 469. *n.* 2411.

V. frutescens *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 19.

V. n. 545. *α Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 235. *tab.* 16.

V. alpina frutescens, flore albescente *Segui. Suppl. p.* 117. *n.* 3.

Ital. *Veronica fior di rosa*.

Suffrut. Habui ex monte *Gallè* Liguriæ occiduæ a Sassio, ex Baldo a Barbierio, item ex Baldi valle *Basiana*, et *Fredda*, et ex Lessiniis a Pollinio, ex Septem Communibus Vicetinorum *a Piediscala* a Mayero, ex eisdem montibus a Visianio, ex *Camerloi* in Tyroli Italico ab Eq. Petruccio, ex *Vallazza* montium Feltrinorum ab Eq. Contareno. Floret Julio.

Caules suffruticosi, cæspitosi, inferne radicantes. Ex iis assurgunt cauliculi annotini, simplices, stricti, longitudine varii, etiam dodrantales, teretes, pilosuli.

Folia opposita, inferiora minora, obovata, petiolata, obtusa, subcrenata; superiora sensim, sensimque longiora, lanceolata, aut oblongo-lanceolata, obtusiuscula, vel acuta, passim integerrima, subinde una, alterave crena notata, pilosula præcipue margine, et carina, sessilia; suprema iterum decrescunt. Racemus terminalis, nunc pauciflorus, brevis, nunc multiflorus, elongatus, totus pubescens pilis ad lentem debilem articulatis, patulis, apice glanduliferis, longioribus, quam in sequente specie. Bracteæ lanceolatæ, obtusæ, passim pedicello breviores, sed dantur et æquales, et longiores. Calyx quadripartitus, laciniis lanceolatis, obtusiusculis, vel acutis, vix inæqualibus, raro cum lacinia quinta, minima. Corolla carnea, vel rosea, striis saturatioribus. Stilus filiformis, elongatus, superne incrassatus. Stigma depressum, orbiculare. Capsula ovato-oblonga, compresso-turgida, apice fere truncata, calyce parum longior, tota pubescens, pilis apice glanduliferis.. Planta sicca inficit chartam colore fusco-rubido.

Valde affinis speciei sequenti, ita ut Hallerus l. c. habuerit alteram pro varietate alterius, nec ab Hallero valde dissentit De Candolleus in Fl. Franç. 3. p. 470.; verum *Veronica fruticulosa* robustior est, surrectior, foliisque quidquam grandioribus prædita, ejus racemus sæpe elongatus, semper scatens pubescentia patula, articulata, apice glandulifera, corolla fere dimidio minor, rosea, vel carnea, capsula brevior.

19. Veronica *saxatilis:* caulibus decumbentibus; foliis crenatis, integerrimisque, inferioribus obovatis, superioribus oblongis, obtusis omnibus; pubescentia racemi brevissima, sursum incurva, eglandulosa; calycibus quadripartitis, capsula ovata multo brevioribus.

V. saxatilis *Lin. fil. Sup. p.* 83. *Willd. Sp. pl.* 1. *p.* 62. excl. var. *Dietr. in Willd. spec. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *p.* 501. *Vahl. En.* 1. *p.* 63. excl. var. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 19., *et Engl. bot. vol.* 15. *tab.* 1027. *Rees. Cycl. v.* 37. *n.* 24. *Hook. Brit. Fl. p.* 4. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 12. *Re Ad Fl. Pedem. App. p.* 8. *Morett. Agg. in Memor. ed osserv. tom.* 1. *p.* 242.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 14.* *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 24. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 312. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 9. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 29. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 469. *n.* 2412.

V. fruticulosa *Fl. Dan. tab.* 342. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 74. *n.* 268. *Re Fl. Seg. p.* 7.
V. n. 545. β *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 236.
V. saxatilis *J. Bauh. Hist.* 3. *lib.* 28. *p.* 284. fig. bona.
V. III. fruticans *Clus. Hist. pl. lib.* 3. *p.* 347. fig. bona.
V. alpina frutescens *Tit. It. per alp. Trid. &c. ad calc. Hort. Mauroc. p.* 11.
V. alpina con foglia di serpillo *Pon. Mont. Bald. p.* 181. fig. vix bona.
Ital. *Veronica Serpollino.*

Suffr. Habui ex *Tambura* alpium Apuanarum ab Eq. Prof. NARDUCCIO, ex Cenisio a BONJEANIO, ex thermis Valderiis a BERTERO, ex montibus *della Zeda* in valle *Intrasca* provinciæ Novariensis a DE NOTARIS, ex rupibus *di Ravenola soliva* in provincia Brixiensi a ZANTEDESCHIO, et ex monte *Sasso*, et *Biandino* in *Valsassina* a Prof. BALSAMO-CRIVELLIO, ex monte *Legnone* ad Larium a BADAROO, et ab eodem Prof. BALSAMO-CRIVELLIO, ex Baldo a BARBIERIO, iterum ex Baldo, et ex *Bondone*, et *Spinale* a POLLINIO, ex Septem Communibus Vicetinorum a VISIANIO, ex monte *Bortole* ejusdem regionis a MAYERO, ex *Marsupian* montium Feltrinorum ab Eq. CONTARENO, ex monte *Rotondo* Corsicæ a SOLEIROLIO, et iterum ex Corsica a SERAFFINIO, et ab Eq. GUSSONIO. Floret Junio, Julio.

Caules cæspitosi, suffruticosi, passim humiliores, quam in præcedente, magisque decumbentes, apicibus surrectis. Folia omnia breviora, et quidquam latiora, apice obtusa, rotundata, sæpius crenata, inferiora obovata, superiora oblonga. Corymbus pauciflorus, deinde transiens in racemum brevem; vidi tamen multiflorum, et elongatum, semper adspergitur pubescentia brevissima, sursum adpressa, et incurvula, pilis apice eglandulosis, et nisi sub acutissima lente articulatis. Corolla duplo fere grandior, quam in *Veronica fruticulosa* L., cærulea, fauce rubra. Stilus pariter longior, et crassior, quam in illa. Capsula oblonga, obtusa, calycis longitudinem una vice cum dimidia attingens, ideo calyce multo longior, pilis eglandulosis pubescens. Planta in reliquis similis *Veronicæ fruticulosæ* L. Ejus more, dum sicca, inficit chartam colore fusco, vel fusco-rubido, et quidem intensius.

Exemplaria Berteriana e thermis Valderiis sunt luxuriantia, gaudent racemo fructifero elongato, atque

suffruticuli luxurie accedunt ad figuram Clusii a nobis allatam; servant tamen characteres speciei, quos statuimus, quosque unus Gaudinius l. c. hactenus cum nobis vidit.

20. VERONICA *alpina:* foliis ovatis, integerrimis, dentatisque; caule ascendente; racemo paucifloro, hirsuto; calycibus quadripartitis; capsulis obcordatis, stilo brevissimo, persistente terminatis.

V. alpina *Sp. pl.* 15., *et Fl. Lapp. ed.* 1. *p.* 7. *tab.* 9. *fig.* 4. *Wahlenb. Fl. Lapp. p.* 7. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 19., *et Engl. bot. v.* 7. *tab.* 484. *Rees. Cycl. v.* 37. *n.* 22. *Hook. Brit. Fl. p.* 4., *et Flor. Lond. v.* 5. *tab.* 1. *Fl. Dan. tab.* 16. *et tab.* 1921. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 74. *n.* 269.* *Re Fl. Segus. p.* 7. *Birol. Fl. Acon. p.* 5. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 3. *n.* 15. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 15. *Suffr. Foroj. p.* 108. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 10.*, *et Syll. p.* 12. *n.* 3.* *Krock. Fl. Siles.* 1. *p.* 24. *tab.* 3. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 25. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 312. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 10. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 471. *n.* 2416. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 31.

V. n. 544. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 235. *tab.* 15. *fig.* 2.

V. caule simplici, floribus congestis terminato, foliis ovato-acutis, dentatis *Allion. Specim. p.* 19. *tab.* 3. *fig.* 3.*

V. pumila *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 75. *n.* 270. *tab.* 22. *fig.* 5.

Ital. *Veronica lattughina. Erba gualda alpina.*

Perenn. Habui ex alpibus Pedemontanis a Prof. BALBISIO, tum ex Cenisio a BONJEANIO, ex S. Bernhardo ab Eq. DE WELDENIO, ex pascuis editioribus montis Sempronii in provincia Novariensi a DE NOTARIS, ex montibus Triumplinis in provincia Brixiensi a ZANTEDESCHIO, ex monte *Legnone* ad Larium a BADAROO, et a Prof. BALSAMO-CRIVELLIO, ex *Cima d' Asta* Tyrolis Italici ab Eq. PETRUCCIO, ex montibus *Costone*, et *Majella* Prætutiorum ab Eq. GUSSONIO. Floret ab Junio in Augustum.

Radix repens, fibris lateralibus descendentibus numerosis, longiusculis. Caulis digitalis, palmaris, decumbens, ascendens, teres, simplex, subinde e basi ramosus, cæspitulosus, plus minus hirsutus, præcipue superne. Folia opposita, ovata, obtusa, vel acuta, modo integerrima, modo parce, et remotiuscule dentata, aut serrata, inferiora minora, petiolata, superiora vix, aut sessilia; ludunt quoque glabra, vel huc

illuc pilosa, supremaque subinde alterna. Flores in corymbo terminali, denso, paucifloro, qui, dum fructificat, abit in racemum brevem. Subinde jam in anthesi racemosi, racemo fere pollicari. Bracteæ obverse lanceolatæ, obtusæ, ciliatæ, vel hirsutæ, pedicello longiores, aut æquales. Pedicelli breves, hirsuti. Calyx quadripartitus, laciniis vix inæqualibus, forma, et hirsutie bractearum. Corolla saturate cærulea. Stilus crassiusculus, capsulâ multo brevior, persistens. Stigma orbiculare, depressum. Capsula compresso-turgidula, obcordata, calyce longior, plus minus hirsuta, subinde glabra. Pili totius plantæ longiusculi, patuli, articulati, diaphani. Herba recens superne sæpe cærulescens, arefactione vero facile nigrescens.

Quod exemplar hujus stirpis lectum in monte Sempronii habui a De Notaris, omnino respondet figuræ *Veronicæ pumilæ* All. superius allatæ tum altitudine caulis, tum foliis dentatis, et longitudine racemi; ita ut nullum dubium sit, hanc figuram pertinere ad *Veronicam alpinam* L., nec ad *Veronicam Ponæ* W., ut quidam maluerant.

21. Veronica *serpyllifolia*: foliis ovatis, trinerviis, integerrimis, crenatisque; caule ascendente; racemo elongato; calycibus quadripartitis; stilis capsula biloba sublongioribus.

V. serpyllifolia *Sp. pl.* 15. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 20., *et Engl. bot. v.* 15. *tab.* 1075. *Rees. Cycl. v.* 37. *n.* 23. *Fl. Dan. tab.* 492. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. tom.* 2. *tab.* 2. *Hook. Brit. Fl. p.* 4. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 20. *tab.* 20. *All. Fl. Ped.* 1. *p.* 75. *n.* 271. *Balb. Fl. Taur. p.* 2. *Re Fl. Segus. p.* 7.*, *et Fl. Torin.* 1. *p.* 27. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 5. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 6. *et* 309. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 3. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 47. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 15. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 4. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 9. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 14. *Suffr. Forojul. p.* 107. *Bert. Amœn. Ital. p.* 1. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 12., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 2. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 12. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 7. *n.* 22. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 11., *et Syll. p.* 12. *n.* 4. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 8.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 10. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 471. *n.* 2416. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 21. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 319. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 10. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 12. *Krock. Fl. Sil.* 1. *p.* 15. *tab.* 4. *A. B. Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 32.

V. n. 546. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 236.
V. pratensis serpillifolia *C. B. P. p.* 247. *Segui. Veron. Suppl. p.* 116. *n.* 2.
V. pratensis *Dod. Pempt. p.* 41.
V. minor serpillifolia *Lob. Ic. p.* 472.
V. erecta sylvestris *Riv. Monop. irr. tab.* 93. luxurians.
V. minima repens *Riv. Monop. irr. tab.* 99. macrior.

δ foliis rotundis, vel subrotundo-ovatis, parvis; caule sterili prostrato, florifero erecto.
V. serpyllifolia δ *Bert. Rar. Ital. pl. dec.* 3. *p.* 2., *et Amœn. Ital. p.* 2.
V. serpyllifolia β *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 16. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 11., *et Syll. p.* 12. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 471. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 319.
V. tenella *All. Fl. Ped.* 1. *p.* 75. *tab.* 22. *fig.* 1.* herb: All. *Willd. Sp. pl.* 1. *p.* 64. *Vahl. En.* 1. *p.* 65. *Rees. Cycl. v.* 37. *n.* 24.
V. pratensis nummulariæ folio flore cæruleo *Pluk. Phyt. tab.* 233. *fig.* 4.

Ital. *Erba gualda salvatica* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 233.

Perenn. Legi Sarzanæ in canaliculis sub colle *di Sarzanello,* et monte *Darme*, Bononiæ in collibus *di Castiglione*, et secus viam inter amnem *Idice*, et *Budrio,* in alpibus Apuanis supra casas pastorum *di Fornole* in semita, quæ ducit *a Vinca,* et in alpe *il Giovo* supra *Vinca*. Habui ex Liguria occidua *a Pegli* a Vincentio, ex alpe *Vallasco* ad thermas Valderias in Pedemontio a Bertero, item ex arvis, pratisque Taurinensibus a Prof. Re, ex agro Tergestino a Biasoletto, ex agro Prætutiano *a Campli*, et ex monte *Acuto al fonte Vidone* in Piceno ab Orsino, ex Nebrodibus Siciliæ ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Sogone* a Soleirolio. Varietatem δ legi prope Sarzanam supra *la Brina di Ponzano* ad aquæ scaturiginem. Habui ex Pedemontio a Prof. Balbisio, et ex *Vallasco* alpium Valderiarum a Bertero, ex Septem Communibus Vicetinorum a Visianio. Floret Aprili Majo.

Caulis simplex, vel basi ramosus, inferne repens, deinde ascendens, palmaris, dodrantalis, teres, glaber, vel pilosulus. Folia opposita, ovata, obtusa, integerrima, vel crenata, trinervia, glabra, subinde pilosula, inferiora minora, petiolata, superiora sessilia, suprema iterum decrescentia, et sæpe alterna. Racemus elongatus, adspersus pilis minutis, sub vitro articulatis.

Bracteæ lanceolatæ, obtusæ, variant pedicello longiores, vel breviores. Calyx quadripartitus, laciniis quidquam inæqualibus, ovatis, obtusis, interdum pubescentibus. Corolla albida striis cæruleis, vel pallide cærulea striis saturatioribus. Capsula compressa, biloba, lobis rotundatis, pilulis apice glanduliferis subinde ciliata, aut adspersa. Stilus longitudine capsulæ, aut quidquam longior. Habitu grandiore, et firmiore, racemo elongato, ejusque hirsutie minori, colore floris, et longitudine stili illico distinguitur a *Veronica alpina* L.

Varietas δ minor omnibus herbæ partibus, peculiariter vero distincta foliis parvis, rotundis, vel subrotundo-ovatis. Ejus caules foliiferi humifusi, repentes, floriferi assurgentes. Flores racemosi, ut in specie. Pedicelli passim bractea longiores. Hanc prorsus esse *Veronicam tenellam* All. demonstrat hortus siccus ipsius Allionii, nec non specimen autopticum, quod olim a Balbisio acceperam. Quare confundi nequit cum *Veronica repente* De Cand., ut mavult Cl. Vivianius in Flor. Corsic. diagn. p. 3.

22. VERONICA *peregrina:* glabra, caule erecto; foliis oblongis, subserratis; bracteis lanceolatis, flore subsessili longioribus.

V. peregrina *Sp. pl.* 1. *p.* 76. *Smith. in Trans. of the Linn. Soc.* 1. *p.* 192. *n.* 39. *Fl. Dan. tab.* 407. *Reichen. Cent.* 1. *p.* 34. *tab.* 36. *fig.* 74-76. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 15. *et Syll. p.* 15. *n.* 25. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 46. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 337. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 464. *n.* 2399.

V. romana *Lin. Mant. alt. p.* 317.

V. terrestris annua folio Polygoni flore albo *Moris. Oxon.* 1. *pag.* 322. *sec.* 3. *tab.* 24. *fig.* 19.

Ital. *Veronica spatulata*.

Ann. Habui ex agro Patavino a VISIANIO. Floret Aprili, Majo.

Radix ramoso-fibrosa, tenuis. Caulis teres, erectus, vel simplex, vel jam a basi ramosus, palmaris, spithamæus. Folia opposita, oblonga, obtusa, inferne integra, reliquo margine leviter, et argute serrata, subinde tota integerrima, radicalia, et caulina ima obovata, et in petiolum angustata, reliqua sessilia, suprema, et ramea minora. Racemus elongatus, laxiflorus. Bracteæ obverse lanceolatæ, obtusæ, integerrimæ, inferioribus interdum subdentatis, flore multo

longiores. Pedicelli brevissimi. Calyx quadripartitus, laciniis lanceolatis, acutiusculis, æqualibus. Corolla calyce brevior, minuta, alba, vel pallidissime cærulea, segmentis ovatis, obtusis, strictis, imo minore. Tubus fere nullus. Stamina alba, corolla breviora. Stilus brevissimus, persistens. Stigma capitatum. Capsula compressa, obcordata, costa acuta, latior, quam longa, lobis rotundatis. Tota planta glabra.

23. Veronica *arvensis:* pubescens; foliis inferioribus petiolatis, ovatis, superioribus sessilibus, cordatis, serratis omnibus; bracteis lanceolatis, integerrimis, pedicello brevissimo, stricto longioribus; calycibus inæqualiter quadripartitis.

V. arvensis *Sp. pl.* 18. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 24., *et Engl. bot. v.* 11. *tab.* 734. *Rees. Cycl. v.* 37. *n.* 74. *Hook. Brit. Fl. p.* 7. *Fl. Dan. tab.* 515. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. vol.* 1. *tab.* 4. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 21. *tab.* 21. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 78. *n.* 285. *Balb. Fl. Taur. p.* 3. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 31. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 6. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 10. *et* 310. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 5. *n.* 25. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 48.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 20. *Rom. in Da Rio Giorn. dell' Ital. lett. tom.* 24. *p.* 271. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 301. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 8. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 14. *Suffr. Forojul. p.* 108. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 15., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 17. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 15. *n.* 21. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 6. *n.* 20.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 15., *et Syll. p.* 16. *n.* 16. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 8.*, *et Suppl.* 1. *p.* 3.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 14. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 466. *n.* 2404. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 41. *Röhling. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 330. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 18. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 41.

V. n. 548. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 236.

V. flosculis cauliculis adhærentibus *Segui. Veron.* 1. *p.* 237. *n.* 9.

Alyssum Dioscoridis *Columnn. Phyt. ed. Neap. p.* 27. *fig. p.* 28. bene.

Alsine serrato folio hirsutiori, floribus, et loculis cauliculis adhærentibus *J. Bauh. Hist.* 3. *lib.* 29. *p.* 367.

Ital. *Ederella*. *Serpollino* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 233.

Ann. Copiosa in arvis Italiæ. Observavi Sarzanæ, et Bononiæ ubique inter sata. Habui ex Romæ campis a Prof. Maurio, ex Calabria *ad Aspramonte* ab Eq.

Gussonio, ex *Monte de' fiori* in Piceno ab Orsino, ex *Canina* in agro Viterbiensi a nobilissima Principe De Bonaparte, ex arvis Tergestinis a Biasoletto, ex agro Mantuano *a Castellaro* a Barbierio, ex Pedemontio ad arcem *delle Finestrelle* a Prof. Balbisio, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio. Floret Aprili, Majo.

Radix ramosa, tenuis. Caulis teres, erectus, vel adscendens, pubescens, variat simplex, vel inferne ramosus, vel diffusus, a duobus, tribusve pollicibus ad pedem longus. Folia ima minora, ovata, petiolata, superiora cordato-ovata, sessilia; omnia opposita, obtusa, obtuseque serrata, multinervia, plus minus pubescentia. Racemus ut plurimum elongatus, terminalis cauli, ramisque, subinde cum lateralibus, axillaribus, glanduloso-pubescens, laxiflorus. Bracteæ lanceolatæ, obtusiusculæ, aut acutæ, basi angustatæ, florem subæquantes, aut longiores, integerrimæ, vel inferiores prope basim dentatæ, cuspide medio, et terminali integerrimo. Pedicellus strictus, raro lineam attingens, aut superans. Corolla calyce minor, cærulea. Stilus persistens, emarginaturâ capsulæ passim brevior, raro illam æquans. Stigma capitatum. Capsula compressa, obcordata, lobis rotundatis, crebre ciliatis. Pili totius plantæ articulati, diaphani, patentes, longiusculi, in inflorescentiæ partibus apice glanduliferi.

Prof. Balbisius olim ad me misit duo exemplaria sicca hujus speciei sub nomine *Veronicæ Bellardi* All., monens, eadem lecta fuisse prope arcem *delle Finestrelle* in Pedemontio, quo loco Allionius indicat plantam suam. Figura *Veronicæ Bellardi* ab Allionio in Fl. Ped. tab. 85. fig. 1. data ita convenit cum altero ex istis exemplaribus, ut ab illo videatur desumpta. Verum cum nullum archetypum *Veronicæ Bellardi* sit in herbario Allionii, et herbarium Bellardii aliam speciem sub hoc nomine ostendat, quæ profecto allatæ Allionii figuræ non respondet, dubium restat, quid Allionius pro *Veronica Bellardi* sua reapse intellexerit. Vide, quæ infra ad *Veronicam vernam* L.

24. Veronica *acinifolia*: foliis carnosis, ovatis, cuneatis, uninerviis, leviter serratis; bracteis lanceolatis, pedicello elongato, erecto-patulo brevioribus; capsulæ lobis divaricatis.

V. acinifolia *Sp. pl.* 19. *Sibth. et Smith. Prodr. Fl. Græc.* 1. *p.* 10. *Rees. Cycl. v.* 37. *n.* 84. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 22. *tab.* 23. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 79. *n.*

288. *Balb. Fl. Taur. p.* 4. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 33. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 7. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 11. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 20. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 11. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 16. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 17. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 7. *n.* 21.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 14., *et Syll. p.* 13. *n.* 17. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 464. *n.* 2400. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 40. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 328. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 17. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 38.

V. n. 547. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 236.

V. minima, Clinopodii minoris folio glabra, Romana *Bocc. Mus. p.* 19. *tab.* 9., *et tab.* 102.

V. minima, Clinopodii minoris folio, Romana *Vaill. Bot. Paris. p.* 201. *tab.* 33. *fig.* 3.

Ital. *Veronica Timo*.

Ann. Observavi Sarzanæ in arvis inter sata *al Corso*, ubi copiosissima. Habui ex viciniis lacus *di Patria* prope Neapolim ab Eq. Gussonio, ex monte Cornu Prætutiorum ab Orsino, ex rure *Borghese* Romæ a Prof. Sebastianio, et a Prof. Maurio, ex *Careggi* a Prof. Vanderlindenio jam discipulo meo. Floret Aprili.

Radix ramosa, tenuis. Caulis teres, erectus, vel ascendens, modo inferne tantum ramosus, modo diffusus, subinde simplex, a paucis pollicibus ad spithamam longus, superne magis pilosus. Folia carnosula, ovata, cuneata, obtusa, leviter serrata, glabra, vel pilosula, inferiora minora, breviter petiolata, reliqua sessilia. Racemus terminalis cauli, ramisque, plus minus longus, laxiflorus, undique hirtus pilis patentibus, articulatis, apice glanduliferis. Bracteæ lanceolatæ, obtusiusculæ, passim pedicello fructigero breviores, et integerrimæ; inferiores in anthesi subinde sunt pedicello æquales, aut paululum longiores, et ludunt quoque subdentatæ. Pedicelli tenues, duas, vel tres lineas longi, erecto-patuli. Calyx quadripartitus, segmentis subinæqualibus, ovato-lanceolatis, acutiusculis. Corolla longitudine calycis, saturate cærulea, striata. Stilus persistens, emarginaturam capsulæ æquans. Stigma capitatum. Capsula compressa, profunde biloba, sinu lato, lobis divaricatis, rotundatis, subciliatis, multo latior, quam longa.

Passim huc affertur a botanicis *Veronica romana* All. Fl. Ped. 1. p. 79. n. 289. tab. 85. fig. 2., postquam Smithius in Tras. of the Lin. Soc. vol. 1. p. 192. dixit, se putare, hanc Allionii plantam esse varietatem

Veronicæ acinifoliæ L., sed revera non est. En autem quid herbaria Allionii, et Bellardii ad illam declarandam suppeditant. In herbario Allionii sunt tria exemplaria eidem chartæ agglutinata, in cujus calce nomen *Veronicæ romanæ* scriptum extat manu ipsius Allionii. Nullum ex his exemplaribus respondet figuræ Floræ Pedemontanæ superius allatæ. Duo evidenter pertinent ad *Veronicam acinifoliam* L., quod nomen, manu forte Bellardii exaratum, gerunt juxta se. Tertium exemplar varietatem sistit *Veronicæ vernæ* L., et hoc nomine charactere ignoto insignitum conspicitur. At in herbario Bellardii (qui Bellardius plantam suppeditavit Allionio; unde hic *Veronicam romanam* suam desumpsit in Fl. Ped. l. c.) est exemplar sub hoc ipso nomine a tribus illis, de quibus supra loquutus sum, omnino diversum, et fig. 2. tab. 85. Fl. Ped. respondens. Quæ quidem Bellardii planta cum lusum *Veronicæ triphyllos* L. exhibeat, de qua specie mox dicemus, ideo et *Veronica romana* Floræ Pedemontanæ, non herbarii Allionii, ad hunc lusum referenda.

25. Veronica *verna:* foliis superioribus pinnatifidis; caule erecto; racemo elongato; bracteis linearibus, calycibusque inæqualibus acuminatis.

V. verna *Sp. pl.* 19. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 26., *et Engl. bot. v.* 1. *tab.* 25. *Rees. Cycl. v.* 37. *n.* 81. *Hook. Brit. Fl. p.* 7. *Fl. Dan. tab.* 252. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 21. *tab.* 22. *Trattn. Fl. des österreich. tom.* 2. *p.* 1. *n.* 101. fig. opt. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 77. *n.* 281.* *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 33. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 6. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 11. *et* 311.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 22. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 14., *et Syll. p.* 15. *n.* 24. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *pag.* 465. *n.* 2401. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 45. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *Abtheil.* 13. *Heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 336. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 18. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 42.

V. succulenta *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 78. *n.* 283. *tab.* 22. *fig.* 4.

V. n. 552. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 237.

V. montana *Riv. Mon. irreg. tab.* 96., non illa, quæ in tab. 95.

Ital. *Veronica primaticcia*.

Ann. Habui ex Pedemontio *alla Molinetta*, et *Stupinigi* a Prof. Balbisio, ex agro Ticinensi a Badaroo, ex agro Mediolanensi ad oras sylvarum *di Bollate* a

Prof. Balsamo-Crivellio, et a De Notaris. Floret Aprili.

Radix ramosa, quidquam firmior, quam in præcedente. Caulis teres, erectus, digitalis, palmaris, aut parum ultra, simplex, subinde uno, alterove ramo superne instructus, tenuiter pubescens, pilis incurvulis. Folia inferiora ovata, petiolata, serrata, reliqua sessilia, pinnatifida, laciniis linearibus, angustis, obtusiusculis, integerrimis, terminali latiore, oblongo-obovata, obtusa; omnia plus minus pilosula. Racemus terminalis, passim elongatus, hirsutulus, pilis patentibus. Bracteæ lineares, acuminatæ, pedicello multo longiores, integerrimæ, vel inferiores una alterave lacinia fissæ. Pedicelli vix lineam longi, et calyce ipso breviores. Calyx quadripartitus, hirsutulus, inæqualis, laciniis linearibus, acuminatis. Corolla cærulea, striata, calyce minor. Stilus emarginatura capsulæ brevior, aut illam æquans. Stigma capitatum. Capsula compressa, obcordata, lobis rotundatis, latior, quam longa, pubescens, ciliataque, calyce brevior. Pili plantæ articulati, in racemo longiores, patentiores, quam alibi, et sæpe apice glanduliferi.

Dixi superius, *Veronicam Bellardi* All. Fl. Ped. 1. tab. 85. fig. 1. deesse in ejus herbario, nec quidquam certi de illa affirmari posse propter exemplaria, quæ Balbisius sub hoc nomine ad me misit, et propter ipsam figuram Allionii, quæ omnia potius quam *Veronicam vernam* L. referunt *Veronicam arvensem* L. At in herbario Bellardii res aliter se habet. Nam sub nomine *Veronicæ Bellardi* All. est planta, quam comitatur scheda manu ipsius Bellardii ita exarata: « Accedit « ad *Veronicam vernam* L., a qua differt caule sim« plici, toto florigero, foliis linearibus, non digita« to-partitis, omnibus alternis ». Præterea inter exemplaria Bellardiana sunt, quæ habent unum alterumve folium alte incisum, et fere pinnatifidum, adeo ut lusum *Veronicæ vernæ* L. tum hac nota, tum reliquo habitu omnino demonstrent. Forte ex hoc factum est, ut *Veronica Bellardi* All. passim afferatur ad *Veronicam vernam* L., licet hæc identitas minime certa sit.

26. Veronica *triphyllos:* foliis infimis ovatis, superioribus digitatis, petiolatis omnibus; racemo abbreviato; pedicellis bractea sublongioribus.

V. triphyllos *Sp. pl.* 19. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 25., *et Engl. bot. v.* 1. *tab.* 26. *Rees. Cycl. v.* 37. *n.* 80. *Sibth.*

et Smith. Fl. Græc. 1. *p.* 8. *tab.* 10. *Hook. Brit. Fl. p.* 7. *Fl. Dan. tab.* 627. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. tom.* 2. *tab.* 5. *Poit. et Turp. Fl. Paris. tom.* 1. *p.* 23. *tab.* 25. *All. Fl. Ped.* 1. *p.* 78. *n.* 287.* *Balb. Fl. Taur. p.* 3.* *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 32. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 6. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 10. *et* 311. *Comoll. Prodr. Fl. Com.* 1. *p.* 5. *Lanfoss. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 48. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 22. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 11. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 16. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 16. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 467. *n.* 2405. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 44. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *Abt.* 8. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 335. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 18. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 21. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 40.

V. n. 551. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 237.

V. verna, trifido vel quinquefido folio *Segui. Veron.* 1. *p.* 238. *n.* 12.

V. rutæ folio *Riv. Monop. irr. tab.* 93.

β pusilla; foliis ovatis, una alterave crena notatis, superioribus subinde digitatis.

Veronica romana *All. Fl. Ped.* 1. *p.* 79. *n.* 289. *tab.* 85. *fig.* 2. Bellard. herb.

Ital. *Veronica Manine*. *Veronica digitata*.

Ann. Copiosam olim observaveram in arvis Ticinensibus; sed herbarium meum Ticinense, pariter ac schedæ Floræ Ticinensis perierunt in calamitate Ticini, quæ contigit anno 1796. Habui ex Pedemontio a Molinerio, et a Prof. Balbisio, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio. Varietatem *β* iterum obtinui ex monte *Grosso* Corsicæ a Soleirolio, et ex vertice *del Pigno* inter *Bastia*, et *S. Fiorenzo* a Bubanio, ex Sardinia a Prof. Morisio. Floret Martio, Aprili.

Radix præcedentis. Caulis teres, puberulus, nunc e basi jam ramosus, nunc superne tantum, raro simplex; ludit decumbens, ascendens, erectus. Folia carnosula, in pagina inferiore sæpe rubentia, infima longius petiolata, cotyledonalia ovata, integerrima, proxima crenis vel incisionibus paucis, amplis prædita, reliqua breviter petiolata, digitato-quinquepartita, laciniis latiusculis, obtusis, impari majore, obovata. Racemus terminalis, semper abbreviatus. Bracteæ bi-trifidæ, supremæ subinde indivisæ. Pedicelli tenues, nunc bracteis longiores, nunc quidquam breviores. Calyx quadripartitus, inæqualis, laciniis oblongis, obtusis.

Corolla pulchre cærulea, striis saturatioribus. Stilus emarginaturâ capsulæ paululum longior, sed interdum brevior. Stigma capitatum. Capsula ut in præcedente. Herba viscidula, scatens pilis articulatis, apice glanduliferis; arefactione fit luride virens, et fere nigrescens.

Varietas *β* est planta pusilla, a semipollice ad duos pollices longa. Folia sunt petiolata, ovata, crena utrinque una, vel duabus notata, suprema subinde digitato-tri-quinquepartita. Bracteæ lineari-oblongæ, obtusæ, indivisæ. Pedicelli bractea paululum breviores. Calycis laciniæ vix inæquales. Stilus emarginaturâ capsulæ quidquam brevior, aut illam æquans. Reliqua ut in specie. Quoad synonymon hujus varietatis vide ea, quæ dixi de *Veronica romana* All. sub *Veronica acinifolia* L.

* * *

Simpliciflorœ.

27. Veronica *repens*: caule prostrato, repente; foliis subrotundo-ovatis, petiolatis, integris, crenatisque; floribus pedunculatis; calycibus quadripartitis; stilis capsula subtriplo longioribus.

V. repens *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 127. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 727. *n.* 2407., *et Syn. p.* 210. *Lois. Deslongch. Fl. Gall. ed.* 1. *tom.* 1. *p.* 10. *tab.* 1., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 11. *tab.* 1. *Duby. Bot. Gall.* 1. *p.* 356. *n.* 12.

V. tenella *Viv. Fl. Cors. diagn. p.* 3.*

Ital. *Veronica di Corsica*.

Perenn. Habui ex Corsica ab Eq. Gussonio, ex ejusdem insulæ montibus *Coscione*, et *Rotondo* ab Eq. Prof. Vivianio, et a Seraffinio, et ex monte *D' oro* a Soleirolio. Floret Junio, Julio.

Caulis prostratus, repens, radiculas ad foliorum conjugationes agens, glaber. Folia parva, opposita, petiolata, subrotunda, vel ovata, obtusa, integerrima, aut crenata, glabra; suprema interdum alterna, minora, et quidquam pilosa, at formam servantia. Flores solitarii, axillares, pauci, siti in superiore parte caulis, et ramulorum, pedunculati, præ plantula grandes. Pedunculi tenues, folio longiores, subinde breviores, hirtuli pilis patentibus, articulatis, apice glanduliferis. Calyx quadripartitus, laciniis ovatis, obtusis,

hirtis more pedunculorum, nunc æqualibus, nunc paululum inæqualibus. Corolla calyce duplo major, (in sicco) cæruleo-rosea, striis saturatioribus, segmentis late rotundatis, obtusis. Stilus capsula triplo, aut saltem duplo longior. Stigma capitato-depressum. Capsula compressa, obcordata, lobis rotundatis, sutura dense hirtis; matura vix longior calyce. Pili ejus similes calycinis, et peduncularibus.

Confer ea, quæ dixi de *Veronica tenella* All. sub *Veronica serpyllifolia* L.

28. Veronica *præcox*: hirsuta; foliis cordato-ovatis, inciso-dentatis, petiolatis; calycibus quadripartitis, inæqualibus; pedunculis strictis, folio brevioribus; capsulis turgidis, oblongis, emarginatis.

V. præcox *Vahl. En.* 1. *p.* 79. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 124. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *p.* 528. *Rees. Cycl. v.* 37. *n.* 83. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 22. *tab.* 24. *Trattn. Fl.* 2. *p.* 5. *n.* 102. *All. Auct. p.* 5. *n.* 285. *tab.* 1. *fig.* 1.* *Balb. Fl. Taur. p.* 3.* *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 31. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 23. *Ten. Viag. in Abr. p.* 42.*, *et Syll. p.* 13. *n.* 18.* *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 8.* *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 465. *n.* 2402. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 40. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 329. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 17. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 39.

Ital. *Veronica campagnuola*.

Ann. Habui ex arvis circa Augustam Taurinorum a Molinerio, et a Prof. Balbisio, ex monte *de' Fiori* in Piceno ab Orsino, ex monte *di Cammarata* in Sicilia, et ex Corsica ab Eq. Gussonio. Floret Martio, Aprili.

Radix ramosa, transversa, robustior, quam in *Veronica triphyllos* L. Caulis erectus, vel ascendens, sæpe jam a basi ramosus, subinde simplex; a digito ad spithamam longus. Folia cordato-ovata, inciso-dentata, obtusa, succulenta, subtus plerumque rubentia, inferiora opposita, superiora alterna, et utrinque ad basim parce dentata, reliquo margine integerrima, vel suprema prorsus integerrima. Pedunculi solitarii, axillares, interdum in longo caulis tractu, folio subposito paulo breviores, saltem ii, qui sunt inferiores, duas-quatuor lineas longi, etiam in fructu stricti. Calyx quadripartitus, inæqualis, segmentis oblongis, obtusis. Corolla cærulea, striis saturatioribus, vix calyce major. Stilus emarginaturâ capsulæ duplo, vel

triplo longior. Capsula oblonga, turgida, emarginata, lobis erectis, pilosa, ciliataque, calycem non excedens. Tota planta hirsuta pilis patentibus, articulatis, pluribus apice glanduliferis. Herba arefactione luride virens, et fere nigrescens.

29. Veronica *agrestis:* foliis oblongis, dentatis, petiolatis; pedunculis folio subæqualibus, fructiferis recurvis; calycibus obtusis; capsulis turgidis, sutura compresso-carinata, loculis subtetraspermiis.

V. agrestis *Sp. pl.* 18. *Fl. Suec. ed.* 1. *p.* 7. *n.* 17., *et ed.* 2. *p.* 7. *n.* 20. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 24. excl. pleris. syn. *Hook. Brit. Fl. p.* 7. *Borr. in Engl. bot. Sup. v.* 1. *tab.* 2603. optim. *Reich. Cent.* 3. *p.* 66. *n.* 277. *tab.* 277. *fig.* 440. optim. *Wahlen. Fl. Suec.* 1. *p.* 10. *Fries. Nov. Fl. Suec. ed. alt. p.* 2. *Ten. Viag. in Abruz. p.* 43. *n.* 19.*, *et Syll. p.* 14. *n.* 20.* *Guss. Sup.* 1. *p.* 4.

V. agrestis pulchella *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 35. *n.* 11.

V. pulchella *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 12. *n.* 11., *et Fl. Sic.* 1. *p.* 15. *tab.* 5. *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 388. *n.* 2406.

V. n. 549. *β Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 237.

Alsine media *Fuchs. Hist. p.* 22.

Ital. *Veronica Gallinella*.

Ann. Rara civis Italiæ. Habui ex monte *de' Fiori* in Piceno ab Orsino, et ex Corsica *a Bastia* a Bubanio. Floret Aprili, Majo.

Radix ramosà, tenuis. Caulis teres, procumbens, tenuiter pubescens, pilis incurvulis, basi ramosus, vel simplex, palmaris, dodrantalis. Folia petiolata, ovato-oblonga, obtusa, vel acuta, dentata, glabra, aut pilosa, inferiora minora, opposita, subcordata, reliqua, saltem sæpe, alterna. Pedunculi solitarii, axillares, puberuli, floriferi stricti, fructiferi recurvi, subposito folio æquales, ludunt tamen quidquam breviores, aut longiores. Calyx quadripartitus, inæqualis; ejus laciniæ oblongo-lanceolatæ, obtusæ, leviter nervoso-venosæ, ciliatæ pilis longiusculis, subulatis, eglandulosis, subinde etiam pilosæ ad nervos, et venas, præcipue in earum basi, facie interna glaberrimæ. Corolla calyci subæqualis, laciniis tribus superioribus latioribus, cæruleis, inferiore angustiore alba, aut albida. Capsula turgida, sutura carinali compressa, ciliata. Reliqua superficie capsula est punctata, nitidula, parce pilosa, pilis longiusculis, apice glanduliferis. Stilus persistens, emarginaturâ capsulæ brevior, aut vix

illam æquans. Semina cymbiformia, dorso transverse rugosa, subtus concava, et ab insertione funiculi umbilicalis in centro peltata, quatuor, quinque in quovis loculo.

Pili calycis, et capsulæ sunt patentes, articulati, albidi. Segmenta calycis enervia, quæ describit Friesius, non video in meis exemplaribus.

30. Veronica *didyma*: foliis subcordato-deltoideis, dentatis, petiolatis; pedunculis folio sublongioribus, fructiferis revolutis; calycibus acutis; capsulis turgidis, globoso-bilobis; loculis suboctospermiis.

V. didyma *Ten. Fl. Neap. prodr. p.* 6.*, *et App.* 5. *p.* 3.*, *et Syll. p.* 13. *n.* 19.* *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 75. *n.* 76. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *p.* 530. *n.* 116. *Guss. Sup.* 1. *p.* 4.*

V. polita *Fries. Prim. Fl. Suec. ed. alt. p.* 1. *Reich. Cent.* 3. *p.* 45. *n.* 246. *tab.* 246. *fig.* 404. 405. optime in statu macriore. *Hook. Brit. Fl. p.* 7.

V. agrestis *Engl. bot. vol.* 11. *tab.* 783. *Fl. Dan. tab.* 449. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. tom.* 2. *tab.* 4. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 24. *tab.* 27. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 78. *n.* 248. *Balb. Fl. Taur. p.* 3. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 31. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 6. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 9. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 4. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 47. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 19. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 3. *Moric. Fl. Ven. p.* 8. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 12. *Suffr. Forojul. p.* 108. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 15., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 14. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 15. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 6. *n.* 19.* *Ten. Fl. med.* 1. *p.* 10.*, *et Fl. Nap.* 1. *p.* 6.* *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 1.* *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 467. *n.* 2406. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 34. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 13.

V. agrestis β *Wahlenb. Fl. Suec.* 1. *p.* 11.

V. n. 549. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 237.

V. flosculis longis pediculis insidentibus, chamædryos folio *Zannich. Ist. delle piant. p.* 274. *Seguier. Veron.* 1. *p.* 237. *n.* 10.

V. folio chamædryos *Riv. Monop. irreg. tab.* 99.

Ital. *Veronica prataiuola. Gallinella prataiuola. Gallinella primaticcia.*

Ann. Copiosissima in universa Italia ad hortos, vias, ambulacra, prata, arva. Observavi Sarzanæ, et Bononiæ. Habui Neapoli ab Eq. Prof. Tenorio, et item ex lacu *Di Patria*, et ex *Villa regia* ab Eq. Gussonio,

Roma a Prof. Maurio, ex agro Tarvisino *a Mogliano* a Mayero, ex agro Tergestino a Biasoletto, ex Corsica *a Bastia* a Bubanio. Floret a Februario in Majum.

Radix ramosa, tenuis. Caules teretes, cæspitosi, prostrati, basi ramosi, palmares, pedales, et ultra, pubescentes. Folia in macrioribus speciminibus sunt omnia subcordato-deltoidea, in luxuriantibus inferiora sunt subcordato-deltoidea, reliqua sunt ovata, aut oblonga; cæterum cuncta sunt longiuscule petiolata, plus minusve grosse dentata, obtusa, aut acutiuscula, glabra, vel pilosa, læte virentia, superiora passim alterna. Pedunculi solitarii, axillares, puberuli, ut plurimum folio longiores, sed et æquales, aut breviores, floriferi erecti, fructiferi magis quam in præcedente recurvati, imo sæpe revoluti. Calyx quadripartitus, parum inæqualis, laciniis ovatis, acutis, exquisite nervoso-venosis, extus, et margine breviter, tenuiterque pilosulis, intus glabris, subinde uno alterove dente notatis. Corolla calyci subæqualis, tota concolor, cærulea, striata, fauce alba. Capsula turgida, biloba, lobis globosis, obtusis, undique pubescens pilis brevibus, apice glanduliferis, duplo latior, quam longa. Stilus persistens, emarginaturam capsulæ paululum excedens. Semina 6–12. in quovis loculo, in reliquis similia seminibus præcedentis speciei.

Quæ prima apud nos floret, macrior est, et optime exhibetur icone *Veronicæ politæ* Reich. l. c.; at vere progresso, et temperie cæli aucta, eadem stirps magis luxuriat, et appropinquat hinc *Veronicam agrestem* L., inde *Veronicam opacam* Fries. Novit. p. 3. Reich. Cent. 3. p. 67. n. 278. tab. 278. fig. 441. De notis, quibus distinguitur a prima, jam dixi; de illis, quibus differt a secunda, nobis liquet ex eo quod *Veronica opaca* habet lacinias calycinas spathulatas, obtusas, et utraque facie pilosas, capsulæ loculos dispermios, seminaque hemisphærica. Hæc nondum in Italia reperta est.

Borrerus in Engl. bot. Supp. 1. p. 2603. figuram Curtisii, quam supra attulimus ad *Veronicam didymam* Ten., potius refert ad *Veronicam agrestem* L.; verum hæc icon a me conlata cum figuris utriusque speciei mihi visa est evidenter pertinere ad *Veronicam didymam* Ten., saltem illa, quæ habetur in editione Floræ Londinensis a Gravesio data.

31. Veronica *Buxbaumii:* foliis petiolatis, ovato-oblongis, serratis; pedunculis folio duplo longioribus;

segmentis calycinis ovato-lanceolatis, acuminatis; capsula compressa, acute carinata, lobis divaricatis.

V. Buxbaumii *Spr. Syst. veg.* 1. *p.* 75. *n.* 79. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *p.* 531. *Fl. Dan. tab.* 1982. *Reich. Cent.* 3. *p.* 59. *n.* 268. *tab.* 268. *fig.* 430. 431. *Ten. Fl. Nap.* 1. *p.* 7. *tab.* 1.*, *et Syll. p.* 14. *n.* 23.* *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 12. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 32. *Morett. Osserv. intorno alla Fl. Ven. in Bibl. Ital. tom.* 20. *p.* 80. *Comol. Prodr. Fl. Com. p.* 4. *n.* 24. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 47. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 20. *Nacc. Agg. alla Fl. Ven. p.* 6.*, *et Fl. Ven.* 1. *p.* 13.* *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 36. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 16.

V. filiformis *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 6. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 10. *et* 311. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 301. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 10. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 15.* *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 388. *n.* 2406.* *Hook. Brit. Fl. p.* 6.

V. persica *Hort. reg. Paris.* *Fries. Nov. Fl. Suec. ed. alt. p.* 4. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 126., *et Mant.* 3. *p.* 228. *Poir. in Enc. meth. bot. ed. de Pad. tom.* 8. *p.* 108. *n.* 78.

V. hospita *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 332.

V. agrestis var. byzantina *Sibth. et Smith. Fl. Græc.* 1. *p.* 6. *tab.* 8. *Rees. Cycl. v.* 37. *n.* 73.

V. flosculis oblongis pediculis insidentibus, Chamædryos folio, major *Buxb. Cent.* 1. *p.* 26. *tab.* 40. *fig.* 2.

Ital. *Veronica Querciòla*.

Ann. Copiosissimam observavi Bononiæ locis herbidis circa urbem; filius quoque legit in collibus urbi proximis *alla Crovara*. Habui ex agro Clavarensi in Liguria orientali lectam secus viam *di Carasco* a Turio, ex hortis, et ruderatis Taurinensibus a Bertero, ex *Monfalcone* prope Tergestum a Berinio, ex hortis, vineis, aggeribusque Tergestinis, et Istriæ a Biasoletto, ex agro Fossæ Clodiæ ad vineas *degli Scarpa* a Prof. Naccario, ex viciniis Neapolis ab Eq. Prof. Tenorio, et a Bergero, ex agro Pisano ab Eq. Prof. Savio. Floret Martio, Aprili.

Radix ramosa, longa, tenuis. Caulis procumbens, interdum inferne ad nodos radicans, cæspitosus, e basi ramosus, sæpe plusquam pedalis, crassus. Folia petiolata, ovato-oblonga, acuta, aut subacuta, grosse serrata, subinde inæqualiter, inferiora opposita

subcordata, reliqua alterna, ima minora. Pedunculi solitarii, axillares, filiformes, folio circiter duplo longiores, floriferi erecti, fructiferi leniter recurvi. Calyx parum inæqualis, laciniis ovato-lanceolatis, acuminatis, uninerviis, basi callosis, in fructificatione capsulæ adpressis, et per paria divaricatis. Corolla grandis, calyce major, læte cærulea, striata. Stilus longitudine capsulæ. Capsula compressa, biloba, sinu levi, lato, lobis oblongis, subacutis, divaricatis, duplo latior, quam longa, instructa sutura carinali insigni, ciliata; subinde tota capsula pilosa. Semina cymbiformia, dorso tuberculata. Herba plus minus hirsuta pilis longis, subulatis, articulatis, diaphanis.

32. Veronica *hederifolia*: foliis cordato-semirotundatis*, tri-quinquelobis, petiolatis; pedunculis folio subæqualibus; calycibus fructus strictis, segmentis cordato-ovatis, acutis, ciliatis; capsulis glabris.

V. hederifolia *Sp. pl.* 19. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 25., *et Engl. bot. v.* 11. *tab.* 784. *Hook. Brit. Fl. p.* 6. *Fl. Dan. tab.* 428. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. tom.* 3. *tab.* 5. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 23. *tab.* 26. *Trattn. Fl.* 2. *p.* 6. *n.* 103. *Viv. Ann. bot. tom.* 1. *par.* 2. *p.* 136., *et Fl. Ital. Fragm. fasc.* 1. *p.* 15. *tab.* 16. *fig.* 2. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 78. *n.* 286. *Balb. Fl. Taur. p.* 3. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 32. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 6. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 10. *et* 310. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 48. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 21. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 4. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 9. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 15. *Bert. in Societ. d' emul. di Gen. tom.* 1. *sec. quadr. p.* 76., *et Pl. Gen. ed.* 1. *p.* 3., *et Amœn. Ital. p.* 57. *et* 104. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 16., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 16. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 15. *Sebast. et Maur. Flor. Rom. prodr. p.* 6. *n.* 18. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 16., *et Syll. p.* 14. *n.* 21. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 11. *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 35.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 14. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 467. *n.* 2407. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 43. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 333. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 16. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 21. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 37.

V. hederacea *Suffr. Foroj. p.* 108.

V. n. 550. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 237.

V. cymbalariæ folio, verna *Zannich. Istor. delle piant. p.* 274. *Segu. Veron.* 1. *p.* 238. n. 11.

V. folio hederæ *Riv. Monop. irreg. tab.* 99.

Ital. *Veronica morso di gallina*.

Ann. Nascitur ubique in hortis, et in arvis totius Italiæ inter sata. Observavi Sarzanæ, et Bononiæ. Habui ex monte *Acuto* Piceni ab ORSINO, ex agro Tarvisino *a Mogliano* a MAYERO, ex Sardinia a Prof. MORISIO. Floret Februario, Martio.

Radix tenuis, subsimplex. Caulis teres, prostratus, cæspitosus, basi ramosus, spithamæus, pedalis, et ultra. Folia petiolata, cordata, semiorbicularia, quinqueloba, vel triloba, lobo terminali longe majore, inferiora opposita, reliqua alterna, ima minora. Pedunculi solitarii, axillares, folio subæquales. Petioli canaliculati, apice dilatati. Calyx quadripartitus, æqualis, segmentis cordato-ovatis, acutis, ciliatis, reliqua superficie glabris, demum capsulæ adpressis, pyramidatis, angulis pyramidis extantibus. Corolla calyce minor, passim cærulea, fauce alba, et cæruleo-striata, vel tota corolla albida. Capsula depressa, quadriloba, glabra, loculis dispermiis, subinde monospermiis. Semina urceolata, dorso rugosa. Herba plus minus hirsuta.

33. VERONICA *Cymbalaria*: foliis cordato-semirotundatis, subseptemdentatis, petiolatis; pedunculis folio longioribus; calycibus fructus patentibus, segmentis ellipticis; capsulis hirsutis.

V. Cymbalaria *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 121. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 76. *n.* 81. *Bodar. Mem. sur. la Veron. Cymb. p.* 3. *Bert. in Soc. d'emul. di Gen. tom.* 1. *second. quad. p.* 74., *et Pl. Gen. ed.* 1. *p.* 3., *et Amœn. Ital. p.* 56. *et* 104. *Sibth. et Smith. Fl. Græc.* 1. *p.* 7. *tab.* 9. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 10. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 15. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 16. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 6. *n.* 17. *Ten. Syll. p.* 14. *n.* 22. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 11., *et Suppl.* 1. *p.* 4. *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 389. *n.* 2407.

V. panormitana *Guss. Suppl.* 1. *p.* 4. *n.* 9.* planta macrior.

V. cymbalariæfolia *Vahl. En.* 1. *p.* 81, *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *p.* 533. *Vivian. Annal. bot. tom.* 1. *par.* 2. *p.* 135., *et Fl. Ital. fragm. fasc.* 1. *p.* 14. *tab.* 16. *fig.* 1. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 16. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 334. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 15.

V. hederifolia *β Sp. pl.* 19.

V. Chia, Cymbalariæ folio, verna, flore albo, umbilico virescente *Buxb. Cent.* 1. *p.* 25. *tab.* 39. *fig.* 2. mala.

Ital. *Veronica Cimbalaria* Ten. Fl. Nap. 3. p. 16.

Ann. Observavi Sarzanæ, in Lunæ portu, et Genuæ præcipue *a Cornegliano* in rure Durattiano, fere semper ad muros campestres vetustos. Habui ex ora maritima Liguriæ orientalis *a Vernazza* a GUIDONIO, ex agro Viterbiensi a Prof. ORIOLIO, ex agro Romano ad Albanum, et Tibur a BARBIERIO, ex insula Caprearum a Prof. GIRALDIO, ex Sicilia ad Panormum ab Eq. GUSSONIO, ex Corsica *a Calvi* a SOLEIROLIO, et *a Bastia* prope arcem *di Monserrato*, et in muris hortorum prope plateam S. Nicolai a BUBANIO. Floret a Februario in Majum.

Radix præcedentis. Caulis teres, prostratus, inferne ramosus, e muris dependens, etiam sesquipedalis, cum luxuriat. Folia inferiora opposita, cordata, semiorbicularia, superiora alterna, sæpe ovata, subcuneata; omnia instructa dentibus 5–7–9, obtusis, vel acutiusculis, quorum terminalis paululum major, carnosula, passim declinata, petiolis strictis; variant magnitudine, et cum minora, etiam dentes eorum minores occurrunt. Petioli canaliculati. Pedunculi solitarii, axillares, tenues, apice incrassati, sæpius folio longiores, floriferi erecti, fructiferi recurvati, ut semen in muro defigant. Calyx quadripartitus, æqualis, segmentis ellipticis, obtusis, aut acutiusculis, in fructu patentissimis, extus pubescentibus. Corolla calyce major, at minor in speciminibus macris, alba, fauce viridis, decidua. Capsula præcedentis speciei, hirsuta pilis longiusculis, interdum nuda, et glabra, quod raro. Semina urceolata, dorso tuberculata. Herba plus minus hirsuta; dum nascitur locis apricis, caulis, et inferior foliorum pagina rubent *Parietariæ officinalis* L. instar. De hac, et præcedenti specie confer, quæ dixi in Amœn. Ital. p. 56. 57.

PÆDEROTA.

Juss. Gen. pl. p. 120. *Willd. En.* 1. *p.* 24. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 56. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 13. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 352. *Pollin. Elem.* 2. *p.* 153., *et Fl. Veron.* 1. *p.* 4. *et* 9.

Wulfenia *Smith. in Trans. of the Linn. Soc. v.* 6. *p.* 96. *Vahl. En.* 1. *p.* 86.

Bonarota *Mich. Nov. pl. gen. p.* 19. *tab.* 15. *fig. A. N. Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 22.

Perianthium liberum, quinquepartitum. Corolla monopetala, bilabiata, ringens, tubo longo, fauce pervia. Stamina duo, juxta labium inferius ascendentia. Antheræ sagittatæ. Capsula corniculata, bilocularis, apice dehiscens, poste utriusque loculi demum bipartito.

Habitus. Plantæ herbaceæ, radice perennanti; foliis caulinis oppositis, inferioribus minimis, racemo terminali, simplici, bracteato, corollis bilabiatis rictu pervio.

Obs. Linnæus, ut observat Smithius in Trans. of the Linn. Soc. 6. p. 95., sub *Pæderotæ* nomine in dissertatione De plant. Afric. rarior. in Amœn. Acad. v. 6. ed. 2. p. 83. illud plantarum genus intellexit, quod postea *Hemimeris* appellatum est, nec sententiam mutavit in Gen. pl. ed. 6. p. 12., ubi aperte tribuit *Pæderotæ* corollam subrotatam, quæ *Hemimeri* propria est, licet hic loci *Pæderotam* nostram cum sua male consociaverit. Lamarckius, Smithius, Vahlius, Schraderus, Savignyus, a quibus non valde dissentit Robertus Brownius, genus nostrum *Pæderotæ* cum *Wulfeniæ* genere conjungunt. Verum idem Schraderus in Fl. Germ. 1. p. 48. hac conjunctione parum contentus statuit optimas notas, quæ utrumque genus discriminarent, atque hæ in *Wulfenia* habentur in corollæ subhiantis fauce barbata, in staminibus juxta labium superius ascendentibus, in antheris arcuatim conniventibus inter se, et forma diversa præditis.

Ord. nat. Scrophulariæ *Juss. Gen. p.* 117., *et in Annal. du Mus. d' hist. nat. v.* 14. *p.* 395. Personatæ *Vent. Tabl.* 2. *p.* 351. Scrophularinæ *R. Brown. Pr. p.* 433., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 289. *Bartl. Ord. nat p.* 169. Scrophularineæ *Schultz. Natürl. Syst. des pflanzenreich. p.* 400.

1. Pæderota *Bonarota:* foliis serratis, infimis subrotundis, superioribus ovatis; bracteis, calycibusque hirtis; corollæ labio superiore integerrimo.

P. Bonarota *Sp. pl.* 20. *Willd. Sp. pl.* 1. *p.* 77. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *p.* 563. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 178., *et Mant.* 1. *p.* 155. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 13. *fig.* 1. *a-g. Jacq. Fl. Austr.* 5. *p.* 49. *app. tab.* 39. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *Abth.* 24. *heft. Brign. Fasc. pl. Foroj. p.* 6. *Pollin. Elem. tom.* 2. *p.* 152. *tab.* 5. *fig.* 2.*, *et Fl. Veron.* 1. *p.* 10.* *Morett. De quib. pl. Ital. dec.* 2. *p.* 5., *et in Giorn. di fisic. &c. di Confil. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 5. *p.* 40. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 339.

P. chamædrifolia *Suffr. Forojul. p.* 108.

P. cærulea *Lin. fil. Suppl. p.* 84. *Scop. Ann.* 2. *p.* 41.

Wulfenia Buonarota *Smith. in Trans. of the Linn. Soc. v.* 6. *p.* 96. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 49. *Vahl. En.* 1. *p.* 86.

W. chamædrifolia *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 19.

Bonarota montana italica, Chamædryos folio, flore cæruleo *Mich. Nov. pl. gen. p.* 19. *n.* 1. *tab.* 15. *fig.* 1. herb. Mich.

Veronica petræa *Pon. Mont. Bald. p.* 179. figura falsa quoad corollam, et capsulam. *Segui. Veron.* 1. *p.* 235. *n.* 5.

V. petræa semper virens Ponæ, ad Chamædryn vulgarem falsam accedens *J. Bauh. Hist.* 3. *lib.* 28. *p.* 289. fig. ex Pona, sed rudior.

β minor, racemo compacto.

Pæderota Bonarota β *Willd. Sp. pl.* 1. *p.* 77. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *p.* 563. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 10.

P. Bonarota *Suffr. Foroj. p.* 108.

P. chamædryfolia *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 178., *et Mant.* 1. *p.* 155. *Brign. Fasc. pl. Foroj. p.* 7.*

Wulfenia Buonarota β rotundifolia *Vahl. En.* 1. *p.* 86.

Bonarota montana, Italica, Chamedryos folio rotundiore, et quasi circinato, spica cærulea habitiore *Mich. Nov. pl. gen. p.* 19. *n.* 2. *tab.* 15. *fig.* 2.* herb. Mich.

Ital. *Bonarota. Bonarota cerulea.*

Perenn. Habui ex rupibus *d' Ario*, et *di Dos alto* in provincia Brixiensi a Zantedeschio, ex Baldo a Pollinio, et a Barbierio, ex Septem Communibus Vicetinorum a Mayero, ex montibus Forojuliensibus a Cernazajo, ex Tyroli italico ab illustri Clelia

Durattia-Grimaldia. Varietatem β habui ex herbario Micheliano ab olim amico optimo, et semper felicis recordationis Prof. Octaviano Targionio-Tozzettio lectam in monte *Sumano all' Idolo,* et item ex eodem monte ab Eq. Contareno, et a Visianio. Floret Junio, Julio.

Radix crassa, transversa, fibras copiosas, ramulosas demittens. Caulis teres, erectus, cæspitosus, a paucis pollicibus ad spithamam longus, simplex, vel basi ramosus, villosus. Folia ima minima, sessilia; reliqua breviter petiolata, inferiora subrotunda, superiora gradatim crescentia, ovata; omnia grosse, et subinde inæqualiter serrata, acuta, vel obtusa, dente impari semper grandiore, villosula; variant ovato-lanceolata, crebrius, et tenuius serrata. Racemus terminalis, simplex, laxiusculus. Bracteæ lanceolatæ, vel lineares, integerrimæ, calycem æquantes, aut superantes, hirtæ, vel ciliatæ, pilis patentibus. Calyx quinquepartitus, laciniis perangustis, obtusis, duas tresve lineas longis, quinta breviore, hirtis, vel ciliatis more bractearum. Corolla calyce longior, cærulea, aut rosea, subinde pallidissima, tubulosa, bilabiata, labio superiore indiviso, apice fornicato, acuto, labio inferiore tri-quadrifido, laciniis subæqualibus, oblongis, acutis, aut obtusis. Faux corollæ hians, nuda. Stamina juxta labium inferius parallele ascendentia, ipsum labium æquantia, aut quidquam superantia. Antheræ cæruleæ, sagittatæ, obtusæ, obtuseque auriculatæ. Stilus filiformis, staminibus longior, exertus, curvatus, cæruleus. Stigma capitatum. Capsula oblonga, acuminata, rostrata, calyce brevior. Villi totius plantæ albidi.

Varietas β differt caule humiliore, circiter bipollicari, racemo brevissimo, compacto; in reliquis speciei similis.

In herbario Micheliano exemplaria *Pæderotarum* hactenus asservantur, quæ Zannichellius miserat ad Michelium, et ex quibus Michelius desumpsit species, quas tradidit sub numero tertio, et quarto in Nov. pl. gen. p. 19. Ab his autem exemplaribus dignoscitur, plantam, quæ sub numero tertio est, nullimode differre specie a *Pæderota Bonarota* L., sed esse tantum lusum ejus, quem nos in varietatem β hic recepimus. Ex litteris Zannichellii ad Michelium, quæ MS. asservantur in bibliotheca Targioniana, dignoscitur,

litem de hac planta obortam fuisse Zannichellium inter et Michelium. Prior contendebat, hanc esse *Veronicam petræam sempervirentem* Ponæ, sub quo nominem miserat ad Michelium; Michelius negabat, quippe qui pro planta Ponæ habebat suam *Bonarotam montanam, Italicam, Chamædryos folio, flore cæruleo* Nov. pl. gen. p. 19. n. 1., quam ob racemum laxiflorum, levi sane momento, at pro more suo, Michelius distinguebat a planta Zannichellii. Neque hic a sententia sua postea recessit; etenim in alio opere MS., cui titulum fecit *Appendice secondo al primo libro de' Nuovi generi delle piante,* in eadem bibliotheca extante iterum declarat « *che la prima specie della* « *Bonarota è senza dubbio l' istessa della Veronica* « *petrea sempervirente Pon. Bald. l. c. cccxxxvi.* ».

Confer, quæ Cl. Morettius l. c. recte observat de distinctione inter *Pæderotam Bonarotam* L., et *Veronicam Ponæ* Gou.

2. Pæderota *Ageria:* foliis serratis, superioribus ovato-lanceolatis, acuminatis; corollæ labio superiore bifido; staminibus corolla brevioribus.

P. Ageria *Mant.* 2. *p.* 171. *Murr. Syst. veg. ed.* 14. *p.* 61. *Willd. Sp. pl.* 1. *p.* 77. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *p.* 562. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 177., *et Mant.* 1. *p.* 155. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 9. *Morett. Notiz. in Memor. tom.* 1. *p.* 243. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 338.

P. lutea *Lin. fil. Sup. p.* 84. *Scop. Ann.* 2. *p.* 41.

P. Bonarota *Jacq. Hort. Vind.* 2. *p.* 55. *tab.* 121.

P. urticæfolia *Brign. Fasc. pl. Forojul. p.* 8.*

Bonarota chamædrifolia 3–5. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 23.

Wulfenia Ageria *Smith. in Trans. of the Linn. Soc. v.* 6. *p.* 96. *n.* 2. *Vahl. En.* 1. *p.* 87. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 48.

W. lutea *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 19.

β foliis minoribus, ovatis; caule abbreviato; racemo compacto.

Pæderota Zannichellii *Brign. Fasc. pl. Forojul. p.* 9.* *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 178., *et Mant.* 1. *p.* 155. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *p.* 562.

P. Bonarota β Zannichellii *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 11.

Bonarota chamædrifolia 1–2. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 23.

B. montana, Italica, Chamædryos folio, minus crenato, spica lutea ex monte Cavallo *Mich. Nov. pl. gen. p.* 19. *n.* 3. herb. Mich.

Ital. *Bonarota gialla*.

Perenn. Habui ex montibus Forojuliensibus a Prof. BRIGNOLIO. Varietatem *β* obtinui ex monte *Cavallo*, et ex vertice montis *Cren* ab eodem Prof. BRIGNOLIO, tum ex *Cima d' asta* Tyrolis italici ab Eq. PETRUCCIO. Floret ab Aprili in Julium.

Radix cæspitosa, fibroso-ramulosa, albida. Caules teretes; erecti, vel ascendentes, cæspitosi, a palmo ad pedem longi, plerumque simplices, subinde basi ramosi, tenuiter pubescentes. Folia opposita, ludunt verticillato-terna, aut alterna, ima minima, sessilia, subrotundo-ovata, reliqua successive majora, ovato-lanceolata, acuminata, inæqualiter, arguteque serrata, subsessilia, multinervia, puberula, tenuia, sesquipollicem, vel duos etiam pollices longa, summa angustiora. Racemus terminalis, simplex, erectus, vel cernuus, initio densus, mox laxiusculus. Bracteæ lineares, perangustæ, obtusiusculæ, glabræ, calycem superantes. Calyx quinquepartitus, laciniis forma, et notis bractearum, quinta paulo breviore. Corolla sulphurea, calyce longior; labio superiore bifido, aut emarginato, fornicato; labio inferiore trifido. Faux hians, leviter puberula, pervia. Stamina corolla breviora. Antheræ incumbentes, sagittatæ, obtusæ, flavæ. Stilus corolla longior. Stigma capitatum. Capsula oblonga, acuminata, rostrata.

Varietas *β*, Cl. Morettio id optime adnotante in *Osserv. sulla Fl. Ver. p.* 17., est lusus speciei. Hæc distinguitur caule humiliore, circiter palmari, foliis minoribus, ovatis, acutis, aut acuminatis, minus alte serratis, subinde subcordatis, racemo breviore, compactiore.

Ex litteris MS. Zannichellii ad Michelium, de quibus supra loquutus sum, patet, Zannichellium inter annos 1724. et 1726. duas *Pæderotas* ad Michelium misisse, quarum altera erat sub nomine *Veronicæ petrææ Ponæ*, lectaque fuerat in montibus *Sumano*, et *Cavallo*, altera proficiscebatur ex solo monte *Cavallo*, et vocabatur ab eodem Zannichellio *Chamædrys petræa dal fior giallo*, *Veronica petræa lutea*. De prima, quæ pertinet ad *Pæderotam Bonarotam β* nostram, jam loquuti sumus. Exemplar secundæ, cui scheda hisce

verbis « 2. *di fior giallo* » manu Zannichellii notata affigitur, evidenter spectat ad nostram *Pæderotam Ageriam β.*, atquè huic exemplari innititur synonymon Michelianum, quod ad hanc varietatem attulimus.

GRATIOLA.

Lin. Gen. p. 13. *Juss. Gen. p.* 121. *Vent. Tabl. tom.* 2. *p.* 363. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 16. *Gærtn. De fruct. et sem.* 1. *p.* 251. *tab.* 53. *R. Brown. Prodr. p.* 435., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 291.

Perianthium liberum, quinquepartitum, basi auctum bracteis duabus. Corolla monopetala, tubo angulato, limbo irregulari, fere bilabiato. Stamina fertilia duo, quibuscum sæpe miscentur alia duo, vel tria sterilia. Stigma diphyllum, rictu in generatione hiante, phyllis post fœcundationem conniventibus. Capsula bilocularis, bivalvis, polyspermia.

Habitus. Herbæ foliis oppositis, pedunculis solitariis, axillaribus, unifloris, rarius floribus racemosis, terminalibus. Corolla fere bilabiata, ringens, tubo amplo.

Ord. nat. Personatæ *Linn. Ord. nat. n. XL., et Præl. in ord. nat. p.* 486. *Vent. Tabl. tom.* 2. *p.* 351. Scrophulariis affines *Juss. Gen. p.* 121. Scrophularinæ *R. Brown. Prodr. p.* 433., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 289. *Bartl. Ord. nat. p.* 169. Scrophularineæ *Schultz. Natürlich. Syst. des pflanzenr. p.* 400.

1. Gratiola *officinalis:* foliis lanceolatis, tri-quinquenerviis, superne serratis; pedunculis calyce longioribus.

G. officinalis *Sp. pl.* 24. *Fl. Dan. tab.* 363. *Plenck. Ic. pl. med.* 1. *p.* 8. *tab.* 15. *Albert. Fl. med.* 6. *p.* 25. *tab.* 307. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 25. *tab.* 28. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 71. *n.* 261. *Balb. Fl. Taur. p.* 4. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 34. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 7. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 12. *et* 311. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 5. *n.* 28. *Lanfoss. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *pag.* 48.

Pollin. Fl. Ver. 1. *p.* 23. *Roman. in Da Rio Giorn. dell'Ital. lett. tom.* 24. *p.* 272. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 5. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 4. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 7.* *Suffr. Forojul. p.* 108. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 17., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 18., *et Mat. med. p.* 42. *tab.* 5. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 27. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 7. *n.* 23. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 17. *Moris. Stir. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 34.* *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 598. *n.* 2666. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 50. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 340. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 24. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 43.

G. n. 329. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 142.

Gratiola *Dod. Pempt. p.* 362. *Tabærn. Ic. p.* 367. *Matth. ed. Valgr. an.* 1585. *tom.* 2. *pag.* 734. *J. Bauh. Hist.* 3. *lib.* 30. *p.* 434. *fig. p.* 435. *Riv. Monop. irreg. tab.* 106.

G. sive Gratia Dei *Lob. Ic. p.* 435.

G. centauroides *C. B. P. p.* 279. *Zannich. Istor. delle piant. p.* 134. *tab.* 293.

Gratia Dei *Cæsalp. De plant. lib.* 6. *cap.* 65. *p.* 265.

Digitalis minima Gratiola dicta *Segui. Veron.* 1. *p.* 255. *n.* 3.

Centauroide, ovvero Limnesio di Valerio Cordo *Pon. Mont. Bald. p.* 142.

Offic. *Gratia Dei, Gratiolæ herba* Lin. Mat. med. p. 7.

Ital. *Graziola. Stancacavallo. Tossicaria* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 113.

Perenn. Habitat locis uliginosis. Legi inter Massam Ducalem, et *Montignoso* secus tramitem antiquum, Bononiæ in paludibus *di Gandazollo.* Habui ex agro Mediolanensi a Grioleto, et a Vincentio, ex pratis humidis Tergesti, et Istriæ a Biasoletto, ex viciniis *di Brondolo* a Prof. Naccario, ex agro Terracinensi a Fiorinia-Mazzantia, ex palustribus vallis *Bono* in Sardinia a Prof. Morisio. Floret ab Aprili in æstatem.

Radix repens, articulata, squamata. Caulis erectus, superne tetragonus, etiam pedalis, simplex, vel ramosus. Folia sessilia, decussata, lanceolata, tri-quinquenervia, inferiora minora, obtusa, subintegerrima, reliqua successive acutiora, supra medium leviter, arguteque serrata. Pedunculi axillares, solitarii, alterni, oppositique, folio breviores, at calyce longiores. Sub calyce bracteæ duæ, lanceolato-lineares, sessiles, illum excedentes. Laciniæ calycinæ ejusdem formæ. Corolla calyce multo longior, fere bilabiata, ringens.

Ejus tubus amplus, angulatus, striatus, luteolus, intus fauce, et latere superiore barbatus, pilis apice glanduliferis. Limbus albo-roseus, vel albo-purpurascens, labio superiore emarginato, inferiore æqualiter trilobo. Stamina alba, duo fertilia, e loco altiore tubi corollæ orta; alia duo sterilia inferius sita. Priorum filamenta breviora, crassiora, apice dilatata, antheris didymis, filamentorum expansioni adnatis. Filamenta posteriorum graciliora, longiora, antheris minutis, abortivis. Stigma recurvum, bilamellatum, rostellatum. Nectarium circellus glandularis, depressus, luteolus sub ovario. Capsula ovata, turgida, acuminata, stilo persistente terminata. Tota planta glabra.

Usus. Pharmacopolæ, et medici adhibent herbam, quæ amarissima, et recens caute subministranda. Vis ejus drastica, emetica, diuretica, anthelmintica, antiperiodica. Remedium ab agricolis nostris magni factum, præcipue contra febres intermittentes. Præstat quoque vulneribus sanandis, ut habet Cæsalpinus l. c.

PINGUICULA.

Linn. Gen. p. 13. *Juss. Gen. p.* 98. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 28. *Tourn. Inst. rei herb.* 2. *tab.* 74. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 14. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 354. *Gærtn. De fruct. et semin.* 2. *p.* 140. *tab.* 112.

Perianthium liberum, bilabiatum, labio superiore trifido, inferiore bifido. Corolla ringens, calcarata. Stigma foliaceum. Capsula unilocularis.

Habitus. Herbæ foliis omnibus radicalibus, rosulatis, teneris, integerrimis, scapo nudo, unifloro, corolla decidua, calyce persistente.

Ord. nat. Corydales *Linn. Ord. nat. n. XXIV., et Præl. in ord. nat. p.* 371. Lysimachiæ *Juss. Gen. p.* 95. Personatis affines *Vent. Tabl.* 2. *p.* 354. Lentibulariæ *R. Brown. Prodr. p.* 429., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 285. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 27. *Bartl. Ord. nat. p.* 168. Lentibulariaceæ *Schultz. Natürl. syst. des pflanz. p.* 389. Utricularinæ *Link. En. alt.* 1. *p.* 27.

1. Pinguicula *vulgaris:* nectario subulato, dependente, corollam subæquante; staminibus ovario lateralibus; capsula ovata.

P. vulgaris *Sp. pl.* 25. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 28., *et Engl. bot. v.* 1. *tab.* 70. *Rees. Cycl. v.* 27. *n.* 3. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 14. *fig.* 1. *Hook. Brit. Fl. p.* 8., *et Fl. Lond. v.* 4. *tab.* 3. *Fl. Dan. tab.* 93. *Svensk. bot.* 1. *tab.* 36. *Plenck. Ic. pl. med.* 1. *p.* 9. *tab.* 16. mala. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 27. *tab.* 29. *Bert. Mant. pl. Fl. alp. Apuan. p.* 3. *n.* 5. *All. Fl. Ped.* 1. *p.* 56. *n.* 199. *Re Fl. Segus. p.* 8.*, *et Fl. Torin.* 1. *p.* 359.* *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 7. *Pollin. Viag. p.* 121.*, *et Lett. al Gaut. in Bibl. Ital. tom.* 45. *p.* 412.* *Morett. Notiz. in Mem. tom.* 1. *p.* 243. *Jan. Elench. p.* 1.* *Suffr. Foroj. p.* 109. *Petagn. Inst. bot.* 2. *p.* 38. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 575. *n.* 2619. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 52. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 341. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *Abt.* 14. *heft. Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 45.

P. villosa *All. Fl. Ped.* 1. *p.* 57. *n.* 201. Herb. All. planta macrior.

P. vulgaris β alpicola *Reich. Cent.* 1. *p.* 70. *n.* 84. *tab.* 84. *fig.* 175.

P. grandiflora *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 24.*

P. hirtiflora *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 18.*, *et Syll. p.* 15.* *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 48.

P. n. 292. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 128.

P. Gesneri *Segui. Ver.* 1. *p.* 260. *n.* 1.

P. di fior ceruleo *Pon. Mont. Bald. p.* 187.

P. del Gesnero (con fior ceruleo) *Pon. l. c. p.* 243.

β pusilla; foliis petiolatis, nectario subulato, basi ampliato.

Pinguicula lusitanica *Reich. Cent.* 1. *p.* 70. *et* 93. *tab.* 84. *fig.* 176. 177.

Ital. *Pinguicula erba da taglio. Erba da taglio porporina.*

Ann. aut bienn. Legi in Apennino Liguriæ occiduæ retro *Pegli* locis editis dictis *La Scaggia* prope *Fontana buona*, tum in suprema *Tambura* alpium Apuanarum Cafferonianam (*Garfagnana*) versus. Habui ex montanis Nicæensibus ad Sanctum Martinum, et ex rupestribus irriguis *di Saorgio* a Prof. Morisio, ex *Valasco* alpium Valderiarum in Pedemontio a Bertero, ex alpibus *di Monastero* in valle *Lancei* ejusdem principatus a Prof. Re, ex monte Sempronio provinciæ Novariensis a De Notaris, et ex *Marguzzollo* ejusdem

provinciæ ab Eq. De Weldenio, ex Baldo, ex alpibus Tridentinis, et Vicetinis a Pollinio, ex apennino Parmensi *a Rigosa* a Prof. Janio, ex monte *Pelone* Prætutiorum prope *Pietralta* ab Orsino, ex monte Sancti Angeli *di Castellamare*, ex *Acqua santa*, et ex *Trinità di Cava* in regno Neapolitano ab Eq. Prof. Tenorio, et ab Eq. Gussonio. Varietatem *β* habui ex monte *Rotondo* Corsicæ a Soleirolio sub nomine *Pinguiculæ intermediæ*. Floret a Majo in æstatem.

Radix fibrosa, fibris fasciculatis, numerosis, brevibus. Folia omnia radicalia, rosulam ad terram facientia, oblonga, integerrima, margine plus minus inflexo, alia sessilia, alia in petiolum angustata, tenera, pallide virentia, glanduloso-puberula, præcipue superne, ex quo viscida. Scapus teretiusculus, nudus, subinde bracteola sub flore instructus. Flos solitarius, terminalis, cernuus. Calyx bilabiatus, labio superiore trifido, inferiore bifido, laciniis obtusis. Corolla purpurea; ejus labium superius brevius, bilobum, lobis integerrimis, intus glabrum; labium inferius longius, trifidum, intus, præsertim in fauce, albo-barbatum; variat vel segmentis omnibus integerrimis, vel medio tantum, vel omnibus emarginatis. Calcar subulatum, ludit corolla paulo brevius, aut illam æquans, antice recurvulum, aut rectum, obtusum, et etiam subbilobum, vel acutum, semper descendendo gracilescens. Stamen utrinque unum ad latus ovarii juxta labium superius corollæ. Filamenta lateraliter ascendentia. Antheræ rotundæ, incumbentes, inter se se conniventes, ferrugineo-fuscæ. Ovarium liberum, sub labio superiore corollæ scrobiculo exceptum. Stigma sessile, foliaceum, supra antheras revolutum. Capsula ovata. Scapus, calyx, et corolla extus plus minus pubescunt.

Varietas *β* non recedit a specie forma partium; distinguitur tantum, quia pusilla, instructa foliis evidentius petiolatis, flore purpureo-carneo, nectario basi magis dilatato, reliqua vero parte attenuato, subulato. Profecto non est *Pinguicula lusitanica* L., ut mihi demonstrant exemplaria hujus speciei, lecta in paludosis circa Bajonam, et jam ab anno 1809. a Cl. Loiseleurio Deslongchampio ad me missa; de qua quidem diversitate ipsemet Reichenbachius l. c. suspicatus est.

Quid sit *Pinguicula lusitanica* All. Fl. Ped. 1. p. 56. n. 198. dici nequit, cum exemplar ejus deficiat in Allionii

herbario. Ibi tantum adest archetypum cum scheda, in qua Allionius prius scripserat nomen *Pinguiculæ lusitanicæ*, postea delevit, et substituit illud *Pinguiculæ villosæ*, quod quidem archetypum, longe distat a *Pinguicula villosa* L., quam obtinui ex Lapponia a Cusströmsio, et omnino pertinet ad lusum *Pinguiculæ vulgaris* L. in statu macriore.

Usus. Herba depasta pecori noxia. Alpici adhibent ad vulnera infusam oleo, tum etiam ad fissuras mammarum in ovibus. Lapponi foliis ejus superfundunt lac calens, aut ex uberibus tepidum, quod cogitur in æqualem, gratamque substantiam, lac hyperboreum dictam, quæ si commisceatur cum alio lacte, dat simile coagulum ferme in infinitum. Confer Lin. Fl. Lap. p. 10., et Fl. Suec. ed. 2. p. 8.

2. Pinguicula *grandiflora*: nectario subulato, florem subæquante; staminibus ovario suppositis; capsula conica.

P. grandiflora *Willd. Sp. pl.* 1. *p.* 110. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *p.* 455. *Vahl. En.* 1. *p.* 191. *Lamk. Enc. meth. bot. ed. de Pad. tom.* 3. *p.* 21. *n.* 2., *et Illustr.* 1. *tab.* 14. *fig.* 2. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 29., *et Engl. bot. v.* 31. *tab.* 2184. *Rees. Cycl. v.* 27. *n.* 4. *Hook. Brit. Fl. p.* 8., *et Fl. Lond. v.* 4. *tab.* 2. *Reich. Cent.* 1. *p.* 69. *tab.* 83. *fig.* 164. flore maxime luxuriante. *Bert. Amœn. Ital. p.* 325. *Vitm. Sup. tom.* 1. *p.* 34. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 5. *n.* 30. *Balb. Misc. bot.* 1. *p.* 5. *Guss. Pl. rar. p.* 7.* *Ten. Viag. in Abruz. p.* 42. *n.* 8., *et Fl. Nap.* 3. *p.* 17., *et Syll. p.* 15. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 575. *n.* 2620.*, *et tom.* 5. *p.* 404.* *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 46.

P. leptoceras *Reich. Cent.* 1. *p.* 69. *tab.* 82. *fig.* 171. optime nostra.

Ital. *Erba da taglio di fiore grande*. *Erba da taglio di fiore azzuro*.

Ann. aut bienn. Legi copiosam in Apuanarum alpium verticibus *Sagro*, et *Tambura*. Filius quoque legit in earumdem alpium vertice editiore *Pisanino*. Habui ex *Col di Tenda* in Pedemontio a Bonjeanio, ex alpibus Comensibus a Visianio, ex *Majella* Prætutiorum *all' Orfenta* ab Orsino, ex monte *Grosso* Corsicæ a Soleirolio. Floret Junio, Julio.

Radix, folia, et scapus, ut in *Pinguicula vulgari* L., sed grandiori dimensione. Item flos duplo, vel triplo major, recens pulchre cœruleus, siccus violaceus.

Corollæ labium superius inferiore brevius, bilobum, glabrum; labium inferius trilobum, lobis integerrimis, medio paulo majore, fauce undique albo-barbatum. Nectarium subulatum, recta descendens, passim longitudine floris, subinde quidquam brevius. Stamina brevia, sita sub ovario. Antheræ luteæ. Ovarium staminibus incumbens. Stigma sessile, foliaceum, supra antheras revolutum. Capsula conica, basi turgida, in duos postes secedens. Semina minuta, numerosissima, oblonga, affixa placentæ centrali globosæ.

Pinguicula vulgaris L., et *Pinguicula grandiflora* Lamk. sunt plantæ valde ludibundæ. Si notæ, quibus illas distinxi, ab aliis quoque observatoribus non reperiantur constantes, tunc actum est de discrimine harum plantarum, et cogimur habere *Pinguiculam grandifloram* Lamk. pro lusu *Pinguiculæ vulgaris* L., de qua quidem re Cl. Pollinius suspicatus est in epistola sua ad Gautierium in Bibl. Ital. tom. 45. p. 413. At hæ plantæ examinentur vivæ in loco natali; nam siccæ aliam faciem, et alium floris colorem induunt. *Pinguicula longifolia* De Cand. Fl. Franç. 3. p. 728., ipso De Candolleo fatente in Fl. Franç. 5. p. 404., est lusus *Pinguiculæ grandifloræ* foliis longioribus. Cur igitur hæc a recentiorum quibusdam iterum profertur in speciem?

3. Pinguicula *alpina*: calcare crasso, conico, corollis multo breviore; scapo glabro; capsula rostrata.

P. alpina *Sp. pl.* 25., *et* P. n. 12. *Fl. Lap. p.* 11. *tab.* 12. *fig.* 3. *Fl. Dan. tab.* 453. *Reich. Cent.* 1. *p.* 67. *n.* 81. *tab.* 81. *fig.* 166. *Wahlenb. Fl. Lap. p.* 9., *et Fl. Suec.* 1. *p.* 13. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 56. *n.* 200. *Balb. Misc. bot.* 1. *p.* 5.*, *et Fl. Taur. p.* 4.* *Re Fl. Segus. p.* 8. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 7. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 5. *n.* 31. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 24. *Suffr. Foroj. p.* 109. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 342. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *Abt.* 14. *heft. Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 20. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 25. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 576. *n.* 2621., *et* 5. *p.* 404. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 47.

P. alpina α, et β *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *p.* 456.

P. flavescens *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 53. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 34. *Pollin. Viag. p.* 102. 113. 121. *Reich. Cent.* 1. *p.* 65. *tab.* 81. *fig.* 168.

P. alpestris *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 18. *n.* 7.

P. purpurea *Vahl. En.* 1. *p.* 193.
P. brachyloba *Reich. Cent.* 1. *p.* 67. *tab.* 81. *fig.* 167.
P. n. 293. *Hall. Hist. Stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 129.
P. flore albo minori, calcari brevissimo *Segui. Veron.* 1. *p.* 260. *n.* 2.
P. tutta di fior bianco *Pon. Mont. Bald. p.* 244.

Ital. *Erba da taglio alpina. Erba da taglio di fiore bianco.*

Ann. aut bienn. Habui ex Cenisio a Bonjeanio, ex collibus Taurinensibus a Prof. Balbisio, ex monte *Marguzzollo* provinciæ Novariensis, et ex monte *Generoso* provinciæ Comensis ab Eq. De Weldenio, ex viciniis *di Lugano* a Vincentio, ex Septem Communibus Vicetinorum a Visianio. Floret ab Aprili in Julium.

Radix fibrosa, cæspitosa, fibris longioribus, et crassioribus, quam in præcedentibus duabus. Folia similia, minora, quam in *Pinguicula vulgari* L. Scapus glaber, apice semper rectus. Corolla alba, in arefactione purpurascenti-rubens. Ejus labium superius emarginatum, præ inferiore brevissimum; labium inferius trilobum, lobo medio rotundato, vel truncato, integro, aut leviter emarginato. Faux barbata, luteo-maculata, macula nunc solitaria, nunc in duas divisa. Striæ luteæ descendunt quoque in calcar, quod corolla multo brevius, crassum, conicum basi ampla, leniter recurvum, subinde, sed rarius, rectum; variat quoque acutum, obtusum, aut retusum. Capsula acuminata, rostrata.

Flos hujus speciei nunc est admodum parvus, ut in allata Linnæi figura, et ut in exemplari Taurinensi olim a Balbisio ad me misso, quod quidem exemplar omnino convenit cum Lapponico, quod habui a Cusströmsio, nunc est duplo, vel triplo major, idque per varios gradus, ut facile constat ex multis speciminibus herbarii nostri, et ex allatis Reichenbachii figuris. Hæc eadem specimina pari pacto demonstrant diversas labii inferioris, nectariique aberrationes, quas supra descripsimus. Quibus omnibus intelligimus, hanc plantam in inconcinnas species levissima de causa fuisse dilaniatam. Veteres botanici, Schradero jam observante in Fl. Germ. 1. p. 52. 53., confuderunt hanc cum *Pinguicula vulgari* L.

UTRICULARIA.

Lin. Gen. p. 14. *Juss. Gen. p.* 98. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 29. *R. Brown. Prodr. p.* 430., *et ed.* 2. *tom.* 1. *pag.* 286. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 14. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 353. *Gærtn. Carpol. Suppl. p.* 108. *tab.* 198.

Lentibularia *Vaill. in Acad. des scienc. an.* 1719. *p.* 22. *et* 45. *tab.* 2. *fig.* 1. *Dill. Nov. pl. gen. in app. ad cat. pl. circa Giss. nasc. p.* 115. *tab.* 6. *fig. A-P.*

Perianthium liberum, diphyllum, integerrimum, persistens. Corolla personata, calcarata. Capsula unilocularis, circumscissa. Semina numerosa, minuta.

Habitus. Herbæ palustres, limo fixæ, vel lacustres fluitantes ope vesicularum foliis radiciformibus, multifido-capillaceis adnexarum. Flores vel in racemo pedunculato, vel in scapo racemoso, in anthesi extra aquam porrectis.

Ord. nat. Corydales *Linn. Ord. nat. n. XXIV., et Præl. in ord. nat. p.* 371. Lysimachiæ *Juss. Gen. pl. p.* 95. Personatis affines *Vent. Tabl.* 2. *p.* 351. Lentibulariæ *R. Brown. Prodr. p.* 429., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 285. *Bartl. Ord. nat. p.* 168. Lentibulariaceæ *Schultz. Natürl. syst. des pflanz. p.* 389. Utricularinæ *Link. En. alt.* 1. *p.* 27.

1. Utricularia *vulgaris:* corollæ labio superiore subemarginato, lateribus undulato, longitudine palati; nectario conico, labium inferius subæquante, foliis alterne pinnatis, dichotomo-capillaceis.

U. vulgaris *Sp. pl.* 26. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 30., *et Engl. bot. v.* 4. *tab.* 253. *Hook. Brit. Fl. p.* 9. *Fl. Dan. tab.* 138. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 14. *fig.* 1. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 29. *tab.* 30. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 56. *n.* 197. *Balb. Fl. Taur. p.* 4. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 35.* *Bir. Fl. Acon.* 1. *p.* 8. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 12. *et* 311. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 5. *n.* 32. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.*

2. *tom.* 10. *pag.* 48.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 25. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 5. *Morio. Fl. Ven.* 1. *p.* 4. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 6. *Suffr. Foroj. p.* 109. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 19.* *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 17. *Fior. Mazz. Notiz. in Giorn. Arcad. tom.* 18. *p.* 161. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 19., *et Syll. p.* 15. *n.* 1. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 14. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *pag.* 574. *n.* 2617. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 54. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 343. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *Abt.* 13. *heft. Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 21. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 48.

U. n. 290. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 128.

Lentibularia *Segui. Veron. Suppl. p.* 128. *Riv. Monop. irreg. tab.* 79.

Millefolium aquaticum flore luteo galericulato *Lob. Ic. p.* 791. *J. Bauh. Hist.* 3. *lib.* 38. *p.* 783.

Ital. *Erba vescica*. *Ova di botta*. *Ova di luccio*. *Ova di rospo*. *Ova di rannocchi* Targ. Tozzett. Dizion. bot. 2. p. 231.

Perenn. Habui ex palude *di Bientina* in Hetruria ab Eq. Prof. Savio, ex *Praglia di Pianezza* prope Taurinum a Prof. Re, ex paludibus Mantuanis *a Melara* a Felisio, item *a Sabionetta* prope arcem a Barbierio. Floret a Majo in Augustum.

Caulis fluitans, simplex, vel ramosus, vestitus foliis capillaceis, radiciformibus, pinnatis, pinnis alternis, dichotomis, margine setosis, setis albidis, geminatis, vel solitariis. Hisce foliis adhærent utriculi compressi, curvuli, numerosi, pellucidi, in inflorescentia plantæ aere fœti, ut herba natet. Ex apice caulis simplicis, vel ex centro plurium ramorum subverticillatorum producitur pedunculus, seu scapus teres, simplex, dodrantalis, aut pedalis, erectus extra aquam, tribus quatuorve bracteis squamæformibus, parvis, ovatis, inter se remotis adspersus, terminatus racemo laxo, 4-8floro. Bractea prioribus similis stat ad basim cujusvis pedicelli, illoque multo brevior est. Calyx diphyllus, persistens, foliolis integerrimis. Corolla personata, flava, grandiuscula. Ejus labium superius angustius, longitudine palati, margine undulatum, apice subemarginatum. Labium inferius amplum, rotundatum, integrum, lateribus deflexis, calcaratum. Palatum penitus clausum gibbis duobus, striisque aurantiis pictum. Calcar conicum, deflexum, labio inferiore corollæ vix brevius. Pedicelli, et calyces sæpe purpurascunt.

2. Utricularia *minor*: corollæ labio superiore plano, emarginato, longitudine palati; nectario carinato, brevissimo; foliis tripartito-dichotomis, capillaceis, nudis.

U. minor *Sp. pl.* 26. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 31., *et Engl. bot. v.* 4. *tab.* 254. *Hook. Brit. Fl. p.* 9. *Fl. Dan. tab.* 128. *Lamk. Illustr. tab.* 14. *fig.* 2. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 30. *tab.* 31. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 36. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 8. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 13. *et* 312. *Comol. Prodr. Fl. Com. p.* 6. *n.* 33.* *Lanfoss. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 48. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 26.* *Suffr. Foroj. p.* 109. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 18. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 19., *et Syll. p.* 16. *n.* 2. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 574. *n.* 2618. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 50. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 345. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *Abt.* 17. *heft. Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 49.

U. n. 291. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 128.

Aparine aquæ innatans, Terevisana, foliis Perchepier, capreolis donata, sive, Aparine fluitans, capreolis donata *Bocc. Mus. di piant. p.* 23. *fig.* 4. sine flore.

Ital. *Ova di botta minute*.

Perenn. Habui ex palustribus agri Veronensis circa *Bovolone* a Pollinio, ex palustribus Comensibus *alla Cà morta*, et prepe lacus di *Alserio*, et *Segrino* a Comollio. Floret Majo, Junio.

Planta omnibus partibus præcedente longe minor. Folia breviora, tenuiora, tripartita, segmentis dichotomis, parcius decompositis. Vesiculæ admodum parvæ, breviter petiolulatæ, aliæ adhærentes foliis, aliæ axillares. Pedunculus gracilis, a sesquipollice ad duos, tres, quatuorve pollices longus. Bracteæ omnes minutæ. Racemus tri-quadriflorus. Flos parvus. Corolla pallidissime flava; ejus labium superius fere planum, emarginatum, circiter longitudine palati, labium inferius instructum palato depresso, faucem non claudente, striisque ferrugineis notato. Calcar brevissimum, carinatum, obtusum, deflexum, vix tam longum, quam latum.

LEMNA.

Lin. Gen. p. 478. *Lamk, Illustr. tom.* 8. *tab.* 747. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 31., *et in Rees. Cycl. v.* 20.

R. Brown. Prodr. p. 345., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 201. *Hook. Fl. Lond. v.* 4. *tab.* 4., *et Brit. Fl. p.* 12.

Lenticula *Vallisn. De arcan. Lentic. palustr. semin. in Raccolt. di var. tratt. Venez.* 1715. *p.* 212–231. *tav.* 13. 14., *et in Oper. fisico–medic. tom.* 2. *pag.* 81–89. *tav.* 14. 15. *Dillen. Nov. pl. gen. in append. ad catal. Giss. p.* 118. *tab.* 6. *fig. A. B. C.* ex Vallisn. *Mich. Nov. pl. gen. p.* 15. *tab.* 11. *fig. A–I. Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 2. *p.* 212. *Juss. Gen. pl. p.* 19. *Vent. Tabl. tom.* 4. *p.* 8.

Lenticularia *Mich. Nov. pl. gen. p.* 15.

Perigonium simplex, liberum, pedicellatum, bilobum, demum marcescens. Stamina duo. Antheræ didymæ. Stilus brevis, conicus. Stigma obtusum. Pericarpium nucula membranacea, uni–bilocularis, olygospermia, seminibus 1–6, dorso convexiusculis, striatis, subtus planis. Flos unisexualis, subinde vero hermaphroditus.

Habitus. Caulis foliiformis (caulophyllium voco), parvus, compressus, subrotundus, vel oblongus, intus grandiuscule cellulosus, et ex aere in cellulis expanso natans, subtus radicans, radicibus fibrosis, perpendicularibus, apice tubo corniculato calyptratis (anchora), subinde arhizus, latere florifer, aut gemmiparus.

Ord. nat. Miscellaneæ *Linn. Ord. nat. n. LIV.*, *et Prælect. in ord. nat. p.* 594. Najades *Juss. Gen. p.* 6. Plantes d' ordre indeterminé *Vent. Tabl. tom.* 4. *pag.* 1. Genera Hydrocharidibus affinia *R. Brown. Prodr. p.* 345., *et ed.* 2. *tom.* 1. *pag.* 201. Hydrocharideæ. Genera monocotyledonia dubia l. incertæ sedis *Bartl. Ord. nat. p.* 76. Pistiaceæ *Rich. in Hook. Brit. Fl. p.* 12. Lemnaceæ *Schultz. Natürl. syst. des pflanz. p.* 274.

1. Lemna *trisulca:* caulophyllio dichotomo, patulo, segmentis ellyptico–lanceolatis, basi filiformi–caudatis, superne cruciato–proliferis.

L. trisulca *Sp. pl.* 1376. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 32., *et Engl. bot. v.* 13. *tab.* 926. *Hook. Fl. Lond. v.* 4. *tab.* 4.,

et Brit. Fl. p. 12. *Fl. Dan. tab.* 1586. *Svensk. bot. tab.* 324. *fig.* 4. *Lamk. Illustr. tom.* 8. *tab.* 747. *fig.* 2. ex Mich. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 220. *n.* 2098.* *Balb. Fl. Taur. p.* 152. *Re Fl. Torin.* 2. *p.* 108. *Birol. Fl. Acon.* 2. *p.* 103. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 2. *p.* 165. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 174. *n.* 1164. *Lanfoss. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 420.* *Pollin. Fl. Ver.* 3. *p.* 53. *Rom. Agg. alla Flor. Vicent. in Da Rio Giorn. dell' Ital. letterat. tom.* 24. *p.* 303. *n.* 94. *Nacc. Fl. Ven.* 5. *p.* 7. *Suffr. Foroj. p.* 186. *Sav. Fl. Pis.* 2. *p.* 315. *Maratt. Fl. Rom.* 2. *p.* 315. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 321. *n.* 1131. *Ten. Fl. Nap.* 2. *p.* 333., *et Syll. p.* 21. *n.* 2. *De Cand. Fl. Franç.* 2. *p.* 588. *n.* 1468. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 71. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 294. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 32. *Gaud. Fl. Helv.* 6. *p.* 11.

Lenticula trisulca *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 2. *p.* 213. *n.* 1143.

Hydrophace n. 1901. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv. tom.* 3. *p.* 69.

Lenticularia ramosa, monorhiza, foliis oblongis, pediculis longioribus donatis *Mich. Nov. plant. gen. p.* 16. *tab.* 11. *fig.* 5. *Seguier. Veron.* 1. *p.* 280. *n.* 2.

Lenticula aquatica trisulca *Mich. Cat. pl. hort. Cæsar. Florent. p.* 56. *n.* 2., *et ibid. append. p.* 148. *J. Bauh. Hist.* 3. *lib.* 38. *p.* 786.

Hederula aquatica *Lob. Ic.* 2. *p.* 36.

Ital. *Erba pulla* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 132.

Ann. Legi in agro Ferrariensi in canali, qui dicitur *Poatello,* vel *Po di Volano*. Habui ex Pedemontio a Molinerio, ex paludibus Mantuanis prope arcem *di Belfiore,* et *Pradella* a Barbierio, ex lacu Sancti Pellegrini Tyrolis ab Eq. Petruccio. Floret Junio.

Caulophyllium dichotome expansum, fluitans, et fructificationis tempore natans, segmentis oblongis, tenuibus, sub vitro minute, et crebre cellulosis, sæpe apice argute, remoteque serrulatis, subtus radicula simplicissima, capillari medio instructis, basi longe caudatis, cauda tenui, filiformi, petiolum mentiente, superne utrinque cruciato-proliferis, prolibus omnino similibus, iterum pari modo proliferis, et sæpe per multas successiones, ut caulophyllium sat longum evadat. Color læte viridis. Fructificatio marginalis, ut prolificatio. Flores masculi una cum hermaphroditis.

Michelius l. c. huc traxit *Lenticulam quamdam palustrem in Auxeri fluvio* Cæsalp. De plant. lib. 16. cap. 36. p. 612., errore profecto; nam Cæsalpinius hic loci loquitur de *Salvinia natante* W., ut ipsemet Michelius postea fatetur in Nov. pl. gen. p. 107. sub *Salvinia* n. 1., quam plantam ego quoque copiosam observavi in eodem canali, qui ex Auseri per thermas Pisanas *di Caldaccoli* influit in Arnum.

2. Lemna *minor:* caulophyllio oblongo, compresso, ecaudato, utrinque concolore; monorhizo; prolificatione laterali; solitaria.

L. minor *Sp. pl.* 1376. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 32., *et Engl. bot. v.* 16. *tab.* 1095. *Hook. Fl. Lond. v.* 4. *tab.* 5., *et Brit. Fl. p.* 12. *Fl. Dan. tab.* 1587. *Svensk. bot. tab.* 324. *fig.* 1. *Lamk. Illustr. tom.* 8. *tab.* 747. *fig.* 4. *i.* ex Michel. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 220. *n.* 2099. *Balb. Fl. Taur. p.* 152. *Re Fl. Tor.* 2. *p.* 108. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 2. *p.* 165. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 175. *n.* 1165. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 420. *Pollin. Fl. Ver.* 3. *p.* 54. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 224. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 385. *Nacc. Fl. Ven.* 5. *p.* 7. *Suffr. Forojul. p.* 186. *Maratt. Fl. Rom.* 2. *p.* 315. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 321. *n.* 1132. *Ten. Fl. Nap.* 2. *p.* 333., *et Syll. p.* 21. *n.* 3. *De Cand. Fl. Franç.* 2. *p.* 589. *n.* 1469. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 72. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 295. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 32. *Gaud. Fl. Helv.* 6. *p.* 12.

L. vulgaris *Sav. Fl. Pis.* 2. *p.* 315.

Lenticula minor *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 2. *p.* 213.

Hydrophace n. 1900. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 3. *p.* 69.

Lenticularia n. 2. 3. *Mich. Nov. pl. gen. p.* 16. *tab.* 11. *fig.* 2. 3. *Seguier. Veron.* 1. *p.* 280. *n.* 1.

Lenticula n. 2. 3. *Mich. Nov. pl. gen. p.* 15. *tab.* 11. *fig.* 2. 3. *G.*

Lenticula palustris *Cæsalp. De plant. lib.* 16. *cap.* 35. *p.* 612. *Vallisn. Racc. di var. tratt. p.* 223. *tab.* 13. 14., *et Oper. fisico-med. tom.* 2. *p.* 85. *tab.* 14. 15.

L. palustris vulgaris *Vaill. Bot. Paris. p.* 114. *tab.* 20. *fig.* 3.

Lente palustre *Matth. ed. Valgr. ann.* 1585. *tom.* 2. *p.* 1173.

Ital. ***Erba pulla. Lente palustre. Lenticchia d' acqua. Lenticchia palustre. Lenticularia*** **Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 132.**

Ann. Communis in aquis stagnantibus, tamen puris, totius Italiæ. Observavi copiosam in agro Bononiensi in piscinis, quæ *Maceri* dicuntur. Habui ex fossis agri Parmensis a De Rubeis. Floret Junio, Julio.

Caulophyllium admodum parvum, sesquilineam circiter longum, carnosulum, obovatum, vel ellipticum, ecaudatum, integerrimum, depresso-convexiusculum, præcipue subtus, utrinque saturate virens, monorhizum, fibra radicali filiformi, longa, sub vitro paulo grandius cellulosum, quam præcedens, latere florens, aut proliferum, sobole solitaria, et ejusdem formæ. Passim duo, tria caulophyllia approximata conspiciuntur, atque hæc tam cito, et tam late multiplicantur, ut stagnantes aquas late operiant. Perigonium bilobum, obtusum. Nux bilocularis, dispermia, vel unilocularis, monosperma. Semina dorso striata. Flores omnes hermaphroditi.

3. Lemna *arhiza*: caulophyllio minuto, gemino, oblongo, ecaudato, arhizo.

L. arhiza *Lin. Mant.* 2. *p.* 294. *Lamk. Illustr. tom.* 8. *tab.* 747. *fig.* 5. ex Mich. *Sav. Fl. Pis.* 2. *p.* 317. *Ten. Syn. p.* 21. *n.* 4. *De Cand. Fl. Franç.* 2. *p.* 50. *n.* 1472. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 296. *Gaud. Fl. Helv.* 6. *p.* 14.

Lenticularia omnium minima, arhiza *Mich. Nov. pl. gen. p.* 16. *tab.* 11. *fig.* 4.

Ital. *Erba pulla. Lente d' acqua. Lente palustre. Lenticularia* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 132.

Ann. Rarior. Habui ex aquis stagnantibus Corsicæ *a Calvi* a Soleirolio. Fructificatio adhuc ignota.

Caulophyllium dimidio minus præcedente, passim approximato-geminum, ecaudatum, et arhizum, cæterum ejusdem formæ, texturæ, et coloris ac in *Lemna minore* L. Flores ejus nondum observati. Sunt, qui habeant pro statu incipiente *Lemnæ minoris* L., quod paradoxum, tunc enim caulis præcederet radicem.

4. Lemna *gibba*: caulophyllio obovato, ecaudato, monorhizo, subtus gibbere albido-celluloso, hemisphærico; prolificatione laterali, solitaria.

L. gibba *Sp. pl.* 1377. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 32., *et Engl. bot. v.* 18. *tab.* 1233. *Hook. Fl. Lond. v.* 5. *tab.* 3., *et Brit. Fl. p.* 13. *Fl. Dan. tab.* 1588. *Svensk. bot. tab.* 324. *fig.* 2. *Lamk. Illustr. tom.* 8. *tab.* 747. *fig.* 3. *h.* ex Mich. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 220. *n.* 2100. (per error. 3000.). *Balb. Fl. Taur. p.* 152. *Re Fl. Torin.* 2. *p.*

109. *Pollin. Fl. Ver.* 3. *p.* 54. *Roman. Agg. alla Fl. Vicent. in Da Rio Giorn. dell' Ital. letter. tom.* 24. *p.* 302. *n.* 92. *Nacc. Fl. Ven.* 5. *p.* 8. *Maratt. Fl. Rom.* 2. *p.* 315. *Maur. Rom. pl. cent. XIII. p.* 44. *Ten. Fl. Napol.* 2. *p.* 334., *et Syll. p.* 21. *n.* 1. *De Cand. Fl. Franç.* 2. *p.* 589. *n.* 1470. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 73. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 295. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 33. *Gaud. Fl. Helv.* 6. *p.* 13.

Hydrophace n. 1898. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 3. *p.* 68.

Lenticula palustris, major, inferne magis convexa, fructu polyspermo *Mich. Nov. pl. gen. p.* 15. *tab.* 11. *fig.* 1. *F.* (per error. in textu citatur fig. 2.)

Ital. *Erba pulla. Lente palustre. Lenticularia* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 132.

Ann. Præcedentibus minus frequens. Habui ex fossis agri Ravennatis a Dallagata. Floret Junio, Julio.

Caulophyllium obovatum, ecaudatum, paulo majus, cellulisque quidquam grandioribus, quam in *Lemna minore* L. instructum, magisque sub vitro transparens, supra læte virens, planum, subtus gibbere celluloso-albente, hemisphærico extuberans, monorhizum, fibra radicali longa, capillari. Passim duo, tria caulophyllia coadunata occurrunt. Perigonium latere dehiscens. Nux hexaspermia. Flores hermaphroditi, ovario tamen subinde abortivo.

5. Lemna *polyrhiza:* caulophyllio rotundo-obovato, ecaudato, supra radiatim nervoso, subtus discolore, polyrhizo.

L. polyrhiza *Sp. pl.* 1377. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 33., *et Engl. bot. v.* 35. *tab.* 2458. *Hook. Brit. Fl. p.* 13. *Fl. Dan. tab.* 1589. *Svensk. bot. tab.* 324. *fig.* 3. *Lamk. Illustr. tom.* 8. *tab.* 747. *fig.* 1. *a. b. c. Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 220. *n.* 2101. (per error. 3001.). *Balb. Fl. Taur. p.* 152. *Re Fl. Tor.* 2. *p.* 109. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 2. *p.* 166. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 175. *n.* 1166. *Pollin. Fl. Ver.* 3. *p.* 53. *Roman. Agg. alla Fl. Vicent. in Da Rio Giorn. dell' Ital. lett. tom.* 24. *p.* 303. *Nacc. Fl. Ven.* 5. *p.* 8. *Sav. Fl. Pis.* 2. *p.* 316.* *Maratt. Fl. Rom.* 2. *p.* 316. *Ten. Fl. Nap.* 2. *p.* 334., *et Syll. p.* 21. *n.* 4. *De Cand. Fl. Franç.* 2. *p.* 590. *n.* 1471. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 73. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 296. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 33. *Gaud. Fl. Helv. tom.* 6. *p.* 15.

Hydrophace n. 1899. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 3. *p.* 68.

Lenticularia major, polyrhiza, inferne atro-purpurea *Mich. Nov. pl. gen. p.* 16. *tab.* 11. *fig.* 1. *Segui. Suppl. p.* 129.
Lenticula palustris major *Dill. in Raii Syn. p.* 129. *tab.* 4. *fig.* 2. *Vaill. Bot. Paris. p.* 114. *tab.* 20. *fig.* 2. *a. b.*
Ital. *Lente di palude*. *Lente palustre* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 132.
Ann. Legi in fossis *di Caldaccoli* ad thermas Pisanas, et Ferrariæ in canali dicto *Poatello*, sive *Po di Volano*. Habui ex Hetruria ab Eq. Prof. SAVIO, et ex Pedemontio a MOLINERIO. Floret Julio, Augusto.
Caulophyllium rotundo-obovatum, ecaudatum, paulo majus, quam in præcedente, supra planum, læte virens, et radiatim nervosum, subtus leniter convexum, atro-purpureum, polyrhizum, fibris radicalibus fasciculatis, numerosis, brevibus præ illis specierum præcedentium radicatarum. Cellulæ substantiæ ejus grandiusculæ, ut in *Lemna gibba* L., at vitro inspectæ in parte inferiore caulophyllii undique scatere, et tegi videntur aliis minutissimis cellulis, fere punctiformibus. Caulophyllia tria, quatuor coadunata passim occurrunt. Prolificatio, et fructificatio in hac quoque lateralis, ut in reliquis. Desideratur plenior notitia floris, et fructus ejus.

LYCOPUS.

Lin. Gen. p. 15. *Juss. Gen. p.* 111. *Tourn. Inst. rei herb.* 2. *tab.* 89. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 18. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 327. *Mirb. in Ann. du Mus. d' hist. nat. tom.* 15. *p.* 260. *tab.* 14. *fig.* 6. 7. *R. Brown. Prodr. p.* 500., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 356. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 33.
Perianthium tubulatum, subbilabiatum, quinquefidum. Corolla bilabiata, labiis longitudine subæqualibus, superiore emarginato, inferiore trifido. Stamina duo. Stigma bifidum. Pericarpium gynobasium quadricolliculosum, tetraspermium.
Habitus. Plantæ herbaceæ, radice perennantes, inodoræ. Caulis quadrangulus. Folia opposita,

grosse serrata, aut pinnatifida. Flores minuti, sessiles, numerosi, condensati in verticillis axillaribus. „ Cum *Mentha* evidens affinitas „ *Scop. Smith.*

Ord. nat. Verticillatæ *Lin. Ord. nat. n. XLII.*, *et Præl. in ordin. nat. p.* 495. Labiatæ *Juss. Gen. p.* 110. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 325. *Mirb. in Ann. du Mus. d' hist. nat. tom.* 15. *p.* 213-252. *R. Brown. Prodr. p.* 499., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 355. *Bartl. Ord. nat. p.* 180. *Schultz. Natürl. syst. des pflanz. p.* 408.

1. Lycopus *europæus:* foliis oblongis, grosse serratis, basive pinnatifidis.

L. europæus *Sp. pl.* 30. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 34., *et Engl. bot. v.* 16. *tab.* 1105. *Rees. Cycl. vol.* 21. *n.* 1. *Hook. Brit. Fl. p.* 10. *Fl. Dan. tab.* 1081. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. v.* 3. *tab.* 6. *Lamk. Illustr. tom.* 1. *tab.* 18. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 31. *tab.* 32. *S.t Hilair. Plant. de la Franc. tom.* 7. *tab.* 665. *Allion. Flor. Ped.* 1. *p.* 16. *n.* 63. *Balb. Fl. Taur. p.* 5. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 36. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 8. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 13. *et* 312. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 6. *n.* 35. *Lanfoss. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 48. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 26. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 6. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 10. *Suffr. Foroj. p.* 109. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 19. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 20. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 7. *n.* 24. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 21., *et Syll. p.* 16. *n.* 1. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 14.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 17. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 505. *n.* 2476. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 57. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 346. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 22. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 50. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 26.

L. exaltatus *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 8. *n.* 25.* *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 9., non Lin.

L. vulgaris *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 6.

L. n. 220. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv. tom.* 1. *p.* 97.

L. palustris glaber *Zannich. Ist. delle piant. p.* 177. *Seguier. Veron.* 1. *p.* 297. *n.* 1.

L. palustris villosus *Zannich. l. c.*

L. foliis in profundas lacinias divisis *Hort. Rom.* 3. *p.* 10. *tab.* 53.

Marrubium palustre glabrum *Cup. Hort. Cath. p.* 138.

Siderite prima *Matth. ed. Valgr. ann.* 1585. *tom.* 2. *p.* 1056.

Prima Siderite del Matthioli *Pon. Mont. Bald. p.* 4.

Pseudo-Marrubium palustre *Riv. Monop. irreg. tab.* 22.

Ital. *Erba sega. Erba Siderite. Marrobio acquatico. Siderite prima* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 139.

Perenn. Observavi Sarzanæ prope ostia Macræ, et Boroniæ in paludosis *di S. Gabriele al Camerone*. Habui Genua lectum ad Porciferam a Bruguierio, ex viciniis *della Barona* in agro Mediolanensi a De Christophoris, ex paludibus Pontinis a Fiorinia-Mazzantia, ex *Caffarella* in agro Romano a Prof. Maurio, ex Sicilia ab Eq. Gussonio. Floret Julio, Augusto.

Radix repens. Caulis tetragonus, erectus, vel ascendens, etiam bipedalis, ramosus, ramis brachiatis. Folia opposita, ovata, vel oblonga, inferiora longiuscule, superiora breviter petiolata, omnia utrinque angustata, acuta, transverse plicata, rugosaque, grosse serrata, subtus resinoso-punctata, internodiis longiora, subinde ludunt in imo caule basi pinnatifida. Verticilli parvi, densiflori, axillares longo caulis tractu. Calyx mucronulatus. Corolla alba, punctis rubris, fauce villosa. Tota planta variat plus vel minus pubescens, et scabra.

2. Lycopus *exaltatus*: foliis omnibus pinnatifidis, laciniis anguste lanceolatis, acuminatis, intermediis elongatis.

L. exaltatus *Lin. fil. Suppl. p.* 87. *Rees. Cycl. v.* 21. *n.* 2. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 12., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 9. *tab.* 12. *S.t Hilair. Plant. de la Franc. tom.* 7. *tab.* 666. *Bert. Amœn. Ital. p.* 233. *n.* 1. *Bellard. App. ad Fl. Pedem. in Accad. des scienc. de Tur. tom.* 5. *p.* 211. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 36.* *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 13.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 27. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 48.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 21., *et Syll. p.* 16. *n.* 2. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 505. *n.* 2477. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 58. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Flor.* 1. *p.* 347. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 22.

L. foliis in profundas lacinias incisis *Tourn. Instit. rei herb.* 1. *p.* 191. *Seguier. Veron.* 1. *p.* 297. *n.* 2.

Marrubium palustre hirsutum tenuius laciniatum *C. B. Prodr. p.* 110. *n.* 1.

M. aquaticum s. aquatile foliis tenuius dissectis *Pluk. Phyt. tab.* 45. *fig.* 1.

M. aquaticum incanum profunde incisis foliis *Barrel. Ic.* 154.

Ital. *Erba sega maggiore*.

Perenn. Legi Bononiæ in aggere Rheni ad paludes *di Gandazollo*, item observavi in agro Ravennati in fossis, quæ sunt inter oppidum, et pinetum *Monaldini*. Habui ex *Bagnacavallo* a Bubanio, ex marginibus agrorum provinciæ Veronensis, et Brixiensis a Pollinio, ex agro Mantuano *a Quergentole* prope Padum a Barbierio, ex Pedemontio prope *S. Mauro* a Molinerio, et ex Alba Pompeja a Prof. Balbisio, ex paludibus Pontinis a Fiorinia-Mazzantia. Floret ab Junio in Augustum.

Præcedente major omnibus herbæ partibus. Caulis tri–quadripedalis, altiorem nondum vidi. Folia usque ad costam pinnatifida, laciniis angustis, lanceolatis, vel lanceolato-linearibus, acuminatis, integerrimis, vel iterum, præcipue in margine externo, remote serrulatis, aut incisis. Laciniæ intermediæ sunt elongatæ, utrinque extremæ successive decrescunt; omnes sursum versæ, vel sursum leniter arcuatæ. Herba præcedente villosior, interdum albido-tomentosa, sed et nudiuscula occurrit. Reliqua, ut in *Lycopo europæo* L.

Qui auctores huc afferunt *Sabb. Hort. Rom.* 3. *tab.* 64., profecto librum non viderunt; nam in hac tabula exhibetur *Satureja hyssopifolia* nostra sub nomine *Calaminthæ frutescentis, Saturejæ folio, facie et odore* I. R. H.

Usus. « Ob Lycopi usum Galli in nigris pannis tingen« dis excellunt » Pollich. Fl. Palat. 1. p. 24. « Suc« cus nigricante colore quævis adeo pertinaciter infi« cit, ut elui nequeat; hinc telæ linteæ hoc infectæ « perpetuo retinent » Lin. Fl. Suec. ed. 2. p. 11. Sunt, qui minus fauste hac herba usi sunt in medicina loco *Marrubii vulgaris* L., et dolores acerrimos in ægrotis pepererunt.

ZIZIPHORA.

Lin. Gen. p. 16. *Juss. Gen. p.* 111. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 18. *Gærtn. De fruct. et semin.* 1. *p.* 316. *tab.* 66. *Vent. Tabl. tom.* 2. *p.* 328. *Mirb. in Annal. du Mus. d' hist. nat. tom.* 15. *p.* 260. *tab.* 14. *fig.* 8.

Perianthium liberum, cylindraceum, longum, striatum, quinquedentatum, fauce barbatum. Corolla ringens. Tubus longitudine calycis. Limbus brevis, labio superiore reflexo, inferiore trifido, patente. Stamina corollam fere æquantia. Stigma acuminatum, inflexum. Pericarpium gynobasium tetraspermium.

Habitus. Herbæ humiles, foliis oppositis. Flores vel terminales fasciculati, vel axillares subverticillati. Facies Saturejæ, aut Thymi.

Ord. nat. Verticillatæ *Linn. Ord. nat. n. XLII., et Præl. in ord. nat. p.* 495. Labiatæ *Juss. Gen. p.* 110. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 225. *Mirb. in Ann. du Mus. d' hist. nat. tom.* 15. *p.* 213-252. *R. Brown. Prodr. p.* 499., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 355. *Bartl. Ord. nat. pag.* 180. *Schultz. Natürlich. syst. des pflanzenr. p.* 408.

1. Ziziphora *capitata:* foliis lanceolatis, petiolatis, integerrimis, floralibus quaternis, ovatis, multinerviis, ciliatis; floribus terminalibus fasciculatis; calycibus hispidis.

Z. capitata *Sp. pl.* 31., *et Mant.* 2. *p.* 317. *Vahl. En.* 1. *p.* 216. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *p.* 350. *n.* 5. *Sibth. et Smith. Prodr. Fl. Græc.* 1. *p.* 12., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 10. *tab.* 13. *Rees. Cycl. v.* 39. *n.* 1. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 18. *fig.* 3. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 160.* *Ten. Fl. Nap. tom.* 2. *p.* 379.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 18. *Rudol. in Mem. de l'Acad. Imp. des scienc. de S.t Petersb. an.* 1810. *tom.* 2. *p.* 308. *tab.* 10. *A. B.*

Z. serpyllacea *Ten. Syll. p.* 16. *n.* 1.*

Thymus humilis, latifolius *Buxb. Cent.* 3. *p.* 28. *tab.* 51. *fig.* 1. ruditer.

Clinopodium fistulosum pumilum Ind. occid. summo caule floridum *Pluk. Phyt. tab.* 164. *fig.* 4.

C. humile Chalep. purp. breviori folio, Ziziforum dictum *Moris. Oxon. sect.* 11. *tab.* 8. *fig.* 5. ex Pluk.

Ital. *Zizifora Santoreggia*.

Ann. Reperitur in campis prope Carthusiam Florentinam, et secus Arnum prope *Rovezzano*, et Pisas, unde habui ab Eq. Prof. Savio, et a Reboulio; occurrit quoque in agro Faventino, unde misit Tassinarius discipulus meus. Floret Junio.

Radix ramosa. Caulis palmaris, spithamalis, quadrangulus, erectus, tenuiter pubescens, brachiatus, ramis patentibus. Folia opposita, lanceolata, acuta, integerrima, petiolata, pubescentia, sæpius ciliata, subtus pallidiora, nervo medio dirempta, a quo nervuli laterales, alterni proficiscuntur. Flores numerosi, in fasciculo terminali, corymboso. Involucrum tetraphyllum, foliolis late ovatis, acuminatis, brevissime petiolatis, integerrimis, ciliatis, multinerviis, nervis arcuatim ascendentibus, stipatis; subinde hæc foliola ludunt lanceolata, angustiora. Calyx cylindraceus, longus, multistriatus, apice attenuatus curvulus, et sæpe rubescens, totus tenuiter puberulus, et insuper costis hispidus setis longis, patentibus, albis; dentes ejus breves, lineari-subulati, æquales; faux intus villis clausa. Corolla e rubro purpurascens, extus puberula, tubo gracili, longitudine calycis, aut paulo longiore, fauce infundibuliformi, limbo minuto, bilabiato. Stamina fertilia duo, exerta, totidem sterilia, inclusa vidit Savius. Gynobasium oblongum, quadrilobum. Stilus marcescens.

ROSMARINUS.

Lin. Gen. p. 16. *Juss. Gen. p.* 111. *Tourn. Inst. rei herb.* 2. *tab.* 92. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 19. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 329. *Mirb. in Ann. du Mus. d' hist. nat. tom.* 15. *p.* 259. *tab.* 14. *fig.* 10.

Perianthium liberum, tubulatum, apice compressum, labio superiore integro, inferiore bifido. Corolla bilabiata, labio superiore erecto, bifido, inferiore trifido, lacinia media maxima, concava. Staminum filamenta inferne, et postice unidentata. Pericarpium gynobasium quadrilobum.

Habitus. Suffrutices ramis strictis, cortice senio rimoso. Folia crebra, opposita, linearia, ferentia in axillis ramulos foliaceos abortivos. Florum racemuli axillares, in summitate virgarum.

Ord. nat. Verticillatæ *Linn. Ord. nat. n. XLII., et Præl. in ord. nat. p.* 495. Labiatæ *Juss. Gen. p.* 110.

Vent. Tabl. 2. *p.* 225. *Mirb. in Ann. du Mus. d'hist. nat. tom.* 15. *p.* 213–252. *R. Brown. Prodr. p.* 499. *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 355. *Bartl. Ord. nat. p.* 180. *Schultz. Naturl. syst. des pflanz. p.* 408.

1. Rosmarinus *officinalis:* foliis sessilibus, linearibus, margine revolutis, subtus incanis.

R. officinalis *Sp. pl.* 33. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 69. *n.* 1. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 45., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 11. *tab.* 14. optima. *Rees. Cycl. vol.* 30. *n.* 1. *Bull. Herb. de la Franc. tab.* 20. *Lamk. Illustr. tom.* 1. *tab.* 19. *Nouv. Duham.* 3. *p.* 10. *tab.* 44. *Kern. Hort. semperv. tab.* 360. *Plenck. Ic. pl. medic.* 1. *p.* 10. *tab.* 18. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 15. *n.* 62. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 28. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 20., *et Mat. med. veg. Tosc. p.* 21. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 21. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 8. *n.* 26. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 22., *et Syll. p.* 16. *n.* 1. *Ab Ucr. Hort. reg. Panorm. p.* 41. *Guss. Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 15.*, *et Suppl.* 1. *p.* 4.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 19. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 506. *n.* 2479. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 59. *Röhl. cum Mert. et Koeh. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 347. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 22. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 26. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 57.

R. n. 250. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 110.

Rosmarinus *Riv. Monop. irreg. tab.* 39.

R. hortensis angustiore folio *Hort. Rom.* 3. *tab.* 67.

Rosmarinum coronarium *Cæsalp. De plant. lib.* 11. *cap.* 45. *p.* 458.

Rosmarino coronario *Matth. ed. Valgr. ann.* 1585. *tom.* 2. *p.* 833.

Ital. *Ramerino. Rosmarino. Rosmarino coronario. Tresmarino* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 206.

Offic. *Roris marini hortensis herba, semina, flores* Lin. Mat. med. p. 6.

Suffrutex. Observavi in insula Tyro Portus Lunæ. Habui ex insulis *Monte Cristo*, et *Giannutri* maris Tyrrheni a Prof. Giulio, ex insula Lopadusa ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio, et ex *Bastia* a Burnanio, ex agro Romano ad Ostiam, et ex litore maritimo primæ, et secundæ provinciæ Prætutianæ in sylvis pinuum ab Orsino. Floret apud nos fere omnibus mensibus a vere in hyemem.

Suffrutex humilis, sempervirens. Caulis bi-tripedalis, erectus, vel decumbens, ramis strictis, senio cortice

rimoso, fusco obductus. Ramuli annotini obscure tetragoni, pube tenui alba incani. Folia opposita, sessilia, crebra, linearia, obtusiuscula, vel acuta, modo angustissima, et fere filiformia, modo lineam, vel paulo ultra lata, semper margine plus minus revoluta, supra plerumque atrovirentia, subinde tamen læte virentia, nitida, sulco longitudinali dirempta, subtus albo-tomentosa, aut albo-puberula, et veluti farinosa, nervo medio, venisque lateralibus extantibus. In eorum axillis passim reperiuntur ramuli abortivi, fasciculum foliorum mentientes. Flores siti in superiore caulis, ramorumque parte. Racemuli brachiati, sessiles, axillares, oppositi. Bractea oblonga, membranacea, decidua, ad basim pedicellorum. Pedicelli inferiores calycem æquantes, superiores breviores. Calyx generis. Bracteæ, pedicelli, calyces pubescenti-incani, subinde cum aliqua cærulescentia, præsertim calyces. Corolla calyce duplo longior, cærulea, vel ex cæruleo albida, extus pubescens. Labium superius rectum, bifidum, marginibus revolutis. Labium inferius trifidum, lacinia media ampla, concava, emarginata, basi angustata, laciniis lateralibus angustis, acutis. Stamina exerta, juxta labium superius ascendentia, incurva. Stigma inæqualiter bifidum, segmento altero longiore acuto, altero minimo. Odor plantæ fragrans, aromaticus.

Planta culta altitudinem orgyalem, et ultra subinde adipiscitur; ubique obvia in hortis Italiæ.

Usus. Hæc stirps præstantissima est et pro re medica, et pro re culinaria. Vis medica excitans, nervina, tonica, resolvens. Aqua sic dicta Reginæ Hungariæ ex hac planta distillatione paratur.

SALVIA.

Lin. Gen. p. 17. *Juss. Gen. p.* 111. *Tourn. Inst. rei herb.* 2. *tab.* 83. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 20. *Mirb. in Ann. du Mus. d' hist. nat. tom.* 15. *p.* 260. *tab.* 14. *fig.* 16–18., *et tab.* 15. *fig.* 1–12. *Gærtn. De fruct. et sem.* 1. *p.* 316. *tab.* 66. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 330. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 34. *R. Brown. Prodr. p.* 500., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 356.

Horminum, et Sclarea *Tourn. Inst. rei herb.* 2. *tab.* 82.

Perianthium liberum, subcampanulatum, bilabiatum, labio superiore tridentato, inferiore bifido. Corolla ringens. Filamenta duo fertilia transverse pedicello affixa, parte ascendente antherifera, descendente sterili. Antheræ uniloculares. Stigma bifidum. Pericarpium gynobasium quadrilobum.

Habitus. Herbæ aut suffrutices. Caules tetragoni. Folia opposita. Flores racemoso-verticillati.

Ord. nat. Verticillatæ *Lin. Ord. nat. n. XLII., et Prælect. in ord. nat. p.* 495. Labiatæ *Juss. Gen. p.* 110. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 225. *Mirb. in Ann. du Mus. d' hist. nat. tom.* 15. *p.* 213–252. *R. Brown. Prodr. p.* 499. *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 355. *Bartl. Ord. nat. p.* 180. *Schultz. Natürl. syst. des pflanz. p.* 408.

1. Salvia *officinalis:* foliis oblongis, crebre denticulatis, rugosis; racemo terminali, verticillis paucifloris; calycibus aristatis, bractea longioribus.

S. officinalis *Sp. pl.* 34. *Vahl. En.* 1. *p.* 223. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 13. *Plenck. Ic. pl. med.* 1. *p.* 11. *tab.* 19. *Trattin. Arch. tom.* 3. *p.* 55. *n.* 261. fig. optima. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 12. *n.* 15. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 28. *Suffr. Foroj. p.* 109. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 27. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 21. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 10.* *Tenor. Viag. in Abruz. p.* 41.*, *et Fl. Nap.* 1. *p.* 8.*, *et Syll. p.* 16. *n.* 1.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 20. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 507. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 60. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abt.* 9. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 348. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 23. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 52.

S. foliis auritis, et non auritis, floribus violaceis *Hort. Rom.* 3. *tab.* 24.

S. latifolia, et S. minor *Riv. Monop. irr. tab.* 71. bene utraq. fig.

S. domestica *Cæsalp. De plant. lib.* 11. *cap.* 15. *p.* 440.

Salvia maggiore *Matth. ed. Valgr. an.*1585. *tom.* 1. *p.* 747.

Salvia *Anguill. Sempl. p.* 201.

Ital. *Salvia. Salvia comune. Salvia da uccelli. Salvia domestica. Salvia maggiore. Salvia nostrale* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 210.

Offic. *Salviæ herba, flores, semina* Lin. Mat. med. p. 5. n. 13.

Suffrut. Nascitur copiose in monte *Salviano* ad lacum Fucinum, unde habui a Prof. MAURIO, et ab Eq. GUSSONIO; insuper habui ex *Casalnuovo* Principatus citerioris ab eodem Eq. GUSSONIO, ex viciniis *di Lagonegro* in Lucania ab Eq. Prof. TENORIO, ex *Fiume* in litore Austriaco ad Istriam a Prof. JANIO, ex montanis Tergestinis tam flore violaceo, quam albo a BIASOLETTO, ex Ilva a Prof. GIULIO, ex collibus *di Bonifacio* in Corsica a SERAFFINIO. Floret Majo, Junio.

Caules suffruticosi, cæspitosi, ascendentes, tetragoni, subpedales. Folia opposita, petiolata, oblonga, acuta, vel obtusiuscula, crebre denticulata, minute reticulato-venosa, et rugosa, subinde subcordata, unum-duos pollices longa, quatuor-octo lineas lata, quandoque etiam angustiora, indivisa, vel basi hinc, aut utrinque auriculata, auriculis oblongis, acutis, subtus albidiora, ima minora. Flores in racemo terminali, simplici, plus minus remote verticillato. Verticilli pauciflori. Bracteæ ovato-lanceolatæ, aut lanceolatæ, acuminatæ, deciduæ. Pedicelli calyce multo breviores. Calyx amplus, multistriatus, sæpe rubens, laciniis acuminatis, aristatis. Corolla calyce duplo longior, violacea, interdum alba. Tota planta plus minus pubescenti-incana, grataque fragrantia olens.

Auriculæ foliorum sunt, vel non in eodem frutice; ideo ne varietas quidem ex illis desumi potest, sed in descriptione speciei comprehendendæ. *Salvia minor aurita et non aurita* C. B. P. 237., quæ a Linneo in Sp. pl. huc ducitur pro varietate β rectius forte ad *Salviam trilobam* ammandanda, aut saltem synonymis commixtis fulcita.

Usus. Vide infra ad sequentem speciem.

2. SALVIA *triloba:* foliis longe petiolatis, tripartitis, segmento medio elongato, crebre denticulatis, rugosis, auriculis parvis, subrotundis, obtusis; calyce campanulato, dentibus æqualibus, acutis.

S. triloba *Lin. fil. Sup. p.* 88. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 14., *et Fl. Græc. tom.* 1. *p.* 13. *tab.* 17. *Guss. Pl. rar. p.* 8.*, *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 19.* *Ten. Syll. p.* 21. *n.* 15.

S. officinalis *Ab Ucr. Hort. Reg. Panorm. p.* 42.

S. cretica pomifera, et non pomifera *Clus. Hist. pl. lib.* 3. *p.* 343.

S. cretica, pomifera Clusii, flore albo *Tourn. Corol. p.* 10.
Salvia minore *Matth. ed. Valgr. an.* 1585. *tom.* 2. *p.* 748. figura certe est nostræ speciei.
Ital. *Salvia sipilea. Salvia baccifera. Salvia.*
Suffrut. Nascitur in collibus calcariis Siciliæ a *Spaccaforno* ad Syracusas, unde habui ab Eq. Gussonio. Eq. Tenorius reperit in Calabria. Floret Aprili, Majo.
Affinis præcedenti speciei, at differt foliis longius petiolatis, auriculis foliorum rotundatis, obtusissimis, floribus in verticillo numerosioribus, calyce multo minori, campanulato, dentibus ovatis, æqualibus, acutis, item corolla multo minore, herba magis incano-tomentosa, et fragrantiore.
Ad eam profecto non pertinet *Salvia Clusii* Jacq. Hort. Schönbr. 2. p. 37. tab. 195., cum differat foliis grandioribus, auriculisque oblongis acutis, floribus minoribus, aliter sectis.
Usus. Tum species hæc, tum præcedens præstantissimæ sunt in usu medico, et culinario. Vires ejus medicæ tonicæ, nervinæ, stomachicæ. Hæ olim tanti habitæ, ut schola Salernitana cap. 60. cecinerit:

Cur moriatur homo, cui salvia crescit in horto.

3. Salvia *viridis:* foliis oblongis, obtusis, crenatis; bracteis comantibus nullis; calycibus fructus reflexis.
S. viridis *Sp. pl.* 34. *Vahl. En.* 1. *p.* 255. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 14., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 15. *tab.* 19. *Jacq. Icon. pl. rar.* 1. *p.* 2. *tab.* 4. *Reich. Cent.* 6. *p.* 23. *n.* 531. *tab.* 531. *fig.* 727. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 13. *n.* 53. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 31. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 17.*, *et Pl. rar. p.* 8.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 22., *et Syll. p.* 18. *n.* 10. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 20. *tab.* 1. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 510. *n.* 2487. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 25.
S. Rosani *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 22. ex ipso Cl. viro in Syll.
S. Horminum *Ab Ucr. Hort. reg. Panorm. p.* 42.
Horminum orientale, annuum, sativo simile, coma carens, flore violaceo *Tourn. Corol. p.* 10.
H. purpureum Salviæ foliis ac sativi facie, viscosum, purpuro-violaceum, rigidius *Cup. Hort. Cath. append. alt. p.* 38. herb. Vail. ex Desf.
H. subrotundo folio flore cæsio hisp. *Barrel. Ic.* 200. *Bocc. Mus. di piant. p.* 30. *tab.* 13.
Ital. *Gallitrico nudo.*

Ann. Habui ex collibus provinciæ *di Lecce* regni Neapolitani, et ex Siciliæ collibus *di Val di Noto* ab Eq. Gussonio. Floret Majo, Junio.

Radix ramosa. Caulis erectus, vel ascendens, tetragonus, hirsutus, circiter spithamæus, simplex, ramosusque. Folia oblonga, obtusa, æqualiter crenata, pilosa, rugosa, utrinque virentia, interdum subcordata, inferiora longius petiolata. Petioli hirsuti. Flores in racemo terminali, bracteis comantibus apice destituto. Verticilli sexflori, inferiores remotiores. Bracteæ grandes, late obovatæ, acutæ, inferiores crenatæ, flore sublongiores, reliquæ integerrimæ. Subinde verticilli imi in axillis foliorum. Bracteolæ duæ, lineares, ciliatæ, utrinque ad basim pedicellorum in quovis semiverticillo. Calyx bilabiatus, apice compressus, multinervis, et ad nervos hirsutus pilis patulis, sæpe apice capitato-resiniferis, punctis aliis resiniferis sessilibus plus minus inter nervos degentibus. Ejus labium superius truncatum, emarginatum, terminatum aristulis tribus ex protractione nervorum, quarum, quæ media, minima, subinde deficiens. Labium inferius bifidum, laciniis lanceolatis, acuminato-aristatis. Cæterum calyx in flore minor, erectus, paulatim fit patens, demum in fructu auctus, et reflexus. Corolla violacea, aut rosea, parva, calyce paulo longior. Galea coloris saturatioris, rectiuscula, apice convexa. Genitalia inclusa sub galea.

4. Salvia *Horminum:* foliis oblongis, crenatis; bracteis summis sterilibus, comantibus, coloratis.

S. Horminum *Sp. pl.* 34. *Vahl. En.* 1. *p.* 254. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 14., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 15. *tab.* 20. *Rees. Cycl. v.* 31. *Plenck. Ic. pl. med.* 1. *p.* 11. *tab.* 20. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 13. *n.* 52.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 31. *Nacc. Agg. alla Fl. Ven. p.* 5.*, *et Fl. Ven.* 1. *p.* 9.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 22., *et Syll. p.* 18. *n.* 9. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 510. *n.* 2486. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 355. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 24.

Horminum salviæfoliis, coma rubra &c., et coma azzurea &c. *Hort. Rom.* 3. *p.* 4. *tab.* 19. *fig.* 1. 2.

H. coma rubra *Riv. Mon. irreg. tab.* 37.

H. creticum coma purpuro violacea *Barrel. Ic.* 1233.

H. sativum *Cæsalp. De plant. lib.* 11. *cap.* 29. *p.* 448.

H. coma purpureo-violacea, et coma rubra *J. Bauh. Hist.* 3. *lib.* 28. *p.* 309.

Ital. *Gallitrico*. *Ormino* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 210.
Offic. *Hormini semina* Lin. Mat. med. p. 5. n. 14.
Ann. Habui ex Pedemontio a MOLINERIO, et ex *Vallesina* agri Veneti a Prof. NACCARIO. Floret Majo, Junio.
Valde affinis speciei præcedenti. Differt caule altiore, etiam sesquipedali, foliis grandioribus, superioribus sessilibus, acutiusculis, racemo terminato coma bractearum grandiorum sterilium, quæ nunc sunt cæruleo-violaceæ, nunc rubro-roseæ, viridi-reticulatæ. Insuper bracteolæ florum lateralium in semiverticillis angustissimæ, lineari-filiformes. Ubi coma violacea, corolla quoque habet galeam saturate violaceam, et labium inferius violaceo-albidum; ubi vero coma rubro-rosea est, etiam galea corollæ rubro-rosea, et labium inferius roseo-albens.
Usus. Vis mucilaginosa seminum utilis in ophthalmia.
5. SALVIA *hæmatodes*: radice ramoso-incrassata; foliis cordato-ovatis, inferne lobatis, crenatis; racemo glanduloso-viscido; corollis calyce triplo longioribus, galea extus hirsuta.
S. hæmatodes *Syst. nat. ed.* 12. *tom.* 2. *p.* 65. *n.* 11., *et Herb. Linn. Guss. Pl. rar. p.* 11.*
S. hæmatodes *α Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 8. *n.* 28.*
S. hæmatodes *α* maculata *Dietr. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *p.* 322.
S. Barrelieri *Ten. Fl. Nap.* 1. *p.* 9. *tab.* 2.*, non Schranck.
S. Tenorii *Spreng. Pugill.* 1. *p.* 2. *n.* 3., *et Syst. veg.* 1. *p.* 165. *n.* 136. *Röm. et Sch. Syst. veg.* 1. *p.* 242., non Mant. 1.
Sclarea italica, maxima, longius radicata, sanguineis maculis notata, foliis oblongis, flore ex cæruleo purpureo D. Mich. *Till. Cat. hort. Pis. p.* 155. *Hort. Rom.* 3. *p.* 5. *tab.* 20.
S. italica (longifolia) maxima altius radicata, sanguineis maculis (interdum) notata flore ex cæruleo purpurascente *Mich. Cat. hort. Cæs. Flor. p.* 86. *n.* 4. *et p.* 170.
Horminum sylv. maj. hæmatodes glabrum fl. cæruleo Ital. *Barrel. Ic.* 185.
H. sanguineum Asphodeli radice e Circello *Triumf. Obs. p.* 69., excl. fig.
Ital. *Sclarea sanguigna*. *Sclarea macchiata*. *Salvia sanguigna*.

Perenn. Nascitur copiose prope mare in tota Italia inferiore. Habui Româ a Prof. MAURIO, et a BARBIERIO, qui legit *alle Tre fontane*, ubi Barrelierius, ex viis Terracinensibus a FIORINIA-MAZZANTIA, ex collibus apricis oræ Neapolitanæ ab Eq. Prof. TENORIO, ex ora maritima, quæ ab Herculeo promontorio (*Capo Spartivento*) extenditur ad Barium ab Eq. GUSSONIO. Floret Majo.

Radix ramosa, ramis valde incrassatis. Caulis erectus, tetragonus, simplex, vel parce ramosus, bi-tripedalis. Folia cordato-ovata, subinde acuta, aut acuminata, et fere triangularia, alias obtusa, crenata, aut subintegra, margine inferiore leviter lobata, vel angulata, parce reticulato-venosa, supra nudiuscula, subtus pubescentia, et pallidiora, maculis atro-sanguineis irregularibus sæpe huc illuc adspersa, inferiora ampla, et longius petiolata. Racemus terminalis, simplex, vel brachiatus, hirsutus, glandulosus, viscosus. Bracteæ subcordato-ovatæ, acuminatæ, supra glabræ, pedicello subæquales. Pedicelli bilineares, calyce breviores. Calyx campanulato-compressus, bilabiatus, multinervis, grandior, quam in *Salvia pratensi* L., quatuor-quinque lineas longus; ejus labium superius latum, ovatum, subrecurvum, obsolete tridentatum, dorso carinatum, margine inflexo; labium inferius bifidum, laciniis ovatis, acutis. Corolla grandis, cæruleo-purpurea, calyce triplo longior, extus hirsuta. Galea insigniter falcata, compressa, dorso glandulosa, et viscosa, apice biloba. Labium inferius trifidum, lacinia media ampla, cordato-subrotunda, saccata, leviter emarginata, subcrenata; laciniis lateralibus minoribus, deflexo-patulis, oblongis, obtusis, supra canaliculatis, margine revolutis. Genitalia sub galea. Stamina inclusa. Stilus longe exertus. Stigma leviter bifidum.

Linnæus in Syst. nat. ed. 12. l. c. profecto descripsit hanc ipsam plantam, cujus exemplar erat in herbario suo, et adhuc est sub eodem *Salviæ hæmatodis* nomine juxta observationem Cl. Gussonii. Verum hoc exemplar caret consueta nota autoptica, qua Linnæus distinxit specimina stirpibus in Sp. pl. enumeratis respondentia. Forte cum in Sp. pl. tradidit characteres *Salviæ hæmatodis*, figuræ a Triumfetto in Observ. p. 69. datæ nimis fidit, nec vidit, Triumfettum sub *Hormino sanguineo asphodeli radice* duas species sane

diversas confudisse, quarum quæ figura sancita fuit, racemo flexuoso, floribus minoribus, et habitu foliorum quodammodo diverso a vera *Salvia hæmatode* recedebat. Quare dum ex evidenti descriptione, et ex specimine herbarii Linnæani eidem respondente certus sum de *Salvia hæmatode* L. Syst. nat. ed. 12. l. c., non ita certus sum de synonymo ejus a Sp. pl. petito; quod synonymon cum ipse Linnæus cruce notaverit, satis superque demonstravit, se plenam de planta, quam indicabat, certitudinem tunc non habere.

6. Salvia *tiberina:* hirsuta, pilis eglandulosis; radice ramoso-incrassata; foliis cordato-oblongis, lobatis, eroso-crenatis, acutis, rugosis, supra scabris, subtus albo-subtomentosis; racemo flexuoso; calycibus hirsutis; corollis calyce duplo longioribus.

S. tiberina *Maur. ined. Ten. Viag. in Abruz. p.* 41. *n.* 7.

S. hæmatodes β *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 8.* *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *p.* 322.

S. hæmatodes *Sp. pl.* 35?

Horminum asphodeli radice sine maculis sanguineis ex semita, quæ Piverno Setiam ducit *Triumf. Obs. p.* 71. *cum fig.*

Ital. *Ormino Romano. Salvia tiberina.*

Perenn. Nascitur Romæ extra portam Portuensem, unde habui a Prof. Sebastianio, et a Prof. Maurio, item *alla macchia de' Mattei,* unde obtinui a Masquilliero. Floret Junio, Julio.

Radix valde ramosa, ramis incrassatis, omnino ut in figura Triumfetti. Caulis tetragonus, erectus, bi-quadripedalis, hirsutus, ramosus. Folia cordato-oblonga; vel cordato-triangularia, acuta, lobata, sinuata, eroso-crenata, venis valde reticulata, et rugosa, supra scabra, et parce pilosa, subtus albo-subtomentosa, inferiora grandiora, longius petiolata, superiora sessilia, acuminata. Racemus terminalis, passim compositus, rachide gracili, flexuosa. Verticilli sexflori, remoti, summis tantum approximatis. Bracteæ cordatæ, acuminatæ, hirtæ. Flores subsessiles, pedicello ad summum dimidiam lineam longo. Calyx bilabiatus, campanulato-compressus, multinervis, hirsutus pilis longiusculis, patentibus, subulatis, apice eglandulosis, strigoso-albidis; his subinde interjectæ glandulæ sessiles; ejus labium superius recurvulum, marginibus inflexis, dorso carinatum, apice tridentatum, dentibus acuminatis, interiore minore; labium inferius bifidum,

laciniis ovato-lanceolatis, acuminatis. Corolla tota læte violacea, mediocris magnitudinis, calyce duplo, aut parum ultra longior, extus pilis eglandulosis hirsuta, glandulis sessilibus interjectis. Galea angusta, falcata, compressa, apice biloba. Labium inferius trifidum, lacinia media ampliore, cordato-rotundata, concava, emarginata, margine reflexo; laciniis lateralibus minoribus, linearibus, obtusis, patulis, margine externo revoluto. Genitalia sub galea. Stamina inclusa. Stilus longe exertus. Stigma inæqualiter bifidum.

Hirsuties hujus speciei omnino caret glandulis in apice pilorum, qua nota statim distinguitur a sequente. Folia inferiora in umbrosis fiunt etiam pedalia, et nudiora, præcipue subtus, evadunt.

7. Salvia *garganica:* viscoso-hirsuta, pilis apice glanduliferis; foliis cordato-oblongis, rugosis, scabris, eroso-crenatis, inferioribus profunde sinuatis; racemis subflexuosis; calycibus hirtis.

S. garganica *Ten. in Adnot. ad indic. sem. ann.* 1829. *p.* 17. *n.* 36.*, *et Syll. p.* 18. *n.* 8.*

Ital. *Ormino garganico.*

Perenn. Nascitur in pratis Gargani, unde habui ab Eq. Tenorio. Floret ab Junio in Augustum.

Valde affinis præcedenti speciei, at differt statim hirsutie totius plantæ maximam partem apice glandulifera, unde viscositas herbæ, deinde caule humiliore, sesqui-bipedali, firmiore, foliis minoribus, utrinque pubescentibus, et viridibus, tenuioribus, inferioribus profundius sinuatis, floribus pedicello lineari suffultis, calycibus fere duplo grandioribus, brevissime hirtis, pilis tenuioribus, quorum plures apice glanduliferi, corollis rubro-roseis, calyce duplo longioribus, ut in illa, at gracilioribus, et galea angustiore, rectiuscula, apice minus falcata præditis.

8. Salvia *virgata:* viscoso-hirsuta, pilis apice glanduliferis; radice fusiformi; foliis cordato-oblongis, rugosis, scabris, sublobato-crenatis, inferioribus obtusis; caule, ramisque virgatis.

S. virgata *Murr. Syst. veg. ed.* 14. *p.* 70. *n.* 29. *Vahl. En.* 1. *p.* 264. *Willd. Sp. pl.* 1. *p.* 133. *Ait. Hort. Kew. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 55. *Jacq. Hort. Vind.* 1. *p.* 14. *tab.* 37. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 34. *tab.* 34. optima. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 4.* *Ten. Viag. in Abruzz. p.* 41. *n.* 6.

S. viscosa *Sebast. et Maur. Fl. Rom. Prodr. p.* 8. *n.* 27.*

Ital. *Salvia carnicina. Ormino carnicino. Salvia vergata.*

Perenn. Legi Florentiæ ad ripam Arni extra portam *alla Croce,* ubi legerat etiam Eq. Prof. Savius. Habui Tibure in Latio a Prof. Maurio, a Fiorinia-Mazzantia, et a Masquillierio, et ex monte *Gennaro* a Prof. Sebastianio, ex principatu citeriore *alla Polla* in regno Neapolitano, tum ex monte *Salviano* ad Fucinum, et ex *Tagliacozzo* ab Eq. Gussonio. Floret Junio, Julio.

Radix fusiformis, crassa, fibrillis tenuibus, lateralibus superne capillata. Caulis tetragonus, interdum insignis crassitiei, erectus, brachiatus, ramis virgatis, a sesquipede ad quatuor pedes longus, hirsutus. Folia oblonga, cordata, subinde inæqualiter, plus minus lobata, eroso-crenata, reticulata, rugosa, supra nuda, subtus hirsuta, vel hirta, præcipue ad nervos, et venas, inferiora longe petiolata, passim obtusa, subinde acuta, suprema sessilia, acuminata. Racemi terminales cauli, ramisque, longi. Verticilli sexflori, remoti, præsertim inferiores. Bracteæ cordato-ovatæ, acuminatæ, parvæ, calycem subæquantes, imæ quandoque longiores. Pedicelli ad summum lineares, hirti. Calyx bilabiatus, multinervis, campanulato-compressus, labio superiore tridentato, dentibus minutis, recurvulo, marginibus inflexis; labio inferiore bifido, laciniis ovato-lanceolatis, acuminatis; cæterum calyx hirsutus, valde glandulosus, glandulis multis sessilibus, multis pilos terminantibus. Corolla calyce duplo longior, álba cum levi tinctura carnea, aut purpurea. Galea compressa, falcata, extus hirsuta, et valde glandulosa, emarginata. Labium inferius trifidum, lacinia media ampliore, concava, rotundata, emarginata, subintegra, dependente, laciniis lateralibus linearibus, angustis, obtusis, patulis, margine exteriore revolutis. Genitalia sub galea. Stigma tantum exertum subinde etiam stilus extra galeam longe porrectus. Hirsuties totius stirpis maximam partem apice glandulifera, glandulis sessilibus interjectis, unde planta valde viscida. Odor herbæ levis, at ingratus.

9. Salvia *pratensis:* radice fusiformi; foliis cordato-ovatis, inæqualiter crenatis, angulatisve, rugosis; corollis calyce triplo longioribus, galea pubescenti-glandulosa, viscosa.

S. pratensis *Sp. pl.* 35. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 34., *et Engl. bot. v.* 3. *tab.* 153. *Rees. Cycl. v.* 31. *Hook. Brit. Fl. p.* 10. *Bull. Herb. de la Franc. tab.* 357. *Plenck. Ic. pl. med.* 1. *p.* 12. *tab.* 22. *Kops. Fl. Bat. ic. Allion. Fl. Pedem.* 1. *p.* 14. *n.* 55. *Balb. Fl. Taur. p.* 5. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 37. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 9. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 14. *et* 312. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 6. *n.* 36. *Lanfoss. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 48. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 29. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 6. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 5. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 8. *Suffr. Foroj. p.* 109. *Bert. Amœn. Ital. p.* 325. *n.* 6. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 21., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 20. *Ten. Viag. in Abruz. p.* 41. *n.* 4., *et Fl. Nap.* 3. *p.* 24., *et Syll. p.* 17. *n.* 6. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 508. *n.* 2481. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 63. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 350. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 27. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 30. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 53.

S. Barrelieri *Schrank. Hort. Monac. fasc.* 5. *tab.* 5. planta luxurians.

S. n. 253. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 111.

Sclarea pratensis, foliis serratis, flore cæruleo *Zannich. Ist. delle piant. p.* 239. *Seguier. Veron.* 1. *p.* 281. *n.* 1. cum variet.

Horminum pratense *Riv. Monop. irreg. tab.* 36.

Orminum sylvestre *Fuchs. Hist. p.* 569. bene foliis angulatis.

Hormino salvatico a Bologna Schiaria salvatica *Anguill. Sempl. p.* 234.

H. silvestre del Fuchsio *Pon. Mont. Bald. p.* 17.

Ital. *Cavolaccio*. *Cavolo salvatico*. *Chiarella*. *Chiarella maggiore*. *Erba da moroidi*. *Erba lupa*. *Lattugaccio*. *Ormino*. *Salvia de' prati*. *Salvia pratense*. *Salvia salvatica* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 310.

Perenn. Observavi Bononiæ, ubi copiosissima in pratis omnibus, etiam collinis. Legi Genuæ in collibus *al Zerbino*, in agro Lunensi prope *Fivizzano* in collibus *di Noletta*, et in *Tambura* inferiore alpium Apuanarum. Habui ex montibus Bassanensibus a Beggiate, ex *Monte de' fiori* in Piceno ab Orsino, et ex montibus Prætutiorum, ubi frequens, a Prof. Sebastianio, et a Prof. Maurio. Floret Majo, Junio, et in alpinis Julio.

Radix fusiformis, crassa, longa, tortuosa, fibrillis lateralibus paucis, ramulosis. Caulis tetragonus, erectus,

vel ascendens, variat pilosus, vel hirsutus, simplex, vel parce ramosus, locis pinguioribus etiam tripedalis, alibi passim brevior, subinde ex eadem radice cæspitosus. Folia ovato-oblonga, plus minus exquisite cordata, inæqualiter crenata, interdum erosa, vel sinuato-angulata, rugosa, supra nuda, aut parce pilosa, læte viridia, subtus pubescentia, pallidiora, villis magis conspicuis ad nervum, et venas; inferiora longe petiolata, obtusa, vel acuta, caulina suprema sessilia, amplexicaulia, cordato-triangularia, acuminata, subinde hastata, vel plus minus basi incisa. Racemus terminalis, simplex, vel brachiatus, pubescens. Bracteæ cordato-subrotundæ, acuminatæ, calyce breviores, vel illum æquantes, vel quæ inferiores, paulo superantes. Verticilli sexflori, remoti. Calyx campanulato-compressus, bilabiatus, multinervis, pubescens, tres-quatuor lineas longus; labio superiore leniter recurvo, carinato, tridentato, marginibus inflexis; labio inferiore bifido, segmentis ovatis, acutis, mucronatis. Corolla saturate violacea, vel pallidior, aut alba, speciosa, calyce circiter triplo longior; galea falciformi, emarginata, extus pubescenti-glandulosa, viscosa; labio inferiore trifido, lacinia media ampliore, concavo-saccata, emarginata, subcrenata, vel integra, dependente, lateralibus angustis, oblongis, obtusis, horizontalibus, latere externo revolutis. Genitalia sub galea, antheris inclusis. Stilus longe exertus, stigmate profunde, et inæqualiter bifido. Pili partium inflorescentiæ maximam partem apice glanduliferi. Odor herbæ nauseosus.

10. Salvia *Verbenaca:* foliis cordato-ovatis, lobatis, angulatisve, crenatis; corollis calyce sublongioribus.

S. Verbenaca *Sp. pl.* 35. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 35., *et Engl. bot. v.* 3. *tab.* 154. *Rees. Cycl. v.* 31. *Hook. Brit. Fl. p.* 10. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. v.* 3. *tab.* 7. *Reich. Cent.* 6. *p.* 17. *n.* 523. *tab.* 523. *fig.* 718. *All. Fl. Ped.* 1. *p.* 14. *n.* 56. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 14. *et* 312. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 31. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 6. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 9. *Bert. Pl. Gen. p.* 4. *n.* 4., *et Amœn. Ital. p.* 104. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 20., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 20. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 24. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. pag.* 9. *n.* 29.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 24.*, *et Syll. p.* 18. *n.* 11.* *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 17. *Ab Ucr. Hort. reg. Panorm. p.* 43. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 21. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 511. *n.* 2488. *Mirb. in*

Ann. du Mus. d' hist. nat. tom. 15. *p.* 260. *tab.* 15. *fig.* 6. flos tantum, sed nimis grandis. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 355. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 25.

Horminum sylvestre floribus dilute azureis in verticillum dispositis *Hort. Rom.* 3. *tab.* 18. ruditer.

H. minus subrotundo scabro folio *Barrel. Ic.* 207. luxurians.

H. syl. minus inciso folio fl. azureo *Barrel. Ic.* 208.

Gallitrichum flore minore purpurascente, et rubro *J. Bauh. Hist.* 3. *lib.* 28. *p.* 313.

Ital. *Chiarella minore* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 210.

Perenn. Observavi copiosam Sarzanæ, et Genuæ ubique in viis campestribus, et collibus. Legi Florentiæ in olivetis *di Querceto*, et Bononiæ in herbidis collinis inter *Gaibolla,* et *Paderno.* Habui ex agro Mantuano prope *Goito* a Barbierio, ex viciniis Asculi in Piceno *al Campo di Parignano* ab Orsino, ex agro Senensi a Prof. Giulio, ex *Canino* in agro Viterbiensi a nobilissima Principe De Canino, Româ a Prof. Sebastianio, ex paludibus Pontinis prope *Mesa* a Prof. Maurio, Neapoli in pratis sabulosis *al Fusaro* ab Eq. Prof. Tenorio, ex insula Caprearum a Prof. Giraldio, ex Ilva a Prof. Giulio, ex Corsica *a S. Fiorenzo* a Soleirolio. Floret a Majo in Julium, et iterum autumno.

Radix fusiformis, subinde bifida, fibrillis lateralibus. Caulis tetragonus, erectus, vel ascendens, simplex, aut brachiatus, hirsutus, etiam bipedalis. Folia ovato-oblonga, variant lobata, vel angulata, crenata, et subinde æqualiter, plus minus cordata, rugosa, supra glabra, subtus ad nervos, et venas varie pilosa, radicalia, et caulina inferiora longius petiolata, obtusa, aut vix acuta, caulina suprema sessilia, acuminata. Flores in racemo terminali simplici, vel brachiato. Verticilli sexflori, inter se plus minusve remoti, præcipue inferiores. Bracteæ flore breviores, subcordatæ, late ovatæ, acuminatæ, superiores minores. Calyx fere campanulatus, multinervis, supra depressus, carinatus, labio superiore breviter tridentato, denticulis conniventibus, labio inferiore bifido, laciniis lanceolatis, acuminato-aristatis, in fructu reflexus. Corolla parva, calyce parum longior, dilute, et æqualiter purpurascens. Labium superius compressum, rectiusculum, apice convexum, emarginatum.

Labium inferius trilobum, lobo medio majore, late rotundato, concavo-saccato, emarginato, fauce striis albidis picto, lateralibus ovatis, in latus deflexis, integris omnibus. Genitalia sub labio superiore recondita. Stigma bifidum, exertum. Inflorescentiæ partes plus minus hirtæ, pilis plerisque apice glanduliferis, unde visciditas, quæ tamen longe minor, quam in *Salvia pratensi* L. Odor levis.

11. SALVIA *oblongata*: foliis inferioribus oblongo-lanceolatis, petiolatis, crenatis, lobatisve; calycibus villosissimis, margine barbatis.

S. oblongata *Vahl. En.* 1. *p.* 256. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 256., *et Mant.* 1. *p.* 210. *Jacq. Eccl. tom.* 1. *p.* 23. *tab.* 14. *Reich. Cent.* 6. *p.* 16. *n.* 522. *tab.* 522. *fig.* 717. *Tenor. Append.* 5. *pag.* 4.*, *et Syll. pag.* 21. *n.* 14.*

S. betonicæfolia *Enc. meth. bot. ed. de Pad. tom.* 6. *p.* 570. *n.* 60. non Baumg.

S. neglecta *Ten. in Adnot. ad Ind. sem. ann.* 1829. *p.* 18. *n.* 37.*

S. Spielmanni *Willd. En.* 1. *p.* 38. *Reich. Cent.* 6. *p.* 23. *n.* 532. *tab.* 532. *fig.* 728. foliis tantum crenatis; non Scop.

Ital. *Salvia celestina*.

Perenn. Habui ex vallibus Lucaniæ, Potentiâ ab Eq. Prof. TENORIO. Floret Majo, Junio.

Radix fusiformi-ramosa, extus fusca, fibrillis lateralibus paucis. Caulis tetragonus, erectus, vel ascendens, pedem, aut sexdecim pollices ad summum longus, hirsutus, simplex, aut parce ramosus. Folia polymorpha, radicalia, et caulina inferiora semper angusta, oblongo-lanceolata, obtusa, vel acuta, petiolata, basi nunc inæqualiter cordata, nunc cuneata, margine vel lobata, vel incisa, obtuseque dentata, sive crenata; folia caulina pauca, superiora sessilia, vel cæteris latiora, cordato-ovata, acuminata, amplexicaulia, vel lanceolata tantum, basique rotundata, aut cuneata. Subinde omnia folia sunt oblonga, angusta, æqualiter, obtuseque dentata. Cujuscunque formæ habeantur, sunt rugosa, nuda, aut vix pilosula ad nervos, et venas. Flores in verticillo terminali simplici, vel brachiato, hirsuto. Bracteæ subcordato-ovatæ, acuminatæ, calyce breviores, hirsutæ. Pedicelli vix lineares. Calyx campanulatus, multistriatus, villosissimus, villis longis, fructiger reflexus, dorso

depresso-carinatus, labio superiore recurvulo, leviter, obsoleteque tridentato, dentibus conniventibus, marginibus inflexis, labio inferiore bifido, laciniis lanceolatis, acuminatis, subaristatis, segmentis calycinis omnibus margine barbatis. Corolla longitudine dupla calycis, læte cærulea, lobo medio labii inferioris cæruleo-albido. Reliqua, ut in flore præcedentis speciei. Hirsuties herbæ sine glandulis, ideo planta nequaquam viscida. Odor levis.

De lusibus foliorum hujus speciei certus sum tum ex speciminibus siccis, quæ comiter ad me misit Cl. Tenorius, tum ex plantis viventibus, natis ex seminibus Tenoreanis, quas jam a sex annis colo in horto botanico Archigymnasii Bononiensis. Errant profecto et Sprengelius in Syst. veg. 1. p. 69. n. 179., et Dietrichius in Willd. Sp. pl. ed. 6. tom. 1. p. 342. n. 200., qui conjungunt *Salviam oblongatam* Vahl. cum *Salvia Verbenaca* L. Cultura enim nos docuit earum diversitatem, quæ quidem facile apparet ex statura longe minori, ex foliis angustioribus, ex flore paulo majore, et diversimode colorato, ex hirsutie majori *Salviæ oblongatæ* Vahl.

12. Salvia *multifida*: foliis primis indivisis, successivis obtuse pinnatifidis, summis acutis, omnibus rugosis, glabris; caule subnudo; racemo truncato; corollis calyce duplo longioribus.

S. multifida *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 16., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 17. *tab.* 23. *Rees. Cycl. v.* 31. *Reich. Cent.* 6. *p.* 18. *n.* 524. *tab.* 524. *fig.* 719. 720. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 262. *n.* 160. *Spreng. Pugill.* 1. *p.* 3. *n.* 5., *et Syst. veg.* 1. *p.* 69. *n.* 185.

S. clandestina *Bert. Rar. Ital. pl. dec.* 2. *p.* 29. *n.* 2., *et Amœn. Ital. p.* 74. *n.* 2. *et p.* 238. *n.* 2., *et Excer. de re herb. p.* 5. *a. Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 21. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 9. *n.* 30. *Tenor. App.* 4. *p.* 3., *et Fl. Nap.* 3. *p.* 24., *et Syll. p.* 18. *n.* 12. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 18., *et Suppl.* 1. *p.* 5. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 31. *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 395. *n.* 2488.[a] *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 27.

S. pratensis minor *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 22.

S. pratensis *γ* præcox *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 26.

Horminum Verbenæ laciniis angustifolium *Triumf. Obs. p.* 66. fig. bona.

H. sylvestre inciso folio, cæsio flore Italicum *Barrel. Ic.* 220. ruditer.

Sclarea minor angustifolia, Verbenæ laciniis, flore cæruleo dilutiore *Mich. Cat. pl. hort. Cæsar. Florent. p.* 86. *n.* 14., *et p.* 170.

S. pratensis minor, foliis longis, angustioribus, usque ad costam divisis, flore subcæruleo *Mich. l. c. p.* 171. *n.* 15.

β caule ramosiore; foliis elongatis, sæpe remote laciniatis.

S. clandestina *β Tenor. Syll. p.* 20.

S. clandestina *Reich. Cent.* 6. *p.* 18. *n.* 525. *tab.* 525. *fig.* 721.

S. controversa *Tenor. Syll. p.* 18. *n.* 13.*

S. laciniata *Wild. Suppl. p.* 2.* *Link. Enum. alt.* 1. *p.* 16. *n.* 144.* *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 260. *n.* 156., *et Mant. p.* 213.

Ital. *Salvia minore. Salvia precoce. Ormino bicolore.*

Perenn. Observavi prope Sarzanam in arenis *al Casone di Marinella*, sed pauca quantitate, copiose vero in litore Ravennati, et Pisaurensi. Habui ex *Comacchio* ab Eq. Salina filio, ex Istria *a Pola*, et *Dignani* a Biasoletto, ex agro Fulginate a Barbierio, ex agro Viterbiensi a nobilissima Principe De Canino, et a Prof. Oriolio, Româ a Prof. Sebastianio, Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, Neapoli *al Fusaro* ab Eq. Prof. Tenorio, et a Brunnero, ex insula Caprearum a Prof. Giraldio, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio. Varietatem *β* habui, ex Calabria ab Eq. Prof. Tenorio. Attulit quoque ex *Montesa* Hispaniæ Eq. Gussonius. Floret Aprili, et iterum autumno.

Radix fusiformis, crassa, fibris lateralibus. Caulis tetragonus, simplex, vel parce ramosus, ad summum dodrantalis, erectus, vel ascendens, solitarius, vel plures ex eadem radice. Folia prima elliptica indivisa, queis succedunt folia cordato-oblonga, pinnatifida, laciniis approximatis, oppositis, sursum versis, obtusis, exceptis foliis caulinis supremis, quorum lacinæ sunt acutæ. Cæterum folia omnia rugosa, glabra, margine eroso-crenata, inferiora petiolata, suprema sessilia, caulina pauca, duorum, vel trium parium. Flores in racemo terminali, brevi, apice truncato, simplici, vel brachiato, hirsuto, verticillis approximatis. Bracteæ cordato-ovatæ, integerrimæ, calyce breviores. Præter has bracteola utrinque una, linearis, sita ad basim pedicellorum lateralium in quovis semiverticillo. Pedicelli sublineares. Calyx campanulatus, multinervis,

duas circiter lineas longus, bilabiatus, labio superiore ovato, tridentato, dentibus obsoletis, conniventibus, labio inferiore bifido, laciniis acuminatis. Corolla calyce duplo longior, aut parum ultra. Ejus galea carinata, falcata, emarginata, cærulea, dorso puberula. Labium inferius trifidum, lacinia media ampliore, dependente, concavo-saccata, subcrenata, obtusissima, albida, lateralibus oblongis, angustis, obtusis, erecto-patulis, pallide cæruleis. Genitalia sub galea. Stamina inclusa. Stigma exertum. Pili plures in inflorescentiæ partibus apice glandulosi, et viscidi, unde ingratus plantæ odor.

Varietas β differt caule ramosiore, foliis longioribus, sæpe, non semper, remote laciniatis. In reliquis similis speciei, quacum comprehendi in Exc. de re herb. l. c.

Aristulæ in dentibus labii superioris calycis passim desunt apud nos; igitur non adeo solemnes sunt in distinguenda specie, ut perhibent Fl. Græc. 1. p. 17., et Rees. Cycl. vol. 31.

Olim putaveram, hanc esse *Salviam clandestinam* L. Sp. pl. edit. 2. p. 36., id sumens ex indicatione loci natalis in Italia, quam Linnæus stirpi suæ ibidem assignavit, pariter ac ab allato Barrelierii synonymo, et a descriptione data, quæ adamussim convenit cum planta nostra. Ita profecto plures alii mecum senserunt, et adhuc sentiunt. Verum exemplar autopticum *Salviæ clandestinæ* L., quod in herbario Linnæano asservatur, evidenter demonstrat, hanc a nostra differre, et *Salviæ clandestinæ* in Syst. nat. ed. 12. tom. 2. p. 66. n. 15. melioribus notis distinctæ, et a Sibthorpio, et Smithio in Fl. Græc. 1. p. 18. tab. 24. demonstratæ respondere, quæ foliis tenuius, et acute laciniatis, longe rugosioribus, subtus villosis, et fere albido-tomentosis, racemo hirsutissimo distincta. In alium, et majorem errorem incidi, cum, planta nondum visa, et ex sola figura, quam Hoffmanseggius, et Linkius dederant in Fl. Portug. tom. 1. p. 150. tab. 19., autumavi, *Salviam polymorpham* eorum pertinere ad *Salviam multifidam* superius descriptam. Etenim cum obtinuissem plantam Lusitanicam ex horto regio Berolinensi, quam quidem adhuc colo in horto botanico Bononiensi, statim agnovi differre a nostra habitu grandiore, foliis latioribus, diversimode sectis, herbæ colore viridi-glauco. Ex quibus omnibus patet,

Dietrichium in Willd. Sp. pl. ed. 6. tom. 1. p. 342. n. 101. sub nomine *Salviæ polymorphæ* suæ easdem species, sane diversas, perperam comprehendisse.

18. Salvia *ceratophylloides:* caule ramosissimo, brachiato; foliis acute pinnatifidis, rugosissimis, eroso-crenatis, supra subnudis, laciniis horizontalibus; corollis calyce triplo longioribus; stilo exerto.

S. ceratophylloides *Mant.* 1. *p.* 26., *et Syst. nat. ed.* 12. *tom.* 2. *p.* 67. *n.* 37. *Petagn. Instit. bot.* 2. *p.* 55. *n.* 45. *Arduin. Specim. alt. p.*12. *tab.* 2. optima. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 25. *A.**

S. ceratophylla *Ten. Syll. p.* 21. *n.* 16.* non Lin.

Ital. *Salvia moscatella. Salvia corno cervino.*

Perenn. Nascitur in collibus Rhegii Julii in Calabria, unde habui ab Eq. Gussonio. Floret Junio, Julio.

Radix parce ramosa, fusca, fibrillis lateralibus. Caulis erectus, vel ascendens, ramosissimus, brachiatus, obtuse tetragonus, quadrisulcus, hirsutus, pilis patentibus, vel retrorsis. Rami erecto-patuli. Folia hastato-pinnatifida, laciniis angustis, acutis, horizontalibus, vel falcatis, oppositis, alternisve, rugosissima, eroso-crenata, supra læte viridia, nuda, vel linea mediana tantum puberula, subtus pallidiora, pubescentia, punctisque resinosis adspersa; inferiora petiolata, suprema sessilia. Flores in racemo terminali cauli, ramisque, simplici, remote verticillato. Verticilli sexflori. Bracteæ sessiles, ovatæ, acuminatæ, inferiores plerumque erosæ, calycem superantes, superiores parvæ, integerrimæ, calycibus breviores; præterea bracteola utrinque una, linearis ad basim pedicellorum in quovis semiverticillo. Pedicelli circiter lineares. Calyx campanulato-compressus, multinervis, duas-tres lineas longus, parce villosus, in flore erectus, in fructu cernuus, bilabiatus, labio superiore recurvulo, obsolete tridentato, denticulis conniventibus, acutis, labio inferiore bifido, laciniis lanceolatis, acuminatis. Corolla cærulea, calyce triplo longior, galea falcata, emarginata, extus piloso-glandulosa. Labium inferius trifidum, lacinia media ampla, concavo-saccata, biloba, dependente, lateralibus minoribus, lanceolatis, erecto-patulis. Genitalia sub galea. Stilus longissime exertus. Stigma breviter, et inæqualiter bifidum. Pili plures in inflorescentiæ partibus sunt apice glanduliferi, aliis glandulis sessilibus, præcipue in calyce, et corolla interjectis, unde odor moschatus plantæ.

Salvia ceratophylla L. ab hac omnino diversa est tota herba albo-lanata, foliis longioribus, et diversimode sectis, ut mihi constat ab optimo exemplari, quod est in herbario meo exotico.

Usus. Hæc planta musto ferventi immissa odorem, saporemque vini, quod vulgo *Moscato* dicitur, eidem tribuit *Ard. l. c.*

14. Salvia *hispanica*: foliis ovatis, serratis, utrinque acutis; spicis imbricatis; bracteis ovatis, ciliatis, longitudine calycis.

S. hispanica *Sp. pl.* 37. *Vahl. Enum.* 1. *p.* 254. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 20. *fig.* 2. *Hort. Rom.* 3. *p.* 5. *tab.* 22. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 14. *n.* 58.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 31. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 512. *n.* 2490.

Ital. *Salvia spigata*.

Ann. Nascitur in olivetis *di Oneglia* in Liguria occidua. Habui a Molinerio. Floret Junio, Julio.

Caulis obtuse tetragonus, quadrisulcatus, erectus, sesqui-bipedalis, albo-pubescens, superne pilis retrorsis, simplex, vel brachiatus. Folia ovata, acuminata, basi quoque angustata, et acuta, nervosa, reticulato-venosa, rugosa, leviter, et subinde grosse serrata, pubescentia, longe petiolata. Mucro parvus, seu potius callus utrinque unus, obtusus prominet sub basi cujusvis petioli. Flores in spica imbricata, terminali, densa, parvi, subquini ad quamvis bracteam. Spicæ imperfectæ tetragonæ ex seriebus quatuor prominentibus florum magis evolutorum, perfectæ polygonæ. Bracteæ ovatæ, acuminatæ, pubescentes, margine integerrimæ, et ciliatæ, longitudine calycum. Calyx tubulosus, basi ventricosus, multistriatus, hirsutus, trifidus, laciniis acutis; idest labium superius indivisum, plicatum, inferiore latius; labium inferius bifidum, laciniis planis. Corolla parva, calyce paulo longior, cærulea. Galea erecta, ovata, concava, extus villosa. Labium inferius trifidum, lacinia media biloba, segmentis omnibus rotundatis, integris, extus pilosulum, supra in fauce linea duplici alba, primum horizontale, concaviusculum, demum reflexum. Genitalia sub galea. Antheræ inclusæ. Stilus exertus.

Hujus loci nullimode est *Salvia* Ard. Spec. 1. p. 10. tab. 2. huc a Linnæo in Sp. pl. tom. 2. p. 1676. allata.

15. Salvia *verticillata*: foliis cordato-ovatis, angulato-dentatis, infra auriculatis; stilis labio inferiore corollæ incumbentibus, exertis.

S. verticillata *Sp. pl.* 37. *Willd. Sp. pl.* 1. *p.* 143. *Vahl. En.* 1. *p.* 260. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 241. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 37. *tab.* 37. bona. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 14. *n.* 57.* *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 37. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 6. *n.* 38. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 30.* *Suffr. Foroj. p.* 109. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 511. *n.* 2489. *α*. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 65. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 349. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 26. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 28. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 54.

S. n. 251. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 110.

Horminum sylvest. III. *Clus. Hist. pl. lib.* 4. *p.* XXIX.

H. sylvestre, latifolium, verticillatum *C. B. P. p.* 238. *Seguier. Veron. Suppl. p.* 129.

H. spurium *Riv. Monop. irreg. tab.* 38. bona.

H. purpureum, folio deltoide, calyculorum pendulorum petiolis longulis *Cup. Hort. Cath. Suppl. alt. p.* 37.

Gallitricho affinis planta, Horminum sil. latifolium Clusio *J. Bauh. Hist. lib.* 28. *p.* 314.

β foliis hirsutis, regulariter, obtuseque duplicato-dentatis.

Salvia verticillata *β* *Willd. Sp. pl.* 1. *p.* 143. *Vahl. En.* 1. *p.* 260. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 241., *et Mant.* 1. *p.* 204. *Bert. Amœn. Ital. p.* 325. *n.* 7.

Horminum sylv. hirsutum Lampsanæ fol. fl. cæsio *Barrel. Ic.* 199.

Ital. *Ormino spurio* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 210.

Perenn. Speciem habui ex Pedemontio a MOLINERIO, ex agro Mantuano *a S. Giorgio* locis editis a BARBIERIO, ex collibus Veronensibus, et ex montibus Roboretanis, et Bassanensibus a POLLINIO, ex viciniis *di Spoleto* ab eodem BARBIERIO. Varietatem *β* ipse legi in agro Lunensi secus canalem juxta semitam, quæ Carrariâ ducit ad lapidicinas *di Miseja*. Floret Julio.

Caulis tetragonus, erectus, vel ascendens, etiam tripedalis, hirsutus. Folia cordato-ovata, vel cordato-deltoidea, sinu amplo, subinde, præcipue superiora, cordato-sagittata, angulato-denticulata, sive grosse, acute, et inæqualiter dentata, apice acutiuscula, supra læte viridia, leviter pubescentia, subtus pallidiora, et villosa, infra ad petiolum utrinque aucta auricula parva, foliacea, runcinata, obtusa, in reliquis folium referente, quæ auricula subinde deest in foliis superioribus. Cæterum folia inferiora longe petiolata, suprema interdum sessilia. Flores parvi, in racemo terminali, abbreviato, ante anthesim nutante,

simplici, vel brachiato, vel uno tantum ramo basi aucto. Verticilli 30-40flori, inferiores remoti, reliqui approximati. Bracteæ parvæ, cordato-ovatæ, acuminatæ, verticillo breviores, cito emarcidæ. Pedicelli inæquales, longiores etiam bilineares. Calyx tubulosus, multinervis, in flore erectus, in fructu cernuus, villosus, subbilabiatus; labio superiore tridentato, dente medio subinde minore; labio inferiore bidentato, dentibus omnibus parvis, ovatis, illis labii inferioris longioribus, et acutioribus. Corolla violacea, calyce duplo longior; ejus galea recta, vel retroflexa, convexa, emarginata, basi angustata, lateribus connivens, dorso puberula; labium inferius trifidum, laciniis lateralibus brevissimis, latis, obtusissimis, media elongata, biloba. Stamina inclusa sub galea. Stilus labio inferiori incumbens, illoque longior. Bracteæ, et calyces sæpe ex viridi purpurascunt; visciditas plantæ nulla; odor levis, non ingratus.

Varietas β gaudet foliis utrinque hirsutis, regulariter, duplicate, et obtuse dentatis. Ambitus quoque foliorum magis rotundatus. Præterea horum alia sunt simplicissima, alia instructa auriculis duabus, parvis, ovatis, acutis, horizontalibus, aut vix runcinatis.

16. Salvia *glutinosa:* foliis cordato-hastatis, serratis, acutis; labio inferiore corollæ lacinia media crenato-crispa.

S. glutinosa *Sp. pl.* 37., *et Mant.* 2. *pag.* 319. *Vahl. En.* 1. *pag.* 262. *Mirb. in Ann. du Mus. d' hist. nat. tom.* 15. *p.* 260. *tab.* 15. *fig.* 11. flos tantum. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 15. *n.* 59. *Balb. Fl. Taur. p.* 5. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 37. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 10. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 14. *et* 312. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 6. *n.* 37. *Lanfoss. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 49.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 30. *Suffr. Forojul. p.* 109. *Bert. Amœn. Ital. p.* 104. *n.* 5. *Sav. Due Cent. p.* 7., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 22. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 25. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 10. *n.* 32. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 27., *et Syll. p.* 16. *n.* 2. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 509. *n.* 2484. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 66. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 356. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abth.* 17. *heft. Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 26. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 28. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 54.

S. n. 252. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 111.

S. montana maxima, foliis Hormini, flore flavescente *Hort. Rom.* 3. *p.* 5. *tab.* 23. *Segui. Ver.* 1. *p.* 283.

Orvala tertia *Dod. Pempt. p.* 292.
Terza Horvala del Dodoneo *Pon. Mont. Bald. p.* 147.
Horminum sil. II. *Clus. Hist. pl. lib.* 4. *p. xxix.*
H. flore luteo *Riv. Monop. irreg. tab.* 35.
Galiopsis species lutea, viscida, odorata, nemorensis *J. Bauh. Hist.* 3. *lib.* 28. *p.* 314.
Ital. *Fuso di Giove. Rocca di Giove. Galeopsi gialla. Ormino salvatico.*

Perenn. Copiosam observavi Sarzanæ ad radices montis *Caprione*, et collium *di Trebbiano, Arcola, Vezzano* locis humentibus, et ad canales. Filius attulit ex sylvaticis apennini Bononiensis *a Castiglione de' Pepoli*. Legi in Lunensium lapidicinis secus viam, quæ ducit *ai Fanti scritti*, in Liguria occidua *a Voltri* in ripis fluminis *Leira*, Bononiæ sub *Roncorio* juxta torrentem *Lavesa*, et *alla Beverara* secus *il Naviglio*. Habui Mantuâ *al Bosco Fontana* a Barbierio, ex *Montamiata* in provincia Senensi a Prof. Giulio. Floret ab Julio, et Augusto in serum autumnum.

Caulis tetragonus, erectus, vel ascendens, basique radicans. Folia opposita, petiolata, cordato-hastata, acuminata, subinæqualiter, grosseque serrata, mucrone integerrimo. Racemus terminalis, simplex, remote verticillatus. Verticilli sexflori. Bracteæ ovatæ, concavæ, acutæ, integerrimæ, calyce breviores. Pedicelli sesqui-bilineares. Flores grandes. Calyx campanulato-compressus, leviter striatus, hirsutus pilis apice glanduliferis, glutinosusque, bilabiatus, labio superiore integro, acuto, inferiore bifido, laciniis ovatis, acutis. Corolla calyce triplo longior, pallide lutea, extus pubescenti-glutinosa. Galea falcata, bifida, obtusa. Labium inferius fauce pictum maculis sanguineis, trifidum, laciniis rotundatis, media longiore, crenulato-crispa, sursum versa, lateralibus integris, deflexis. Genitalia sub galea. Stamina inclusa. Stilus exertus, inæqualiter bifidus. Tota planta plus minus pubescens, aut villosa.

17. Salvia *Sclarea*: hirsuta; foliis cordato-ovatis, rugosissimis, inæqualiter dentatis; bracteis amplis, concavis, acuminatis, calyce longioribus.

S. Sclarea *Sp. pl.* 38. *Vahl. En.* 1. *p.* 276. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 17., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 18. *tab.* 25. *Rees. Cycl. v.* 31. *Poit. et Turp. Fl. Par.* 1. *p.* 37. *tab.* 38. *Plenck. Ic. pl. med.* 1. *p.* 12. *tab.* 21. *Mirb. in Ann. du Mus. d' hist. nat. tom.* 15. *p.* 260. *tab.* 14. *fig.* 2.

All. Fl. Ped. 1. *p.* 15. *n.* 60. *Balb. Fl. Taur. p.* 5. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 37. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 31. *Suffr. Foroj. p.* 109. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 3. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 25. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 9. *n.* 31.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 26. *A.*, *et Syn. p.* 17. *n.* 4. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 16. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 508. *n.* 2483. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 67. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abth.* 9. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 353. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 28. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 55.

Horminum *Riv. Monop. irr. tab.* 33.

H. Sclarea dictum *Cup. Hort. Cath. p.* 97.

Sclarea vulgaris, lanuginosa, amplissimo folio *Hort. Rom.* 3. *p.* 5. *tab.* 21.

Sclarea *Cæsalp. De plant. lib.* 11. *cap.* 17. *p.* 442. *Matth. ed. Valgr. ann.* 1585. *tom.* 2. *p.* 939.

Orvala *Dod. Pempt. p.* 292.

β caule orgyali.

Salvia pyramidalis *Petagn. Inst. bot.* 2. *p.* 54.* *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *pag.* 255. *n.* 142. *Spr. Syst. veg.* 1. *p.* 67. *n.* 165. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *p.* 333. *n.* 180.

S. Sclarea B *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 26.*, *et Syll. p.* 17.*

Ital. *Chiarella maggiore. Erba d' agresto moscadello. Erba moscadella. Erba San Giovanni. Gallitrico. Scanderona. Scarlea. Scarleggia. Schiarea. Sclarea. Trippa di dama. Trippa madama* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 210.

Offic. *Sclareæ (Gallitrichi) herba* Lin. Mat. med. p. 6. n. 15.

Bienn. Legi Sarzanæ in herbidis collium *di Turrì*, item Bononiæ in collibus Sancti Victoris prope *Roncorio*. Habui Roma a Prof. Maurio. Varietatem *β* lectam in Calabria prope *Oppido*, ubi eam indicat Petagna, misit Eq. Gussonius. Floret Junio.

Caulis quadrangulus, quadrisulcatus, erectus, etiam tripedalis, crassus, hirsutus, simplex, vel superne ramosus. Folia cordato-ovata, obtusa, vel acuta, rugosissima, supra viridia, pilosa, subtus hirsuta, et albida, margine eroso-dentata, inferiora petiolata, petiolis hirsutis, suprema sessilia. Racemus terminalis, brachiatus, ante anthesin nutans. Verticilli approximati, subsexflori. Bracteæ amplæ, cordato-ovatæ, acuminatæ, integerrimæ, calyce longiores, supra glabræ, dorso pilosæ, margineque ciliatæ, ex albido purpurantes,

oris virentibus. Calyx campanulato-compressus, bilabiatus, multinervis, hirsutus; labio superiore carinato, obsolete tridentato, dentibus aristatis, medio subinde minore; labio inferiore bifido, laciniis ovatis, acuminatis, aristatis. Corolla calyce triplo longior, extus puberula. Galea falcata, emarginata, albo-cærulescens. Labium inferius trifidum, laciniis lateralibus angustis, deflexis, galeæ concoloribus, amplexantibus laciniam mediam, quæ ampla, saccata, emarginata, subcrenata, ex albo sublutescens. Genitalia sub galea. Antheræ inclusæ. Stilus exertus, cærulescens. Planta scatens pilis apice glanduliferis, et eglandulosis, viscida, odorata, maxime ubi orta in aprico, odore caput tentante.

Varietas β differt tantum caule orgyali, in reliquis similis speciei.

Usus. Vires medicæ stimulantes, exhilarantes; nunc tamen usus ejus in medicina exolevit. Flores sicci dant vino, et gelidæ sorbitioni odorem moschatum gratissimum; sunt, qui loco florum adhibeant herbam.

18. SALVIA *argentea:* albo-lanata; foliis subrotundis, oblongisque, dentato-angulatis; racemis brachiatis; bracteis, calycibusque breviter aristatis.

S. argentea *Sp. pl.* 38. *Vahl. En.* 1. *p.* 278. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 18., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 20. *tab.* 27. *Jacq. Hort. Schönbr.* 1. *p.* 4. *tab.* 6.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 27.*, *et Syll. p.* 16. *n.* 3.*

S. candidissima *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 16. *n.* 3.*, *et Suppl.* 1. *p.* 5.*

Sclarea Sicula, folio argenteo, subrotundo *Boerh. Ind. alt.* 1. *p.* 163. *n.* 8.

S. orientalis, Verbasci folio, flore partim albo, partim flavescente *Tourn. Corol. p.* 10.

Horminum ampliori folio, subrotundo, sinuato, argentea lanugine obtecto, viscosum, perpetuum *Cup. Hort. Cath. p.* 97.

Ital. *Sclarea lanata*. *Salvia lanata*. *Ormino argentino*.

Perenn. Habui ex Calabria ab Eq. Prof. Tenorio, et ex montibus *di Cammerata* in Sicilia ab Eq. GUSSONIO. Floret Majo, Junio.

Radix fusiformis, crassa. Folia radicalia subrotunda, ad terram strata, et rosulam facientia, cordata, vel non; caulina successiva grandiora, oblonga, passim inæqualiter cordata; summa iterum decrescentia; omnia dentato-angulata, obtusa, vel acuta, utrinque villo

longo, et albo lanata, tactu mollissima; inferiora petiolata; reliqua sessilia. Caulis erectus, tetragonus, brachiatus, pedem, sesquipedem longus, albo-lanatus. Racemus terminalis, compositus, remote verticillatus, verticillis subsexfloris, supremis sterilibus. Bracteæ late ovatæ, subcordatæ, sessiles, acuminatæ, aristatæ, calycem subæquantes, multinerviæ, basi macula alba instructæ, supra glabræ. Calyx bilabiatus, multinervis, labio superiore tridentato, dentibus breviter aristatis, intermedio subinde obsoleto, mutico; labio inferiore bifido, laciniis ovatis, acuminatis, breviter aristatis. Corolla grandis, calyce plusquam duplo longior. Ejus tubus brevis; faux inflata. Galea falcata, emarginata, cum tubo, et fauce alba, dorso puberula pilis brevibus, purpurantibus, apice glanduliferis. Labium inferius trifidum, segmento medio flavicante, amplo, saccato, dependente, bilobo, lobis late rotundatis, margine erosulo, citoque marcescente; lateralibus linearibus, albentibus, margine revoluto-conniventibus. Stamina inclusa sub galea, filamentis albis, antheris ante explosionem totis luteis, postea circa oram viridi-fuscis. Stilus exertus, albus, stigmate inæqualiter bifido, purpurante. Totus racemus lanato-viscidus a villis apice glanduliferis. Odor herbæ, ut in *Salvia Sclarea* L.

19. Salvia *Æthiopis:* albo-lanata; foliis late ovatis, sinuato-angulatis, crenatis; racemis paniculatis, ramosissimis; calycibus mucronato-aristatis; bracteis recurvatis.

S. Æthiopis *Sp. pl.* 39. *Vahl. En.* 1. *p.* 276. *Jacq. Fl. Austr.* 3. *p.* 7. *tab.* 211. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 15. *n.* 61.* *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 31. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 24. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 509. *n.* 2485. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 68. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 354. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 28.

Horminum Æthiopicum incanum fol. latis sinuosis *Moris. Oxon. sect.* 11. *tab.* 13. *fig.* 4.

Æthyopis laciniatis foliis *Barrel. Ic.* 188.

Æthiopis *Cæsalp. De plant. lib.* 11. *cap.* 19. *p.* 443.

Æ. multis *J. Bauh. Hist.* 3. *lib.* 28. *p.* 315.

Ethiopide *Matth. ed. Valgr. ann.* 1585. *tom.* 2. *p.* 1211. *Anguill. Sempl. p.* 281.

Ital. *Etiopide* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 210.

Bienn. Habui ex Pedemontio a Molinerio. Floret Majo, Junio.

Folia radicalia, et caulina inferiora ampla, cordato-ovata, acuta, sinuata, acute angulata, crenata, rugosissima, supra villosula, subtus albo-lanata; superiora successive minora, basi rotundata; summa sessilia. Caulis tetragonus, quadrisulcatus, erectus, circiter sesquipedalis, terminatus racemo paniculato, ramosissimo, vel brachiato, vel ex ramis abortivis dichotomo, patulo, plus minus albo-lanato. Verticilli tri-quadriflori, inferiores remotiores. Bracteæ cordatæ, late ovatæ, acuminatæ, aristatæ, calyce multo breviores, demum recurvatæ. Calyx subcampanulatus, multinervis, grandis, labio superiore trifido, lacinia media paulo minore, labio inferiore bifido, utriusque labii laciniis lanceolatis, acuminatis, mucronato-aristatis, pubescentibus, reliquo calyce albo-lanato. Corolla alba, calyce duplo longior, extus pubescens. Galea falcata, retusa, dorso adspersa pilis demum purpureo-rubellis. Labium inferius trifidum, laciniis lateralibus angustis, acuminatis, media ampla, saccata, utrinque alato-expansa. Genitalia inclusa sub galea.

Glandulæ punctiformes, albæ, paucæ, in bracteis, calyce, et corolla externa. Laciniæ calycinæ, et bracteæ sæpe apice purpurascunt. Odor plantæ levis, ingratus. Visciditas pauca.

Salvia canariensis L. Guss. Fl. Sic. prodr. 1. p. 15. in fruticetis Panormitanis nunc sponte proveniens, unde habui ab Eq. Gussonio, alienigena omnino est.

SUFFRENIA.

Bellard. Stirp. nov. p. 1. *tab.* 1. *fig.* 1., *et in Mem. de l' Acad. des scienc. de Tur. mathém. et phys. ann. X-XI. p.* 445. *tab.* 1. *fig.* 1. *S.t Hilair. in Mem. du Mus. d' hist. nat. tom.* 2. *p.* 377. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 60. *et* 580. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *p.* 610. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 33.

Perigonium simplex, liberum, campanulatum, quadrifidum, æquale. Stamina inclusa. Stigma capitatum. Capsula oblonga, bilocularis, bivalvis, dissepimento membranaceo, tenui. Semina numerosa.

Habitus. Herba palustris, assurgens. Caulis crebre articulatus. Folia parva, opposita ad nodos, integerrima. Flores minuti, solitarii, axillares, sessiles.

Ord. nat. Calycanthemæ *Lin. Ord. nat. n. XVII., et Præl. in ord. nat. p.* 332. *Vent. Tabl.* 3. *p.* 298. Salicariæ *Juss. Gen. p.* 330. *De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 2. *p.* 409. Salicarinæ *Link. Enum.* 1. *p.* 142. Lythrarieæ *Juss. in Dict. des scienc. nat. tom.* 27. *p.* 453. *De Cand. Prodr. Syst. nat. regn. veg.* 3. *p.* 75. *Bartl. Ord. nat. p.* 316. Lythrariæ *Schultz. Natürl. syst. des pflanz. p.* 439.

1. Suffrenia *filiformis*.

S. filiformis *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 282. *n.* 1. *Spr. Syst. veg.* 1. *p.* 94. *n.* 1. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *p.* 610. *De Cand. Prodr. Syst. nat.* 3. *p.* 76. *Poir. in Enc. meth. bot. ed. de Pad. tom.* 7. *p.* 458. *Bellard. Stirp. nov. pag.* 1. *tab.* 1. *fig.* 1., *et in Mem. de l'Acad. des scienc. de Tur. mathém. et phys. ann. X-XI. p.* 445. *tab.* 1. *fig.* 1. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 9.* *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 11.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 33.* *De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 2. *p.* 411. *n.* 3651., *et* 5. *p.* 528. *Lois. Deslongch. Fl. Gall. ed.* 1. *tom.* 1. *p.* 12. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 31.

Ital. *Suffrenia risaiuola*.

Ann. Habui ex oryzetis Pedemontanis a Bonjeanio, ex oryzetis Novariensibus a Prof. Balbisio, ex oryzetis prope Ticinum a Prof. Morettio, ex oryzetis Veronensibus prope *Bevilacqua*, et *Legnago* a Pollinio. Floret Augusto, Septembri.

Caulis tenuis, crebre nodosus, inferne simplex, procumbens, et ad nodos radicans, superne assurgens, simpliciusculus, aut parce ramosus, quinque-sexpollicaris, vix ultra. Folia parva, opposita, sessilia, sita ad nodos caulinos, oblonga, obtusa, integerrima, nervo medio dirempta, et insuper reticulato-venosa. Flores præ planta grandiusculi, solitarii, axillares sessiles, folio breviores, e viridi luteoli. Perigonii segmenta ovata, acuminata. Stamina perigonio breviora. Antheræ globulosæ. Stilus longitudine calycis. Stigma capitatum. Tota planta glabra.

CLASSIS III. TRIANDRIA.

ORDO I. MONOGYNIA.

VALERIANA.

Lin. Gen. p. 22. *Juss. Gen. p.* 195., *et in Ann. du Mus. d'hist. nat. tom.* 10. *p.* 311. *Tourn. Inst. rei herb.* 2. *tab.* 52. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 24. *fig.* 1. 2. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 561., *et* 4. *p.* 108. *tab.* 12. *fig.* 6. *Gærtn. De fruct. et sem.* 2. *p.* 35. *tab.* 86. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 42. *De Cand. Mem. sur la famill. des Valer. p.* 14. *n.* 9. *Dufresn. Hist. des Valer. p.* 39. *n.* 2.

Kentranthus *Neck. Elem. bot.* 1. *p.* 122.

Centranthus *Juss. in Ann. du Mus. d'hist. nat. tom.* 10. *p.* 311. *Dufresn. Hist. des Valer. p.* 38. *n.* 1. *De Cand. Mem. sur la famill. des. Valer: p.* 14. *n.* 8.

Ocimastrum *Ponted. Anthol. lib.* 3. *p.* 246. *tab.* 4. *fig.* 12.

Perianthium adnatum, limbo libero, initio involuto, deinde in radios plumosos expanso. Corolla epigyna, monopetala, tubo gracili, fere ad basim sæpe hinc saccata, vel appendiculata, limbo quinquefido, subinæquali. Stamina 1-3. Stilus filiformis. Pericarpium achenium oblongum, striatum, coronatum.

Habitus. Herbæ perennantes, instructæ caule tereti, foliis oppositis, et floribus corymbosis. Flores subinde diclynii.

Ord. nat. Aggregatæ *Lin. Ord. nat. n. XLVIII., et Prælect. in ord. nat. p.* 528. Dipsaceæ *Juss. Gen. p.* 194. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 556. Valerianeæ *De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 1. *p.* 232., *et Prodr. syst. nat.* 4. *pag.* 623., *et Mem. sur la famill. des Valer. p.* 3. *Dufresn. Hist. des Valer. p.* 38. *Bartl. Ord. nat. p.* 130. *Schultz. Natürl. syst. des pflanz. p.* 377.

1. Valeriana *rubra*: foliis ovatis; floribus monandris, caudatis.

V. rubra *Sp. pl.* 44. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 42., *et Engl. bot. v.* 22. *tab.* 1531. *Rees. Cycl. v.* 36. *n.* 1. *Hook. Brit. Fl.* 1. *p.* 14. *Lamk. Illustr. tab.* 24. *fig.* 2. *Poit. et Turp. Fl. Paris. tom.* 1. *tab.* 40. *Allion. Fl. Pedem.* 1. *p.* 1. *n.* 1. *Balb. et Nocc. Fl. Ticin.* 1. *p.* 16. *et* 313. *Comoll. Prodr. Fl. Com.* 1. *p.* 7. *n.* 40. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 49.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 38. *Bert. Pl. Gen. p.* 6. *n.* 7., *et Amœn. Ital. p.* 105. *n.* 7., *et Mant. Fl. alp. Apuan. p.* 4. *n.* 6. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 25., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 23. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 27. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 15. *n.* 35.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 29. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 22. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 27. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 34. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 73.

V. n. 213. *α Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 93.

Centranthus ruber *Ten. Syll. p.* 8. *De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 1. *p.* 329. *n.* 3327., *et Prodr. syst. nat.* 4. *p.* 632. *n.* 3. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 35.

C. latifolius *Dufresn. Hist. des Valer. p.* 38.

Valerianoides latifolia, flore rubro *Hort. Rom.* 2. *p.* 5. *tab.* 17.

Valeriana tertia in mœnibus Pisanis *Cæsalp. De plant. lib.* 4. *cap.* 5. *p.* 150.

V. rubra *Dod. Pempt. p.* 351.

V. rossa del Dodoneo *Pon. Mont. Bald. p.* 149.

V. marina *Riv. Monop. irr. tab.* 3.

Ocymastrum Valerianthon *Ponted. Anthol. lib.* 1. *p.* 51. *tab.* 4. *fig.* 12.

O. Valerianthon, flore albo *Ponted. Anthol. lib.* 3. *p.* 247.

O. Valerianthos *Seguier. Veron.* 1. *p.* 266.

Ital. *Fisti da fistiare*. *Ocimoide*. *Savonina*. *Valeriana Pisana*. *Valeriana rossa* Targ. Tozzett. Dizion. bot. 2. p. 362.

Perenn. Observavi copiosam in omni ora maritima Liguriæ ad rupes, et muros. Legi Genuæ, et Sarzanæ in muro oppidi, tum in Lunensium lapidicinis *di Serravezza*, et ad rupes calcarias *a Porti* in finibus Etruriæ; lusum ejus flore albo reperi in ruderibus dirutæ Lunæ. Filius attulit ex collibus *degli Arienti* in agro Bononiensi. Habui Româ, ubi copiosa in muro urbis, a Fiorinia-Mazzantia, et a Masquillierio, Mantuâ lectam in muro oppidi ad portam *di Porto* a Barbierio. Floret a Majo per totam æstatem.

Caulis teres, subinde obscure sulcatus, lævis, cæspitosus, erectus, vel ascendens, sesqui-bipedalis, simplex, vel brachiatus, fistulosus. Folia ovata, crassiuscula, integerrima, vel prope basim subdentata, nervo dirempta, reticulato-venosa, inferiora petiolata, obtusiuscula, superiora sessilia, acuminata, ludunt basi dilatata, et subcordata; caulina opposita, ramea angustiora, lanceolata. Corymbus terminalis, compositus, brachiatus, initio densiflorus, et obtuse conoideus, ramulis dichotomis. Flores rubri, vel rosei, rarius albi, vix odori, sessiles, alterni, distichi, sursum secundi, in dichotomiis solitarii. Bracteæ lineares, oppositæ. Corolla hypocrateriformis, tubo gracili, longo, basi caudato, limbo quinquefido, inæquali, ringente, lacinia hinc solitaria, inde laciniis quatuor, deflexis; omnibus oblongis, obtusis. Stamen unicum, exertum. Stilus longitudine staminis. Stigma obtusum, subcrenatum. Achenium conico-compressum, glabrum, ab uno latere unicostatum, ab altero tricostatum, apice pappo coronatum. Tota herba viridi-glauca, et glaberrima.

2. Valeriana *angustifolia:* foliis linearibus, integerrimis; floribus monandris, caudatis.

V. angustifolia *Willd. Sp. pl.* 1. *par.* 1. *p.* 175. *Vahl. En.* 2. *p.* 2. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 20., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 22. *tab.* 29. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 1. *n.* 2.* *Re Fl. Segus. p.* 9.* *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 39. *Cavan. Ic. et descr.* 4. *p.* 32. *tab.* 353. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 28. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 74.

V. rubra *β Sp. pl.* 44.

V. n. 213. *β Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 93.

Centranthus angustifolius *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 35. *De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 1. *p.* 239.*, *et Prodr. syst. nat.* 4. *p.* 632. *n.* 2.* *Dufr. Hist. des Valer. p.* 39. *n.* 2.

Valeriana rubra angustifolia *Tourn. Inst. rei herb.* 1. *p.* 131. *J. Bauh. Hist.* 3. *lib.* 27. *p.* 211. *fig. p.* 212. bona.

V. rubra angustis et longioribus foliis *Pluk. Phyt. tab.* 232. *fig.* 3.

Ital. *Savonina di foglie strette.*

Perenn. Nascitur in saxosis Pedemontii secus viam, quæ a *Demonte* ducit ad *Vinai,* unde habui a Bertero. Floret a Majo in Julium.

Folia linearia, angustissima, integerrima. Caulis subinde jam a basi valde ramosus, brachiatus. Flores paululum

grandiores, quam in *Valeriana rubra* L., cui in reliquis simillima, at certe diversa, et cultura persistens, ut ipse quoque periclitatus sum in horto botanico Bononiensi.

3. VALERIANA *trinervis*: foliis ovato-oblongis, multinerviis, integerrimis; corymbo abbreviato; floribus monandris, subecaudatis.

V. trinervis *Viv. Fl. Libyc. in Alt. Fl. Ital. fragm. p.* 67.*, *et Fl. Cors. diagn. p.* 3.* *Reich. Cent.* 4. *p.* 76. *n.* 149.

Centranthus nervosus *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 2. *p.* 4.* *De Cand. Prodr. Syst. nat. tom.* 4. *p.* 632. *n.* 4., *et Mem. sur la famill. des Valer. p.* 14. *Spreng. fil. Tent. suppl. p.* 1. *n.* 1. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *p.* 92. *n.* 3.

Ital. *Valeriana nervosa. Nardo di Corsica.*

Perenn. Habui ex monte *della Trinità* in Corsica ab Eq. Prof. VIVIANIO, et a SERAFFINIO, tum ex montanis editis *di Oliena* in Sardinia a Prof. MORISIO. Floret Majo, Junio.

Caulis spithamæus, dodrantalis, pedalis, striatus. Folia opposita, ovato-oblonga, obtusa, integerrima, tri-multinervia, et insuper reticulato-venosa, in petiolum brevem angustata; suprema lanceolata. Petioli basi connati. Flores in corymbo terminali, composito, abbreviato. Bracteæ lineares, acutæ. Corollæ albo-roseæ tubus gracilis; faux basi hinc brevissime saccata; limbus quadrifidus, laciniis oblongis, obtusis, solitaria majore. Stamen exertum, longitudine pistilli. Achenium generis. Tota planta glaberrima, plus minus glauca.

4. VALERIANA *Calcitrapa*: foliis inferioribus indivisis, serratis, superioribus lyrato-pinnatifidis; floribus racemosis, monandris, pedunculis dichotomis.

V. Calcitrapa *Sp. pl.* 44. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 20., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 22. *tab.* 30. *Rees. Cycl. v.* 36. *n.* 3. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 1. *n.* 3. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 43. *Sav. Due cent. p.* 9.*, *et Bot. Etr.* 2. *p.* 5.* *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 15. *n.* 36.* *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 29. *Bivona-Bern. Cent.* 2. *p.* 72. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 23.*, *et Suppl.* 1. *p.* 6.* *Ab Ucr. Hort. reg. Panorm. p.* 45. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 28. *De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 1. *p.* 238. *n.* 3326.*

Centranthus Calcitrapa *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 35. *De Cand. Prodr.* 4. *p.* 632. *n.* 5. *α.** *Spreng. Syst.*

veg. 1. *p.* 16. *n.* 2. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *p.* 92. *n.* 4. *Dufr. Hist. des Valer. p.* 39.
C. Calcitrapus *Ten. Syll. p.* 8. *n.* 3.
Valeriana perennis, alpina, Valerianæ annuæ alteri Clus. foliis affinis, ingenti sobole subcrescente *Cup. Hort. Cath. p.* 226.
V. tenui folio, pulchre laciniato, dentato, loboso, pennate disposito *Cup. l. c.*
V. foliis Calcitrapæ *Cup. Suppl. alt. p.* 91.
V. inodora altera palmi longitudine similis sylvestris, in Ilva *Cæsalp. De plant. lib.* 4. *cap.* 5. *p.* 150.
Ital. *Valeriana Calcetreppola. Nardo frastagliato.*

Ann. Habui ex agro Romano ad Ostiam, ubi reperitur in arena maris, a Prof. Sebastianio, Cumis ab Orsino, ex Sicilia, Cosyra, Ustica, et *Maretimo* insulis ab Eq. Gussonio, ex insula Caprearum a Prof. Giraldio, ex Ilva in muro arcis ad Portum Herculis ab Eq. Prof. Savio, ex Sardinia septentrionali a Badaroo, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio, et ex *Capo Corso* a Bubanio. Floret Majo.

Radix tenuis, fusiformis, subinde ramosa. Caules solitarii, vel plures ex eadem radice, teretes, striati, recti, etiam pedales, et ultra, simplices, vel ad omnes axillas ramosi. Folia radicalia, et sæpe etiam caulina inferiora indivisa, obovata, serrata, petiolata; caulina superiora lyrato-pinnatifida, laciniis serratis, vel incisis; quorum foliorum inferiora gaudent lacinia impari majore, obovata, superiora laciniis omnibus tenuibus, linearibus, acutis, subinde integerrimis. Corymbus terminalis, brachiatus, ramis dichotomis, aut saltem bifidis, multifloris, floribus in rachide partiali sessilibus, alternis, distichis, sursum secundis, in dichotomia solitariis. Bracteæ lineares, acutæ. Corolla rubra, infundibuliformis, fauce basi hinc brevissime saccata. Stamen unicum, exertum. Achenium generis. Tota planta glabra.

5. Valeriana *dioica:* caule glabro, sulcato; foliis inferioribus indivisis, superioribus pinnatifidis, lacinia impari majore; floribus subdioicis.
V. dioica *Sp. pl.* 44. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 43., *et Engl. bot. v.* 9. *tab.* 628. *Rees. Cycl. v.* 36. *n.* 6. *Hook. Brit. Fl. p.* 14. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. vol.* 1. *tab.* 5. *Fl. Dan. tab.* 684. *Bull. Herb. de la Franc. tab.* 311. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *tab.* 41. *Allion. Fl. Pedem.* 1. *p.* 1. *n.* 4. *Balb. Fl. Taur. p.* 6. *Re Fl. Segus. p.* 9., *et Fl.*

Torin. 1. *p.* 38. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 11. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 16. *et* 313. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 7. *n.* 41. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 40. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 39. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 7. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 14. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 21. *Suffr. Forojul. p.* 110. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 29., *et Syll. p.* 22. *n.* 1. *De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 1. *p.* 238. *n.* 3325. *Dufr. Hist. des Val. p.* 42. *n.* 7. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 84. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 393. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abth.* 9. *heft. Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 34. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 33. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 75.

V. n. 208. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 90.

V. minor, et V. flore exiguo *Riv. Monop. irreg. tab.* 2. bona.

V. palustris minor *C. B. P. p.* 164. *Segui. Fl. Ver.* 1. *p.* 212. *n.* 6.

Fù minore, o palustre *Pon. Mont. Bald. p.* 144.

Phu minimo *Matth. ed. Valgr. ann.* 1585. *tom.* 1. *p.* 45. bene.

Ital. *Valeriana minore. Valeriana palustre.*

Perenn. Copiose olim observavi in agro Ticinensi. Habui ex Pedemontio a Molinerio, et a Prof. Balbisio, ex viciniis Mediolani a De Christophoris, et a Prof. Balsamo-Crivellio. Floret Aprili, Majo.

Caulis basi stolonifer, sulcatus, glaber, erectus, vel ascendens, dodrantalis, pedalis, aut paulo ultra. Folia radicalia, et caulina inferiora indivisa, integerrima, obtusa, petiolata, petiolo alato, basi dilatato, prima minora, elliptica, successiva ovato-oblonga, minus obtusa; caulina superiora sessilia, pinnatifida, laciniis lanceolatis, passim integerrimis, subinde dentatis, impari majore. Omnia folia reticulato-venosa, glabra, subinde pilosula, præcipue ad basim petioli, costæque. Corymbus terminalis. Corollæ albo-roseæ, plerumque dioicæ, fœmineæ minores.

6. Valeriana *officinalis:* caule sulcato; foliis omnibus pinnatis, foliolis dentatis, impari angustiore; floribus hermaphroditis, triandris.

V. officinalis *Sp. pl.* 45. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 43., *et Engl. bot. v.* 10. *tab.* 698. *Rees. Cycl. v.* 36. *n.* 16. *Hook. Brit. Fl. p.* 15. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. vol.* 3. *tab.* 9. *Fl. Dan. tab.* 570. *Plenck. Ic. pl. med.* 1. *p.* 14. *tab.* 27. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 24. *fig.* 1. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 2. *n.* 5. *Balb. Fl. Taur. p.* 6. *Re Fl. Segus. p.* 9., *et Fl.*

Torin. 1. *p.* 39. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 11. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 17. *et* 313. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 7. *n.* 42. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 49. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 39. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 301. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 14. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 20. *Suffr. Forojul. p.* 110. *Bert. Amœn. Ital. p.* 325. *n.* 8. *Sav. Mat. med. p.* 36. *tav.* 28, *et Bot. Etr.* 2. *p.* 6. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 28. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. pag.* 15. *n.* 37. *Hort. Rom.* 2. *tab.* 15. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 30., *et Syll. p.* 22. *n.* 2. *Guss. Suppl.* 1. *p.* 6. *n.* 2. *De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 1. *p.* 233. *n.* 3315. *Dufr. Hist. des Valer. p.* 40. *n.* 1. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 85. *Röhling. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 368. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abth.* 9. *heft. Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 35. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 32. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 76.

V. n. 210. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 91.

Valeriana *Riv. Mon. irr. tab.* 1.

V. sylvestris major *C. B. P. p.* 164. *Mich. Cat. pl. hort. Cæsar. Flor. p.* 97. *n.* 2. *Zannich. Istor. delle piant. p.* 269. *tab.* 153. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 211. *n.* 5.

V. altera, quæ sylvestris cognominatur *Cæsalp. De plant. lib.* 4. *cap.* 2. *p.* 148.

V. sylvestris major foliis angustioribus, floribus prorsus albis *Mich. Cat. pl. hort. Cæsar. Flor. p.* 97. *n.* 3.

Phu minore *Matth. ed. Valgr. ann.* 1585. *tom.* 1. *p.* 44. bene.

Ph. Germanorum *Fuchs. Hist. pl. p.* 857.

Ph. Dioscoridis *Columm. Phyt. ed. Neap. p.* 113. *fig. p.* 114.

Ital. *Amantilla. Nardo salvatico. Valeriana. Valeriana minore. Valeriana silvestre* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 232.

Offic. *Valerianæ minoris radix* Lin. Mat. med. p. 8. n. 21.

Perenn. Legi in *Tambura* alpium Apuanarum, in Apennino Florentino *al Coviglaio*, in vertice montis *Cornoviglia* supra *Calice* in provincia Lunensi, et in monte *Fasce* prope Genuam. Filius attulit ex *i Vetulini* in eisdem alpibus Apuanis, ex viciniis *delle Felegare* in apennino Florentino, et ex apennino Bononiensi *alle Cascine di Castiglione de' Pepoli* secus flumen *Brusimone*, ex quo loco habui etiam a pharmacopola Matthejo. Insuper obtinui ex agro Clodiensi prope *Brondolo* secus torrentem *Gorzone* a Prof. Naccario, ex agro Ravennati *alle Palazzette* a Dallagata, ex

monte Cornu Prætutiorum *a Capo d' acqua* ab Orsino, ex agro Terracinensi a Fiorinia-Mazzantia. Floret Majo, Junio, et in alpinis Julio.

Radix fasciculata, napulis fibræformibus, nauseose aromatica. Caulis teres, profunde sulcatus, erectus, etiam tri-quadripedalis in locis humentibus, multo minor in alpestribus, fistulosus, ad nodos sæpe, nec semper, hirsutus, reliqua parte glaber. Folia omnia impari-pinnata, reticulato-venosa, rugosa, variant pubescentia, pilosa, glabra; radicalia, et caulina ima petiolata, reliqua sessilia. Foliola nunc late, nunc angustissime lanceolata, inæqualiter, remoteque serrata, subinde integerrima, impari angustiore, inferioribus decrescentibus. Costa, sive petiolus communis dorso sulcatus, supra canaliculatus, basi dilatatus, et plerumque hirsutus. Corymbus terminalis, compositus, brachiatus, ramulis secundariis dichotomis. Bracteæ oppositæ, lanceolato-lineares, margine membranaceæ, basi dilatatæ, et hirsutæ. Flores leviter odori, initio fasciculati, deinde remotiores, alterni, secundi, distichi, in rachide partiali sessiles, in dichotomia solitarii. Corolla albo-carnea. Stamina tria, exerta. Stilus staminibus subæqualis. Stigma trifidum. Achenium compressum, ovato-lanceolatum, in latere unicostato linea pilosa utrinque ad costam instructum, reliqua parte glabrum. Pappus generis.

Mirum! hanc plantam æque occurrere in alpinis editis, et in demissis ad mare. Adeo provida natura consuluit ægrotantibus, ut plantam utilissimam fere ubique reperirent.

Cl. Prof. Morettius in Bot. Ital. p. 44. rectissime suspicatus est, *Valerianam tuberosam* Imp. Hist. nat. lib. 28. ed. Ven. p. 656. pertinere ad *Valerianam Dioscoridis* Sibth. et Smith. Fl. Græc. 1. p. 24. tab. 33., cum id facile pateat ex utriusque figuræ similitudine. Cui argumento addere possum, exemplar *Valerianæ Dioscoridis* Sibthorpianæ, quod ex Corcyra insula obtinui a Braila discipulo meo, habere foliolum impar lateralibus grandius, et foliola omnia argutius serrata, corollasque triplo longiores, quam sunt in *Valeriana officinali* L., quæ notæ omnes una cum notis tuberum fusiformium fasciculatorum radicis optime exhibentur in figura Imperati. At certum est, hanc speciem non reperiri in Liguria, ut Imperatus habet de planta sua, ita ut hallucinatio aliqua circa locum ejus natalem errori ansam præbuisse fatendum sit.

Usus. Radix *Valerianæ officinalis* L. præstat viribus medicis contra nevroses, et præcipue contra epilepsiam, ut de se ipso periclitatus est Fabius Columna Phytob. p. 120.; item valet contra vermes, ut pluries observavi, cum medicinam facerem. Hæc eadem planta olim putabatur esse Φου Dioscoridis, ideo pollere viribus a Dioscoride plantæ suæ tributis; at Sibthorpius per Græciam, et Asiam minorem iter faciens detexit, Φου Dioscoridis esse diversam stirpem, tunc temporis adhuc ignotam botanicis, quam descriptione, et figura declaravit in Flora Græca sub nomine *Valerianæ Dioscoridis*, de qua paulo supra loquuti sumus. Forte utraque stirps viribus convenit, sed gradu diverso. Quidquid sit veteres tribuebant *Valerianæ officinali* L. virtutes tonicas, recentes vero medici eidem assignant virtutes contrastimulantes. Nobis satis sit cognoscere morbos, in quibus utilis.

7. VALERIANA *Phu*: foliis radicalibus indivisis, sectisque, caulinis pinnatifidis, laciniis integerrimis; floribus hermaphroditis, triandris.

V. Phu *Sp. pl.* 45. *Vahl. En.* 2. *p.* 3. *Rees. Cycl. v.* 36. *n.* 7. *Plenck. Ic. pl. medic.* 1. *p.* 15. *tab.* 28. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 11. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 40. *Nacc. Agg. alla Fl. Ven. p.* 6.*, *et Fl. Ven.* 1. *p.* 21.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 29. *De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 1. *p.* 234. *n.* 3316. *Dufr. Hist. des Valer. p.* 40. *n.* 3. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 86. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 388. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 34. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 76.

V. hortensis fl. albo *Riv. Mon. irr. tab.* 3.

V. quam optimam cognominant *Cæsalp. De plant. lib.* 4. *cap.* 2. *p.* 148.

V. major odorata radice *J. Bauh. Hist. pl.* 3. *lib.* 27. *p.* 209.

V. maggiore *Anguill. Sempl. p.* 28.

Phu maggiore *Matth. ed. Valgr. ann.* 1585. *tom.* 1. *p.* 43.

Phu magnum *Fuchs. Hist. pl. p.* 856.

Ital. *Phu*. *Amantilla*. *Valeriana maggiore*. *Valeriana ortense*. *Valeriana Phu* Targ. Tozzett. Dizion. bot. 2. p. 232.

Offic. *Phu (Valerianæ majoris) radix*, *herba* Lin. Mat. med. p. 8. n. 22.

Perenn. Habui ex hortis Fossæ Clodiæ a Prof. NACCARIO. Floret Aprili, Majo.

Caulis teres, striatus, erectus, bi-tripedalis, fistulosus, glaber, viridi-glaucus. Folia inferiora petiolata, obtusa,

radicalia prima indivisa, ovato-oblonga, successiva pinnatifida, lacinia impari maxima, lateralibus paucis, duabus-quatuor, oppositis, in costam communem cuneate decurrentibus; caulina pauca, opposita, inter se remota, pinnatifida, laciniis lanceolatis, acutis, impari vix majore; suprema sessilia. Foliorum, et foliolorum omnium margo passim integerrimus, subinde tamen subcrenatus, aut subrepandus, pagina reticulato-venosa. Petioli dorso carinati, supra canaliculati. Corymbus terminalis, compositus, brachiatus, cujus ramuli secundarii dichotomi. Bracteæ lanceolato-lineares, oppositæ. Flores in rachide partiali sessiles, alterni, sursum secundi, et imbricati, suaveolentes; in dichotomia solitarii. Corolla alba, fauce ad basim hinc paululum saccata, limbo subinæquali, laciniis oblongis, obtusis. Stamina tria, exerta, alba. Stilus staminibus subæqualis. Stigma trifidum. Achenium generis, in latere unicostato linea pilosa utrinque ad costam instructum. Tota herba glaberrima.

Usus. Tribuuntur huic speciei vires medicæ præcedentis; at hæ profecto sunt debiliores; ideo planta in officinis exoleta.

8. Valeriana *elongata:* foliis ovatis, radicalibus longe petiolatis, integerrimis, caulinis angulatis, superioribus sessilibus; racemo elongato, interrupto, floribus triandris.

V. elongata *Sp. pl.* 1664. *Vahl. En.* 2. *p.* 13. *Jacq. Vind. p.* 205. *tab.* 1., *et Fl. Austr.* 3. *p.* 11. *tab.* 219. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 92. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 392. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 38. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 35. *Dufr. Hist. des Valer. p.* 45. *n.* 20.

Nardo celticæ similis alia, sive Valeriana alpina minor *Lin. Amœn. Acad.* 1. *p.* 154. *n.* 94.

Ital. *Nardo celtico angoloso. Nardo alpino minore.*

Perenn. Habui ex monte *Davoi* in *Valle di Fassa* prope *Vigo* in Tyroli Italico a Parolinio, Majero, et Meneghinio; habui etiam a Prof. Brignolio, qui locum natalem non indicavit. Floret Julio, Augusto.

Caulis teres, erectus, vel ascendens, etiam spithamæus. Folia radicalia ovata, obtusa, integerrima, longe petiolata; caulina angulata, vel subrepanda, acutiuscula, inferiora magis subrotunda, breviterque petiolata, superiora magis ovata, sessiliaque; suprema subinde

hastata; omnia glabra, nervo dirempta, et insuper tenuiter reticulato-venosa. Racemus terminalis, compositus, plùs minus elongatus, interruptus; initio contractus, spicæformis, mox laxus. Racemuli oppositi, bifidi, vel dichotomi, cum flore in ala, vel in dichotomia, sæpe abortivo. Bracteæ lineares, initio pedunculis longiores, postea breviores. Corolla luteolo-purpurea. Stamina tria corollam subæquantia. Achenium glabrum, radiis longe, et dense plumosis. Tota planta glabra.

Figura Jacquini Vind. tab. 1. optime exhibet plantam foliis summis hastatis, qui lusus non semper locum obtinet.

9. Valeriana *tripteris*: foliis radicalibus indivisis, caulinis ternatis, foliolis lateralibus minoribus; floribus hermaphroditis, triandris.

V. tripteris *Sp. pl.* 45. *Vahl. En.* 1. *p.* 10. *Rees. Cycl. v.* 36. *n.* 28. *Jacq. Fl. Austr.* 3. *p.* 38. *tab.* 268. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 2. *n.* 6. *Re Fl. Segus. p.* 9., *et Fl. Tor.* 1. *p.* 39. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 12. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 18. *et* 314. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 7. *n.* 43. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 41. *Suffr. Forojul. p.* 110. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 7. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 15. *n.* 38. *Tenor. Viag. in Abruz. p.* 42. *n.* 22., *et Fl. Nap.* 3. *p.* 30., *et Syll. p.* 22. *n.* 4. *De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 1. *p.* 234. *n.* 3318. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 87. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 389. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 37. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 34. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 77. *Dufr. Hist. des Valer. p.* 46. *n.* 21.

V. n. 211. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 92.

V. alpina prima *C. B. Prodr. p.* 86. fig.

V. alpina *J. Bauh. Hist.* 3. *lib.* 27. *p.* 208.

V. alpina minor, et minima *Pluk. Phyt. tab.* 231. *fig.* 7. 8.

V. alpina saxat. minor fl. albo *Barrel. Ic.* 742.

V. foliis inferioribus serratis, et ex rotunditate acuminatis, superioribus lanceolatis *Seguier. Ver.* 1. *p.* 209. n. 1.

Ital. *Nardo montano trifogliato. Valeriana trifogliata.*

Perenn. Legi in Apennino Liguriæ occiduæ dicto *la Scaggia* retro *Pegli*, ubi frequens, tum in monte *Gottro* Apennini Liguriæ orientalis. Filius attulit ex vertice *Pisanino* Alpium Apuanarum, et ex apennino Bononiensi *alla Madonna dell' acero*. Habui ex eodem

Apennino Liguriæ orientalis lectam inter le *Cabane*, et *Resoagni* a Turio, ex alpibus Pedemontanis *alla Madonna delle Finestre* a Prof. Morisio, ex apennino Camerinensi *a Castel Manardo* a Prof. Octaviano, ex monte *di Campli al Monte grande*, et ex monte Pelone Prætutiorum ab Orsino. Floret a Majo in Julium.

Radix fusiformi-teretiuscula, lignescens, lateraliter parce ramulosa, ex collo sursum multiceps, nauseose aromatica. Caulis teres, striatus, erectus, a paucis pollicibus ad sesquipedem longus. Folia radicalia prima parva, subrotunda, vel cordato-subrotunda, repanda, successiva, caulinaque inferiora majora, cordato-ovata, omnia petiolata, petiolo alato. Folia caulina superiora ternata, subinde quinato-pinnata, vel tripartita tantum, foliolo, vel segmento impari majore, ovato-oblongo, lateralibus lanceolatis, vel ovato-lanceolatis; summa sessilia; quæ sub corymbo in luxuriantibus plantis interdum indivisa, lanceolata, elongata. Omnia variant plus minus dentata, vel serrata, acuta, aut acuminata, cuspide integerrimo. Corymbus terminalis, compositus, brachiatus, ramulis secundariis dichotomis. Bracteæ lineares, oppositæ. Corollæ albæ, vel roseæ. Stamina tria exerta. Stilus longitudine staminum. Stigma obtusum, integrum, vel obsolete tridentatum. Achenium generis, glabrum. Herba ludit pubescens, vel glabra, modo tota, modo hinc inde.

Usus. Ex odore radicis aromatico conjicere juvat, eam pollere eisdem viribus medicis, ac radix *Valerianæ officinalis* L, quamvis in usu non sit.

10. Valeriana *montana*: foliis subserratis, radicalibus subrotundis, caulinis ovatis; floribus hermaphroditis, triandris.

V. montana *Sp. pl.* 45. *Vahl. En.* 1. *p.* 9. *Rees. Cycl. v.* 36. *n.* 26. *Sims. in Bot. Magaz. tab.* 1825. *Jacq. Austr.* 3. *p.* 38. *tab.* 269. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 2. *n.* 7.* *Re Fl. Segus. p.* 9. *Morett. Notiz. in Mem. tom.* 1. *p.* 244. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 41. *Suffr. Foroj. p.* 110. *Bert. Amœn. Ital. p.* 326. *n.* 9. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 6. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 30. *n.* 947. *A. B. C. D., et Syll. p.* 22. *n.* 3. *Guss. Pl. rar. p.* 13.* *De Cand. Prodr. regn. veg.* 4. *p.* 635. *n.* 34. *α.* *β.**, *et Fl. Franç.* 4. *par.* 1. *p.* 235. *n.* 3319.* *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 88. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 390. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 37. *Scop.*

Fl. Carn. 1. *p.* 34. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 78. *Dufresn. Hist. des Valer. p.* 46. *n.* 23.
V. n. 212. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 93.
V. alpina scrophulariæ folio *C. B. Prodr. p.* 87. fig. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 210. *n.* 2.
V. mont. min. integris fol. Ital. *Barrel. Ic.* 868.
ϰ foliis superioribus profunde serratis, cuspidatis.
Valeriana montana ϰ *Bert. Excer. de re herb. p.* 6., *et in Opusc. scient. di Bol. tom.* 4. *p.* 222. *Brocch. Osserv. in Bibl. Ital. tom.* 14. *p.* 366.
V. montana γ *De Cand. Prodr.* 4. *p.* 636.*
V. montana var. cuspidata *Ten. Viag. in Abruz. p.* 42.*
V. montana b *Guss. Pl. rar. p.* 14.* *Ten. Syll. p.* 22.*
V. montana E *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 30.*
Ital. *Nardo Montano fatuo.*
Perenn. Copiosam observavi in *Tambura* alpium Apuanarum. Filius attulit ex vertice *Pisanino* earundem alpium. Habui ex alpibus Pedemontanis a Prof. Balbisio, et ex *Vallasco* alpium Valderiarum Pedemontii a Bertero, ex *Odai* in Tyroli Italico ab Eq. Petruccio, ex *Marsopian*, et *Vallazza* alpium Feltrinensium ab Eq. Contareno, ex monte *De' fiori alle pianelle* in Piceno ab Orsino, ex monte *Vettore* pariter in Piceno a Prof. Maurio, ex monte Cornu Prætutiorum ab Eq. Gussonio, ex monte *D' oro* Corsicæ a Soleirolio. Varietatem ϰ habui ex *Pizzo di Sivo alla macera della morte* in agro Prætutiano, et ex monte *De' fiori alle pianelle* in Piceno ab eodem Orsino, ex monte *Velino* a Prof. Maurio. Floret Junio, Julio.
Radix, ut in *Valeriana tripteri* L., sed minus aromatica. Caulis teres, erectus, vel ascendens, striatus, a paucis pollicibus ad pedem longus. Folia radicalia prima parva, subrotunda, in petiolum brevem decurrentia, successiva, caulinaque inferiora longe petiolata, paulo majora, ovata, acuta, reliqua omnium majora, ovato-oblonga, acuminata; omnia folia tenuiter venosa, obsolete, et inæqualiter serrata, subinde vel infima, vel cuncta integerrima, præcipue apice; caulina semper pauca, opposita, summa sessilia, prope corymbum, vel sub corymbo interdum linearia, elongata. Flores albi, aut carnei. Stilus variat leviter trifidus, aut integer, obtusus. Reliqua, quæ ad inflorescentiam, aut fructificationem pertinent, omnino, ut in *Valeriana tripteri* L. Herba diversimode pubescens, vel glabra.

Varietas *x* est levis speciei lusus foliis caulinis superioribus alte, et inæqualiter serratis, cuspide, terminali longo, integerrimo.

Figura Barrelieri ad hanc speciem pertinens perperam allata fuit a Linnæo, et ab aliis ad *Valerianam supinam* L., quæ longe minor, et facie diversa pollet.

11. VALERIANA *Saliunca:* foliis lanceolatis; floribus corymboso-capitatis; acheniis glabris.

V. Saliunca *Vahl. En.* 2. *p.* 15. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 358. *Rees. Cycl. v.* 36. *n.* 39. *De Cand. Prodr.* 4. *p.* 636. *n.* 37., *et Fl. Franç.* 5. *p.* 492. *n.* 3323. *Dufr. Hist. des Valer. p.* 47. *n.* 27. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 3. *n.* 9. *tab.* 70. *fig.* 1.* *Re Fl. Segus. p.* 9.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 43. *Ten. Viag. in Abruz. p.* 42., *et Fl. Nap.* 3. *p.* 31., *et Syll. p.* 22. *n.* 6. *Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 393. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 81.

V. supina *De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 1. *p.* 237. *n.* 3323. *Comoll. Prodr. Fl. Com.* 1, *p.* 12.

Nardus ex Apulia *C. B. P. p.* 165.

Saliunca neapolitana *Lugd. hist. tom.* 1. *pag.* 982. figura sine flor.

Ital. *Nappe rosse* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 232.

Perenn. Habui ex alpibus Pedemontanis a MOLINERIO, a Prof. BALBISIO, et a Prof. RE, ex monte *Vettore* in Piceno ab ORSINO, et a Prof. MAURIO, ex montibus *Costone*, et *Corno* Prætutiorum ab Eq. GUSSONIO. Floret Julio.

Radix longa, fusiformis, aut parce ramosa, sublignosa, crassa, nuda, nauseose, et intense aromatica, ex collo sursum multiceps, et cæspitosa. Caules teretes, striati, maximam partem nudi, glabri, erecti, vel ascendentes, majores quadripollicares. Folia radicalia petiolata, prima oblongo-spathulata obtusa, minora, successiva lanceolata, acuta. In caule superiore adest par unum, constans foliis lanceolatis, vel lanceolato-linearibus, acuminatis, sessilibus, basi connatis; raro par alterum extat prope basim caulis. Folia omnia crassiuscula, glabra, integerrima, nervo dirempta, et insuper tenuiter reticulato-venosa. Corymbus terminalis, parvus, congestus, subcapitatus. Pedunculi brevissimi. Bracteæ lanceolato-lineares, interdum ciliatæ, pedunculis multo longiores, sed floribus breviores. Flores suaveolentes. Corollæ ex albo purpureæ, plus minus intense. Stamina tria, corolla longiora,

Stilus staminibus subæqualis. Stigma breviter trifidum. Achenium glabrum. Tota planta pariter glabra.

Usus. Fortissimus odor, quem *Valeriana Saliunca* undequaque diffundit, maximas omnino vires spondet All. l. c.

12. VALERIANA *supina:* caule decumbente; foliis inferioribus subrotundo-spathulatis, integris, crenatisque, ciliatis; corymbo composito, condensato; bracteis florem subæquantibus.

V. supina *Mant*. 1. *p*. 27. excl. Barrel. *Willd*. *Sp*. *pl*. 1. *par*. 1. *p*. 180. excl. Barrel. et Allion. *Vahl*. *En*. 2. *p*. 13. excl. Barrel. *Röm*. *et Schult*. *Syst*. *veg*. 1. *p*. 357. *n*. 36. *Spr*. *Syst*. *veg*. 1. *p*. 140. *n*. 24. *Jacq*. *Miscell*. 2. *p*. 114. *tab*. 17. *fig*. 2. *Röm*. *Fl*. *Europ*. *fasc*. 3. *Arduin*. *Specim*. *alt*. *p*. 13. *tab*. 3. *Pollin*. *Lett*. *al Gaut*. *in Bibl*. *Ital*. *tom*. 45. *p*. 413. *Schrad*. *Fl*. *Germ*. 1. *p*. 93. excl. Allion., et Barrel. *Sturm*. *Deutschl*. *Fl*. 1. *abt*. 23. *heft*. *Röhl*. *cum Mert*. *et Koch*. *Deutschl*. *Fl*. 1. *p*. 392. *Host*. *Fl*. *Austr*. 1. *p*. 38. excl. De Cand., et Allion.

Ital. *Nappe color di rosa*.

Perenn. Nascitur in alpinis Bellunensibus, unde habui a BEGGIATE. Floret ab Junio in Augustum.

Radix tenuis, reptans, ramulosa, vix odorata. Caules cæspitulosi, unciales, biunciales, decumbentes, apicibus surrectis, puberuli. Folia inferiora, subrotundo-spathulata, superiora spathulato-oblonga, omnia in petiolum angustata, obtusissima, subinde retusa, integra, vel leviter crenata, ciliata, glabra, vel etiam hirtula, parva. Flores in corymbo composito, terminali, condensato, ramis oppositis. Bracteæ lanceolatæ, vel lanceolato-lineares, acutæ, nervo diremptæ, margine ciliatæ, submembranaceæ, florem æquantes. Corolla rosea, plus minus saturate. Stamina initio inclusa, demum exerta. Stilus exertus. Stigma trifidum. Achenium glabrum. Reliqua gentis.

13. VALERIANA *celtica:* foliis obverse lanceolatis, integerrimis, obtusis; racemo elongato, interrupto; acheniis hirsutis.

V. celtica *Sp*. *pl*. 46. *Vahl*. *En*. 2. *p*. 15. *Rees*. *Cycl*. *v*. 36. *n*. 40. *Jacq*. *Collect*. 1. *p*. 24. *tab*. 1. *Plenck*. *Ic*. *pl*. *med*. 1. *p*. 16. *tab*. 29. bona. *Allion*. *Fl*. *Ped*. 1. *p*. 3. *n*. 8.* *Re Fl*. *Segus*. *p*. 9.* *Birol*. *Fl*. *Acon*. 1. *p*. 12. *Pollin*. *Fl*. *Ver*. 1. *p*. 42. *Suffr*. *Foroj*. *p*. 207. *De Cand*. *Fl*. *Franç*. 4. *par*. 1. *p*. 236. *n*. 3322., *et Prodr*. *syst*. *nat*. 4. *p*. 636. *n*. 38. *Dufr*. *Hist*. *des Valer*. *p*. 47. *n*. 26.

Schrad. Fl. Germ. 1. *p.* 90. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 395. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 37. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 80.
V. n. 209. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 91.
Nardus alpina *Clus. Hist. pl. lib.* 4. *p.* LVII.
N. celtica, Saliunca *Lob. Adv. p.* 132.
N. celtica *J. Bauh. Hist. pl.* 3. *lib.* 27. *p.* 205.
Nardum gallicum, quæ et Spica Celtica vocatur *Cæsalp. De plant. lib.* 4. *cap.* 4. *p.* 149.
Ital. *Nardo celtico. Spica celtica. Spiga celtica. Spigo celtico* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 232.
Offic. *Spicæ celticæ radix, flores* Lin. Mat. med. p. 8. n. 23.
Perenn. Habui ex Cenisio a BONJEANIO, item ex alpibus Pedemontanis a MOLINERIO, e a Prof. BALBISIO, et ex alpibus *di Monastero* in valle *Lancei* a Prof. RE. Floret Julio.
Radix transversa, præmorsa, tecta squamis emarcidis ex ramentis petiolorum, fibris lateralibus crassiusculis, descendentibus capillata, nauseose, et intense aromatica, sæpe e collo sursum multiceps. Caulis teres, tenuis, striatus, glaber, erectus, vel ascendens, uncialis, spithamalis, dodrantalis. Folia omnia indivisa, crassiuscula, obverse lanceolata, trinervia, tenuiterque venosa, obtusa, integerrima, glabra; radicalia in petiolum attenuata; caulina angustiora, sessilia, vel subsessilia, basi connata, pauca, unius, vel duorum parium. Racemus compositus, elongatus, interruptus. Pedunculi oppositi, breves, apice subtriflori, ascendendo minores, summi fere nulli, subuniflori. Bracteæ oppositæ, lineares, inferiores interdum pedunculo breviores, reliquæ longiores. Corollæ parvæ, luteolæ, subinde extus rubidæ. Stamina tria, corolla paulo breviora. Stilus staminibus subæqualis. Stigma simplex, crassiusculum. Achenium undique hirtum. Reliqua gentis.
Figura *Nardi celticæ*, quam dedit Matthiolus in Comment. ed. Valgr. ann. 1585. tom. 1. p. 37., quoad caulem nudum, et racemum contractum est omnino fictitia, et formâ racemi magis appropinquans *Valerianam Saliuncam;* verum quoad folia, et radicem pertinet ad *Valerianam celticam* L. Quare hæc figura nullius usus esse potest apud botanicos, licet Mertensius et Kochius in Deutschl. Fl. l. c. afferant ad primam, alii vero ad secundam. Scopolius in Fl. Carn. ed. 2. tom. 1.

p. 36. sub nomine *Valerianæ celticæ* n. 1. juxta synonyma J. Bauhini, et Plukenetii, quæ ad illam significandam adhibet, loquitur de lusu *Valerianæ saxatilis* L.; forte sub *Valeriana celtica* n. 2. intelligit veram *Valerianam celticam* L.

Usus. Radix *Valerianæ celticæ* L. præstat iisdem usibus medicis, ac radix *Valerianæ officinalis* L. Veteres laudabant ad inflammationes hepatis, ad icterum, ad flatulentias stomachi, ad morbos lienis, renum, et vesicæ, nec non contra morsum animalium venenatorum. Eadem adhibetur in compositione Andromachi, et Mithridatii, et hæc forte potissima ratio est, cur ex Styria quotannis magna copia importatur Venetias, quamvis Matthiolus l. c. id tribuat causæ longe diversæ, affirmans scilicet, hanc Venetiis in Ægyptum, et Syriam transferri pro balneorum usu, quod vix credendum; cum molles incolæ illarum regionum odore suavi Rosæ, non ingrato Valerianæ, utantur in balneis. Plenckius vero l. c. contendit, radicem *Valerianæ celticæ* L. Venetiis in Africam vehi, eo quod populi Africæ, Abyssiniæ, et Æthiopiæ utantur in unguento, quo cutem sole sub ardenti siccam illiniunt, emolliunt, ut nitorem illi concilient, in quo præcipuum ornamentum suum ponunt.

14. VALERIANA *tuberosa:* foliis radicalibus indivisis, caulinis pinnatifidis; racemo conglobato; floribus triandris; acheniis hirtis.

V. tuberosa *Sp. pl.* 46. *Vahl. En.* 2. *p.* 12. *Rees. Cycl. vol.* 36. *n.* 34. *De Cand. Prodr. regn. veg.* 4. *p.* 637. *n.* 46., *et Fl. Franç.* 4. *par.* 1. *p.* 235. *n.* 3320. *Dufr. Hist. des Valer. p.* 45. *n.* 19. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 3. *n.* 10.* *Re Fl. Segus. p.* 9.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 40. *Maur. Rom. pl. cent.* XIII. *p.* 4. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 31., *et Syll. p.* 22. *n.* 5., *et Viag. in Abruzz. p.* 42. *Brocch. Osserv. in Bibl. Ital. tom.* 14. *p.* 366. *Ab Ucr. Hort. reg. Panorm. p.* 46. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 23. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 391. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 36.

V. bulbosa di odore eccellente *Imp. Hist. nat. ed. di Ven. p.* 659.

V. bulbosa suaveolens, Italica Imperati *Barrel. Ic.* 867. fig. ex Imper.

Nardo montano *Matth. ed. Valg. an.* 1585. *tom.* 1. *p.* 39. *Calzol. Viag. di monte Bald. pag.* 12. *Anguill. Sempl. p.* 24.

Nardus montana longius radicata *Camer. Epit. p.* 16.

Nardum montanum *Cæsalp. De plant. lib.* 4. *cap.* 3. *p.* 149.

Montana Nardus *Lob. Ic. p.* 717.

Nardus montana, radice oblonga *Cup. Hort. Cath. p.* 151.

Ital. *Nardo montano* Targion. Tozzett. Dizion. bot. 2. p. 232.

Perenn. Habui ex viciniis Segusii a Prof. RE, et a BONJEANIO, ex montanis Tergestinis a BIASOLETTO, ex monte *De' fiori* in Piceno ab ORSINO, ex Siciliæ Nebrodibus, et montibus *di Busambra* ab Eq. GUSSONIO. Floret Junio, Julio.

Radix nunc tuber simplex globosus, vel oblongus, vel fusiformis, nunc tuber oblongus, uno, alterove tubere laterali, minori, globoso auctus; fibrillæ laterales nullæ, aut paucæ; odor gravis, nauseose aromaticus. Caulis teres, fistulosus, striatus, vel sulcatus, interdum crassus, erectus, spithamalis, pedalis, aut vix ultra, glaber. Folia radicalia, et caulina inferiora indivisa, oblonga, integerrima, vel levissime subrepanda, obtusa, petiolata, variant latiora, vel angustiora; caulina reliqua pauca, duorum, vel trium parium, pinnatifida, laciniis linearibus, integerrimis, obtusis, approximatis, sursum versis, minoribus interdum interjectis, impari paulo majore; superiora sessilia; ultima in individuis macris habent lacinias lineari-filiformes; omnia ludunt glabra, vel tenuiter puberula. Petioli alati, longitudinaliter multinerves, in caule connato-vaginantes. Flores in racemo composito, conglobato, subgloboso, parvo, brachiato, ramulis secundariis dichotomis. Bracteæ oppositæ, inferiores sæpe filiformi-pinnatifidæ, reliquæ simplices, omnes basi dilatatæ, et connatæ, margine membranaceo. Corolla alba, vel rosea, tubo longiusculo. Stamina tria, stilusque fere longitudine corollæ. Stigma simplex, vel obsolete trifidum. Achenium ovatum, hirtum.

Figura Matthioli superius allata quoad radices testiculatas fere ut in Orchideis, quoad folia suprema verticillato-terna, et verticillato-quaterna, tum quoad inflorescentiam umbellatam est fictitia. Figura Imperati, licet rudis, nec exactissima, tamen sat bona, et hactenus melior.

Usus. Ex odore aromatico forti, quo radix pollet, hæc pertinet ad eadem remedia, ad quæ spectant plures ex jam descriptis speciebus.

15. VALERIANA *saxatilis:* foliis radicalibus oblongo-spathulatis, subtrinerviis, caulinis lanceolato-linearibus; corymbis racemosis; floribus triandris; acheniis glabris.

V. saxatilis *Sp. pl.* 46. *Vahl. En.* 2. *p.* 14. *Rees. Cycl. v.* 36. *n.* 38. *De Candoll. Prodr. regn. veg.* 4. *p.* 636., *et Fl. Franç.* 4. *par.* 1. *p.* 237. *n.* 3324. *Jacq. Fl. Austr.* 3. *p.* 37. *tab.* 267. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 4. *n.* 11. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 7. *n.* 44.* *Pollin. Viag. al lago di Gard. p.* 99., *et Fl. Ver.* 1. *p.* 42. *Suffr. Forojul. p.* 110. *Vitm. Sagg. p.* 47. *Bert. Amœn. Ital. p.* 326. *n.* 10. *Dufr. Hist. des Valer. p.* 46. *n.* 24. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 89. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 394. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 38. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 35. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 79.

V. celtica n. 1. *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *pag.* 36. excl. var. n. 2.

V. sil. alpina II. saxatilis *Clus. Hist. lib.* 4. *p.* LVI.

Nardo celticæ similis inodora *C. B. Prodr. p.* 88.

Valeriana minima, nardifolia *J. Bauh. Hist.* 3. *lib.* 27. *p.* 206., utraque fig. bona.

V. alpina parva Nardo celticæ similis inodora *Pluk. Phyt. tab.* 232. *fig.* 2. bene fol. integer.

V. celtica *Seguier. Ver.* 1. *p.* 210. *n.* 3.

V. alpina Nardo celticæ similis *Seguier. Ver.* 1. *p.* 210. *n.* 4.

Nardo celtico *Pon. Mont. Bald. p.* 176. *et* 241.

Spica celtica *Calz. Viag. di mont. Bald. p.* 11.

Ital. *Nardo rupino*.

Perenn. Copiosissimam observavi in *Sagro*, et *Tambura* alpium Apuanarum. Filius attulit ex monte *Cavallo*, et *Pisanino* earumdem alpium. Habui ex montibus ad Larium, ex valle *Cavargna*, et *Sasina* a COMOLLIO, item ex montibus Brixiensibus vallis *Trompia* a ZANTEDESCHIO, ex *Campo grosso* a MAYERO, ex montibus Vicentinis a Prof. MORETTIO, ex *Vallazza* montium Feltrinorum ab Eq. CONTARENO. Floret ab Junio in Augustum.

Radix brevis, præmorsa, transversa, fibris lateralibus crassiusculis, copiosis, nauseose, et intense aromatica præ reliquis nostratibus. Caulis tenuis, teres, striatus, erectus, palmaris, dodrantalis, et ad summum pedalis, glaber, subnudus. Folia radicalia petiolata, ovato-spathulata, vel oblongo-spathulata, primaque minora; caulina lanceolato-linearia, pauca, unius, vel

duorum parium, subsessilia, aut sessilia, subinde nulla, nisi sub ramis corymbiferis. Omnia tri-quinquenervia, tenuiterque venosa, pubescentia, vel glabra, obtusa, nunc integerrima, nunc huc illuc dentata, at parce, subinde etiam incisa, præcipue caulina. Corymbi pedunculati, oppositi, racemum plus minus longum, et interruptum sistentes. Flores triandri, certissime polygami. Bracteæ lineares, oppositæ. Corolla infundibuliformis, alba, vel carnea, limbi lobis rotundatis. Stamina exerta. Stilus staminibus æqualis. Stigma indivisum, aut leviter trifidum. Achenium oblongum, glabrum. Pappus dense plumosus.

Usus. Radix odoratissima vires ejus satis superque manifestat, quæ non minores profecto sunt viribus *Valerianæ celticæ* L.

FEDIA.

Mœnch. Meth. p. 486. *De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 1. *p.* 239., *et Mem. sur les Valer. p.* 13., *et Prodr. Syst. nat.* 4. *p.* 630. *Juss. in Annal. du Mus. d'hist. nat. tom.* 10. *p.* 310. *Dufr. Hist. des Valer. p.* 54.

Mitrophora *Neck. Elem.* 1. *p.* 123.

Valerianellæ species *Tourn. Inst. rei herb.* 2. *tab.* 52. *fig. C. D. G.*

Valerianæ species *Lin. Gen. p.* 22.

Fediæ species *Gærtn. De fruct. et sem.* 2. *p.* 37. *tab.* 86. *fig. Fediæ cornucopiæ a-d.*

Perianthium adhærens, limbo libero, recto, inæquali. Corolla bilabiata, tubo ecalcarato, labio superiore bifido, inferiore trifido. Stamina duo. Stigma bifidum, vel indivisum. Achenium triloculare, loculo fertili grandiore, monospermio, cæteris duobus angustioribus, vacuis.

Habitus. Herbæ annuæ. Folia opposita, ovata, integra, aut dentata. Caulis superne dichotomus, ramis extimis in fructificatione incrassato-tubæformibus. Flores parvi, fasciculato-corymbosi. Bracteæ strictæ.

Ord. nat. Ut in *Valeriana* pag. 162.

1. FEDIA *Cornucopiæ:* foliis ovatis, inferioribus petiolatis; achenio oblongo, apice tridentato.

F. Cornucopiæ *Vahl. En.* 2. *p.* 19. *Gærtn. De fruct. et sem.* 2. *p.* 37. *tab.* 86. *a-d. De Cand. Prodr. system. nat.* 4. *p.* 630. *n.* 1., *et Fl. Franç.* 4. *par.* 1. *p.* 240. *n.* 3329. *Dufr. Hist. des Valer. p.* 55. *n.* 1. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 143. *n.* 1. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 22., *et Syll. p.* 22. *n.* 1. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 24.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 46. *Viv. Fl. Libyc. p.* 2.

Valeriana Cornucopiæ *Sp. pl.* 44. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 21., *et Fl. Græc. tom.* 1. *p.* 23. *tab.* 32. *Allion. Auct. p.* 1.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 29.

V. minor, Cornucopioides, albá, Indica *Barrel. Ic. tab.* 741. *fig.* 1.

V. minor, Cornucopioides, rubra, Hisp. *Barrel. Ic. tab.* 741. *fig.* 2.

V. indica *Clus. Hist. pl. lib.* 4. *pag.* LIIII. *Cup. Hort. Cath. sup. alt. p.* 92. fl. rubro, et albo.

V. peregrinâ purpurea *C. B. Prodr. p.* 87. fig. cum flore sine fructu.

V. peregrina, seu Indica *J. Bauh. Hist.* 3. *lib.* 27. *p.* 212.

Valerianella Cornucopioides flore galeato *Hort. Rom.* 2. *p.* 5. *tab.* 19.

V. cornucopioides *Riv. Monop. irr. tab.* 5.

V. echinata *Cup. Hort. cath. p.* 227. ex ipso Cupanio.

Ital. *Erba Cornocopia. Cornocopia rossa.*

Ann. Habui ex agro Nicæensi a Prof. BALBISIO, ex herbidis Siciliæ ab Eq. BIVONA-BERNARDIO, et ab Eq. GUSSONIO. Floret Majo, Junio.

Radix fusiformis, tenuis, fibrillis lateralibus, paucis. Caulis striatus, erectus, vel ascendens, circiter dodrantalis, simplex, vel ramosus, inferne ramis oppositis, superne, ramisque semper bifidus, aut dichotomus. Folia inferiora subrotundo-ovata, obtusa, integerrima, aut obsolete crenata, in petiolum decurrentia, nervoso-venosa; suprema sessilia, ovata, acutiuscula, sæpe prope basim serrata, vel angulata. Flores fasciculato-corymbosi in apicibus ramorum, levissime, at grate, olentes. Bracteæ lanceolato-lineares, strictæ. Corolla rosea, rarius alba; tubo longiusculo, gracili, vix gibbo; limbo bilabiato, patente, labio superiore bifido, subciliato, labio inferiore trifido; utriusque labii laciniis oblongis, obtusis. Stamina duo, brevissima, sita in fauce corollæ. Stilus corollæ subæqualis.

Stigma bifidum, vel indivisum. Achenium oblongum, utrinque unicostatum, apice coronatum dentibus tribus. Achenia, quæ sita in dichotomiis, sunt compressa, fertilia, quæ in lateribus, sunt subrotunda, inflata, apice obsolete dentata, sæpius sterilia. Planta fructificante, rami extimi bifurcationum fiunt valde incrassati tubæ instar. Tota herba glabra.

Usus. Apud Siculos præstat in oleribus Guss. l. c.

VALERIANELLA.

Mœnch. Meth. p. 486. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 94. *De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 1. *pag.* 240., *et Prodr. regn. veg.* 4. *p.* 625., *et Mem. sur les Valer. p.* 10. *tab.* 3. *fig.* 2–10. *Dufr. Hist. des Valer. p.* 56. *Juss. in Annal. du Mus. d' hist. nat. tom.* 10. *p.* 309. 310. *Link. Enum.* 1. *p.* 63.

Polypremum *Adans. Famill. des plant. tom.* 2. *p.* 152. non Linn.

Odontocarpa *Neck. Elem.* 1. *p.* 123.

Valerianæ species *Lin. Gen. p.* 22. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 24. *fig.* 3.

Valerianellæ species *Tourn. Inst. rei herb.* 2. *tab.* 52. excl. fig. C. D. G.

Fediæ species *Vahl. En.* 2. *p.* 18. *Gærtn. De fruct. et semin.* 2. *p.* 37. *tab.* 86., excl. fig. Fediæ cornucopiæ a–d. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 44.

Perianthium adhærens, limbo libero nunc obsoleto, nunc foliaceo, dentato. Corolla regularis, quinqueloba, tubo ecalcarato. Stamina tria. Stigma trifidum, vel indivisum. Achenium bi-triloculare, loculo fertili solitario, reliquis vacuis.

Habitus. Herbæ annuæ. Folia opposita, linearia, aut oblonga, integra, vel inferne laciniata, aut dentata. Caulis superne dichotomus, ramis extimis in fructificatione non incrassatis, aut parum, et in eorum longitudine. Flores parvi, fasciculati, fastigiati. Bracteæ nunc strictæ, nunc laxæ.

Ord. nat. Ut in *Valeriana* pag. 162.

1. VALERIANELLA *echinata:* foliis obverse lanceolatis, serratis, incisisve; achenio tridentato, dentibus recurvatis, exteriore majore.

V. echinata *De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 1. *pag.* 242. *n.* 3334.*, *et Prodr. Syst. nat.* 4. *p.* 626. *n.* 8. *Dufr. Hist. des Valer. p.* 61. *n.* 14. *tab.* 3. *fig.* 10. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 39.

Fedia echinata *Vahl. En.* 2. *p.* 19. *Reich. Cent.* 1. *p.* 55. *n.* 68. *tab.* 68. *fig.* 137. optima. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 43.* *Ten. Fl. Nap. tom.* 3. *p.* 32., *et Syll. p.* 22. *n.* 2. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 94. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 401.

Valeriana echinata *Sp. pl.* 47. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 27. *Balb. Miscel. alt. p.* 5. *Brocch. Osserv. in Bibl. Ital. tom.* 14. *p.* 367.

Valerianella cornucopioides echinata *Columm. Ecphr. p.* 206. fig. bona. *Garid. Aix. p.* 479. *tab.* 97.

Ital. *Erba riccia* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 232.

Ann. Habui ex collibus Veronensibus a POLLINIO. Floret Aprili, Majo.

Radix tenuis, fusiformis, fibrillis lateralibus paucis. Caulis teres, striatus, erectus, vel ascendens, dodrantalis, pedalis, bifidus, vel dichotomus. Folia radicalia, et caulina inferiora spathulata, reliqua sessilia, obverse lanceolata, obtusa; omnia remote serrata, vel incisa, apice integerrima, multinervia, tenuiterque venosa. Flores fasciculati in apicibus ramorum cum solitario in bifurcatione suprema. Bracteæ lineares, oppositæ. Corolla minuta, albo-cærulea. Stamina tria, corolla longiora. Stilus staminibus subæqualis. Stigma trifidum. Achenium coronatum dentibus tribus, quorum intermedius longior, omnibus demum recurvatis. Rami fructigeri paululum incrassantur in longitudine media, utrinque vero constringuntur in extremitatibus suis. Tota planta glabra.

2. VALERIANELLA *olitoria:* foliis oblongo-lanceolatis, integris, basique dentatis; bracteis ciliatis; achenio globoso-compresso, apice minutissime denticulato, dorso convexo, lateribus utrinque bisulcis.

V. olitoria *Mœnch. Meth. p.* 493. *De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 1. *pag.* 240. *n.* 3330., *et Mem. sur les Valer. p.* 11. *tab.* 3. *fig.* 2., *et Prodr. system. nat.* 4. *p.* 625. *n.* 1. *Dufr. Hist. des Valer. p.* 56. *n.* 1. *tab.* 3. *fig.* 8. mala. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. v.* 1. *tab.* 6. bona. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 39.

Fedia olitoria *Vahl. En.* 2. *p.* 19. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 45. *Hook. Brit. Fl. p.* 15. *Fl. Dan. tab.* 1681. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 18. *et* 314. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 44. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 8.* *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 22. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. Prodr. p.* 15. *n.* 39. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 32., *et Syll. p.* 23. *et* 557. *n.* 3., *et Viag. in Abruzz. p.* 42. *n.* 25. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 28.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 2. *p.* 4.* *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 95. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 398. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 82.

F. Locusta α leiocarpa, et β dasycarpa *Reich. Cent.* 1. *p.* 48. *n.* 60. *tab.* 60. *fig.* 121. 122. bona.

Valeriana Locusta α olitoria *Sp. pl.* 47.

V. Locusta *Suffr. Forojul. p.* 110.

V. olitoria *Willd. Sp. pl. par.* 1. *pag.* 182. *Engl. bot. v.* 12. *tab.* 811. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abtheil.* 2. *heft.*, excl. fig. F. G. *Allion. Fl. Pedem.* 1. *p.* 4. *n.* 12. *Balb. Fl. Taur. p.* 6. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 39. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 12. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 49. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 8. *n.* 45. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 15.

Valerianella n. 214. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 94.

V. arvensis præcox humilis flore dilute cæruleo semine compresso *Moris. Oxon. sec.* 7. *tab.* 16. *fig.* 36.

V. arvensis præcox humilis, semine compresso *Zannichell. Istor. delle piant. p.* 270. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 212. *n.* 1.

Locusta major, et minor *Riv. Monop. irreg. tab.* 6.

Polipremno de' Lionesi o specie di Poligono *Pon. Mont. Bald. p.* 14.

δ floribus abortivis.

Valerianella campestris inodora major abortiva, floris explicatione ab insectis prohibita *C. B. P. p.* 165. *sub n.* 19.

Ital. *Dolce mangiare. Dolcetta. Favette. Locusta. Morbidello. Terracrepoli. Verdettini* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 232.

Ann. Observavi Bononiæ in locis herbidis valli, et secus viam inter amnem *Idice*, et castrum Butrii. Habui ex arvis Taurinensibus a Bertero, ex agro Veneto a Ruchingero, Neapoli ex viciniis lacus *di Patria* ab Eq. Gussonio, ex pascuis montosis Lucaniæ a Gasparrinio, ex herbosis Nebrodum, et *Busambra* in Sicilia ab eodem Eq. Gussonio, ex pascuis Sardiniæ

a Prof. Morisio. Varietatem δ habui ex agro Patavino a Rev. Romano. Floret ab Aprili in Junium.

Caulis angulatus, decumbens, ascendens, glaber, vel pilulis deflexis plus minus ad angulos scaber, superne dichotomus, etiam dodrantalis, aut pedalis. Folia inferiora obovato-spathulata, superiora oblonga, summa linearia, omnia obtusa, integerrima, vel inferne dentata. Flores subfasciculati in apicibus ramorum. Bracteæ oblongæ, flores superantes, et quodammodo involucrantes, laxæ, plus minus ciliatæ. Corollæ dilute cæruleæ, aut carneæ. Achenium subgloboso-compressum, magis latum, quam longum, dorso convexum, et intus cellulosum, antice angustatum, lateribus utrinque bisulcis, biloculare, loculo altero fertili, altero vacuo, apice corona obsoleta, ex denticulis minutissimis 3-5. facta instructum, glabrum, vel sub lente pilosulum.

In varietate δ flores degenerant in insectorum gallas.

3. Valerianella *gibbosa:* foliis inferioribus spathulatis, superioribus oblongis, integris omnibus; bracteis margine nudis; achenio subgloboso-compresso, ecoronato, dorso, facieque unisulcato, lateribus utrinque bisulcis.

V. gibbosa *De Cand. Mem. sur les Valer. p.* 22. *tab.* 3. *fig.* 3., *et Prodr. Syst. nat.* 4. *p.* 626. *n.* 5.

Fedia gibbosa *Guss. Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 28.*

Ital. *Locusta gobba*.

Ann. Habui ex Nebrodibus Siciliæ ab Eq. Gussonio. Floret Aprili, Majo.

Radix tenuis, fusiformis. Caulis 1-2pollicaris, striatus, erectus, bifidus. Folia inferiora spathulata, obtusa, in petiolum decurrentia, superiora oblonga, sessilia, integerrima. Flores fasciculati in apice ramorum. Bracteæ oblongo-lineares, margine nudæ, laxæ. Achenium sugloboso-compressum, ecoronatum, glabrum, dorso in medio unisulcatum, et intus cellulosum, facie antica angustata, pariter unisulcata, lateribus utrinque bisulcis, triloculare, loculo postico fertili, cæteris duobus vacuis, dissepimento semper distinctis. Tota planta glabra, aut huc illuc subpilosula.

4. Valerianella *eriocarpa:* foliis lanceolatis, imis spathulatis, integerrimis, basique dentatis; bracteis ciliatis; achenio ovoideo, angulato, hirsuto; corona foliacea, campanulata, recta, exquisite venosa, oblique, inæqualiterque sexdentata.

V. eriocarpa *Desv. in Journ. de bot.* 2. *p.* 314. *tab.* 11. *fig.* 2. *Lois. Deslongch. Not. p.* 149. *tab.* 3. *fig.* 2., *et Fl. Gall. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 25. *tab.* 23. *Dufr. Hist. des Valer. p.* 59. *tab.* 3. *fig.* 4. *De Cand. Mem. sur les Valer. p.* 22. *tab.* 3. *fig.* 5., *et Prodr. Syst. nat.* 4. *p.* 626. *n.* 9., *et Fl. Franç.* 5. *p.* 493. *n.* 3331.*b*

V. campanulata *Bivona-Bern. Manip.* 4. *p.* 18.

Fedia campanulata *Presl. Fl. Sic. tom.* 1. *p. xxviii.*

F. eriocarpa *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 364. *n.* 16., *et Mant.* 1. *p.* 268., *et Mant.* 3. *p.* 387. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 144. *n.* 14., *et tom.* 4. *par.* 2. *pag.* 23. *Hook. Brit. Fl. p.* 16. *Reich. Cent.* 1. *p.* 53. *n.* 65. *tab.* 65. *fig.* 132. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 26.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 33., *et Syll. p.* 23. *n.* 9. *Fior. App. in Nuov. giorn. de'lett. Scienz. tom.* 17. *p.* 110. *n.* 1.* *Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 397.

Valerianella pratensis floribus muscosis, cærulescentibus, in planam, amplamque umbellam sparsis *Cup. Hort. Cath. p.* 227.

Valeriana arvensis præcox, humilior, semine depresso *Cup. Suppl. alt. p.* 91.

Ital. *Locusta campanulata.*

Ann. Habui ex ruderibus amphitheatri Polæ in Istria, et ex arvis Tergestinis a Biasoletto, ex litore Veneto a Ruchingero, ex agro Maceratensi a Prof. Utili, Româ, et Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, et a Prof. Maurio, ex Calabria ad Rhegium Julium, et ex campis cultis Siciliæ ab Eq. Gussonio, ex Corsicæ ruderatis *a Bonifacio*, et ex Sardinia septentrionali a Seraffinio. Floret Aprili, Majo.

Radix fusiformis, gracilis, lateraliter parce ramulosa. Caulis ut in præcedente, at sæpe crassior, præcipue cum humilior, ad angulos scabriusculus. Folia radicalia, et caulina ima oblongo-spathulata, in petiolum decurrentia, reliqua lanceolata, magis elongata, sessilia; caulina basi subconnata; omnia obtusa, integerrima, vel superiora prope basim dentata. Flores plus minus dense fasciculati. Bracteæ basi dilatatæ, lanceolatæ, vel lanceolato-lineares, margine membranaceæ, et serrulato-ciliatæ. Corolla rosea. Achenium ovoideum, angulatum, vel totum hirtum, vel angulis tantum, setis sursum versis, subinde nudum, terminatum corona foliacea, grandiuscula, campanulata, erecta, exquisite reticulato-venosa, oblique secta, dentibus subsenis, inæqualibus, supremo majore, margine pilosulis. Dentes laterales subinde sunt obsoleti.

5. VALERIANELLA *mixta*: caule ramosissimo; foliis lanceolatis, imis spathulatis, superioribus basi subpinnatifidis; achenio conico, hirsuto; coronula brevi, obliqua, subtridentata, ovata, acuta.

V. mixta *Dufr. Hist. des Valer. p.* 58. *n.* 7. *tab.* 3. *fig.* 6. *De Cand. Prodr. Syst. nat.* 4. *p.* 627. *n.* 10., *et Fl. Franç.* 5. *p.* 493. *n.* 3331.*

V. microcarpa *Lois. Not. p.* 151., *et Fl. Gall. ed* 2. *tom.* 1. *p.* 26.

Fedia microcarpa *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 27.* excl. syn. Reich., *et Suppl.* 1. *p.* 6.* planta macrior.

F. mixta *Vahl. En.* 2. *p.* 21. partim. *Hook. Brit. Fl. p.* 16.

F. dentata β dasycarpa *Reich. Cent.* 1. *p.* 52. *tab.* 62. *fig.* 127. *E. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 397.

Valeriana mixta *Sp. pl.* 48. partim.

Valerianella minor semine umbilicato hirsuto *Moris. Oxon. sect.* 7. *tab.* 16. *fig.* 35.

Ital. *Locusta irta. Locusta Lappoletta.*

Ann. Copiosam observavi Sarzanæ inter segetes, et in arenis pratorum *di Marinella,* item Bononiæ inter sata. Habui Genuâ a GRIOLETO, ex apennino Liguriæ orientalis prope *le Giarre* a TURIO, ex arvis, et vineis Tergesti, et Istriæ a BIASOLETTO, ex litore prope Cumas ab ORSINO, ex Ustica, et *Felicuri* insularum Æoliarum ab Eq. GUSSONIO. Floret Majo, Junio.

Radix, ut in præcedentibus. Caulis altior, sesqui-bipedalis, valde ramosus, ramis inferioribus oppositis, superne, ramisque dichotomus, divaricatus, fastigiatus, ad angulos scaber, basi sæpe hirtus. Folia lanceolata, trinervia, venosaque, obtusa, glabra, vel pilosula, inferiora in petiolum decurrentia, reliqua sessilia, caulina basi subconnata, suprema interdum inferne dentata, aut pinnatifida. Bracteæ pilosæ, subciliatæ. Corolla albo-rubella. Achenium conicum, totum hirsutum pilis patenti-incurvulis, antice trisulcum, dorso convexum, apice attenuatum, coronatum marginulo brevi, oblique secto, tri-quinquedentato, ovato, auriculæformi, acutiusculo, subinde integerrimo, maturitate ruffo-fuscum, intus loculis duobus vacuis angustissimis.

Sauvagesius Mons. p. 275. ex hac, et ex *Valeriana Calcitrapa* videtur finxisse suam *Valerianam mixtam*.

6. VALERIANELLA *puberula*: caule abbreviato, ramosissimo; foliis lanceolatis, imis spathulatis, superioribus basi subdentatis; achenio ovoideo, subangulato, minutissime hirtulo, corona brevi, obliqua, obtusa, subintegerrima.

V. puberula *De Cand. Prodr. syst. nat.* 4. *p.* 627. *n.* 12.

Fedia puberula *Bert. in Guss. Pl. rar. p.* 14.*, *et in Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 27.*

F. microcarpa *Reich. Cent.* 2. *p.* 6. *n.* 114. *tab.* 114. *fig.* 224.

F. mixta var. fructu puberulo *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 2. *p.* 4.*

Ital. *Locusta scabra*.

Ann. Habui Româ a Prof. MAURIO, ex Sicilia *a Caltanisetta, Delia,* et viciniis ab Eq. GUSSONIO, ex arvis, et litoribus Sardiniæ a Prof. MORISIO, ex Corsica *a Bonifacio* a SOLEIROLIO, et ex viciniis *di Bastia alla Mattoniera,* et in agro *Centurai* inter *Furiano,* et *Biguglia* a BUBANIO. Floret Aprili, Majo.

Caulis a digito ad dodrantem longus. Achenium ovoideum, subangulatum, turgidius, et brevius, quam in præcedente specie, superficie minutissime hirtulum, seu potius scabrum, subinde glabrum, terminatum coronula brevissima, obliqua, obtusa, passim integerrima, sed et denticulis obsoletissimis lateralibus interdum instructa. In reliquis, servata partium proportione, convenit cum *Valerianella mixta*.

7. VALERIANELLA *dentata*: caule ramosissimo; foliis lanceolatis, imis spathulatis, superioribus basi subdentatis; achenio ovoideo, glabro, basi turgido, dorso tricolliculoso, apice angustato; coronula brevi, obliqua, acuta, subdentata, dentibus lateralibus obsoletis.

V. dentata *Dufr. Hist. des Valer. p.* 57. *n.* 5. *tab.* 3. *fig.* 5. *De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 1. *pag.* 241. *n.* 3331., *et Prodr. Syst. nat. tom.* 4. *p.* 627. *n.* 15. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 39.

V. Auricula *De Cand. Mem. sur les Valer. p.* 23. *tab.* 3. *fig.* 6., *et Fl. Franç.* 5. *p.* 492. *n.* 3330.*b*, *et Prodr. Syst. nat.* 4. *p.* 627. *n.* 14.

V. n. 215. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 94.

Fedia dentata *Vahl. En.* 2. *p.* 20. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 45. *Hook. Brit. Fl. p.* 15. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 96. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 396. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 85. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 44. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 18. *et p.* 314.

F. Auricula *α* *Reich. Cent.* 1. *p.* 52. *n.* 63. *tab.* 63. *fig.* 128. *A-D. Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 84. *tab.* 4.
F. olitoria *Gærtn. De fruct. et Sem.* 2. *p.* 36. *tab.* 86.
Valeriana olitoria *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abth.* 2. *heft. fig. F-G.* tantum.
V. Locusta olitoria *Fl. Dan. tab.* 738. bene.
V. dentata *Willd. Sp. pl.* 1. *par.* 1. *p.* 183. *Engl. bot. v.* 20. *tab.* 1370. *Lanfoss. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Consigl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 49.
Valerianella altera nudo umbilicato et levi semine *Colum n. Ecphr. p.* 208. *fig. p.* 209.
Ital. *Locusta liscia.*
Ann. Observavi copiosam Bononiæ inter sata, et pariter inter sata *a Pietramala* in Apennino Florentino. Habui Albâ Pompejâ a Bertero, ex agro Veneto *a Malghera* a Mayero, item ex eodem agro a Ruchingero, ex *Monte de' fiori* in Piceno ab Orsino, ex regno Neapolitano *a Caserta*, et *a Salerno* ab Eq. Gussonio. Floret Majo, Junio.
Radix, et caulis omnino ut in *Valerianella mixta*, item et folia, sed superiora ludunt basi dentata, non tamen pinnatifida. Bracteæ lineares, parvæ, subciliatæ. Corolla albo-rubella. Achenium ovatum, glabrum, subinde apice pilosulum, sub lente punctatum, dorso tricolliculosum, antice unisulcatum, in maturitate basi turgidum, apice angustatum, terminatum coronula minuta, saturate viridi, oblique secta, modo simplici, ovata, acuta, modo tri-quinquedentata, dente impari majore, lateralibus obsoletis.

8. Valerianella *pumila*: caule ramosissimo, foliis lanceolatis, remote dentatis, superioribus basi pinnatifidis; bracteis margine membranaceo, carinaque villosis; achenio subgloboso, glabro, dorso tricolliculoso, antice excavato-umbilicato; coronula brevissima, inæqualiter tridentata.
V. pumila *De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 1. *pag.* 242. *n.* 3335., *et Prodr. syst. nat.* 4. *p.* 628. *n.* 16. *Dufr. Hist. des Valer. p.* 57. *n.* 4.
V. sphærocarpa *De Cand. Prodr. system. nat.* 4. *p.* 628. *n.* 17.
V. membranacea *Lois. Deslongch. Not. p.* 150., *et Fl. Gall. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 26.
Fedia pumila *Vahl. En.* 2. *p.* 21. *Reich. Cent.* 2. *p.* 6. *n.* 113. *tab.* 113. *fig.* 223. *Tenor. Syll. p.* 23. *n.* 7.*
F. pumila B *Ten. Viag. in Abruz. p.* 42. *n.* 28.*

F. sphærocarpa *Guss. Pl. rar. p.* 14. *tab.* 4. *fig.* 1.*, *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 28.*, *et Suppl.* 1. *p.* 6.*
Valeriana pumila *Willd. Sp. pl.* 1. *par.* 1. *p.* 184.
V. Locusta η mutica *Sp. pl.* 1676.
Ital. *Locusta umbilicata*.
Ann. Habui ex arvis Calabriæ, Japygiæ, et Prætutiorum ab Eq. Gussonio, et ab Eq. Prof. Tenorio. Floret ab Aprili in Junium.

Radix et caulis, ut in præcedente, quoad formam, at caulis statura humilior, scilicet a palmo ad pedem longus. Folia lanceolata, trinervia, utrinque angustata, tamen acumine obtusiusculo, remote, arguteque dentata, dentibus subinde profundis, inferiora in petiolum decurrentia, suprema sessilia, angustiora, plerumque basi pinnatifida, laciniis linearibus, integerrimis. Flores dense fasciculati in apicibus ramorum. Bracteæ ovato-lanceolatæ, carina, et margine late membranaceo dense villoso-ciliatæ. Achenium subglobosum, glabrum, dorso tricolliculosum a sulcis longitudinalibus duobus, antice excavatum, cavitate plus minus aperta, ex quo achenium apparet umbilicatum. Coronula brevissima, e dentibus tribus, valde minutis, quorum medius paulo major. Intus loculi duo vacui ampliores loculo seminifero.

Cavitas umbilici in achenio nunc oblonga, nunc subrotunda. De Candolleus, licet in Prodr. l. c. retinuerit *Fediam sphærocarpam* Gussonii pro distincta specie, tamen dixit, eam forte non differre a *Valerianella pumila* sua, a qua revera non differt.

9. Valerianella *hamata:* foliis lanceolato-linearibus, inferioribus integerrimis, superioribus dentatis, pinnatifidisque; floribus capitatis; bracteis crebre ciliatis; achenio ovoideo, hirsuto; corona foliacea, cyathiformi, reticulato-venosa, utrinque glabra, sexdentato-aristata, aristis apice hamatis.
V. hamata *De Cand. Mem. sur les Valer. p.* 23. *tab.* 3. *fig.* 7., *et Fl. Franç.* 5. *p.* 494. *n.* 3333.b, *et Prodr. Syst. nat.* 4. *p.* 628. *n.* 19.
Fedia coronata *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 25.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 33., *et Syll. p.* 23. *n.* 6., *et Viag. in Abruzz. p.* 42. *n.* 26. *Reich. Cent.* 1. *p.* 54. *n.* 66. *tab.* 66. *fig.* 133. 134. 135.
Valerianella altera tenuifolia semine Scabiosæ stellato *Columm. Ecphr. p.* 207. *fig. p.* 209.
Ital. *Locusta uncinata*.

Ann. Legi in collibus Bononiensibus S. Lucæ supra *Casalecchio*. Habui ex Liguria occidua prope *Ceriale* a Prof. Sassio, ex Asculo in Piceno ab Orsino, ex herbidis Lucaniæ a Gasparrinio, ex Calabria ad Rhegium Julium, et ex Nebrodibus Siciliæ ab Eq. Gussonio. Floret Majo, Junio.

Radix præcedentium. Caulis a semipede ad pedem, et paulo ultra longus, inferne ad angulos a pilis deflexis scabriusculus, vel undique hirtulus, superne parce dichotomus. Folia lanceolato-linearia, obtusa, vel omnia integerrima, vel superiora remote dentata, summaque subinde basi pinnatifida, laciniis linearibus, longis, integerrimis. Flores dense fasciculati in apicibus ramorum, fructus postea subeuntes capitati. Bracteæ margine membranaceo-albidæ, crebre ciliatæ, dorso pubescentes. Corolla albo-rubella. Achenium ovoideum, sulcatum, hirsutum, terminatum corona foliacea, cyathiformi, ipsum achenium longitudine superante, reticulato-venosa, intus et extus glabra, æqualiter sexdentata, dentibus ovato-triangularibus, aristatis, aristis apice hamatis.

Cum Reichenbachius in tabula 66. superius allata exhibeat achenia trium figurarum 133. 134. 135. coronis glabris prædita, non video, cur figuræ 134. 135. sejungendæ sint ab hac specie, et ad sequentem amandandæ, ut habemus in De Cand. Prodr. syst. nat. 4. p. 628.

10. Valerianella *coronata*: foliis lanceolatis, dentatis, superioribus pinnatifido-incisis; floribus capitatis; bracteis crebre ciliatis; achenio subtetragono, hirsuto; corona foliacea, cyathiformi, reticulato-venosa, intus villosa, margine sexdentato-aristata, aristis apice hamatis.

V. coronata *Dufr. Hist. des Valer. p.* 60. *n.* 11. *tab.* 3. *fig.* 2. *De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 1. *p.* 241. *n.* 3333.*, *et Prodr. syst. nat.* 4. *p.* 628. *n.* 20.*

Fedia sicula *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 25.*, *et Suppl.* 1. *p.* 6.*

Valerina coronata *Re Fl. Segus. p.* 9.*

Valerianella semine scabiosæ, major, Lusitanica *Cup. Hort. Cath. p.* 227.

V. laciniatis foliis pilulata *Cup. l. c.*

Ital. *Locusta canuta*.

Ann. Habui ex vineis prope Segusium a Prof. Re, ex pratis montanis Panormi, Nebrodum, et vallis *di Noto*

in Sicilia ab Eq. Gussonio, ex S. Florentio in Corsica a Soleirolio. Floret Aprili, Majo.

Radix, et caulis ut in præcedente, sed caulis humilior, et inferne præcipue pubescentior. Folia omnia passim remote dentata, pilosa, vel glabra, superioraque pinnatifida, laciniis sæpe iterum incisis. Florum capitula crassiora. Bracteæ dorso villosæ, margine crebre ciliatæ. Achenium subtetragonum, hirsutum, terminatum corona foliacea, cyathiformi, reticulato-venosa, intus valde villosa, margine sexdentato-aristata, dentibus ovato-lanceolatis, aristis apice hamatis.

Pauca, at certa synonyma retuli ad hanc speciem, quia sine archetypis dictu difficile, num auctores hanc, vel præcedentem intellexerint sub nomine *Valerianellæ coronatæ*, sive *Fediæ coronatæ*.

11. Valerianella *brachystephana*: foliis lanceolato-linearibus, trinerviis, superioribus basi subpinnatifidis; caule ramosissimo, floribus fasciculatis, alari solitario; achenio subgloboso, subnudo, dorso tricolliculoso, antice turgido, unisulcato; corona foliacea, sexdentata, glabra, dentibus subinæqualibus, ovato-lanceolatis, acuminatis, apice hamatis, achenio brevioribus.

Fedia brachystephana *Ten. Viag. in Abruzz. p.* 43.*, *et Syll. p.* 23. *n.* 10.*

Ital. *Locusta di corta corona*.

Ann. Habui ab Eq. Prof. Tenorio, qui reperit in agro Prætutiano inter segetes, et a Gasparrinio, qui legit in herbidis apricis Lucaniæ prope *Castel grande a Monte Giano*. Floret Aprili, Majo.

Radix, et caulis præcedentium, at caulis a palmo ad pedem altus, superne dichotomice ramosissimus, plus minus scaber ad angulos, et inferne. Folia lanceolato-linearia, trinervia, et venosa, in macrioribus speciminibus integerrima, in luxuriantibus remote dentata, superioraque interdum basi pinnatifida, laciniis linearibus, angustis, integris. Flores in fasciculis parvis, sæpe cum alari solitario in dichotomiis supremis. Bracteæ lanceolatæ, obtusiusculæ, vel acutæ, dorso virides, margine albo-membranaceæ, ciliatæ. Achenium globosum, utrinque valde turgidum, dorso tricolliculosum, colliculo medio angustiore, carinato, subinde carina pilosula, reliqua parte glabrum, vel totum glabrum, antice unisulcatum, terminatum corona foliacea,

abbreviata, reticulato-venosa, utrinque glabra, sexdentata, dentibus subinæqualibus, ovatis, vel lanceolatis, acuminatis, acumine hamato, ipso achenio multo ($\frac{3}{4}$) brevioribus. Loculi duo vacui locello seminifero grandiores.

12. VALERIANELLA *vesicaria*: foliis lanceolatis, integris, dentatisque, superioribus basi subpinnatifidis; achenio ovoideo, villoso; corona inflato-globosa, apice umbilicata, margine sexdentato, inflexo.

V. vesicaria *Mœnch. Meth. p.* 497. *De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 1. *p.* 241. *n.* 3332., *et Mem. sur les Valer. p.* 23. *tab.* 3. *fig.* 8., *et Prodr. Syst. nat.* 4. *p.* 628. *n.* 21. *Dufr. Hist. des Valer. p.* 60. *n.* 13. *tab.* 3. *fig.* 9.

Fedia vesicaria *Vahl. En.* 2. *p.* 20. *Jan. Elench. p.* 1.* *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *in addend. et emend. pag.* 1.* *Reich. Cent.* 1. *p.* 55. *n.* 70. *tab.* 70. *fig.* 139. optima.

Valeriana Locusta β vesicaria *Sp. pl.* 47., *et Mant. alt. p.* 319.

V. vesicaria *Sibth. et Smith. Prodr. Fl. Græc.* 1. *p.* 22., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 25. *tab.* 34.

Valerianella cretica fructu vesicario *Boerh. Ind. alt. par.* 1. *pag.* 75. *n.* 4. *fig. A-D.*

Ital. *Locusta Palloncini.*

Ann. Nascitur in Sicilia ad Pachynum, unde habui a Prof. JANIO. Floret Majo, Junio.

Radix, et caulis præcedentis speciei, at caulis minus ramosus, et humilior, idest spithameus, scabriusculus. Folia lanceolata, obtusa, integra, vel laxe dentata, superiora subinde basi pinnatifida, laciniis linearibus, indivisis. Flores parvi, albi, fasciculati. Fructus capitati. Bracteæ ovatæ, obtusæ, dense ciliatæ. Achenium ovoideum, villosum, terminatum corona inflata, globosa, membranacea, reticulato-venosa, pubescente, apice umbilicata, umbilici margine inflexo, sexdentato, dentibus basi dilatatis, apice subulatis. Corona hæc ipso achenio multo grandior.

13. VALERIANELLA *carinata*: foliis imis obovato-spathulatis, superioribus oblongis, omnibus integris, dentatisve; bracteis ciliatis; floribus fasciculatis; achenio oblongo, glabro, dorso bisulcato, antice concavo-cymbiformi; dente coronante solitario, recto.

V. carinata *Lois. Not. p.* 149., *et Fl. Gall. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 25. *n.* 6. *Dufr. Hist. des Valer. p.* 56. *n.* 2. *tab.* 2. *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 492. *n.* 3330.[a], *et Mem. sur les Valer. p.* 23. *tab.* 3. *fig.* 10., *et Prodr. Syst. nat.* 4. *p.* 629. *n.* 23.

Fedia carinata *Stev. Mem. Soc. mosc.* 5. *p.* 346. *Röm. et Schult. System. veg.* 1. *p.* 361., *et Mant.* 1. *p.* 266. *n.* 5. *Reichen. Cent.* 1. *p.* 51. *n.* 61. *tab.* 61. *fig.* 123. bona. *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 2. *p.* 4.* *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 29.* *Ten. App.* 5. *p.* 5.*, *et Viag. in Abruzz. p.* 42. *n.* 27.*, *et Syll. p.* 23. *n.* 4.* *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 399.

Valeriana Locusta *Plenck. Ic. pl. med.* 1. *p.* 16. *tab.* 30.

Ital. *Locusta Gallinella.*

Ann. Habui ex regno Neapolitano in principatu citra Pesti, et Sessæ ab Eq. Prof. Tenorio, et ab Eq. Gussonio, ex arvis Sardiniæ a Prof. Morisio. Floret Majo, Junio.

Omnia ut in *Valerianella olitoria*, fructu excepto, qui fit achenio oblongo, glabro, dorso convexo, et a sulcis duobus longitudinalibus tricolliculoso, seu mavis tricostato, antice concavo-cymbiformi, apice uno tantum denticulo minuto, recto præditum, ut vix mereatur dici coronatum.

Usus Valerianellarum. Folia omnium specierum hujus generis habentur inter olera, et præstant in acetariis.

CNEORUM.

Lin. Gen. p. 23. *Juss. Gen. p.* 369. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 27. *Vent. Tabl.* 3. *p.* 443. *De Cand. Prodr. syst. nat.* 2. *p.* 83.

Chamælea *Tourn. Inst. rei herb.* 3. *tab.* 421. *Gærtn. De fruct. et sem.* 1. *p.* 342. *tab.* 70.

Perianthium liberum, minimum, tri-quadridentatum, persistens. Corolla tri-tetrapetala, petalis oblongis. Stilus simplex, seu potius ex stilis tribus-quatuor connatis factus. Stigma tri-quadrifidum. Ovarium bacca tri-tetragibberosa, nucibus tribus, quatuor in axem fructus conniventibus, subglobosis, evalvibus, intus bilocularibus.

Habitus. Fruticuli foliis sparsis, coriaceis, perennantibus. Flores axillares, vel e basi folii. Pedunculi uni-triflori. Bacca gibberosa, forma capsulæ Euphorbiarum.

Ord. nat. Tricoccæ *Lin. Ord. nat. n. XXXVIII., et Præl. in ord. nat. p.* 474. Terebinthaceæ *Juss. Gen. p.* 368. *Vent. Tabl.* 3. *p.* 438. *De Cand. Prodr. syst. nat.* 2. *p.* 83. Empetræ *Bartl. Ord. nat. p.* 373. in adn. *Schultz. Natürl. syst. des pflanz. p.* 479. Chamæleaceæ *Bert.*

Observ. Characterem essentialem *Chamæleacearum* sic pono. Fruticuli ramis sparsis. Folia sparsa, perennantia, indivisa. Flores hermaphroditi, nudi, instructi partibus ternariis, vel quaternariis. Antheræ sagittatæ, biloculares, loculis apice filamenti interpositivo connexis. Bacca subsicca, nucibus bilocularibus, biovulatis. Embryo conduplicatus.

1. Cneorum *tricoccum:* glabrum; pedunculis axillaribus, subtrifloris, liberis.

C. tricoccum *Sp. pl.* 49. *Vahl. En.* 2. *p.* 34. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 27. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 234. *n.* 858. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 31. *De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 2. *p.* 615. *n.* 4063., *et Prodr. syst. nat.* 2. *p.* 84. *n.* 1.

Chamælea tricoccos *Gærtn. De fruct. et semin. pl.* 1. *p.* 342. *tab.* 70. *Clus. Hist. pl. lib.* 1. *p.* 87. *J. Bauh. Hist.* 1. *lib.* 5. *p.* 584.

Chamælea *Camer. Epit. p.* 973. *Dod. Pempt. p.* 363.

Mezereon Arabum, Chamelæa tricoccos *Lob. Adv. p.* 157., *et Ic. p.* 369.

Ital. *Timelea* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 74.

Frut. Nascitur in insula *Montecristo* maris Tyrrheni, unde habui a Prof. Giulio. Floret ab Aprili in æstatem.

Caulis humilis, teres, ramosissimus, viridis, glaber. Rami sparsi, plus minus flexuosi. Folia sparsa, obverse lanceolata, obtusa cum acuminulo, vel emarginata, coriacea, integerrima, glaberrima, ex viridi subglaucescentia, subtus pallidiora, basi angustata, sessilia, nervo dirempta. Pedunculi solitarii, axillares, uni-triflori, liberi a folio, illoque breviores. Flos parvus. Calyx minimus, tripartitus, segmentis ovatis, obtusis, vel acutiusculis, erectis, tenuiter puberulis, subinde apice rubens. Corolla tripetala, calyce multo longior, decidua, petalis erecto-patulis, oblongis, obtusis, concavo-canaliculatis, dorso subcarinatis, luteis,

extus sæpe cum aliquo virore, vel etiam apice rubidis. Stamina tria, corolla breviora, stricta, alternantia cum petalis; filamentis subulatis, crassiusculis, lutescentibus; antheris sagittatis, obtusis, bilocularibus, loculis apice interpositivo filamenti connexis. Ovarium trigibberosum, productum in rostrum stiligerum. Stilus staminibus multo brevior, crassiusculus, obtuse trigonus, veluti factus tribus stilis connatis, persistens. Stigmata tria, obtusa, papillosa. Receptaculum depresso-prominens, carnosum, ambitu sublobatum, centro ex umbilico pistilligerum. Pericarpium bacca exsucca, pulpa tenui, trigibberosa, superficie submuricata, matura rubescens. Nuces tres, in axem fructus conniventes. Reliqua gentis. Planta odore *Pistaciæ Lentisci* L. pollens.

Usus. Vis medica acris, caustica, drastica. In œconomicis profecto valet ad coria præparanda.

ORTÊGIA.

Lin. Gen. p. 24. *Lœfl. It. p.* 112. *Juss. Gen. p.* 299. *Vent. Tabl.* 3. *p.* 236. *De Cand. Prodr. syst. nat. regn. veg.* 1. *p.* 388., *et* 3. *p.* 375. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 29. *Gærtn. De fruct. et sem.* 2. *pag.* 224. *tab.* 129.

Perigonium simplex, liberum, pentaphyllum. Stamina inclusa. Stigma simplex, vel trifidum. Capsula unilocularis, apice trivalvis. Semina minuta, numerosa, placentæ basilari affixa.

Habitus. Herbæ caule tenui, geniculato, valde ramoso. Folia opposita, linearia, basi utrinque ex puncto colorato stipuligera. Flores cymosi, parvi, albo-virentes, acuti, alsinoidei.

Ord. nat. Caryophyllei *Lin. Ord. nat. n. XXII., et Præl. in ord. nat. p.* 349. Caryophylleæ *Juss. Gen. p.* 299. *Vent. Tabl.* 3. *p.* 233. Paronichieæ *Bartl. Ord. nat. p.* 300. *Juss. in Mem. du Mus. d' hist. nat. tom.* 2. *p.* 386. *De Cand. Prodr. syst. nat.* 3. *p.* 365. Paronichiaceæ *Schultz. Natürl. syst. des pflanz. p.* 343.

1. Ortegia *dichotoma:* cymis dichotomis; floribus brevissime pedicellatis; stigmate trifido.

O. dichotoma *Mant. alt. pag.* 174. *Vahl. En.* 2. *p.* 25. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 210. *n.* 2061.*, *et Miscel. Taur. tom.* 3. *par.* 1. *p.* 176. *tab.* 4. *fig.* 1.* *Re Fl. Segus. p.* 9.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 51. *De Cand. Fl. Franç.* 4. *p.* 767. *n.* 4376.*, *et Prodr. syst. nat.* 3. *p.* 376. *n.* 2.*

Ital. *Ortegia Alsinella*.

Perenn. Nascitur in Pedemontio *a Giaveno,* unde habui a Molinerio, et a Prof. Balbisio.

Caulis tetragonus, striatus, procumbens, pedem, cubitum longus, geniculatus, scabriusculus, valde ramosus. Rami oppositi, vel alterni, apice dichotomo–cymosi. Folia prima latiora, elliptica, reliqua linearia, omnia opposita ad genicula caulis, sessilia, crassiuscula, acuta, supra canaliculata, dorso carinata, scabrida. Ad eorum basim utrinque stipula minuta, subulata, ex glandula atro–rubente prodiens. Flores in cymis terminalibus, dichotomis, brevissime pedicellati, in ala dichotomiarum solitarius, nudus, reliqui alterni, unilaterales, terminalisque; in macris speciminibus laterales desunt. Bracteolæ duæ sub divisionibus cymæ, et sub quovis flore, alari excepto, ovato–lanceolatæ, vel lanceolatæ, acutæ, dorso carinatæ, virides, margine albo–membranaceæ. Perigonium pentaphyllum, erecto–patens, foliolis ovato–lanceolatis, acutiusculis, dorso carinatis, virentibus, margine albo–membranaceis, internis tribus paullulum longioribus. Stilus brevis, stigmate trifido, subexerto. Capsula ovato–conoidea, apice trigona. Pedunculi, bracteæ, et sepala dorso scabritie scatent.

LOEFLINGIA.

Linn. Gen. p. 24. *Juss. Gen. p.* 299., *et in Mem. du Mus. d' hist. nat. tom.* 2. *p.* 386. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 29. *Vent. Tabl.* 3. *p.* 236. *De Cand. Prodr. Syst. nat.* 3. *p.* 380. *Gærtn. De fruct. et semin.* 2. *p.* 222. *tab.* 129.

Perianthium liberum, pentaphyllum, foliolis tribus externis basi utrinque unisetis. Corolla pentapetala, calyce brevior, connivens. Stilus

simplex, vel stili tres. Capsula unilocularis, trivalvis. Semina numerosa, minuta, placentæ columnari, axeæ, superne a funiculis umbilicalibus penicillatæ affixa.

Habitus. Herbæ annuæ, humiles. Caules cæspitosi, ascendentes. Folia opposita ad genicula caulis, sessilia, prope basim auriculata. Flores parvi, solitarii, axillares, secundi, dense spicati in ramulis.

Ord. nat. Caryophyllei *Lin. Ord. nat. n. XXII., et Præl. in ord. nat. p.* 349. Caryophylleæ *Juss. Gen. p.* 299. *Vent. Tabl.* 3. *p.* 233. Paronichyeæ *Juss. in Mem. du Mus. d'hist. nat.* 2. *p.* 386. *De Cand. Prodr. syst. nat.* 3. *p.* 365. *Bartl. Ord. nat. p.* 300. Paronychiaceæ *Schultz. Natürl. syst. des pflanz. p.* 343.

1. Lœflingia *hispanica:* caule ascendente, ramoso, pubescenti-viscido; foliis linearibus, utrinque basi uniauriculatis; floribus monogynis, solitariis, axillaribus, dense spicatis.

L. hispanica *Sp. pl.* 50. *Cavanill. Ic. et descr.* 1. *p.* 64. *n.* 103. *tab.* 94. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 29. *Gærtn. De fruct. et sem.* 2. *p.* 222. *tab.* 129. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 32. *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 608. *n.* 4376.[a] *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 29.* *Presl. Fl. Sic.* 1. *p.* 159.*

Lœflingia *Lin. in Act. Holm. ann.* 1758. *pag.* 16. *tab.* 1. *fig.* 1.

Alsine lignosa geniculata, Camphoratæ foliis et ritu, polyspermon *Cup. Hort. Cath. p.* 7.

Ital. *Leflingia spicata*.

Ann. Nascitur in Sicilia in campis arenosis maritimis *di Vittoria,* et *Comiso,* unde habui ab Eq. Gussonio. Floret Aprili, Majo.

Radix fusiformis, tenuis, flexuosa, fibrillis lateralibus paucis. Caules ex eadem radice plures, cæspitosi, ascendentes, palmares, teretes, geniculati, ramosi. Rami alterni. Folia ad genicula caulis opposita, sessilia, lanceolato-linearia, mucronata, dorso convexa, supra canaliculata, basi dilatata, et auriculata utrinque lacinia lineari, acuminata. Flores minuti, axillares, solitarii, erecti, secundi, valde approximati, et conferti spicæ instar in ramulis secundariis. Calycis

foliola lanceolata, mucronata, erecta, margine membranacea, tria exteriora basi utrinque uniseta. Corolla alba, connivens, calyce dimidio brevior. Stamina tria, longitudine corollæ. Stilus brevis, simplex. Stigma trifidum. Capsula ovata, subtrigona. Tota planta pubescenti-viscida.

POLYCNEMUM.

Lin. Gen. p. 25. *Juss. Gen. p.* 84. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 29. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 256. *Gærtn. De fruct. et sem.* 2. *p.* 211. *tab.* 128. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 403.

Perigonium simplex, liberum, di-tri-pentaphyllum. Stamina 1-5. Stilus bifidus, vel stili duo. Pericarpium utriculus monospermius. Semen lenticulare, tuberculatum.

Habitus. Herbæ decumbentes, vel erectæ, valde ramosæ. Folia filiformia, teretia, vel semiteretia, alterna, rarius opposita. Rami floriger breves, numerosi, densissime foliosi. Flores axillares, sessiles, minuti, sæpe bracteati.

Observ. Genus hoc adeo *Camphorosmis* affine, ut vix disjungi queat.

Ord. nat. Holoraceæ *Lin Ord. nat. n. XII., et Prælect. in ord. nat. p.* 306. Atriplices *Juss. Gen. p.* 85. Chenopodæ *Vent. Tabl.* 2. *p.* 253. Chenopodeæ *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 380. *R. Brown. Prodr. p.* 405., *et ed.* 2. *tom.* 1. *pag.* 261. *Schultz. Natürlich. syst. des pflanz. p.* 340. Chenopodieæ *Bartl. Ord. nat. p.* 296.

1. Polycnemum *arvense:* foliis alternis, subulato-triquetris, mucronatis, floribus triandris.

P. arvense *Sp. pl.* 50. *Jacq. Fl. Austr.* 4. *p.* 34. *tab.* 365. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 29. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 192. *n.* 1994.* *Balb. Fl. Taur. p.* 7. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 40. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 12. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 19. *et* 314. *Comoll. Prodr. Fl. Comens.* 1. *p.* 8. *n.* 46. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf.*

e Brugn. dec. 2. *tom.* 10. *p.* 50.* *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 61. *Sav. Due Cent. p.* 10. *Maur. Rom. pl. cent.* XIII. *p.* 4.* *Ten. Viag. in Abruzz. p.* 44. *n.* 35., *et Fl. Nap.* 3. *p.* 34.; *et Syll. p.* 24. *A. B. De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 398. *n.* 2280. *Lois. Deslongch. Fl. Gall. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 31. *Krock. Fl. Siles.* 1. *p.* 49. *tab.* 7. tenuifolium. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 97. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 403. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 41. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 98.

P. arvense b recurvum *Guss. Pl. rar. p.* 15. *tab.* 4. *fig.* 2.* crassifolium.

Polycnemon n. 1570. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 263.

Chenopodium annuum, humifusum, folio breviori, et capillaceo *Zannich. Istor. delle piant. p.* 65. *tab.* 276. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 93. *n.* 7.

Ital. *Canforata bastarda.*

Ann. Legi Sarzanæ in monte *Darme*, et sub proximo castello *di Fosdinuovo* in vineis, in apennino Liguriæ orientalis *a Varese*, Bononiæ *a Monte Paderno*. Habui Genuâ a Grioleto, ex agro Nicæensi a Colla, ex Pedemontio a Molinerio, ex agro Mantuano *a Migliaretto* a Barbierio, et ex eodem agro a Felisio, ex collibus Euganeis a Mayero, ex Piceno *ad Arquata* ab Orsino, ex campis aridis Prætutiorum *all'Aquila*, et *Tagliacozzo*, tum ex *Avezzano* ad Fucinum ab Eq. Gussonio, ex Romæ arenosis a Prof. Maurio, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio. Floret Julio.

Radix tenuis, fusiformis, flexuosa, simplex, vel parce ramulosa. Caulis teres, striatus, valde ramosus, nunc tenuis, nunc crassior, a paucis pollicibus etiam ad sesquipedem longus, mire ludens directione, idest vel prostratus, vel decumbens, ascendens, vel erectus, semper totus crebre foliosus. Rami sparsi. Folia sessilia, sparsa, triquetro-subulata, albo-mucronata, demum pungentia, dorso carinata, prope basim paulullum dilatata, et margine albo-membranaceo instructa; variant tenuissima, et fere filiformia, tres circiter lineas longa, et multo crassiora, duploque longiora. Insuper ludunt stricta, vel patentia, recta, vel recurva; in ramulis passim occurrunt conferta, et imbricata. Flores solitarii, axillares, sessiles, minuti, in sinu bractearum duarum, quæ nunc perigonio adpressæ, nunc patentes, cæterum lanceolatæ, longe

mucronatæ, albo-membranaceæ, nervo dorsali carinatæ, nunc ipso flore paulo breviores, nunc illum æquantes, aut quidquam superantes. Foliola perigonii quinque, ovata, acuta, aut acuminata, nec tamen mucronata, in reliquis similia bracteis. Stamina tria. Stilus simplex. Stigma trifidum. Pericarpium utriculus membranaceus, albidus, tenuis, fragilis, stilo persistente terminatus, perigonii longitudine. Semen contentum lenticulare, nigrum, minutissime tuberculatum. Tota planta ludit glabra, vel huc illuc, præsertim in caule, pubertula.

Hæc spæcies variat plurimum tenuitate, vel crassitie partium, ut aliam faciem sæpe ostendat; at formæ utrinque extremæ formis intermediis conjunguntur. Quam habuimus ex Pedemontio ab Ignatio Molinerio caule tenuiore, et foliis prorsus filiformibus plenissime congruit cum planta Berolinensi, quam obtinuimus a Doct. De Philippis; utraque respondet figuris duabus inferioribus tabulæ 365. Jacquinianæ superius allatæ. Ut tamen verum fatear, frequentior in Italia est planta crassior, foliisque crassioribus, et longioribus prædita, qualis exhibetur a figura superiore ejusdem tabulæ Jacquinianæ, nec non a figura Gussoniana a nobis indicata.

Polycnemum recurvum Lois. Deslongch. Notic. p. 151., quod plantam in macriore statu repræsentat, bonam speciem non esse liquet ex ipso auctore, qui eam suppressit in editione secunda Floræ Gallicæ.

Auctores quidam afferunt pro synonymo hujus speciei *Anthyllidem alteram Italorum* Lob. Ic. 404., quæ quidem, si reapse ad eam pertinet, exhibet formam ejus luxuriantem. Atqui Linnæus traxit hoc idem Lobelianum synonymon ad *Camphorosmam acutam* Sp. pl. 178., cui Italiam præter Tatariam pro patria assignat, et de qua botanicis Italicis nihil hactenus constat. An igitur forma crassior *Polycnemi arvensis* habenda pro vera *Camphorosma acuta* L.? At sunt, qui hanc Linnæanam plantam, licet dubio, vindicant *Polycnemo erinaceo* Pallasii, ut videre est in Röm. et Schult. Syst. veg. 1. p. 463., et in Spreg. Syst. veg. 1. p. 181. Ergo *Camphorosma acuta* L. planta dubia erit, et e specierum censu delenda?

CAMPHOROSMA.

Lin. Amœn. Acad. 1. *p.* 392., *et Gen. pl. p.* 64. *Juss. Gen. p.* 84. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 86. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 256. *Gærtn. Suppl. Cent.* 2. *p.* 175. *tab.* 213.
Camphorata *Tourn. in Acad. des scienc. ann.* 1705. *p.* 238. *tab.* 4.

Perigonium simplex, monophyllum, urceolatum, quadri-quinquepartitum, laciniis alterne minoribus. Stamina quatuor-quinque, sita contra lacinias perigonii. Stilus simplex, filiformis, bi-trifidus, stigmatibus setaceis. Pericarpium utriculus monospermius. Semen lenticulare, leve, nitidum.

Habitus. Suffruticuli, vel herbæ. Caules decumbentes, aut erecti, teretes, ramosi. Folia alterna, subulata, vel lanceolato-linearia, vel elliptica, in ramulis abortivis, axillaribus dense fasciculata, et breviora. Flores minuti, siti in spicis terminalibus, lateralibusque, interfoliatis. Genitalia utraque demum in anthesi exerta.

Ord. nat. Ut in *Polycnemo* pag. 200.

1. Camphorosma *monspeliaca:* suffruticosa; caulibus florigeris procumbentibus, foliis subulatis, hirsutis; floribus spicatis, terminalibus, lateralibusque.
C. monspeliaca *Amœn. Acad.* 1. *p.* 392., *et Sp. pl.* 178. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 210. *n.* 2062.* *Ab Ucr. Hort. reg. Panorm. p.* 76. *Guss. Pl. rar. p.* 77.*, *et Fl. Sic. Prodr.* 1. *p.* 195.* *Jan. Elench. p.* 3. *var. sicula**. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 162., *et Syll. p.* 76. *n.* 1. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 86. *Gærtn. De fruct. et sem. suppl. cent.* 2. *p.* 175. *tab.* 213. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 144. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 398. *n.* 2279. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 218.
C. monspeliacum *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 824.
C. perenne *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 462.
Camphorata hirsuta *Tourn. in Acad. des scienc. an.* 1705. *p.* 238. *Cup. Hort. Cath. p.* 35.

C. monspeliensium *J. Bauh. Hist.* 3. *lib.* 29. *p.* 379. *fig. p.* 380.
Chamepeuce *Anguill. Sempl. p.* 202.
Ital. *Canforata* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 43.
Offic. *Camphoratæ herba* Lin. Mat. med. p. 15. n. 43.
Suffrut. Habui ex agro Nicæensi a MOLINERIO, ex provincia *di Lecce* in regno Neapolitano, et ex Japigio promontorio (*Capo di Leuca*), tum ex *Melazzo*, et *Termini* in Sicilia ab Eq. GUSSONIO, iterum ex *Termini* a Prof. JANIO, ex Corsica *a Bonifacio*, ubi vulgaris planta, a SERAFFINIO, et ex *Girolata* a SOLEIROLIO. Copiose quoque nascitur in Dalmatia, unde habui ex insula *Pago* a BIASOLETTO, et ex agro Sibenicensi a VISIANIO. Floret Julio.

Radix lignosa, crassa, et longa, extus fusca. Ex hac prodeunt plures caules, cæspitosi, quorum alii brevissimi, perennantes, steriles, alii pedem, et ultra longi, suffruticosi, procumbentes, vel ascendentes, florigeri; omnes teretes, pubescentes, villosique, ramulis compluribus, axillaribus, abortivis instructi. Folia filiformi-subulata, obtusiuscula, alterna, crebra, pubescenti-villosa, villis sursum versis, quæ in ramulis abortivis fasciculata, imbricata, cæteris breviora. Flores parvi, axillares, solitarii, sessiles, spicati in apice caulium annotinorum, et ramulorum eidem apici proximorum, referentes spicam interfoliatam, apice simplicem, et continuam, inferne compositam, et interruptam. Bracteæ vel lineares, vel lanceolato-lineares, obtusiuculæ, nervo albido carinatæ, reliqua parte virides. Perigonium urceolatum, albidum, segmentis obtusis. Stamina quatuor, quinque, filamentis capillaribus, in anthesi perigonio duplo longioribus. Antheræ oblongæ, sagittatæ, incumbentes, biloculares. Stigma bi-trifidum, puberulum, stamina æquans. Pericarpium utriculus membranaceus. Semen orbiculare, planum, fuscum. Rachis, bracteæ, et perigonia passim hirsutie scatent, at subinde carent, et fere glabrescunt. In tota planta pili longiores occurrunt interjecti pubescentiæ breviori. Villositas in genere albicans, quæ in stirpe sicca fulvescit. Odor camphoratus.

Usus. Vis medica nervina, resolvens, vulneraria, cephalica ex Lin. Mat. med. l. c., sed vix in usu apud nos.

CROCUS.

Lin. Gen. p. 25. *Juss. Gen. p.* 59. *Tourn. Inst. rei herb.* 2. *tab.* 183. 184. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 30. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 194. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 46.

Calyx spatha mono-diphylla, uniflora Corolla supera, monopetala, infundibuliformis, tubo longo, gracili, limbo sexfido. Stamina inclusa, orta in fauce corollæ. Antheræ lineares, sagittatæ, incumbentes. Stilus longissimus. Stigma trisectum, laciniis tubæformibus, cristatis. Capsula trilocularis, trivalvis. Semina numerosa, globosa.

Habitus. Radix ex bulbis duobus superimpositis, extus tecta tunicis vel fibrillosis, vel reticulatis, vel celluloso-membranaceis. Folia synanthia, aut hysteranthia, linearia, post inflorescentiam elonganda, scapum florigerum, vel fructigerum circumdantia. Scapus radicalis, brevis, semper tectus foliis, aut vaginis, et intra terram sepultus. Flos solitarius, aut plures ex eodem scapo, violaceus, violaceo-variegatus, albus, aut luteus.

Observ. Proportio stigmatis ad stamina valde variabilis in eadem specie. Quare huic notæ vix fidendum in distinctione specierum.

Ord. nat. Ensatæ *Lin. Ord. nat. n. VI., et Præl. in ord. nat. p.* 170. Irides *Juss. Gen. p.* 57. Irideæ *Vent. Tabl.* 2. *p.* 188. *Bartl. Ord. nat. pag.* 44. *R. Brown. Prodr. p.* 302., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 158. *Schultz. Natürl. syst. des pflanz. p.* 305. Spathaceæ coronariæ *Spr. Syst. veg.* 1. *p.* 125.

1. Crocus *vernus:* foliis synanthiis; scapo arcte vaginato; spatha monophylla; fauce corollæ ciliata; stigmate breviter trifido.

C. vernus *Willd. Sp. pl.* 1. *p.* 195. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 46., *et Engl. bot. v.* 5. *tab.* 344. *Rees. Cycl. v.* 10. *n.* 4. *Hook. Brit. Fl. p.* 17. *Jacq. Fl. Austr.* 5. *app.*

p. 47. *tab.* 36. *Redout. Liliac. tab.* 266. *Trattin. Fl.* 2. *p.* 13. *n.* 111. *Bert. Descr. dei zaff. Ital. n.* 1., *et Lett. sopra i zaff. Ital. in Nuova collez. di opusc. scient. tom.* 2. *p.* 146. *n.* 1., *et Mant. pl. Fl. alp. Apuan. p.* 4. *n.* 7. *Morett. Notiz. in Memor. tom* 1. *p.* 245. planta ex editis montium tantum. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 24.*

C. sativus β vernus *Sp. pl.* 50.

C. vernus β neapolitanus *Ker. in Bot. mag. tab.* 860. optima.

C. vernus β *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 16. *n.* 40.*

C. vernus B *Tenor. Mem. sulle spec. e var. dei Croch. p.* 5. *tab.* 1. *fig. A. b.**, *et Syll. p.* 29. *B.**

C. vernus β grandiflorus *Gay. Observ. in Feruss. Bullet. des scienc. natur. et de géol. ann.* 1827. *tom.* 11. *pag.* 371.

C. vernus latif. purp. flo. majore *Clus. Hist. pl. lib.* 2. *p.* 204.

β flore minore.

C. vernus *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 84. *n.* 84. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 40.* *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 13. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 8. *n.* 48. *Suffr. Foroj. p.* 110. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 42. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 406. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abtheil.* 22. *heft. Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 98. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *pag.* 87. *Tenor. Viag. in Abruzz. p.* 43. *n.* 31. 32.

C. vernus bulbo fibrilloso *Pollin. Lett. al Gaut. in Bibl. Ital. tom.* 45. *p.* 414.

C. vernus A *Ten. Mem. sulle spec. e var. dei Croch. p.* 5., *et Syll. p.* 29. *n.* 6. *A. C.*

C. vernus verus *Pollin. Fl. Veron. append. in tom.* 3. *p.* 769.

C. vernus α parviflorus *Gay. in Feruss. Bull. des scienc. nat. et de géol. ann.* 1827. *tom.* 11. *p.* 371.

C. sativus *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 37.

C. siculus *Guss. Suppl.* 1. *p.* 7.*

C. n. 1257. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 127.

C. albiflorus *Hop. und Hornsch. Tageb. einer reis. nach den Küst. des Adriat. meer. p.* 187.* *Bert. Descr. dei Zaff. Ital. n.* 2., *et Lett. sopra i zaff. Ital. in Nuov. collez. di opusc. scient. tom.* 2. *p.* 146. *n.* 2. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 407. *Schult. Mant.* 1. *p.* 367.

C. vernus latifolius, albus, variegatus *Seguier. Ver.* 2. *p.* 54. *n.* 1.

C. vernus latifolius purpureo-violaceus *Seg. l. c. n.* 2.
Primo Croco verno di Carlo Clusio *Pon. Mont. Bald. p.* 188.
Croco verno primo del Clusio *Pon. l. c. p.* 239.
Croco marcio *Calzol. Viag. di Mont. Bald. p.* 10.
Ital. *Zafferano salvatico. Zafferano primaticcio. Zafferano pavonazzo. Zafferano di fiore bianco.*

Perenn. Habui speciem ex alpibus Apuanis *Tambura*, et *Bruciana*, et ex proximo, subjectoque litore *del Cinquale* a GUIDONIO, ex monte *De' fiori alle Pianelle* in Piceno ab ORSINO, Româ ad Albanum a Prof. MAURIO, ex Principatu ultra in Regno Neapolitano ab Eq. GUSSONIO, ex agro Clodiensi a Prof. NACCARIO, ex agro Forojuliensi prope *Tricesimo*, et *Cividale* a CERNAZAJO, ex agro Parmensi in collibus *di Roverano* prope *Callestano* a Prof. JANIO, et a BERTEO. Varietatem β observávi Sarzanæ in valleculis sylvarum *alle Fondachette*, et *a Montemarcello* prope *il Corvo*. Habui ex *Valdepino* in Liguria orientali a GUIDONIO, ex *Vallasco* alpium Valderiarum in Pedemontio a BERTERO, ex montibus *della Zeda* in valle *Intrasca* provinciæ Novariensis a DE NOTARIS, ex monte *Sasso* in *Valsassina* a Prof. BALSAMO-CRIVELLIO, ex pascuis Baldi a POLLINIO, iterum ex Baldo ad nivem deliquescentem a VISIANIO, ex agro Tergestino, et ex ipsa *Lipizza* a BIASOLETTO, a Prof. JANIO, et ab eodem VISIANIO, ex Sicilia ab Eq. GUSSONIO. Floret a Februario in Junium secundum loca, idest citius in demissis calidioribus, serius in editis frigidioribus.

Tunicæ radicales fibrillosæ. Vaginæ radicales communes circumdantes foliorum basim, et scapum, albo-membranaceæ, obtusæ. Folia synanthia, at initio flore multo breviora, linearia, nunc valde angusta, nunc sesquilineam, aut duas lineas lata, apice subretusa, margine revoluta, supra linea alba sæpe rugulosa, subtus nervo crasso, depresso, viridi dirempta, glaberrima, post inflorescentiam elonganda. Scapus modo brevissimus, modo subpollicaris, vagina propria radicali, albo-membranacea, ore lacera arcte obductus, plerumque uniflorus, sed et biflorum vidi. Spatha monophylla, oblique secta, acuta, vel obtusa. Flos grandis, inodorus, tubo longo, gracili, albo, superne violaceo. Limbus sexfidus, laciniis ovato-oblongis obtusis, subinde retusis, interioribus tribus sæpe quidquam brevioribus, totus æqualiter violaceus, nunc

saturate, nunc pallide, interdum vero albus. Faux ciliata pilis albis, hyalinis, alba, vel violacea, nunquam lutea. Filamenta alba, pilosula, antheris multo breviora. Antheræ apice emarginatæ, luteæ. Stigma breviter trifidum, laciniis cristato-laceris, coloris aurantiaci, demum saturatioris; nunc stamina æquat, interdum multo superat, subinde non attingit.

In varietate *β* flos est multo minor, laciniis obtusioribus, tribus internis interdum insigniter brevioribus, sæpe albus, stigmate altitudinem filamentorum æquante, sed in aliis individuis gradatim æquante summitatem antherarum. Hos lusus omnes mihi ostenderunt plantæ innumeræ ex Liguria, ex alpinis Pedemontanis, ex Baldo, ex *Valsassina*, præsertim vero ex agro Tergestino, imo ex *Lipizza* ipsa, unde habui complures bulbos, quos sevi in sylvula horti botanici Bononiensis, et qui quotannis Martio mense florent flore prorsus albo, vel cum levi tinctura violacea, a quibus didici *Crocum albiflorum* Hop. et Horns. specie nullimode differre, ut diligenter pro more suo monuit Cl. Gayus l. c. Forte varietas *β* hæc nostra comprehendi poterat in descriptione generali speciei, in quam gradatim transit. Exemplar *Croci siculi* Tin., quod obtinui ab ipso Eq. Gussonio, omnino pertinet ad hanc varietatem nostram. Obstare posset faux corollæ, quam idem Gussonius in Suppl. 1. p. 7. dicit glabram; verum cum fateatur, se descripsisse plantam ex sicco, forte in aliquam hallucinationem hac de re incidit.

2. Crocus *suaveolens*: foliis synanthiis; scapo vaginato; spatha monophylla; fauce corollæ glabra, cellulosо-lutea; stigmate breviter trifido.

C. suaveolens *Bert. Descr. dei Zaffer. Ital. n.* 3., *et Lett. sopra i Zaffer. Ital. in Nuova collez. di Opusc. scient. tom.* 2. *p.* 147. *n.* 3.

C. Imperati *Coll. App.* 4. *p.* 12. *n.* 5. *tab.* 5. non Ten.

C. vernus *α Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 16.*

Ital. *Zafferano primaticcio odoroso*.

Perenn. Habui Româ lectum *alla valle dell' Inferno* a Prof. Maurio, Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, ex montibus *d' Itri* ab Eq. Gussonio. Floret Februario, et Martio.

Tunicæ radicales fibrillosæ. Subinde infra bulbos superimpositos descendit unus vel alter tuber fusiformis in fibrillam prælongam attenuatus. Vaginæ communes,

et propria scapi, ut in specie præcedente. Folia synanthia, at nata ante florem, et in anthesi florem subæquantia, stricta, subinde etiam superantia, lineam semis, aut lineam lata, in reliquis ut in priore. Spatha monophylla, acuta. Flos mediocris magnitudinis, a polline maturo suaveolens. Tubus longus, gracilis, striis longitudinalibus lilacinis in parte superiore. Limbus plus minus saturate lilacinus, laciniis ovato-oblongis, obtusiusculis, vel acutis, interioribus uniformiter coloratis, subinde quidquam brevioribus; externis tribus ex lilacino lutescentibus, vel pallentibus, striis tribus saturate purpureis, interdum deficientibus. Faux corollæ nuda, intense lutea, cellulis sub lente turgidis facta. Filamenta luteola. Antheræ filamento duplo longiores, apice emarginatæ, basi exquisite sagittatæ. Stigma staminibus humilius, vel æquans, leviter trifidum, coloris aurantiaci, laciniis inæqualibus, tubæformi-compressis, apice ciliolato-fissis.

Colitur in horto botanico Bononiensi ex bulbis a Prof. Maurio missis.

3. CROCUS *Imperati:* foliis synanthiis; scapo nudo, vaginis communibus amplis; spatha diphylla, acuminata, laxa; fauce corollæ glabra, celluloso-lutea; stigmate trifido.

C. Imperati *Ten. Mem. sopra le spec. e var. di Croc. p.* 10. *tab.* 3.*, *et Syll. p.* 28. *n.* 5. *A, B. C.* *Spreng. fil. Tent. suppl. p.* 2. *Sweet. Brit. flower gard. second. ser. n.* 25. *p.* 98. *tab.* 98. nil pulchrius, et exactius.

C. minimus *α* italicus *Gay. in Feruss. Bullet. des scienc. nat. et de géol. ann.* 1827. *tom.* 11. *p.* 370. excl. syn. Bert., et Fl. Rom. prodr.

Ital. *Zafferano Napoletano.*

Perenn. Habui ex montibus *di Castellamare* prope Neapolim ab Eq. Prof. TENORIO, et ab Eq. GUSSONIO. Floret Februario, Martio.

Radix bulboso-tuberosa, ut in præcedente. Tunicæ radicales fibrillosæ. Vaginæ communes foliorum, et scapi amplæ, laxæ, albæ, successivæ longiores, et acutiores. Folia synanthia, at nata ante florem, et in anthesi jam flore duplo longiora, patenti-recurva, lineam circiter lata, foliis præcedentium specierum in reliquis similia. Scapus vagina propria omnino destitutus, nudus. Spatha diphylla, ampla, laxa, acuminata, alba. Flos grandis, et major, quam in superiore

specie. Tubus longus, gracilis, striis longitudinalibus violaceis in parte summa, nunc spathis tectus, nunc exertus. Limbi segmenta oblongo–elliptica, integra, subinde emarginata; exteriora tria dorso pallide violacea, venisque ramosis saturatius purpureis variegata, supra læte violacea; interiora tria tota concoloria, læte violacea. Faux corollæ sub lente exquisite cellulosa ut in præcedente, nuda, et intense lutea. Filamenta crassa, luteola. Antheræ insignes, filamento longiores, non tamen duplo, basi sagittatæ, apice obtusæ, sæpe emarginatæ. Stigma trifidum, croceum, segmentis cristato–ciliolatis; passim ludit longius, vel brevius altitudine staminum. Flos inodorus.

Cl. Tenorius in Syll. l. c. monet, variare vel corollæ laciniis extus pallide flavis, cæterum unicoloribus, vel toto flore albo, quos lusus ipse nondum vidi.

Gayus l. c. profecto non jure confudit *Crocum Imperati* Ten. cum *Croco suaveolente* meo, et conjunxit cum *Croco minimo* Redout., quibus omnibus fecit *Crocum minimum* suum, in varietatem *α* Italicam, et *β* Corsicam dispertitum, atque ita res longe diversas consociavit. Verum in describendo *Croco minimo α Italico* habuit præ oculis plantam Cl. Tenorii, ut liquet ex signo, quod synonymo Tenoreano apposuit, ut autopsiam plantæ ejus indicaret; quare hoc synonymon Gayi ad *Crocum Imperati* Ten., potius quam ad *Crocum suaveolentem* meum afferendum duxi.

3. Crocus *minimus:* foliis filiformibus, synanthiis; scapo vaginato; spatha monophylla, integra, bifidaque, arcta, acuta: fauce corollæ glabra, albo–cellulosa; stigmate trifido, laciniis ciliolato–fissis.

C. minimus *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 367. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 146. *n.* 8. *Rédout. Liliac. tab.* 81. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 243. *n.* 2404. *Lois. Desl. Fl. Gall. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 27. *Vivian. Fl. Corsic. Diagn. p.* 3.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 45.* *Bert. Descr. de' Zaff. Ital. n.* 5., *et Lett. sopra i Zaff. Ital. in Nuov. collez. di opusc. scient. tom.* 2. *p.* 148. *n.* 5.

C. minimus *β* corsicus *Gay. in Feruss. Bullet. des scienc. natur. et de géol. ann.* 1827. *tom.* 11. *p.* 370.

C. insularis *Gay. in Feruss. Bullet. des scienc. natur. et de géol. ann.* 1831. *tom.* 25. *p.* 219. *n.* 11.

Ital. *Zafferano di Corsica.*

Perenn. Habui ex Corsica *a Bonifacio* a Seraffinio, et ab Eq. Prof. Vivianio, *a Calvi* a Soleirolio,

a Bastia prope *il Forte di Belvedere* a Bubanio, a quo item obtinui plantam luxuriantem, et plantam flore albo lectas supra *Oletta* prope S. Florentium *alla Bocca di S. Antonio*. Prof. Morisius misit ex monte *Genargentu* Sardiniæ, ubi reperitur usque ad nivem deliquescentem. In locis humilioribus floret ab exeunte Decembri in Martium, in montanis editis a Majo in Julium.

Tunicæ radicales crassiuscule fibrillosæ. Vaginæ communes foliorum, et scapi laxiusculæ. Folia filiformia, synanthia, sed floris exortum in locis humilioribus præcedunt, et post anthesim, raro ante, fiunt illo longiora, cæterum acuta, margine revoluta, supra linea alba dirempta, subtus nervo crassiusculo, depresso, viridi instructa, passim erecto-patula, vel recurva. Scapus vagina propria obductus, uni-triflorus. Spatha monophylla, acuta, vel obtusiuscula, indivisa, vel bifida, singula ad singulum florem. Flos parvus. Tubus gracilis, purpureo-striatus. Limbi segmenta elliptica, obtusa, subinde retusa, vel late ovata, apice rotundata, purpurea, aut violacea, tria exteriora passim, nec tamen semper, striis, venisque ramosis longitudinalibus, numerosis, saturatius coloratis, albidisque pulchre variegata, tria interiora violacea, concoloria. Interdum totus flos albus occurrit. Faux corollæ alba, sub lente cellulosa, at glabra, lutescit ab affuso polline. Genitalia variant subæqualia, vel antheræ excedunt stigma, vel stigma antheras. Filamenta alba. Antheræ lineares, basi sagittatæ, tenues, filamento filiformi æquales. Stigma trifidum, coloris aurantii, demum saturatioris, laciniis tubæformibus, sæpe iterum fissis, apice cristato-ciliolatis, raro simplicissimis.

Hæc species, longitudine sua ab imo scapo ad fastigium floris sumpta, mire variat, scilicet a sesquipollice ad spithamam per innumeros gradus transire vidi; at flos pari proportione non crescit; licet enim in luxuriantibus exemplaribus grandior evadat, nunquam tamen magnitudinem *Croci verni* L., aut *Croci Imperati* Ten. adipiscitur. Erronee dixi spatham *Croci minimi* duplicem in Descriz. de' Zaff. Ital. l. c. deceptus spatha bifida in planta sicca, quam tantum præ oculis tunc habui. Nunc planta est in horto botanico Bononiensi ex bulbis in Corsica a Bubanio lectis.

4. Crocus *versicolor*: foliis lineari-filiformibus, synanthiis; scapo arcte vaginato; spatha diphylla, exteriore ampliore, obtusa; fauce corollæ glabra, celluloso-luteola; stigmate trifido, laciniis apice subintegris.

C. versicolor *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *pag.* 367., *et Mant.* 1. *p.* 273. *Ker. in Bot. magaz. tab.* 1110. *Gay. in Feruss. Bullet. des scienc. nat. et de géol. ann.* 1827. *tom.* 11. *pag.* 369. *n.* 2.* *Duby. Bot. gall.* 1. *pag.* 453. *n.* 5.

Ital. *Zafferano variegato*.

Perenn. Habui Nicæâ a Risso, et bulbos a Gayo. Floret Februario, et Martio.

Tunicæ radicales tenuissime fibrillosæ, fibris stipatis, et parallelis, initio videntur membranaceæ, sed cito in fibrillas fatiscunt. Vaginæ communes albo-membranaceæ, striatæ, imæ obtusæ, superiores acutæ. Folia synanthia, sæpius cum flore, rarius ante illum, erumpentia, at in ipsa anthesi plerumque flore breviora, postea elonganda, linearia, perangusta, apice attenuata, tamen obtusa, erecto-recurva, supra lineâ albâ, latâ per longitudinem dirempta, margine revoluta, subtus utrinque ad nervum dorsalem depressum, virentemque canaliculata, canaliculis striatis, glaucescentibus. Scapus uni-quadriflorus, arcte obductus vagina radicali albo-membranacea, prætenui, pellucida, obtusa. Spatha diphylla, tenuis, exterior amplior, obtusa, interior multo magis angusta, acutiuscula. Corollæ tubus superne vel totus violaceus, vel striis violaceis percursus. Limbi segmenta ovato-oblonga, concaviuscula, obtusa, aut vix acuta, fundo albo, vel ex albo pallide-violaceo, extus picta venis tribus-quinque saturate purpureis, quarum media utrinque, reliquæ latere externo iterum venulosæ; hujusmodi venæ pari pacto, at minus intense, transparent in facie superiore segmentorum limbi. Faux corollæ glabra, celluloso-luteola, vel flava. Stamina inclusa. Filamenta compressa, glabra, alba, vel albo-luteola. Antheræ oblongo-lineares, aureæ, filamento paulo longiores. Stigma vel stamina æquat, vel excedit, subinde etiam fere e corolla exeritur, trifidum, laciniis tubæformibus, apice integris, vel crenulatis, rarius incisis, coloris aurantii, postea saturatioris.

Male profecto hæc species in Syst. veg. Sprengelii tom. 1. p. 145. jungitur cum *Croco verno* W.

5. Crocus *variegatus:* tunicis radicalibus reticulato-cancellatis; foliis lineari-filiformibus, synanthiis; spatha diphylla; stigmate profunde trifido.

C. variegatus *Schult. Syst. veg. Mant.* 1. *p.* 275. *Hopp. und Hornsch. Tageb. einer Reis. nach den Küst. des Adriatisch. meers p.* 187. cum fig. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 407.* *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 43. *Bert. Descr. de' Zaff. Ital. n.* 6., *et Lett. sopra i Zaff. Ital. in Nuov. collez. di opusc. scient. tom.* 2. *p.* 149.

C. reticulatus *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 146. *n.* 4. *Gay. in Feruss. Bullet. des scienc. nat. et de géol. ann.* 1827. *tom.* 11. *p.* 370.*

Ital. *Zafferano d' Istria. Zafferano graticellato.*

Perenn. Habui ex *Monfalcone* a Berinio, et Brumattio, ex pratis montanis Tergestinis a Visianio, et a Biasoletto, ex pascuis *di Meriano* ad dexteram Sontii a Cernazajo, a quo bulbos quoque obtinui. Floret Martio.

Tunicæ radicales externæ ex fibris crassiusculis, reticulato-cancellatis. Vaginæ communes inferiores obtusæ, superiores apice rotundato-acutiusculæ. Folia synanthia, sed prodire incipiunt ante florem, et in anthesi illum subæquant, postea elonganda, suntque lineari-filiformia, acuta, erecto-recurva, in reliquis gentis. Flos parvus. Spatha diphylla, acuta, vel obtusa, æqualis, vel non, subinde tubum floris æquans, imo superans. Tubus corollæ gracilis, purpureo-striatus. Limbi pallide violacei segmenta oblonga, obtusa, vel acuta; externa tria dorso pulchre variegata lineis tribus-quinque ramulosis, saturate purpureis; interiora tria tota pallide violacea. Faux glabra, celluloso-luteola. Genitalia inclusa. Filamenta flava. Antheræ lineares, sagittatæ, filamento paulo longiores. Stigma antheras nunc quidquam excedens, nunc æquans, nunc infra, profunde trifidum, laciniis tubæformibus, apice cristato-fissis, coloris primum flavi, deinde aurantii.

6. Crocus *biflorus:* tunicis radicalibus membranaceis; foliis lineari-filiformibus, synanthiis; spatha diphylla, acuminata; stigmate profunde trifido.

C. biflorus *Mill. Dict. Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 367. *Spr. Syst. veg.* 1. *p.* 146. *n.* 8. *Ait. fil. Hort. Kew. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 81. *Rees. Cycl. v.* 10. *n.* 8. *Bot. Magaz. tab.* 845. cultura luxurians. *Andrews. Repos. tab.* 362. *Rédout. Liliac. tab.* 294. *Bert. Descr. de' Zaff. Ital.*

n. 4., *et Lett. sopra i Zaffer. Ital. in Nuov. collez. di opusc. scient. tom.* 2. *pag.* 147. *Gay. in Feruss. Bullet. des scienc. nat. et de géol. ann.* 1827. *tom.* 11. *p.* 360. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 50.*

C. pusillus *Bert. in Schult. Syst. veget. mant.* 1. *p.* 272. *Ten. Mem. sulle spec. e var. di Croc. p.* 8. *tab.* 2.*, *et Syll. p.* 28. *n.* 4.* *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 30.*

C. minimus *Ten. Fl. med.* 1. *p.* 21. *n.* 82.*, *et Fl. Nap.* 3. *p.* 25.* *Hook. in Bot. Magaz. tab.* 2991.

C. lineatus *Jan. Elench. p.* 1.* *Pollin. Lett. al Gaut. in Bibl. Ital. tom.* 45. *p.* 413.*

C. vernus *Morett. Agg. in Mem.* 1. *p.* 245.* planta ex locis demissis.

C. vernus γ *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 16.*

C. italicus *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 88. *in observ.* 2.

C. præcox *Engl. bot. Suppl. v.* 1. *tab.* 2645. optima.

C. reticulatus *Smith. Engl. Fl.* 4. *in correct. and addit. p.* 262. excl. syn. *Hook. Brit. Fl. p.* 17. excl. syn. præter Smithianum.

Croci alterum genus sylvestre *Cæsalp. De plant. lib.* 10. *cap.* 20. *p.* 411.

C. vernus minor albicans *Seguier. Ver.* 2. *p.* 55.

Ital. *Zafferano italiano*.

Perenn. Observavi copiosissimum in sylva *di Migliarino* prope Pisas, et Bononiæ in sylvaticis collium *di Montecastello*. Habui ex agro Mantuano a Barbierio, ex pascuis circa Veronam, et Mediolanum a Pollinio, ex *Legnago* a Prof. Morettio, ex agro Parmensi a Prof. Janio, Româ a Prof. Sebastianio, et a Prof. Maurio, Neapoli ex valle *Orsolona* ab Eq. Prof. Tenorio, ab Orsino, et ab Eq. Gussonio. Floret ab Januario in Martium secundum loca.

Tunicæ radicales membranaceæ, scariosæ, fuscæ, nitidæ. Radix subinde bulboso-tuberosa ex uno alterove tubere fusiformi sub bulbis. Vaginæ communes inferiores apice rotundatæ, obtusissimæ, successivæ ex rotundato acutiusculæ. Folia synanthia, sed prodire incipiunt ante florem, et in anthesi ludunt vel breviora, vel multo longiora flore, postea adhuc elonganda, suntque anguste linearia, acuta, supra lineâ albâ, subinde crispulâ dirempta, in reliquis gentis. Scapus nudus, uni-quadriflorus. Spatha diphylla, longitudine æqualis, acuminata, vel acuta, subinde apice erosa. Corollæ tubus gracilis, superne sæpe purpureo-striatus.

Limbi segmenta ovato-oblonga, obtusiuscula, subinde retusa; externa tria vel utrinque pallide lilacina, vel dorso lilacino-lutescentia, et insuper variegata striis tribus saturate purpureis, ramulosis; interiora tria tota pallide lilacina, subinde cum macula fusca in basi. Faux corollæ glabra, saturate lutea, sub lente exquisite cellulosa. Genitalia inclusa. Filamenta compresso-subulata, subpilosa, luteola. Antheræ oblongo-lineares, apice sæpius integræ, filamento æquales, aut vix longiores, luteæ. Stigma plerumque staminibus longius, profunde trifidum, laciniis tubæformibus, apice lacinulato-erosis, aurantium, senio ex aurantio croceum. Flos in anthesi levissime, et fugacissime, suaveolens; quare passim inodorus occurrit.

7. Crocus *sativus:* tunicis radicalibus fibrillosis supra bulbum elongatis; foliis linearibus, hysteranthiis; corollæ fauce barbata; stigmate tripartito, florem subæquante, lateraliter exerto.

C. sativus *Willd. Sp. pl.* 1. *par.* 1. *p.* 194. *Vahl. En.* 2. *p.* 45. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 46. *Hook. Brit. Fl. p.* 16. *Rees. Cycl. v.* 10. *n.* 2. *Plenck. Ic. pl. med.* 1. *p.* 17. *tab.* 32. foliis synanthiis. *Rédout. Liliac. tab.* 173. *Trattn. Fl.* 1. *p.* 99. *n.* 68. fig. bona. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 30. *fig.* 1. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 84. *n.* 310. *Orsin. Pl. sicc.* Bert. Descr. de' Zaffer. Ital. n.* 7., *et Lett. sopra i Zaff. Ital. in Nuov. collez. di opusc. scient. tom.* 2. *p.* 149. *n.* 7. *Ten. Syll. p.* 27. *n.* 1.*, *et Viag. in Abruzz. p.* 43. *n.* 33.* *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 8. *n.* 47. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 46. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 34. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 241. *n.* 2001. *Gay. in Feruss. Bullet. des scienc. nat. et de géol. ann.* 1827. *tom.* 11. *p.* 371. *n.* 6. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 405. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 43. *Gaud. Fl. Helv. tom.* 1. *p.* 89.

C. sativus α officinalis *Sp. pl.* 50.

C. autumnalis *Engl. bot. tab.* 343.

Croco fiorito, e Croco senza fiori *Matth. ed. Valg. ann.* 1585. *tom.* 1. *p.* 77. 78.

Crocum vulgo Zafferanum *Cæsalp. De plant. lib.* 10. *cap.* 20. *p.* 411.

Ital. *Giallone. Grogo. Grotago. Gruogo. Gruogo domestico. Zaffarano. Zafferano. Zafferano ambrosino. Zafferano domestico* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 81.

Officin. *Croci orientalis stigma. Croci Britannici stigma* Lin. Mat. med. p. 10. n. 27.

Perenn. Sponte nascitur in montibus Piceni prope Asculum, et præcipue in sylva sic dicta *Degli abeti*, unde habui ab Orsino. Floret Septembri.

Tunicæ radicales stipate fibrillosæ, fibris parallelis, interiores superne ultra bulbum elongatæ, laceræ. Vaginæ communes inferiores obtusæ, superiores, spathaque monophylla acutæ. Scapus uni-biflorus. Flos violaceus, grandis. Tubus prælongus, gracilis, longeque exertus. Limbi laciniæ oblongæ, obtusæ, apice subcrenatæ. Faux corollæ dense barbata, violacea. Stamina inclusa. Stigma corollam æquans, subinde quidquam superans, tripartitum, laciniis filiformi-cucullatis, apice crenato-laceris, plus minus inæqualibus, croceis, odoratis, lateraliter inter divisiones corollæ exertis. Folia hysteranthia, rarissime synanthia, linearia, angusta, acuta, margine crebre ciliolata, utrinque ad nervum canaliculo lævi, et sub lente punctato instructa, demum prælonga, et usque in sequens ver perdurantia, in reliquis gentis.

Usus. Stigma hujus speciei præstat qualitate suaveolenti, luteo-tinctoria, et aromatica, quibus proprietatibus eminebat crocus Cilicius, ut habemus ex Plinio: *Prima nobilitas Cilicio, et ibi in Coryco monte* Nat. hist. lib. 21. cap. 6. Veteres adhibebant in sacrificiis ob fragrantiam:

Cernis odoratis, ut luceat ignibus æther,
Et sonet accensis spica Cilissa focis.
Ovid. Fast. lib. 1. v. 75. 76.

Inservit pictoribus, et in condimentariorum genere tingendi causa, vel aromate suo quoque est. Vires autem medicæ, quibus pollet, sunt anodynæ, exhilarantes, resolventes, uterinæ, pellentes, emenagogæ; quare magno usui semper fuit medicis, et pharmacopolis.

8. Crocus *longiflorus:* tunicis radicalibus fibroso-intertextis, abbreviatis; foliis linearibus, subsynanthiis; corollæ fauce glabriuscula, celluloso-flava; stigmate tripartito, stricto, laciniis corollinis multo breviore.

C. longiflorus *Raff. Caratt. p.* 84. *tab.* 19. *fig.* 2. *Tenor. Syll. p.* 27. *n.* 2., *et ibid. in Addend. et em. pag.* 557. *Gay. in Feruss. Bullet. des scienc. nat. et de géol. ann.* 1827. *tom.* 11. *p.* 372. *n.* 8.

C. serotinus *Bert. Descr. de' Zaff. Ital. n.* 8., *et Lett. sopra i Zaff. Ital. in Nuov. Collez. di opusc. scient.*

tom. 2. *p.* 150. *n.* 8. excl. nonnull. syn., et planta dalmatica.

C. odorus *Bivona-Bern. Manip.* 3. *p.* 8. *tab.* 2.* *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 30.*, *et Suppl.* 1. *p.* 7.* *Spr. Syst. veg.* 1. *p.* 146. *n.* 13.

C. vernus *Ab Ucr. Hort. reg. Panorm. p.* 46.

C. autumnalis monoflore majori, aphyllus, purpureus *Cup. Hort. Cath. p.* 61.

C. sylvestris, autumnalis *Cast. Hort. Mess. p.* 8.

C. centuripinus Siciliæ *Plin. Nat. hist. lib.* 21. *cap.* 6. *ed. Ald. ann.* 1559. *p.* 564.

Ital. *Zafferano di Sicilia.*

Perenn. Habui ex Sicilia lectum in montibus Panormi ab Eq. Bivona-Bernardio, et ex pratis *di Val di Mazzara* ab Eq. Gussonio. Floret Octobri, Novembri.

Bulbus minor, quam in *Croco sativo* W. Tunicæ radicales fibroso-intertextæ, fibris crassiusculis, nullæ superne elongatæ. Vaginæ communes inferiores obtusæ, superiores, spathaque monophylla acutiusculæ. Folia linearia, angusta, obtusiuscula, sæpe synanthia, et tunc brevissima, deinde elonganda, interdum vero hysteranthia, margine ciliis prorsus denudata, in reliquis ut in priore. Flos violaceus, præcedente paulo minor. Tubus gracilis, longissime exertus. Limbi segmenta oblongo-obovata, obtusa, vel subemarginata, interiora tria quidquam angustiora. Faux glabriuscula, celluloso-flava. Genitalia inclusa. Stigma segmentis corollæ multo brevius, tripartitum, laciniis strictis, tubæformibus, apice ciliato-fissis, odoratis, croceis, at minus intense, quam in *Croco sativo* W.

9. Crocus *Thomasii:* tunicis radicalibus stipate fibrilloso-intertextis, abbreviatis; foliis lineari-filiformibus, synanthiis, crebre ciliatis; spatha diphylla; corollæ fauce villosa, violaceo-albida; stigmate tripartito, incluso, laciniis strictis, apice subintegris.

C. Thomasii *Ten. Mem. sulle spec. e var. di Croch. p.* 12. *tab.* 4.*, *et Syll. p.* 27. *n.* 3. *et p.* 558.* *Gay. in Feruss. Bullet. des scienc. nat. et de géol. ann.* 1827. *tom.* 11. *p.* 372. *n.* 7.

C. sativus *Ten. Fl. med.* 1. *p.* 21.*, *et Fl. Nap.* 3. *p.* 34.*

Ital. *Zafferano Calabrese.*

Perenn. Nascitur in Calabria, unde habui et plantam siccam, et bulbos ab Eq. Prof. Tenorio. Floret Octobri.

Tunicæ radicales stipate fibrillosæ, fibrillis intertextis, nullæ ultra bulbum superne elongatæ. Vaginæ communes inferiores obtusæ, reliquæ acutiusculæ. Folia synanthia, ante florem prodire incipientia, in anthesi ipsum florem æquantia, aut quidquam superantia, postea adhuc elonganda, lineari-filiformia, acuta, erecto-patula, margine pilis hyalinis crebre ciliolata, quæ cilia occurrunt etiam utrinque ad nervum, in reliquis ut in priore. Spatha diphylla, albo-membranacea, acuminata, foliolo exteriore latiore. Flos mediocris magnitudinis, totus violaceus, striis, venisque quidquam saturationibus, suaveolens. Limbi segmenta obovato-lanceolata, obtusa, vel subemarginata, exteriora tria quidquam majora. Faux corollæ pilis albis, hyalinis obsita, ipsaque violaceo-albida, ab insperso polline tantum fit lutescens. Stamina inclusa; filamentis albis, pilosulis, antherâ brevioribus; antheris gentis, flavis; granulis pollineis aureis. Stigma inclusum, stamina circiter æquans, tripartitum, laciniis tubæformibus, erecto-recurvulis, rutilo-croceis, apice truncatis, vix erosulis.

10. Crocus *medius:* tunicis radicalibus reticulato-cancellatis; foliis lato-linearibus, hysteranthiis; spatha monophylla, acuminata; stigmate incluso, trifido, laciniis penicillato-multipartitis.

C. medius *Balb. Addit. ad Fl. Ped. in Elenc. p.* 83., *et in Ic. Taur.**, *et Misc. bot.* 1. *p.* 6. excl. syn. *Bert. Descr. de' Zaff. Ital. n.* 9., *et Lett. sopra i Zaff. Ital. in Nuov. collez. di opusc. scient. tom.* 2. *pag.* 150. *n.* 9. *Gay. in Feruss. Bullet. des scienc. nat. et de géol. ann.* 1827. *p.* 372. *n.* 9.

Ital. *Zafferano di Liguria.*

Perenn. Longe lateque nascentem observavi in montibus Liguriæ orientalis *a Varese*, et in montibus *del Bracco*. Habui ex Liguria occidua lectum prope *Laigueglia* a Badaroo. Nunc colo in horto bot. Bononiensi ex bulbis, quos legit prope *Varese* in Liguria orientali, et ad me attulit Doctor Joannes Baptista De Rubeis jam discipulus meus. Floret Septembri, Octobri.

Tunicæ radicales e fibris reticulato-cancellatis. Bulbus grandiusculus, profecto major, quam in *Croco nudifloro* Smith. Vaginæ inferiores scapi acutiusculæ, successivæ magis acutæ, superiores, spathaque monophylla acuminatæ. Flos grandis, intense violaceus. Tubus

crassiusculus, longe exertus. Limbi segmenta late ovata, obtusa, vel acutiuscula. Genitalia inclusa. Antheræ filamento multo longiores. Stigma stamina excedens, subinde æquans, croceum, trifidum, laciniis profunde multipartitis, sudichotomo-penicillatis, effusis, capillaribus, apice crassiusculis. Folia semper hysteranthia, et quidem sero, scilicet Februario, et Martio sequentibus, bina, vel terna, lato-linearia, apice angustata, callosa, callo obtusiusculo, margine nuda, canaliculis utrinque ad nervum glaucis, et striatis, in majori elongatione quatuor-quinquepollicaria, ideo multo breviora, quam in *Croco sativo* W., e basi bulbi superioris prodeuntia, vaginis duabus propriis, subferrugineis, apice obtusiusculis inferne cincta, in reliquis gentis.

In Systemate vegetabilium Römeri et Schultesii tom. 1. p. 369. n. 13. hæc species perperam confusa fuit cum *Croco nudifloro* Smith., qui profecto diversus bulbo radicali longe minori, tunicis fibrilloso-membranaceis obducto, vaginis superioribus, spathaque non ita exquisite acuminatis, segmentis corollinis angustioribus, et pallidius violaceis, præsertim vero stigmate aurantii coloris, trifido, laciniis breviter fissis. Confer ea, quæ dixi de historia *Croci medii* Balb. in Hist. dei Zaffer. Ital. l. c.

ROMULEA.

Maratt. Pl. Romul. et Saturn. p. 13. cum fig., *et Fl. Rom.* 1. *p.* 31. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 11. *n.* 18.

Trichonema *Ker. in Ann. of. bot. vol.* 1. *pag.* 222. *Dryand. in Hort. Kew. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 82. *Smith. in Rees. Cycl. v.* 36., *et Engl. Fl.* 1. *p.* 47. *Hook. Brit. Fl. p.* 17. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 126.

Ixiæ species *Lin. Gen. pl. p.* 26. *Juss. Gen. pl. p.* 58. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 192. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 31. *fig.* 1. *Gærtn. De fruct. et sem.* 1. *p.* 40. *tab.* 13.

Calyx spatha bivalvis, valva exteriore angustiore. Corolla epigyna, tubo brevissimo, limbo sexfido. Stamina inclusa; filamentis basi antice

hirtis; antheris incumbentibus, sagittatis. Stigma trisectum, laciniis bifidis, supra puberulis. Capsula oblonga, obtusa. Semina globosa.

Habitus. Bulbus solidus, tunicatus. Folia subulata, scapo longiora. Scapus, vel caulis deflectitur, uni-pluriflorus. Flores ad solem patentes circa meridiem.

Ord. nat. Ut in *Croco* pag. 205.

1. Romulea *Bulbocodium:* foliis subulatis, compressis, sulcatis, rectis, recurvisque, distortis; spatha interiore late membranaceo-marginata; staminibus pistillo brevioribus.

R. Bulbocodium *Sebast. et Maur. Fl. Rom. Prodr. p.* 17. *n.* 41.* *Ten. Mem. p.* 116.*

R. spatula intra calycem inserta *Maratt. Plant. Romul. et Saturn. &c. p.* 17. *tab.* 2. excl. var. 5.

R. spatula unica ad florem, simul cum calyce florem amplexante, in basi calycis duabus foliolis alternis cincto *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 32. excl. var. flore parvo variegato.

Ixia Bulbocodium *Sp. pl.* 51., *et Mant. alt.* 320. *Jacq. Ic. pl. rar. tom.* 2. *p.* 6. *tab.* 271. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 28., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 7. *Ten. Fl. Nap.* 1. *p.* 12.* excl. var., *et Syll. p.* 24. *n.* 1.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 34. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 100. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 408. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 44.

I. Bulbocodium ½ purpurascens *Jan. Elench. p.* 1.*

Sysirinchium Asprensium angusti folio alterum *Column. Ecphr.* 2. *p.* 5. *fig. p.* 7.

Bulbocodium Crocifolium, flore magno, albo, fundo luteo *Tourn. Coroll. p.* 50.

B. Crocifolium, flore magno, purpurascente, fundo luteo *Tourn. Coroll. p.* 50.

β fundo corollæ brevi tractu pallide citrino.

Ixia Bulbocodium *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 31.* *Engl. bot. v.* 36. *tab.* 2549.

Trichonema Bulbocodium *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 48. excl. plerisq. syn. *Hook. Brit. Fl. p.* 18.

χ tota corolla concolore, violacea.

Ixia Bulbocodium *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 25., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 26. *tab.* 36.

Trichonema Bulbocodium *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 45.*

Ital. ***Bulbocodio*. *Fior bambagio*. *Zafferano salvatico*** **Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 128.**

Perenn. Habui speciem Româ a Prof. SEBASTIANIO, et a Prof. MAURIO, Neapoli lectam, *a Caserta* a BERGERO, ex monte *della Stella* in Principatu citra, et ex Lucania ab Eq. Prof. TENORIO, ex Istria meridionali *a Pola*, et *Dignani* a BIASOLETTO, ex litore *al Cinquale* prope *Pietrasanta* in Hetruria a GUIDONIO, ex Sicilia *alla Ficuzza* a Prof. JANIO. Varietatem β habui ex pratis montanis Panormitanis ab Eq. GUSSONIO; obtinui quoque bulbos ab Eq. Prof. TENORIO. Varietatem ϰ accepi ex Sardinia a Prof. MORISIO una cum bulbis; insuper habui ex Corsica mixtam cum *Croco minimo* ab Eq. Prof. VIVIANIO, ex eadem insula *ad Ajaccio* ab Eq. GUSSONIO, et a BUBANIO, *a Calvi* a SOLEIROLIO, ex litore *di Bastia* ab eodem BUBANIO. Species floret Martio ad finem vergente; varietas ϰ fere eodem tempore; varietas β decedente Februario, et veniente Martio, idest omnium prima.

Bulbus subrotundus, parvus, obductus tunicis membranaceis, coloris castanei, demum arefactione scariosis. Caulis semiteres, deflexus, idque magis post anthesim, foliis multo brevior, simplex, vel parce ramosus; dum ramescit, solvitur in ramos sub terra. Folia subulata, compressa, lateribus sulcatis, supra levissime canaliculata, canaliculo pallenti, principio stricta, mox passim recurvantur, distorquentur. Sub quovis ramo folium. Vaginæ radicales communes cauli, et foliis, acutæ, striatæ. Spatha bivalvis, valvis contrariis, ovato-lanceolatis, concavis, plus minus acutis, longitudine subæqualibus, exteriore angustiore, striata, viridi, margine membranaceo angustissimo, interiore carina dorsali viridi, margine hyalino-membranaceo lato, lineolis fuscis sub lente adsperso. Corolla præ plantula grandis, spatham multo excedens, intus a fundo fere usque ad medietatem saturate lutea, reliqua parte violacea, subinde albida. Ejus segmenta ovato-lanceolata, vel lanceolata, acuta, vel obtusa, tria exteriora dorso e violaceo spadiceo-luteola, insuper variegata lineis tribus longitudinalibus saturate purpureis, ramulosis. Stamina pistillo breviora; filamentis basi brevi tractu hirtulis; antheris pallide luteis, et fere albidis. Stilus staminibus concolor. Totum stigma stamina superans, longiusculum, album.

Varietas β habet valvas spathæ inæquales, quarum exterior est lanceolato-linearis, acuminata, interior ovata, obtusa. Ejus corolla est violacea, et distinguitur laciniis angustioribus, acuminatis, intus a fundo ad quartam circiter earum partem pallide citrinis. Stamina, et stilus ejusdem coloris. In reliquis similis speciei.

Varietas $\varkappa$ habet caulem angulatum, striatum, compressum. Spathæ foliola ovato-lanceolata, acuta, subinde retusa; exterius majus, totum viride, multistriatum, vix margine membranaceum; interius circumdatum margine hyalino-membranaceo lato, albido. Corolla concolor, etiam in fundo suo, nunc saturate purpurea, nunc dilute, seu violacea, et præcipue intus fere violaceo-albida; ejus segmenta tria exteriora dorso cum tinctura spadiceo-viridi. Antheræ, et pollen coloris pallide luteoli. Stigma antheras excedens, albidum, vel albido-subviolaceum. Exemplaria ejus, quæ habui ex Sardinia sunt paulo grandiora illis, quæ obtinui ex Corsica, in reliquis similia.

Flos hujus speciei, et varietatum ejus evigilat circa horam undecimam ante meridiem, clauditur circa horam quartam vespertinam.

Ixia Bulbocodium B Rédout. Liliac. tom. 2. p. 87. tab. 87. colore floris purpureo-rubente nec speciem, nec varietates nostras ostendit, et nisi haberet stigma, quod stamina supereminet, omnino referret *Romuleam purpurascentem* Ten.

Forte ex varietatibus β, $\varkappa$ nostris species diversas quis faceret, præcipue cum hæ sint cultura constantes; verum earum notæ characteristicæ tam arctis limitibus continentur, ut cautius mihi visum sit, illas pro varietatibus sumere. At errant profecto, qui ex earum commixtione unam tantum formam speciei effingunt, et describunt.

2. Romulea *purpurascens*: scapo trigono, unifloro; foliis subulatis, compressis, sulcatis, rectis; spathis anguste marginatis; staminibus pistillo longioribus.

R. purpurascens *Ten. Mem. p.* 117. *n.* 2.*

Ixia purpurascens *Tenor. Fl. Nap.* 1. *p.* 13. *tab.* 3.*, *et Syll. p.* 25. *n.* 3.* *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 31.

Ital. *Fior bambagio porporino*.

Perenn. Nascitur in Calabria circa Rhegium Julium, unde habui ab Eq. Prof. Tenorio, et in Sicilia, unde accepi ab Orsino. Floret initio Aprilis.

Bulbus subrotundus, obductus tunicis fuscis, demum scariosis, ferens unum ad quatuor scapos simplices, nudos, apice unifloros, modo breves, modo elongatos, seu quinque-sexpollicares, trigonos, angulo medio obtuso, lateralibus acutis, declinatos, præcipue post anthesim. Folia omnia radicalia, subulata, compressa, lateribus sulcatis, passim recta, stricta, vel patula, inæqualia, scapo multo longiora. Spatha diphylla, foliolis ovato-lanceolatis, acutis, concavis, subæqualibus, viridibus, margine membranaceo perangusto cinctis, præsertim foliolo exteriore. Corollæ tubus triqueter, brevissimus. Limbi laciniæ ovato-lanceolatæ, acutæ, intus a basi fere usque ad medium citrinæ, reliqua parte interna læte rubro-purpureæ; exteriores tres dorso viridi-luteolæ, et variegatæ lineis tribus longitudinalibus saturate purpureis, ramulosis; interiores tres dorso violaceæ, lineis tribus longitudinalibus, simplicibus, saturatioribus. Stamina stigma quidquam superantia; filamentis dorso convexis, et ab eorum basi usque ad medium, vel paulo ultra hirsutis, inde leviter canaliculatis, glabris; antheris linearibus, subsagittatis, luteis. Ovarium trigonum, virens. Stilus filiformis, crassiusculus, albus. Stigma breve, trisectum, laciniis bifidis, recurvis, supra puberulis. Capsula oblonga, obtusissime trigona.

Flos evigilat paulo post meridiem, et clauditur ante horam quartam.

Hæc species probe distincta est a *Romulea Bulbocodio*, quod systematici recentiores non cognoverunt, cum Schultesius in Mant. 1. syst. veg. p. 278. habuerit pro varietate illius, Sprengelius vero in Syst. veg. 1. pag. 149. omnino confuderit cum *Trichonemate Bulbocodio* suo.

3. Romulea *ramiflora:* caule ramoso, multifloro; foliis subulatis, compressis, sulcatis, rectis, recurvisque, elongatis; spathis anguste marginatis; staminibus pistillo æqualibus.

R. ramiflora *Ten. in Fl. Neap. prodr. add. et emend. in Append. ad indic. sem. ann.* 1827. *p.* 3.*, *et Descr. della Romul. a scapo ram. in Mem. p.* 113. *tab.* 7.*

Ixia ramiflora *Ten. Syll. p.* 25. *n.* 4.* *Guss. Suppl.* 1. *p.* 7.*

Ital. *Fior bambagio ramoso*.

Perenn. Habui ex pascuis Apuliæ *al Tavoliere*, et ex *S. Maria del pianto* prope Neapolim ab Eq. Prof.

Tenorio, iterum ex novissimo loco ab Eq. Gussonio, et ab Orsino, Româ in Janiculo a Barbierio, et a Prof. Maurio. Floret Aprili.

Affinis *Romuleæ purpurascenti* Ten. Differt sequentibus notis. Caulis ramosus, multiflorus. Rami axillares. Flos minor, segmentis angustioribus, lanceolatis, acutis, cæruleo-violaceis, exterioribus tribus dorso viridi-luteolis, striis ternis longitudinalibus, simplicibus saturate purpureis, interioribus tribus cum eisdem striis saturatioribus, sed minus evidentibus. Stamina æquant pistillum. Antheræ exquisite sagittatæ. Capsula multo minor. Folia sæpe recurvantur, et distorquentur.

4. Romulea *Columnæ:* caule subramoso; foliis subulato-filiformibus, compressis, sulcatis, recurvato-distortis; spathæ valva superiore late membranaceo-marginata; staminibus pistillum superantibus.

R. Columnæ *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 18.*

R. minima *Ten. Mem. p.* 117.*

Ixia Columnæ *Schult. Mant.* 1. *p.* 278. *Ten. App.* 4. *p.* 6.* *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 32.*, *et Suppl.* 1. *p.* 8.*

I. minima *Ten. App.* 5. *p.* 31.*, *et Syll. p.* 24. *n.* 2.*

I. Bulbocodium A. B. *Tenor. Fl. Nap.* 1. *p.* 12.*

I. Bulbocodium A parviflora *Rédout. Lil. tom.* 2. *tab.* 87. *fig. A.* male pistillum staminibus longius.

I. parviflora *Ronc. Ix. nov. spec. descr. p.* 1. *tab.* 1. luxurians.

Romulea var. 5. *Maratt. Plant. Romul. et Sat. &c. p.* 17.

R. flore parvo variegato *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 33.

Sysirynchium Theophrasti *Columm. Ecphr.* 1. *p.* 328. *fig. p.* 327. bona.

Ital. *Fior bambagio minuto*.

Perenn. Legi Sarzanæ in aggere arcis *di Sarzanello*, et Genuæ in ambulacris pomarii Principis ab Auria. Habui ex Liguria orientali ad Clavarum a Turio, ex Piceno ad Asculum ab Orsino, Româ a Prof. Sebastianio, et a Prof. Maurio, ex litore Terracinensi a Fiorinia-Mazzantia, Neapoli *al Granatello, a Bagnuoli*, et *a Montenuovo*, et ex Lucania ab Eq. Prof. Tenorio, ex insula Caprearum inter saxa montis S. Michaelis a Prof. Giraldio, ex Sicilia ad Panormum ab Eq. Bivona-Bernardio, ex Corsica *a Bonifacio* a Seraffinio, *a Calvi* a Soleirolio, *a Bastia* a Bubanio. Floret Februario, Martio.

Valde affinis speciei præcedenti, cujus diceretur varietas tenuior, et parviflora. Caulis sæpe simplex, rarius ut in illa ramosus, a sesquipollice ad palmum longus, demum curvatus. Folia plerumque, non semper, tenuia, et fere filiformia, recurvato-distorta, brevia, sed vidi etiam pedalia. Spatha interior instructa lato margine albo-membranaceo, hyalino, lineolis fuscis sub lente notato. Corolla minuta, nunc longitudine spathæ, nunc paulo longior, laciniis anguste lanceolatis, acuminatis, supra in fundo lutescens, reliqua parte pallide cærulea, laciniis tribus externis dorso saturatius coloratis, ex rubro spadiceis; subinde tota corolla alba. Antheræ exquisite sagittatæ, stigma superantes.

GLADIOLUS.

Lin. Gen. p. 26. *Juss. Gen. p.* 58. *Tourn. Inst. rei herb.* 2. *tab.* 190. *Vent. Tabl.* 2. *pag.* 193. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 32. *Gærtn. De fruct. et semin.* 1. *p.* 31. *tab.* 11.

Calyx spatha bivalvis, canaliculata. Corolla supera, irregularis, sexpartita, subbilabiata, tubo sæpe curvo. Stamina ascendentia sub labio superiore. Stigma trifidum. Capsula trilocularis, trivalvis. Semina alata.

Habitus. Radix e bulbo duplici, superimposito, tunicata. Folia ensiformia. Caulis simplex. Flores spicati, spathacei, nunc alterni, distichi, erecti, aut secundi, nunc unilaterales. Spathæ bivalves, unifloræ.

Ord. nat. Ut in *Croco*, et *Romulea* pag. 205.

1. Gladiolus *triphyllus:* floribus subternis, unilateralibus; antheris filamento brevioribus; tunicis radicalibus reticulato-cancellatis.

G. triphyllus *Sibth. MS. ex Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 25., *et ex Gawl. in Bot. magaz. tom.* 25. *p.* 992. sub Gladiolo hirsuto. *Bert. Mant. pl. Fl. alp. Apuan. pag.* 5. *n.* 8.

G. communis *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 153. *n.* 30. *Reich. Cent.* 6. *dec.* 60. *p.* 26. *n.* 598. *tab.* 598. *fig.* 817. *Jan.*

Elench. p. 1. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 101. excl. nonnull. syn. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 409. excl. nonnull. syn.

G. communis β *Sibth. et Smith. Flor. Græc. prodr.* 1. *p.* 25.

G. communis varietas *Sibth. et Smith. Fl. Græc.* 1. *p.* 28. *tab.* 38.

G. floribus uno versu dispositis *Zannich. Istor. delle piant. p.* 113. *tab.* 53. bene bulbus.

Ital. *Pancacciólo reticolato*.

Perenn. Legi in editis montis *Fasce* prope Genuam. Habui ex alpibus Apuanis lectum in pratis *de' Vinchesi*, sive *della Frattetta* sub vertice *Sagro* a Guidonio, et ex monte *Sumano*, ubi reperitur usque ad summitatem ejus, a Mayero. Floret Majo, Junio.

Bulbi radicales duo, superimpositi, globosi. Tunicæ, quæ illos obducunt, fiunt fibris crassiusculis, retis instar cancellatis, superne paullulum productis. Caulis teres, erectus, dodrantalis, pedalis, aut paulo ultra, inferne vaginis brevibus, obtusis, paucis, alternis vestitus. His succedunt folia duo, vel tria, ensiformia, acuminata, multinervia, integerrima, alterna, vaginantia, majora omnium; supra hæc unum, alterumve folium multo minus. Vaginæ foliorum superiorum longiores. Flores in spica terminali, passim tres, unilaterales, remotiusculi, recurvi, læte rubri. Spatha diphylla, inæqualis, dimidiâ corollâ brevior. Tubus corollæ abbreviatus, valde curvus. Limbi segmenta late ovata, acutiuscula; tria, quæ in labium superius connivent, paulo grandiora; supremum initio a lateralibus duobus superincumbentibus quidquam tectum; inferiora tria macula longitudinali alba, lanceolata in medio notantur. Antheræ filamento suo insigniter breviores. Tota planta glaberrima.

Hæc species in Italia est potius rara, et in editis montium solummodo reperienda. Semper multo minor sequente, et multo minori numero florum gaudens; quibus notis, et insuper antheris filamento longe brevioribus, tunicisque radicalibus reticulatis ab illa cito distinguitur. Pleraque synonyma ad *Gladiolum communem* L. pertinentia, et a botanicis ad *Gladiolum triphyllum* Sibth. allata multam obscuritatem pepererunt circa hasce stirpes. Conferantur ea, quæ dixi in Mant. pl. Fl. alp. Apuan. p. 6.

2. Gladiolus *communis*: floribus numerosis, distichis, secundis; corollæ segmento superiore recesso; antheris filamento subæqualibus, tunicis radicalibus membranaceo-fibrillosis, fibrillis stipatis, parallelis.

G. communis *Sp. pl.* 52. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 25., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 27. *tab.* 37. *Bot. Magaz. tab.* 86. *Rédout. Liliac. tab.* 267. *Bull. Herb. de la Franc. tab.* 8. colore floris nimis diluto. *Albert. Fl. med. tom.* 5. *p.* 209. *tab.* 293. *Allion. Fl. Pedem.* 1. *p.* 85. *n.* 311. *Balb. Fl. Taurin. p.* 5. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 41. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 20. *et p.* 315. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 8. *n.* 49. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 50. *Pollin. Flor. Veron.* 1. *p.* 47. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 8. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 16. *Suffr. Forojul. p.* 110. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 24. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 31., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 8. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 33. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 19. *n.* 43. *Tenor. Fl. Nap.* 1. *p.* 11. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 35. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 240. *n.* 1999. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 44. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 95.

G. Ludovicæ *Jan. Elench. p.* 1.* *Kern. Hort. semperv. vol.* 53. *tab.* 634. *Re Ad Fl. Pedem. app. p.* 8.

G. segetum *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 419. *n.* 37. *Ker. in Bot. magaz. tab.* 719. *Reich. Cent.* 6. *dec.* 60. *p.* 27. *n.* 600. *tab.* 600. *fig.* 819. *Tenor. Syll. p.* 25. *n.* 1. *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 33.*

G. imbricatus *Ten. Syll. p.* 25. *n.* 3.

G. byzantinus *Morett. Dec.* 5. *pag.* 3., *et in Giorn. di fisic. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 5. *p.* 321. non Mill. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 41. excl. syn. Hort. Kew. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 8. *n.* 50. excl. syn. Hort. Kew. *Pollin. App. in Fl. Ver.* 3. *p.* 769. excl. syn. Hort. Kew., et Röm.

G. dubius *Guss. Suppl.* 1. *p.* 8.*

G. italicus *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 96.

Gladiolus *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 32. *fig.* 1. *Riv. Monop. irreg. tab.* 110. *Cæsalp. De plant. lib.* 10. *cap.* 35. *pag.* 420.

G. floribus uno versu dispositis *Cup. Hort. Cath. p.* 85.

Xiphio *Matth. ed. Valgr. ann.* 1585. *tom.* 2. *p.* 1042.

Gladiolo *Anguill. Sempl. p.* 254.

Gladiolus. Gladiolus utrinque floridus *Dod. Pempt. p.* 209.

G. narbonensis. G. italicus binis florum ordinibus cinctus *Lob. Ic. p.* 98. 99.

Ital. *Crespolini*. *Fil di Spada*. *Fiori appiolini*. *Gladiolo*. *Gigliarello*. *Lanciòla*. *Monacuccie*. *Pancacciòlo*. *Pancacciuòlo*. *Spadacciòla*. *Spaderella*. *Spadino*. *Spagherella*. *Succiamele*. *Trombetti*. *Zuffolini* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 110.

Perenn. Nascitur copiose inter segetes in arvis, et collibus totius Italiæ. Legi inter sata collium Sarzanæ, et Bononiæ *a S. Luca, a Gaibolla*, qua descenditur ad torrentem *Ravone, alla Crovara*. Habui ex Pedemontio ad Albam Pompejam a Bertero, ex agro Parmensi a Prof. Janio, ex agro Tarvisino *a Mogliano* a Matero, ex agro Tergestino a Biasoletto, ex agro Viterbiensi *a Canino* ab illustrissima Principe De Bonaparte, Româ a Prof. Maurio, ex agro Terracinensi a Fiorinia-Mazzantia, Neapoli ad Sorrentum ab Eq. Gussonio, ex Sicilia ab eodem Eq. Gussonio. Floret Aprili, Majo.

Radix bulbus duplex, superimpositus, depressus, orbicularis, præcipue inferior, sæpe cum bulbillis minoribus. Tunicæ radicales communes, et externæ membranaceo-fibrillosæ, fibrillis stipatis, parallelis, vix una in aliam confluente, brunneis, cito scariosis. Ex bulbo inferiore descendit radix fibrosa, subinde una, alterave fibra incrassata, fusiformi. Caulis teres, erectus, simplex, sesqui-bipedalis, et ultra. Folia ensiformia, acuminata, multinervia, striata, integerrima, vaginantia, vagina carinata, alterna, disticha, imum vaginiforme tantum, obtusum, suprema decrescentia, linearia. Flores numerosi, in spica plus minus laxa, terminali, alterni, distichi, secundi, recurvi, speciosi. Rachis flexuosa. Spatha diphylla sub quovis flore, inæqualis, acuminata, dimidiam corollæ longitudinem attingens, aut superans. Corolla rubro-rosea, segmentorum unguibus albicantibus; sicca fit purpurea. Tubus brevis, curvus. Limbi lacinia superior cæteris grandior, a lateralibus duabus recedens, recurvula. Laciniæ tres inferiores minores, interdum, non semper, macula longitudinali alba, lanceolata in medio notatæ. Stamina ascendentia, orta e fauce corollæ; filamentis filiformibus, tenuibus; antheris linearibus, filamento suo æqualibus, aut paulo longioribus. Stilus filiformis, tenuis, stamina superans, stigmate trifido. Capsula obtuse trigona.

Ex macula alba, quæ est in laciniis corollæ, ad litteram A quodammodo accedente Sprengelius in Hist.

rei herb. 1. p. 142., et cum eo alii habent hanc plantam pro Virgiliano Hyacintho:

Dic quibus in terris inscripti nomina regum
Nascantur flores
Virg. Eccl. 3. v. 106.

et recte quidem sententia nostra, si ad ea, quae Ovidius tradidit de conversione pueri Hyacinthi in florem ejusdem nominis attendamus:

Ecce cruor, qui fusus humi signaverat herbam,
Desinit esse cruor; Tyrioque nitentior ostro
Flos oritur; formamque capit, quam lilia, si non
Purpureus color huic, argenteus esset in illis.
Non satis hoc Phœbo est, is enim fuit auctor honoris,
Ipse suos gemitus foliis inscribit; et Ai Ai
Flos habet inscriptum.
Ovid. Metam. lib. 10. v. 210-216.

Verum tam hæc species, quam præcedens, et sequens pari ratione haberi possent pro veterum poetarum hyacintho, nisi *Gladiolus communis* L., cum vulgatior in Italia sit, Virgilii carmina sibi præ cæteris vindicaret.

3. Gladiolus *byzantinus:* floribus numerosis, distichis; corollæ segmento superiore lateralibus tecto; antheris filamento longioribus; foliis ensiformi-linearibus, elongatis.

G. byzantinus *Mill. Dict. Ait. fil. Hort. Kew. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 102. *n.* 21. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 417., *et Mant.* 1. *p.* 291. *Sprengel. Syst. veget.* 1. *p.* 153. *n.* 32. *Gawl. in Curt. Bot. mag. tab.* 874. *Reich. Cent.* 7. *dec.* 65. *p.* 22. *n.* 643. *tab.* 643. *fig.* 866. *Gusson. Flor. Sic. prodr.* 1. *p.* 32.*
G. communis *Ab Ucr. Hort. Panorm. p.* 47.
G. utrinque floridus *Cup. Hort. Cath. p.* 85.
G. vulgaris flore purpureo *Castell. Hort. Messan. p.* 10.
G. byzantinus *Parkins. Parad. p.* 189. *tab. p.* 191. *fig.* 3.

Ital. *Pancacciólo Siciliano. Pancacciólo di Costantinopoli.*

Perenn. Nascitur copiose inter segetes Siciliæ, unde habui ab Eq. Gussonio. Floret Martio, Aprili.

Bulbus, et tunicæ radicales, ut in præcedente. Caulis tripedalis, et ultra. Folia ensiformi-linearia, plusquam pedalia. Spica longa, multiflora, laxa, omnino

disticha, floribus suberectis, grandioribus, et speciosioribus, quam in *Gladiolo communi* L. Corolla rubro-purpurea, in fundo flavida, ejus segmentum superius, et inferius reliquis majus; cæterum segmentum superius a lateralibus duobus superincumbentibus quidquam tectum; segmenta tria inferiora macula longitudinali, lanceolata, lutea notantur. Antheræ filamento longiores, aut saltem æquales. In reliquis similis præcedenti.

IRIS.

Lin. Gen. p. 27. *Juss. Gen. p.* 57. *Tourn. Inst. rei herb.* 1. *p.* 358., *et* 2. *tab.* 186. 187. 188. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 33. *Gærtn. De fruct. et semin.* 1. *p.* 38. *tab.* 13. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 191. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 48.

Xiphion *Tourn. Inst. rei herb.* 1. *p.* 362., *et* 2. *tab.* 189.

Hermodactylus *Tourn. Coroll. p.* 50.

Sisyrinchium *Tourn. Inst. rei herb.* 1. *p.* 365.

Calyx spatha bivalvis. Corolla supera, tubo crasso, connato cum stilo, vel libero, limbo sexpartito, laciniis alternis similibus, tribus reflexis, et sæpe superne barbatis, reliquis erectis. Stamina depressa contra segmenta corollæ reflexa. Stigmata tria, grandia, petaliformia, colorata. Capsula trigona, trivalvis, trilocularis, subinde incomplete. Semina numerosa, subrotunda, in quovis loculo biseriata.

Habitus. Plantæ perennes. Radix carnosa. Folia ensiformia, vaginantia, raro linearia, canaliculata, una vice tetragona. Caules erecti, uni-pluriflori. Flores spathacei, purpurei, albi, cærulei, lutei.

Ord. nat. Ensatæ *Lin. Ord. nat. n. VI., et Præl. in ord. nat. p.* 170. Irides *Juss. Gen. p.* 57. Irideæ *Vent. Tabl.* 2. *p.* 188. *Bartl. Ord. nat. p.* 44. *R. Brown. Prodr. p.* 302., *et ed.* 2. *tom.* 1. *pag.* 158. *Schultz. Natürl. syst. des pflanz. p.* 305. *Spreng. Syst. veg.* 1. *pag.* 126.

* *Corollis barbatis*.

1. Iris *florentina*: **caule foliis altiore, subbifloro; floribus sessilibus; bracteis, spathisque breviter scarioso-marginatis**; corollæ segmentis erectis oblongis.
I. florentina *Sp. pl.* 55. *Vahl. Enum.* 2. *p.* 126. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 26., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 28. *tab.* 39. *Plenck. Ic. pl. med. tom.* 1. *pag.* 19. *tab.* 35. *Bot. magaz. tab.* 671. *Rédout. Liliac. tab.* 23. *Trattn. Auswahl.* 1. *p.* 137. *n.* 85. *Alb. Fl. med. tom.* 6. *p.* 57. *tab.* 315. *Targ. Tozzett. Instit. bot.* 2. *p.* 38. *n.* 58. *α*. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 19. *n.* 44. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 35., *et Syll. pag.* 27. *n.* 6. *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 34. *n.* 2. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 36. *De Cand. Fl. Franç.* 5. *pag.* 328. *n.* 1990. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 414.
I. alba *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 32., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 9.
I. pallida *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 36. excl. syn.
I. hortensis alba, Germanica *Cup. Hort. Cath. p.* 103.
I. alba florentina *C. B. Theat. p.* 577.
I. florentina latifolia, flore albo, petalis angustis *Mich. Cat. hort. Cæs. Florent. p.* 52. *n.* 3.
Iris cujus flos ex toto candidus *Cæsalp. De plant. lib.* 10. *cap.* 36. *p.* 421.
I. flore albo *J. Bauh. Hist.* 3. *lib.* 19. *p.* 719.
Ital. *Giglio bianco* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 125.
Offic. *Ireos Florentinæ radix* Lin. Mat. med. p. 9.
Perenn. Observavi in Liguria occidua in collibus inter Genuam, et *Pegli*. Habui ex agro Terracinensi a Fiorinia-Mazzantia. Floret Aprili, Majo.

Radix crassa, transversa, fibras laterales demittens, odorata. Caulis teres, erectus, superne ramosus, foliis multo longior, apice biflorus, ramis subunifloris. Folia ensiformia, lata, striata, intense glauca, vaginantia, suprema minora, et ad ramos bracteiformia. Bracteæ, et spathæ viridi-glaucæ, circumdatæ margine scarioso, abbreviato, sordido, apice rotundato. Flos albus, subinde cum levissima tinctura cærulea, vix odorus. Segmenta tria reflexa obovata, in margine inferiore e viridi-luteolo reticulata, extus dorso, et basi virentia, cæterum alba, barbaque alba cum apicibus luteis. Segmenta tria erecta oblonga, quidquam inflexa, basi e luteolo, viridique reticulata, levi tinctura cærulea superaddita, cæterum alba, carina

virenti. Stigmata alba, carinis cærulescentibus, præcipue prope faucem stili.

Usus. Radix laudatur in hydrope, olim etiam habita pro remedio expectorante, errhino, bechico, ecoprotico Linn. Mat. med. l. c., sed nunc vix in usu.

2. Iris *germanica:* caule foliis altiore; floribus subsolitariis; spathis basi foliaceis, superne longissime scarioso-membranaceis; corollæ segmentis erectis subrotundis.

I. germanica *Sp. pl.* 55. *Vahl. En.* 2. *p.* 126. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 26., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 29. *tab.* 40. *Plenck. Ic. pl. med.* 1. *p.* 19. *tab.* 34. *Rédout. Lil. tab.* 309. *Bull. Herb. de la Franc. tab.* 141. *Ker. in Bot. mag. tab.* 670. *Poit. et Turp. Fl. Paris. tom.* 1. *tab.* 48. *Albert. Fl. Med. tom.* 6. *p.* 61. *tab.* 316. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 42. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 8. *n.* 51. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 48. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 16. *Suffr. Foroj. p.* 110. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 25. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr.* 1. *p.* 19. *n.* 45. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 36., *et Syll. p.* 27. *n.* 7. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 34., *et Suppl.* 1. *p.* 9. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 36. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 236. *n.* 1990. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 104. *Röhl. cum Merten. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *pag.* 413. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 45. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 39. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 90.

I. florentina β *Targ. Tozzett. Inst. bot.* 2. *p.* 39.

I. florentina *Sav. Mat. med. p.* 40. *tab.* 45.

I. violacea *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 9.

I. n. 1258. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 128.

I. florentina latifolia, flore majore, purpuroviolaceo *Mich. Cat. pl. hort. Cæs. Florent. p.* 52. *n.* 2.

I. vulgaris Germanica sive sylvestris *C. B. P. p.* 30., *et Theatr. bot. p.* 571. *Seguier. Veron.* 2. *p.* 57. *n.* 1. *Cup. Hort. Cath. p.* 103.

Iride volgatissima *Pon. Mont. Bald. p.* 17.

Iris vulgo Lilium purpureum *Cæsalp. De plant. lib.* 10. *cap.* 36. *p.* 421.

Iride domestica *Matth. ed. Valgr. ann.* 1585. *tom.* 1. *p.* 18.

Ital. *Chiaggiólo. Fior d'aliso. Fior di S. Marco. Taggiólo. Gaggiuólo. Giaggiólo. Giaggiuólo. Ghiaggiólo. Ghiaggiuólo. Giglio azzurro. Giglio di S. Caterina. Giglio pavonazzo. Ireos. Iride. Iride domestica. Iride fiorentina. Iride minore. Iride pavonazza* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 124.

Offic. *Ireos nostratis radix* Lin. Mat. med. p. 9. n. 24.

Perenn. Observavi Sarzanæ locis glareosis, saxosis, Florentiæ in muro oppidi, ubi copiosissima, Bononiæ in collibus extra portam *di Castiglione*. Habui ex Corsica *a Bonifacio*, et ex Sardinia *a Castel Sardo* a SERAFFINIO. Floret Aprili.

Radix, caulis, et folia ut in præcedente. Flores ampli, solitarii in apice caulis, et ramorum, raro duo simul, saturate purpurei, suaveolentes. Spatha diphylla ad quemvis florem, inæqualis, ovata, concava, obtusa, basi viridis, toto reliquo tractu, qui longus est, scariosa, sordide albens, marcescens. Corollæ segmenta tria reflexa obovato-oblonga, obtusa, plana, a basi ad medium utrinque ex albo, purpureoque variegata, margine reflexa, barba mediana alba, vel albo-cærulescente, apicibus luteis, reliqua parte sunt supra saturate purpureo-violacea, holosericea; segmenta tria erecta sunt ovato-subrotunda, obtusa, incurva, parce undulata, reflexis paulo majora, et dilutius violacea, pistillo longiora, basi angustata, et canaliculata, ibique ex albo-luteolo, purpureoque variegata. Segmenta omnia antice plus minus subcrenata, subinde emarginata. Stigmata carinâ, et apicibus violacea, lateraliter violaceo-albida; eorum apices acuti, margine exteriore eroso-crenati.

Errant profecto, qui figuram Floræ Græcæ a nobis superius allatam, transferunt ad sequentem speciem.

Iris germanica Allion. Fl. Ped. 1. p. 86. n. 313., et Balb. Fl. Taur. p. 7. pertinet ad synonyma dubia, quia Auctores isti tunc temporis sub hoc uno nomine videntur confudisse tum *Iridem germanicam* L., tum *Iridem pallidam* Lamk., quarum utraque in collibus Taurinensibus æque nascitur. Equidem in herbario Allionii periit ab insectorum corrosionibus exemplar, quod ibi erat sub nomine *Ireos germanicæ;* at res patet ex eo, quod ipse Allionius sileat in Flora Pedemontana de *Iride pallida* Lamk., et unus ex herborariis ejus adhuc superstes asseveret, distinctionem inter hasce plantas longe post Allionii decessum incæpisse. In herbario autem Balbisii reperiuntur specimina utriusque stirpis confusa sub eodem *Ireos germanicæ* nomine, imo Cl. Auctor loquens de hac planta in Flora Taurinensi l. c. notat, eam variare colore corollæ, neque ibi de *Iride pallida* Lamk. verbum facit. Certum tamen est, Balbisium postea distinxisse hasce species, cum exemplaria veræ *Ireos pallidæ*

Lamk. seorsim posita stent in herbario ejus, et praeterea Flora Ticinensis tom. 1. p. 20. indubiam hac de re fidem præbeat. De quibus omnibus ita quoque sentiunt botanici Taurinenses præstantissimi Aloysius Colla, et Prof. Josephus Hyacinthus Morisius.

Usus. Medici radici hujus speciei tribuunt vires diureticas, emmenagogas, errhinas; laudant in hydrope, et œdemate veluti heroicum remedium Lin. Mat. med. l. c. At ego vidi, tormina ventris cum evacuationibus serosis ciere; hinc caute adhibenda.

3. Iris *pallida*: caule foliis altiore; floribus spicatis; spathis totis albo-scariosis; corollæ segmentis erectis obovatis.

I. pallida *Enc. méth. bot. ed. de Pad. tom.* 3. *p.* 282. *n.* 4. *Willd. Sp. pl.* 1. *p.* 230. *n.* 17. *Vahl. En.* 2. *p.* 127. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 458. *n.* 4. excl. syn. Fl. Græc. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 161. *n.* 36. *Ker. in Bot. mag. tab.* 685. *Rédout. Liliac. tab.* 366. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 42. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 20. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 9. *n.* 52. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 50. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 33.*, *et Bot. Etr.* 2. *p.* 10.*

I. odoratissima *Jacq. Hort. Schönbr.* 1. *p.* 5. *tab.* 9.

I. florentina γ *Targ. Tozz. Inst. bot.* 2. *p.* 39.

I. florentina, flore minore, tribus petalis inferioribus violaceis latis ac brevibus, cæteris dilute cæruleis *Mich. Cat. hort. Cæs. Flor. p.* 52. *n.* 1.

Ital. *Giaggiuólo odoroso. Giaggiuólo celeste. Iride celeste.*

Perenn. Habui ex collibus Pisanis ab Eq. Prof. Savio. Floret Aprili, Majo.

Caulis altior, quam in *Iride germanica* L., foliis multo longior, superne flexuosus, spicatus, ramis brevibus, spicatis. Flores sessiles, alterni, remoti, inferiore subinde subpedunculato, grandes, pallide violacei, intense suaveolentes. Spathæ diphyllæ, concavæ, ovatæ, obtusæ, totæ albo-scariosæ. Segmenta corollina prope basim gaudent lateribus luteolo-virentibus, purpureoque reticulatis; segmenta reflexa obovata, barba alba apicibus luteis; segmenta erecta obovata, obtusissima, basi canaliculata. Utraque concoloria, integra, vel crenata, longitudine æqualia. Stigmata pallide violacea, apicibus breviter bifidis, acutis, margine externo crenatis. Herba magis glauca, quam in *Iride germanica* L.

Usus. Hæc quoque radice sua præstat eisdem usibus, ac præcedentes. Omnium radices sunt odoratæ. Putant,

linteis interpositas defendere a tineis Cæsalp. De pl. lib. 10. cap. 36. pag. 421. Olim commiscebant cum aliis substantiis, quibus fiebat pulvis dictus *alla marescialla*, nunc desuetus.

4. Iris *pumila:* caule abbreviato, unifloro; foliis ensiformibus; corollæ laciniis subæqualibus.

I. pumila *Sp. pl.* 56. *Curt. Bot. mag. tab.* 9. *Jacq. Fl. Austr.* 1. *p.* 5. *tab.* 1. *Rédout. Lil. tab.* 261. *A. Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *tab.* 47. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 10. herb. Sav. *Bivona-Bern. Sic. pl. cent.* 2. *p.* 34. *α*. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 2. *p.* 34.* *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 237. *n.* 1991. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 102. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abth.* 40. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 411. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 46.

Perpusilla saxatilis Iris latifolia acaulis ferme *Lob. Ic. p.* 64.

Pusillæ Iridis latifoliæ varietas *Lob. l. c.*

Iridis pusilli genera duo *Cæsalp. De pl. lib.* 10. *cap.* 36. *p.* 421.

Chamæiris minor purpurea *C. B. Theatr. p.* 608.

δ flore grandiore; corollæ segmentis deflexis apicem versus disco purpureis, limbo luteis, segmentis erectis, superne totis flavidis.

Iris pumila δ *Bert. Lucubr. pag.* 9. *n.* 34. *Bivona-Bern. Cent.* 2. *p.* 32.

I. pumila c discolor *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 34.*

I. pseudo-pumila *Tin. Cat. pl. hort. reg. Panorm. ann.* 1827. *p.* 283.

I. lutea, præcox, purpuro-rubro labello, magno, dimisso, margine lutea *Cup. Hort. Cath. p.* 103.

I. lutea labello purpuro-atrorubente margine lutea *Bonann. Panph. tab.* 17.

Ital. *Giglio nano. Giaggiuólo nano.*

Perenn. Observavi in montibus *del Bracco* in Liguria orientali. Habui ex maritimis *di Caprazoppa* in Liguria occidua a Prof. Sassio, et ex Sicilia ab Eq. Gussonio. Varietatem δ pariter obtinui ex Sicilia ab eodem Eq. Gussonio. Floret Aprili.

Radix transversa, et fibris aucta more præcedentium, sed minor. Folia ensiformia, ex viridi leviter glauca, radicalia caule pumilo interdum longiora, interdum vero caule quidquam elongato breviora, in reliquis gentis. Caulis a pollice ad spithamam longus, uniflorus. Flos præ plantula grandis. Spatha diphylla, subinæqualis, obtusiuscula, inflata, virens, apice

membranacea. Corolla plus minus saturate purpurea; tubus longus, gracilis, spatha tectus; limbus subæqualis, laciniis oblongis, apice rotundatis; tribus reflexis inferne ad latera albo-striatis, barba alba, maximam partem cum apicibus luteis; tribus erectis paulo latioribus, apice inflexo-conniventibus, basi canaliculatis, ibique ad latera luteo-striatis. Stigmata bifida, acuminata, apice serrulata. Antheræ, et pollen cærulescunt. Odor floris debilis.

In varietate δ caulis paulo altior, etiam dodrantalis. Flos grandior. Corollæ segmenta subinde emarginata; tria reflexa superne apicem versus disco purpurantia, margine flavida, basi flava, venisque purpureis variegata, barbâ apice saturate luteâ, subtus flavicantia, purpura faciei superioris vix transparente; segmenta erecta tota flavida, subinde huc illuc cum levi tinctura purpurea, basi venis purpureis variegata, eorum margo irregulariter undulatus, et reflexus. Stamina filamentis albo-cærulescentibus, antheris albidis, polline pallidulo. Stigmata carina quidquam cærulescentia, utrinque ad carinam albida, reliqua parte flavicantia. Odor floris levis, gratus. In reliquis omnino similis speciei.

** *Corollis imberbibus.*

5. Iris *PseudAcorus:* foliis ensiformibus; corollæ laciniis erectis minoribus, stigmate brevioribus.

I. PseudAcorus *Sp. pl.* 56. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 48., *et Engl. bot. v.* 9. *tab.* 578. *Hook. Brit. Fl. p.* 18. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. vol.* 1. *tab.* 7. *Fl. Dan. tab.* 494. *Plenck. Ic. pl. med.* 1. *pag.* 20. *tab.* 36. *Rédout. Liliac. tab.* 235. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *tab.* 46. *Bull. Herb. de la Franc. tab.* 137. *Bert. Pl. Gen. ed.* 1. *p.* 6. *n.* 8., *et Amœn. Ital. p.* 106. *n.* 8. *Allion. Fl. Pedem.* 1. *p.* 85. *n.* 312. *Balb. Fl. Taur. p.* 7. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 43. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 13. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 21. *et* 315. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 9. *n.* 53. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 50. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 49. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 9. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 16. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 26. *Suffr. Foroj. p.* 110. *Albert. Fl. med. tom.* 5. *p.* 217. *tab.* 295. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 36., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 11. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *pag.* 35. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 19. *n.* 46. *Ten. Fl. Nap.* 3.

pag. 36., *et Syll. p.* 26. *n.* 2. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 35. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 37. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 237. *n.* 1993. *Pollich. Fl. Palat.* 1. *p.* 32. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 106. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 417. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 47. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 38. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 92.

I. n. 1260. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 129.

I. palustris lutea *Zannich. Istor. delle piant. p.* 149. *tab.* 96. *Seguier. Ver.* 2. *p.* 58. *n.* 2.

I. palustris, lutea, sive Acorus adulterinus *Cup. Hort. Cath. p.* 103.

Acorus, seu Iris palustris *Cæsalp. De plant. lib.* 10. *cap.* 39. *pag.* 422.

Acoro falso *Matth. ed. Valgr. ann.* 1585. *tom.* 1. *p.* 24.

Acorum Officinarum *Fuchs. Hist. pl. p.* 12.

Acorus adulterinus *C. B. Theatr. p.* 633.

Ital. *Acoro. Acoro adulterino. Acoro falso. Calamo salvatico. Coltellacci. Giglio giallo. Iride gialla. Pseudoacoro* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 125.

Offic. *Acori palustris radix* Lin. Mat. med. p. 9. n. 25.

Perenn. Nascitur in omnibus paludibus Italiæ. Observavi copiosam in Liguria orientali *a Sestri di Levante,* Sarzanæ sub *la Fola,* tum prope dirutam Lunam, et in fossis paludosis *alla Marinella,* Bononiæ huc illuc ad piscinas, quas dicunt *Maceri*. Floret Aprili, Majo.

Radix repens. Folia ensiformia; radicalium alia stant cum caule, illoque sunt paulo breviora, alia stant in cæspitibus seorsim a caule, et hæc caulibus floriferis sunt longiora; caulina pauca, alterna, minora. Caulis tereti-compressus, erectus, in humentibus tripedalis, et ultra, in siccis longe brevior, superne ramosus, et flexuosus. Rami axillares, remoti, subposito folio breviores. Spathæ uni-trifloræ, terminales cauli, et ramis, oblongo-lanceolatæ, compressæ, carinatæ, striatæ, acutæ, virides, vix margine membranaceo-pallidæ. Flores intra spatham pedicellati, successive evolvendi, inodori. Tubus corollæ liber a stilo, virens. Limbus plus minus saturate flavus. Ejus segmenta reflexa sunt grandiora, ovata, acuta, vel obtusa, integerrima, basi angustata, et canaliculata, situ barbæ notantur macula fulva, venis sanguineis, radiatis picta. Segmenta erecta angustissima, præ reflexis minima, lineari-spathulata, obtusa, canaliculata, basi iterum latiuscula, stigmatibus breviora, tota lutea.

Antheræ immaturæ subpurpurantes; apertæ marginibus loculorum fusce purpureis. Pollen flavum. Stigmata flava, apicibus bifidis, acutis, margineque externo argute, et inæqualiter serratis. Ovarium trisulcum, tubo corollæ longius. Tota herba læte virens sine glaucedine.

Usus. Radix habebatur pro remedio adstringente. Adhibita in electuario Diacori; nunc desueta.

6. Iris *fœtidissima:* foliis ensiformibus; caule uniangulato; corollæ laciniis interioribus erecto-patulis, stigmate longioribus; seminibus arillatis.

I. fœtidissima *Sp. pl.* 57. *Vahl. En.* 2. *pag.* 139. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 49., *et Engl. bot. v.* 9. *tab.* 596. *Hook. Brit. Fl. p.* 18. *Plenck. Ic. pl. med.* 1. *p.* 20. *tab.* 37. *Rédout. Liliac. tab.* 351. *Poit. et Turp. Flor. Paris.* 1. *tab.* 45. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 49. *Nacc. Agg. alla Fl. Venet. p.* 7.*, *et Fl. Ven.* 1. *p.* 27.* *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 36., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 11. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 19. *n.* 47. *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 36., *et Syll. p.* 26. *n.* 3. *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 35. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 38. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 238. *n.* 1994. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 47.

I. agria, fœtida, vel Xiris *Cup. Hort. Cath. p.* 103.

I. fœtidissima seu Xyris *Seguier. Ver.* 2. *p.* 58. *n.* 3.

Spatula fœtida *Dod. Pempt. p.* 247. *Cæsalp. De plant. lib.* 10. *cap.* 38. *p.* 422.

Xiride *Matth. ed. Valgr. ann.* 1585. *tom.* 2. *p.* 1044. fig. cum fructu, sine flor.

Gladiolus fœtidus *C. B. Theatr. p.* 560.

Ital. *Giglio dei morti. Iride salvatica. Ricottaria. Spatola fetida. Spatula fetida. Xiride* Targ. Tozz. Diz. bot. tom. 2. p. 125.

Offic. *Spatulæ fœtidæ radix* Targ. Tozzett. Instit. bot. 2. p. 40. n. 60.

Perenn. Observavi Sarzanæ ad sepes in agrorum versuris, et Bononiæ in sylvaticis *di Ronzano*. Habui ex agro Fossæ Clodiæ *alla Ca bianca* a Prof. Naccario, et ex Corsica *a Cervione* a Soleirolio. Floret Majo.

Radix ut in præcedentibus. Folia ensiformia, angustiora, quam in *Iride germanica* L., nunc caule breviora, nunc æquantia, aut superantia. Caulis compressus, uniangulatus, pedalis, sesquipedalis, superne ramosus, ramis brevibus. Flores plures in apicibus caulis, et ramorum, sessiles, at intra spatham longe pedicellati, floribus præcedentium specierum minores, inodori.

Spathæ diphyllæ, lanceolatæ, elongatæ, canaliculatæ, plus minus acutæ, initio ovarium cum tubo obvolventes, postea breviores. Corolla partim pallide, et luride cærulea, partim flava, venosa. Tubus brevis. Limbi segmenta externa patenti-recurva, stigmatibus duplo longiora; lamina oblongata, apice rotundata, obtusa, cæruleo-plumbea; ungue canaliculato, pallente, in medio flavido. Segmenta interiora minora, erecto-patula, lamina oblongo-lanceolata, obtusa, flava, ungue angusto, canaliculato. Stigmata breviter bifida, recurva, subcrenata. Ovarium trigonum, trisulcum, angulis linea longitudinali mediana insculptis. Semina arillata, antice convexa, postice angulata, arillo completo, rubro-corallino. Tota herba viridis sine glaucedine. Folia contrita fœtidissima.

Usus. Radix caustica, errhina, hydragoga more *Ireos Germanicæ* L., et affinium; verum caute adhibenda, cum motus convulsivos graves excitaverit in sternutamento Targ. Tozz. Inst. bot. l. c.

7. Iris *sibirica:* foliis linearibus; caule tereti, fistuloso; capsulis trigonis.

I. sibirica *Sp. pl.* 57. *Vahl. En.* 2. *pag.* 148. *Jacq. Fl. Austr.* 1. *p.* 6. *tab.* 3. *Curt. Bot. mag. tab.* 50. *Allion. Auct. ad Fl. Pedem. p.* 6. *n.* 314. *Balb. Fl. Taur. p.* 8. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 43. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 21. *et* 315. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 56. *Pollich. Fl. Palat.* 1. *p.* 33. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 107. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abt.* 40. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 419. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 48. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 94.

I. pratensis *Lamk. Enc. méth. bot. ed. de Pad. tom.* 3. *p.* 287. *n.* 23. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *pag.* 239. *n.* 1997. *Rédout. Liliac. tab.* 237.

I. n. 1259. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 129.

I. angustifoliæ 2. species altera *Clus. Hist. pl. lib.* 2. *p.* 229.

I. pratensis angustifolia non fœtida altior *C. B. Theatr. p.* 597.

Ital. *Iride prataiuola*.

Perenn. Nascitur in nemoribus agri Ticinensis *a Costa Carogliana*, unde habui a Badaroo, item in sylvis *di Torre d'isola* ejusdem agri, unde habui a De Notaris. Floret Majo.

Radix brevis, tunicis aridis, sphacelatis, brunneis, plus minus longis, sursum strictis apice coronata. Caulis teres, striatus, erectus, circiter bipedalis, fistulosus,

simplex, vel ramulo uno, foliis longior, parce foliosus, subtriflorus. Folia linearia, acuminata, stricta, caulina inferiora vaginantia, superiora sessilia, amplexicaulia. Spathæ lanceolatæ, acutæ, concavo-canaliculatæ, scariosæ, demum fusco-ferrugineæ. Corolla fere magnitudine præcedentis, intra spatham longe pedicellata, coloris cæruleo-violacei. Tubus brevissimus. Segmenta tria exteriora majora, oblongo-obovata, obtusa, emarginataque, stigmatibus duplo longiora, reticulato-venosa; segmenta tria interiora ovato-lanceolata, erecto-inflexa, stigmatibus paulo longiora, cæruleo-purpurantia. Stigmata bifida, acuta, pallide cærulescentia.

Herba pecori ingrata; ideo hoc non tangit Pollich. l. c.

8. IRIS *graminea:* foliis linearibus, caule ancipiti longioribus; capsulis hexagonis.

I. graminea *Sp. pl.* 58. *Willd. Sp. pl.* 1. *par.* 1. *p.* 236. *Vahl. En.* 2. *p.* 149. *Gaw. in Bot. mag. tab.* 681. *Jacq. Fl. Austr.* 1. *p.* 5. *tab.* 2. *Rédout. Liliac. tab.* 299. *All. Fl. Ped.* 1. *p.* 86. *n.* 314. *Balb. Fl. Taur. p.* 8. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 43. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 9. *n.* 54. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 49. *Suffr. Forojul. p.* 111. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 37., *et Syll. p.* 27. *n.* 4. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 239. *n.* 1996. *Schrad. Flor. Germ.* 1. *p.* 109. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abtheil.* 40. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 419. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 47. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 39. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 93.

I. sylvatica *Balb. Cat. stirp. hort. Acad. Taur. ann.* 1813. *p.* 44. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 43.

I. angustifolia prunum redolens minor *C. B. Theatr.* p. 603.

I. angustifolia prunum redolens, major *Seguier. Suppl. p.* 230.

I. angustifolia VI. *Clus. Hist. pl. lib.* 2. *p.* 230.

Ital. *Iride con odore di susina. Iride susina. Iride susinaria* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 125.

Perenn. Observavi prope Genuam in montibus *dell'Acqua fredda,* et Bononiæ in sylva prope verticem montis *Mariano;* habui quoque ex monte *Paderno* agri Bononiensis a BUBANIO. Floret Majo.

Radix transversa, hinc fibris descendentibus, inde prædita squamis aridis, brunneis, sphacelatis, sursum strictis, brevibus. Folia linearia, acuminata, graminea, flaccida, prima caule breviora, reliqua longiora,

et horum quædam caulem multo superantia. Caulis a spithama ad pedem longus, anceps, subbiflorus, subflexuosus. Spathæ lanceolato-lineares, acuminatæ, concavo-canaliculatæ, inæquales, virides. Flores cæruleo-purpurei, suaveolentes. Ovarium hexagonum, intra spatham pedicellatum. Tubus corollæ brevis, connatus cum stilo. Faux inflata, libera. Limbi segmenta tria exteriora cæteris majora, horizontaliter patentia, oblonga, angusta, canaliculata, apicem versus utrinque constricta, ut deinde expandantur in laminam brevem, ovatam, integram, cæruleo-venosam, albedine venis interjecta, infra laminam purpurantia, loco barbæ linea lutea. Segmenta tria interiora erecta, stigmatibus breviora, ovato-oblonga, integra, aut subcrenata, inferne angustata, et canaliculata, tota uniformiter purpuro-cærulea. Stigmata recurvata, lato-linearia, supra carinata, apice leviter bifida, laciniis semiovatis, subcrenatis, sursum involutis, purpurantia, at carina, apicibusque purpuro-cæruleis. Receptaculum sublutescens, nectariferum, staminiferumque intus vestit faucem corollæ. Capsula hexagona.

9. Iris *scorpioides:* caule abbreviato: corollæ laciniis minoribus reflexis, majoribus erecto-patulis; foliis carinatis, superioribus lanceolato-linearibus, acuminatis.

I. scorpioides *Pers. Syn. pl.* 1. *pag.* 53. *n.* 39. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 471. *n.* 47. *Desf. Fl Atl.* 1. *p.* 40. *tab.* 6. *Rédout. Lil. tab.* 211. *Bert. Lucubr. p.* 9. *n.* 35. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 36.*, et Suppl.* 1. *p.* 9.*, et Fl. Sic. tab.* 14.

I. alata *Lamk. Enc. méth. bot. ed. de Pad. tom.* 3. *p.* 290. *n.* 32. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 159. *n.* 2. *Dietr. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 436. *Bivona-Bern. Cent.* 1. *p.* 44. *n.* 45.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 45.*

I. microptera *Vahl. En.* 2. *p.* 142. *n.* 36.

Juno scorpioides *Trattn. Answ. tom.* 1. *p.* 135. *n.* 83.

Iris verna *Ab Ucr. Hort. reg. Panorm. p.* 50.

I. humilis, oporina, Narcissi Jacobæi folio, cærulea, odora, Asphodeli radice *Cup. Hort. Cath. p.* 36. cum variet.

I. humilis oporina, cærulea, odorà Asphodeli radice *Cup. Suppl. alt. p.* 42. cum variet.

I. autumnalis humilis purpurea Asphodeli radice et foliis *Bonan. Panph. tab.* 18.

Ital. *Iride Cipollaccia.*

Perenn. Nascitur copiose in Sicilia prope Panormum, unde habui ab Eq. Bivona-Bernardio, et ab Eq. Gussonio, et in Sardinia prope Caralim ad rupes, unde obtinui a Prof. Morisio. Floret a Novembri in Martium.

Radix e tuberibus fusiformibus fasciculatis, quibus superimponitur bulbus tunicis scariosis, fuscis obductus. Folia prima brevissima, ovata, potius pro vaginis habenda, quæ succedunt ovato-lanceolata, vix acuta, reliqua lanceolato-linearia, acuminata; omnia carinata, canaliculata, vaginantia, recurva; longiora florem æquantia, aut superantia. Caulis brevissimus, foliis tectus, uni-triflorus. Flos grandis, pallide violaceus, odorus. Spatha diphylla, foliolis lanceolatis, acuminatis, inæqualibus, membranaceo-albidis cum aliquo virore. Corollæ tubus prælongus, gracilis, spatham subæquans, aut etiam multo superans. Limbi laciniæ tres minimæ, reflexo-patulæ, oblongo-obovatæ, obtusæ, crenatæ; aliæ tres amplæ, ovato-oblongæ, basi angustatæ, erectæ, obtusæ, crenatæ, emarginatæ. Stigmata grandia, fere longitudine segmentorum majorum corollæ, bifida, laciniis eroso-serratis. Ovarium obtuse trigonum. Variat flore albo.

10. Iris *tuberosa:* radice tuberoso-fibrosa; foliis tetragonis.

I. tuberosa *Sp. pl.* 58. *Vahl. En.* 2. *p.* 152. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 28., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 29. *tab.* 41. *Plenck. Ic. pl. med.* 1. *p.* 21. *tab.* 38. male color floris. *Curt. Bot. mag. tab.* 531. mala. *Rédout. Liliac. tab.* 48. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr.* 1. *p.* 20. *n.* 48.* *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 36. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 37., *et Syll. p.* 26. *n.* 1. *Ab Ucr. Hort. reg. Panorm. p.* 49. *Castell. Hort. Mess. p.* 12. *Guss. Fl. Sic. Prodr.* 1. *p.* 37. *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 328. *n.* 1998. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 49.

I. tuberosa, folio anguloso *Cup. Hort. Cath. p.* 103.

I. tuberosa rubro-atropurpurea, anguloso folio, tuberulis binis oblongis terminate minutis *Cup. Suppl. alt. p.* 43.

Sisyrinchium *Hort. Rom.* 6. *tab.* 67.

Iris tuberosa Belgarum: et secundum Aldroandum prima Lonchitis Dioscoridis *Lob. Icon. p.* 98.

Hermodattilo vero *Matth. ed. Valgr. ann.* 1585. *tom.* 2. *p.* 1167. bene cum fructu, sed sine flore.

Ital. *Bella vedova. Bocca di Lupo. Ermodattilo falso. Ermodattilo vero. Iride vellutata. Iride verde-pavonazza* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 125.

Offic. *Hermodactyli radix* Lin. Mat. med. p. 9. n. 26.

Perenn. Observavi Sarzanæ in collibus *di Sarzanello*, et *Monte Darme*, Bononiæ in collibus *di Castiglione*. Habui Româ a Prof. Sebastianio, et a Fiorinia-Mazzantia, ex agro Ravennati ad Classem extra a Dallagata, ex Ætna a Prof. Cosentino. Floret a Februario decedente usque in Aprilem secundum loca.

Radix tuberoso-fibrosa, tuberibus cylindraceis, obtusis, nudis, albis, fasciculato-divaricatis, fibrarum tenuium cæspiti superimpositis. Vaginæ radicales communes albido-membranaceæ, striatæ, plus minus acutæ obducunt basim caulis, et foliorum. Caulis teres, erectus, simplex, uniflorus, subpedalis, foliis radicalibus longe brevior. Folia quadrangula, acuta, intus laxissime cellulosa, sive utriculis amplis cavernosa, flaccida; caulina pauca, alterna, successive breviora, vaginantia, vagina angulosa. Spatha diphylla, inæqualis, lanceolata, elongata, acuminata, concavo-canaliculata, marginibus involutis, pallide viridis, exterior paulo grandior. Flos suaveolens, intra spatham longe pedicellatus, pedicello crasso, articulato cum apice caulis. Corollæ tubus teres, brevis; limbus infundibuliformis, sexpartitus, intus in fundo atro-purpureus; ejus segmenta tria majora prædita ungue lato, canaliculato, basi angustato, supra luride viridi-purpurascente, stria lata lutea per longitudinem dirempto; lamina ovata, reflexa, supra purpuro-nigricante, holosericea, subcrenata, et subinde emarginata; hæc eadem segmenta extus tota ex viridi-lutescunt, præcipue in medio, et in apice, cum aliqua tinctura purpurea; segmenta tria minora angustissima, erecta, obverse lanceolato-linearia, longe cuspidata, cuspide incurvulo, canaliculata, viridia, basi utrinque callo glandulari unidentata. Ovarium oblongum, obscure trigonum. Stilus liber, brevis, crassus, acute triqueter, trisulcatus. Stigmata viridia, supra carinata, bifida, acuminata, laciniis margine exteriore eroso-crenatis. Capsula intus dissepimentis tribus incompletis, nec in axem fructus coeuntibus instructa, ideo incomplete trilocularis, trivalvis. Semina funiculo umbilicali brevi dissepimentis, seu potius carinis internis valvarum utrinque affixa. Tota planta glabra.

Inflorescentia hujus plantæ peragitur inter æquinoctium vernale, et medium Aprilem. Corolla post nuptias marcescit usque ad basim tubi; tunc ovarium fœcundum

mole augetur, et flaccidum in latus deflectitur, caule prope articulum extenuato.

Usus. Vim purgantem, et mundificantem radici hujus plantæ tribuunt medici; sed nunc parum in usu.

11. Iris *juncea:* foliis linearibus, canaliculatis, apice subulatis; caule subbifloro; tubo corollæ elongato.

I. juncea *Willd. Sp. pl.* 1. *p.* 235. *Vahl. En.* 2. *p.* 145. *Röm. et Schult. System. veg.* 1. *p.* 472. *n.* 52. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 39. *tab.* 4. *Viv. Fl. Lyb. p.* 3.*

I. mauritanica *Spreng. Syst. veget.* 1. *p.* 159. *n.* 5. *Clus. Cur. poster. p.* 46.

Ital. *Iride Giuncastrello.*

Perenn. Nascitur Genuæ in collibus extra portam *degli Angeli*, unde habui a Prof. Sassio, et in *Oreggina*, unde obtinui ab Eq. Prof. Vivianio. Floret Aprili.

Bulbus subrotundus, obductus tunicis rufescentibus, demum scariosis. Caulis teres, erectus, vel ascendens, sesqui-bipedalis, crassitie pennæ columbinæ majoris, aut calami scriptorii, articulatus, foliosus, apice uni-biflorus. Folia linearia, canaliculata, convoluta, apice subulata, striata, vaginantia, ipso caule tenuiora, caulina alterna, inferiora prælonga, et caulem superantia, aut saltem æquantia, superiora successive breviora. Spatha diphylla, inæqualis, foliolis ovato-lanceolatis, acuminatis, concavo-canaliculatis, ventricosis, carinatis, superne, apiceque margine tenui, albido-membranaceo instructis. Corolla flava, fere magnitudine corollæ *Iridis PseudoAcori* L. Ejus tubus longus, gracilis. Limbi segmenta tria majora reflexa, ungue cuneato, basi valde angustato, lamina ampla, ovata, integra, subinde emarginata; segmenta tria minora, erecta, angusta, lanceolata, obtusa. Stigmata bifida, laciniis acutis, margine exteriore denticulatis. Capsula intra spatham sessilis, trigona, trilocularis, trivalvis. Tota planta glabra.

12. Iris *Sisyrinchium:* radice bulbosa, tunicis filamentosis; foliis linearibus canaliculatis, caule longioribus; floribus solitariis, spicatisque.

I. Sisyrinchium *Sp. pl.* 59. *Vahl. En.* 2. *p.* 144. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 28., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 30. *tab.* 42. *Cavan. Ic. et descr.* 2. *p.* 74. *n.* 212. *tab.* 193. *Rédout. Liliac. tab.* 29., *et tab.* 458. *Bivona-Bern. Sic. pl. cent.* 2. *p.* 33. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *pag.* 36.* *Ab Ucr. Hort. reg. Panorm. p.* 49. *Viv. Fl. Lyb. p.* 3.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 38. *Lois. Deslonch. Nouvel. not. p.* 4.*,

et Fl. Gall. ed. 2. *tom.* 1. *p.* 30. *n.* 12.* *Duby. Bot. Gall. edit. sec. tom.* 1. *p.* 452. *n.* 10.
I. fugax *Ten. Fl. Nap.* 1. *p.* 15. *tab.* 4.
Moræa fugax *Ten. Syll. p.* 26. *n.* 1.
M. Sisyrinchium *Ker. in Bot. magaz. tab.* 1407. *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 45.* *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 475.
Sisyrinchium medium *Cup. Suppl: alt. p.* 83.
S. majus *Rai. Stirp. Eur. extra Britan. nasc. syll. p.* 271.
S. majus et minus *Clus. Hist. pl. lib.* 2. *p.* 16.
Ital. *Iride Noce di terra*.

Perenn. Nascitur Genuæ in collibus extra portam *degli Angeli*, unde obtinui a Prof. Sassio, et a Vincentio. Habui ex Calabria *al Pizzo* a Bergero, ex Sicilia ab Eq. Gussonio, ex pascuis Sardiniæ prope Calarim a Prof. Morisio, et ex Sardinia septentrionali, ubi copiosa, a Seraffinio, ex Corsica *a Bonifacio* a Soleirolio, et ab eodem Seraffinio. Floret Aprili, Majo.

Radix bulbus globosus, solitarius, vel duo superimpositi. Obducuntur tunicis filamentosis, reticulatis. Subtus, et inter tunicarum filamenta emittunt fibrillas flexuosas, plus minus ramulosas. Caulis compresso-teres, erectus, articulatus, inter articulum, et articulum leviter flexuosus, a spithama ad dodrantem longus, uni-sexflorus, simplex, rarius ramo auctus. Vagina una, alterave, apice horizontaliter truncata vestit imum caulem. Folia linearia, acuminata, canaliculata, convoluta, subinde contorta, vel canaliculato-compressa, flaccida, pauca, dorso striata, et læte viridia, supra intra canalem albido-pallentia, basi caulem vaginantia, illoque duplo, et ultra longiora. Flos nunc solitarius, terminalis, nunc plures, 1-6., spicati, alterni, et approximati in apice caulis, aut rami. Spathæ diphyllæ, unifloræ, oblongo-lanceolatæ, acuminatæ, concavo-canaliculatæ, acute carinatæ, multistriatæ, inæquales, apicem versus hyalino-membranaceæ. Una, alterave ex inferioribus sæpe sterilis, subinde in apicem foliaceum tenuem quidquam producta. Corolla cærulea, aut cæruleo-violacea, segmentis longitudine æqualibus; horum tria latiora, magis cærulescentia, prædita ungue angusto, canaliculato, et lamina recurvata, spathulata, integra, aut vix emarginata, venisque saturatioribus picta; eadem segmenta supra a basi fere usque ad dimidiam

laminam dirimuntur macula mediana lutea, glabra, antice forma lanceæ elongatæ. Alia tria segmenta corollæ sunt angustiora, erecta, lanceolata, obtusa, subemarginata, canaliculata, contorta. Filamenta cærulea, longitudine antherarum. Ovarium obtuse trigonum, trisulcum. Stigmata profunde bifida, arcte adpressa segmentis corollæ reflexis, at laciniis, sive apicibus suis surrecta, qui apices latere exteriori sunt serrulati, aut crenati. Flos evigilat circa horam decimam matutinam; clauditur circa secundam vespertinam; vidi perdurare tres integros dies obversum soli meridiano, et quotidie aperiri, et claudi circa eamdem horam.

Quæ sequuntur genera hujus ordinis, in methodo naturali pertinent ad Calamarias floribus hermaphroditis pollentes. Nos in systemate artificiali comprehendimus sub divisione sequenti, quæ eisdem Calamariis apprime competit.

Flos hermaphroditus, inferus, glumaceus.
Nucula libera, solitaria, monospermia.

Ord. nat. Calamariæ *Lin. Ord. nat. n. III., et Prœl. in ord. nat. p.* 129. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 49. Cyperoideæ *Juss. Gen. p.* 26. *Vent. Tabl.* 2. *pag.* 90. *Schultz. Natürl. Syst. des pflanz. p.* 290. Cyperaceæ *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 99. *R. Brown. Prodr. p.* 212., *et ed.* 2. *tom.* 1. *pag.* 68. *Bartl. Ord. nat. p.* 32.

SCHOENUS.

Lin. Gen. p. 29. *Juss. Gen. p.* 27. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 38. *fig.* 1. *Vent. Tabl.* 2. *pag.* 91. *R. Brown. Prodr. p.* 231., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 87. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 49. *Link. Hort. Berol. descr. tom.* 1. *p.* 277. *Dietr. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 33.

Chætospora *R. Brown. Prodr.* 232., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 88.

Melanoschœnus *Mich. Nov. pl. gen. p.* 46. *tab.* 31.

Locustæ glumis distichis, imbricatis, carinatis; inferiorum pluribus calycinalibus, vacuis; superioribus floriferis. Stilus simplex, capillaris, deciduus. Stigmata tria. Pericarpium nucula, sæpe basi setosa.

Habitus. Plantæ perennes. Radix repens. Calamus teres, aut triangularis, enodis, basi foliosus. Folia vaginantia. Locustæ glomeratæ. Flosculi uniglumes.

1. Schœnus *mucronatus:* foliis linearibus, canaliculatis, recurvatis; calamo tereti; locustis fasciculatis; glumis inferioribus majoribus; involucro triphyllo.

S. mucronatus *Sp. pl.* 63. *Link. Hor. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 277. *Sibth. et Smith. Flor. Græc. prodr.* 1. *p.* 28. *et Fl. Græc.* 1. *p.* 30. *tab.* 43. *Host. Gr. Austr.* 4. *p.* 40. *tab.* 70., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 49. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 278. *n.* 2373. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 53. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 10. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 18. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 28. *Bert. Pl. Gen. p.* 6. *n.* 9., *et Amœn. Ital. p.* 106. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 38., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 12. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 37. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 20. *n.* 50. *Tenor. Fl. Nap.* 3. *pag.* 38., *et Syll. pag.* 30. *n.* 2. *Bivona-Bern. Cent.* 1. *pag.* 71. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 38. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 41. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 144. *n.* 1797. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *pag.* 112. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abt.* 40. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 450.

Mariscus mucronatus *Presl. Cyp. et Gram. Sicul. p.* 12.

Cyperus ægyptiacus *Glox. Observ. p.* 20. *tab.* 3.

C. radice longa odora angustifolius, in umbella trifolius *Bon. Panph. tab.* 12.

Scirpus maritimus, capite glomerato *Scheuchz. Agrost. p.* 367. *tab.* 8. *fig.* 1. *Mont. Cat. stirp. Agr. Bonon. prodr. p.* 16. herb. Mont.

Melanoschœnus maritimus, humilis, Cyperi effigie *Mich. Nov. pl. gen. p.* 46. *n.* 1. *tab.* 31. *Zannich. Istor. delle piant. p.* 182. *tab.* 16.

Gramen cyperoides maritimum *C. B. Theatr. p.* 91.

G. marinum cyperoides *J. Bauh. Hist.* 2. *lib.* 18. *p.* 498.

Ital. *Giunco ciperaceo*.

Perenn. Nascitur copiose in omnibus litoribus maritimis Italiæ. Ego observavi in Liguria orientali in litore Lunensi, et inter Segestam Tiguliorum, et *Lavagna*,

deinde in Liguria occidua *a Sestri di ponente*, et *Pegli*. Legi quoque in litore Massæ ducalis prope S. Josephum. Habui ex agro Nicæensi a Colla, ex ora circumpadana inter *Primaro*, et *Magnavacca* a Bubanio, ex litore Veneto circa Gradum a Brumattio, ex litoribus Prætutiorum ab Orsino, ex insula sacra ad Tiberim a Brunnero, Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, Neapoli *ai Bagnuoli* ab eodem Orsino, iterum ex oris Neapolitanis a Prof. Giraldio, ex Corsica *a Balistra* prope mare in cœnosis a Seraffinio, et *a Bastia* a Soleirolio. Floret a Majo in Julium secundum loca.

Radix repens, stolonibus remote squamosis, fuscis, aut nigricantibus, demittentibus fibras plus minus lanugine obductas. Calamus teres, farctus, striatus, initio erectus, demum a pondere fructificationis declinatus, a spithama ad sesquipedem longus, inferne tantum foliosus. Folia linearia, crassa, angusta, supra canaliculata, acuminata, mucronata, passim arcuata, calamo breviora, aut illum subæquantia, basi vaginantia. Flores in locustis fasciculatis, sessilibus in apice calami, involucratis. Involucrum tri-tetraphyllum, inæquale, longum, foliis calami simile. Locustæ lanceolatæ, turgidæ, multiglumes, glumis distichis, ovatis, acuminato-mucronatis, basi nigricantibus, aut fuscis, aut rufis, reliqua parte virentibus, inferioribus majoribus, compluribus sterilibus, floriferis tribus vel quatuor. Setæ desunt. Tota herba glabra, et viridi-glauca. Facies Cyperi.

2. Schœnus *nigricans:* foliis subulatis; calamo tereti, nudo; locustis capitatis; involucro diphyllo, inæquali.

S. nigricans *Sp. pl.* 64. *Vahl. En.* 2. *p.* 208. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 277. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 51., *et Engl. bot. v.* 16. *tab.* 1121. *Hook. Brit. Fl. p.* 19. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 38. *fig.* 1. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 37. *tab.* 54., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 50. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 278. *n.* 2374. *Balb. Fl. Taur. p.* 8. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 45. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 14. *Morett. Dec.* 3. *p.* 3., *et in Giorn. di fisic. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 5. *p.* 108. *Comoll. Prodr. Fl. Com.* 1. *p.* 9. *n.* 55. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 52. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 10. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 18. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 29.* *Suffr. Foroj. p.* 111. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 39., *et Bot. Etr.* 2. *pag.* 13. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 37. *Sebast. et Maur. Fl. Rom.*

prodr. p. 20. *n.* 51. *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 38., *et Syll. p.* 30. *n.* 1. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *pag.* 35. *α*, *β*. *Ab Ucr. Hort. Panorm. p.* 50. *Presl. Cyperac. et Gramin. Sicul. p.* 12. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 41. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 142. *n.* 1792. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 113. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deut. Fl.* 1. *p.* 451. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abtheil.* 40. *heft. Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 101.

S. compressus *Presl. Cyper. et Gramin. Sic. p.* 12.

Cyperus n. 1347. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *pag.* 181.

Juncus lævis minor, panicula glomerata nigricante *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 10. *fig.* 28.

Junco affinis, capitulo glomerato, nigricante *Scheuchz. Agrostogr. p.* 349. *tab.* 7. *fig.* 12–14.

Juncus lithospermi semine *Magn. Bot. Monsp. p.* 145. *fig. p.* 144.

Melanoschœnus palustris, angustifolius, Junci facie, Lithospermi semine *Mich. Nov. plant. gen. p.* 46. *n.* 2. *Zannich. Ist. delle piant. p.* 183. *tab.* 41. *Segui. Suppl. p.* 70.

Juncus cyperoides cristata panicula nigra *Bon. Panph. tab.* 12.

Scirpus, panicula glomerata nigricante *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 16. herb. Mont.

Ital. *Giunco nero* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 213.

Perenn. Hæc species copiosa in uliginosis prope mare in universa Italia ascendit ad uliginosa alpina montium nostrorum. Observavi Bononiæ in canaliculo prope verticem montis *Mariano*, Sarzanæ in palustribus litoris Lunensis, et in canalibus montanis *della Nuda*, et *Brina di Ponzano*, in Liguria occidua in montibus *Gneo*, et *Ramazzo* retro *Sestri di ponente*. Habui ex palustribus Nicæensibus a Prof. Morisio, ex litore Veneto a Visianio, ex ora circumpadana *alla Mesola* a Prof. Campana, ex litore Clodiensi a Prof. Naccario, ex *Porto d'Ascoli* in Piceno ab Orsino, ex Sicilia in palustribus *di Mondello*, *agli Scogliotti*, *a Spaccaforno*, et ex collibus *di Val di Mazzara* ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Bonifacio* a Seraffinio, *a Calvi*, et *al Capo Corso* a Soleirolio. Floret Majo.

Planta dense cæspitosa, mire per gradus varians ab altitudine bipollicari ad bipedalem. Radix fibrosa, longa, firmissima. Calamus erectus, teres, subinde quam certissime compressus, striatus, rigidus, basi foliis

vaginatus, reliqua parte nudus, strictus, vel curvus. Folia subulata, mucronata, juncea, tenuia, rigida, longitudine inæqualia, dorso convexa, supra tenuiter canaliculata, margine scabriuscula, stricta, vel recurva, basi in vaginas amplexantes, nigricantes, aut rufas, nitidas dilatata, nunc calamum æquantia, nunc breviora. Capitulum ovoideum, terminale, ex locustis congestis, nigricans. Involucrum universale diphyllum, inæquale, ovatum, concavum, emarginatum, rufo-nigricans, nervo medio subviridante, qui in foliolo majori producitur in folium sæpe, non semper, capitulo quidquam longius, cæterum foliis calami simile. Locustæ turgidulæ, lanceolatæ, apice attenuatæ, rufo-nigricantes, nitidæ, factæ glumis imbricatis, lanceolatis, carinatis, inferioribus majoribus, sterilibus, summis tantum fertilibus, superne præcipue margine, et carina scabriusculis. Antheræ lineares, longæ, luteæ. Nux trigona, alba, nitida, sub qua setæ breves, nigro-rufæ, scabræ, paucæ, 3-4. Reliqua planta glabra.

RYNCHOSPORA.

Vahl. En. 2. *p.* 229. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 2. *n.* 173. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 129. *n.* 218. (error. 210.) *R. Brown. Prodr. p.* 229., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 85. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 51. *Hook. Brit. Fl. p.* 19. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 279. *Dietr. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 56.
Cyperella *Mich. Nov. pl. gen. p.* 53. *ord.* 1. *tab.* 31.
Schœni species *Lin. Gen. p.* 29. *Juss. Gen. p.* 27. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 91.

Locustæ pauciforæ, glumis undique imbricatis, exterioribus pluribus, minoribus, sterilibus. Ovarium liberum. Setæ hypogynæ, sæpe numerosæ, scabræ, gluma breviores. Stilus basi dilatatus, compresso-conicus, persistens, abiens in apicem capillarem, deciduum, bifidum. Pericarpium nucula.

Habitus. Calamus foliosus, trigonus, enodis. Folia linearia, basi vaginantia. Flores in fasciculis, aut capitulis pedunculatis, corymbosis.

1. RYNCHOSPORA *alba:* foliis lineari-angustissimis, canaliculatis; floribus fasciculato-corymbosis, fastigiatis, diandris; setis hypogynis numerosis.

R. alba *Vahl. En.* 2. *p.* 236. excl. var. *β. Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 87. *n.* 20. *Spr. Syst. veg.* 1. *p.* 194. *n.* 3. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 279. *Dietr. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 60. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 52. *Hook. Brit. Fl. p.* 20. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 44.*

Schœnus albus *Sp. pl.* 65. *Engl. bot. v.* 14. *tab.* 985. *Fl. Dan. tab.* 320. mala. *Svensk. bot. tab.* 557. *fig.* 1. *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 41. *tab.* 72., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 51. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 279. *n.* 2376.* *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 14. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 53. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 13. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *pag.* 111. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abt.* 40. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 448. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *pag.* 40. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 103. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 143. *n.* 1794. *Lois. Deslongch. Fl. Gall. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 31. *n.* 3.*

Scirpus n. 1341. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 179.

Gramen cyperoides palustre, leucanthemum *Scheuchz. Agrost. p.* 503. *n.* 1. *tab.* 11. *fig.* 11.

Cyperella palustris, capitulis florum umbellatim compactis, primum albis, deinde fulvis *Mich. Nov. pl. gen. p.* 53. *n.* 1. *tab.* 31. *fig.* 31. *I.*

C. palustris, capitulis florum umbellatim compactis, fuscis *Mich. l. c. n.* 2. planta senescens.

Gramini luzulæ accedens glabrum, in palustribus proveniens paniculatum *Pluk. Alm. p.* 178. *tab.* 34. *fig.* 11.

Cyperus palustris hirsutus minor, paniculis albis *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 9. *fig.* 39.

Ital. *Giunco tenero* Targ. Tozz. Diz. Bot. 2. p. 213.

Perenn. Habui ex Pedemontio a Prof. BALBISIO, ex spongiosis *di Renco* in valle *Intrasca* provinciæ Novariensis a DE NOTARIS, ex monte *Legnone* ad Larium a Prof. MORETTIO. Floret Julio, Augusto.

Planta cæspitulosa, radice quidquam reptante. Calami erecti, vel ascendentes, tenues, trigoni, foliosi, ad summum circiter pedales. Folia linearia, angustissima, margine scabriuscula, in arefactione filiformia, dorso carinata, supra canaliculata, vaginantia, in calamo pauca, remota. Flores fasciculati, fasciculis pedunculatis, corymboso-fastigiatis, sæpe adest unus, alterve corymbus lateralis. Involucrum corymbum æquat, vel paulo superat, reliquis foliis simile. Locustæ tenues,

subulatæ, paucifloræ, albæ, senio sordescentes. Glumæ lanceolatæ, acuminatæ, carinatæ. Stamina duo. Stigmata duo, longa. Setæ sub ovario sex-decem, retrorsum scabræ. Nucula obovata, compressa, longiuscula, dorso convexiuscula, apice rostellata a basi stili persistente. Herba in genere glabra.

CLADIUM.

Brown. Jam. 114. *R. Brown. Prodr. p.* 236., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 92. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 60. *n.* 112. *Spr. Syst. veg.* 1. *p.* 131. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 74. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 35. *Hook. Brit. Fl. p.* 13. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 295. *Dietr. in Villd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 1. *p.* 138.
Schœni species *Lin. Gen. p.* 29. *Juss. Gen. p.* 27. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 38. *fig.* 2. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 91.
Pseudo-cyperus *Mich. Nov. pl. gen. p.* 54. *tab.* 31.

Locustæ paucifloræ, glumis undique imbricatis, exterioribus sterilibus. Stamina duo-plura. Ovarium liberum. Setæ hypogynæ nullæ. Stilus totus capillaris, deciduus. Pericarpium drupa ovoidea, seu potius nucula corticata.

Habitus. Calamus foliosus, teres, aut triangularis. Folia linearia, vaginantia. Flores paniculati, rarius spicati. Locustæ glomeratæ in apice pedunculorum.

1. Cladium *Mariscus:* foliis margine, carinaque cartilagineo-serrulatis; calamo tereti; panicula composita, elongata; floribus capitatis.
C. Mariscus *Hook. Brit. Fl. p.* 13. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 36. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 60.
C. germanicum *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 284. *n.* 1. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 123. *n.* 14. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 75. *tab.* 5. *fig.* 7. *Svensk. bot. tab.* 275. *Ten. Syll. p.* 22. *n.* 1. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 20. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 360. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 295. *Dietrich. in Willd. l. c. p.* 138.
Schœnus Mariscus *Sp. pl.* 62. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 38. *fig.* 2. *Engl. bot. v.* 14. *tab.* 950. *Fl. Dan. tab.* 1202.

Host. Gram. Austr. 3. *p.* 37. *tab.* 53., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 49. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 278. *n.* 2372.* *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 44. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 14. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 50.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 52. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 9. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 17. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 28. *Suffr. Forojul. p.* 111. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 38., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 11. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *pag.* 37. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 20. *n.* 49. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 37. *Ab Ucr. Hort. Panorm. p.* 50. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 42. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 143. *n.* 1796.

Mariscus n. 1343. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv. tom.* 2. *p.* 179.

Pseudo-cyperus palustris, foliis et carina serratis *Scheuchz. Agrost. p.* 375. *tab.* 8. *fig.* 7-11. *Mich. Nov. pl. gen. p.* 55. *n.* 1. (errore *n.* 2.) *Zannich. Ist. delle piant. p.* 219. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 116.

Scirpus palustris, altissimus, foliis et carina serratis *Mont. Catal. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 15. herb. Mont. *Bonann. Panph. tab.* 27.

Gramen cyperoides, serratum, altissimum, palustre, semine Sorghi *Cup. Hort. Cath. p.* 244.

G. cyperoides altissimum, foliis, et carina serratis *Bocc. Pl. Sic. p.* 72. *tab.* 39. *fig.* 2.

Cyperus longus major, et elatior, foliis et carina serratis *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 11. *fig.* 24.

Ital. *Panicastrella di padule*. *Serrago* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 213.

Perenn. Frequens in pluribus locis paludosis Italiæ, et insularum ejus. Habui ex Pedemontio a Prof. Balbisio, Mantuâ in lacu superiori *a Pradella* a Barbierio, ex palustribus Patavinis a Visianio, ex ora circumpadana *alla Mesola* a Prof. Campana, ex fossis agri Ravennatis *a Porto fuori* a Dallagata, ex agro Viterbiensi a Prof. Oriolio, ex Sardinia septentrionali *a S. Teresa*, et ex Corsica *a Bonifacio*, et *S. Manza* a Seraffinio, item *a Calvi* a Soleirolio. Floret Majo, Junio, et per æstatem.

Radix repens. Calamus teres, apice angulatus, erectus, nodosus, striatus, etiam orgyalis, superne longo tractu ramoso-paniculatus. Folia linearia, rigida, acute carinata, supra canaliculata, longissime acuminata, acumine triquetro, margine et carina cartilagineo-serrata, basi brevi tractu vaginantia, vagina clausa, superiora in calamo successive minora. Paniculæ rami

axillares, stricti, breves præ calamo, compressi, unus-tres in quavis axilla, striati, apicem versus scabriusculi, terminati corymbo composito, cujus radii inæquales, capituliferi. In centro corymbi capitulum sessile, aut brevissime pedunculatum. Sub quovis radio, et pedunculo bractea concavo-lanceolata, amplexicaulis, ferruginea, brevis, quarum bractearum inferiores abeunt in folium tenue, corymbo multo brevius, cæterum foliis calami simile. Locustæ parvæ, ovatæ, plerumque biflorae, in quovis capitulo quatuor-sex. Glumæ undique imbricatæ, ovatæ, carinatæ, acutiusculæ, coloris ferruginei, senio magis fusci, exteriores minores. Stamina duo-tria. Ovarium liberum. Stilus capillaris, glaber, marcescens. Stigmata duo-tria, puberula. Pericarpium drupa, seu nucula corticata, ovoidea, acuta, castaneo-nigricans, glaberrima, nitidissima. Putamen punctato-scabrum, nigro-pallescens.

CYPERUS.

Lin. Gen. p. 29. *Juss. Gen. p.* 27. *R. Brown. Prodr. p.* 212., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 68. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 53. *Mich. Nov. pl. gen. p.* 44. *tab.* 31. *Tourn. Inst. rei herb.* 3. *tab.* 299. *fig. D. E. F. Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 38. *Gærtn. De fruct. et semin.* 1. *p.* 9. *tab.* 2. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 92. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 301. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 207.

Papyrus *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 321.

Locustæ compressæ, glumis distiche imbricatis, infimis duabus sterilibus, reliquis omnibus fertilibus. Ovarium liberum. Setæ hypogynæ nullæ. Stilus totus capillaris, deciduus. Stigmata duo-tria. Pericarpium nucula.

Habitus. Radix fibrosa, aut repens. Calamus enodis, teres, vel trigonus, basi foliosus, et vaginatus, reliqua parte nudus. Folia linearia. Inflorescentia terminalis, involucrata. Locustæ variant fasciculatæ, capitatæ, vel spurie umbellatæ. Nonnullæ e speciebus nostratibus sunt diandræ.

1. Cyperus *mucronatus:* involucro diphyllo, altero brevissimo; spicis lateralibus, subternis, sessilibus, lanceolatis; calamo inferne tereti, superne triquetro; radice repente.

C. mucronatus *Willd. Sp. pl.* 1. *par.* 1. *p.* 373. *n.* 20., *et Enum.* 1. *p.* 72. *n.* 4. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 217. *n.* 31. *Dietr. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 220. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 302. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 32., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 34. *tab.* 49. *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 13. *Guss. Pl. rar. p.* 17.*, *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 40.*, *et Suppl.* 1. *p.* 9.* *Ten. Syll. p.* 31. *n.* 1. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 57.

C. mucronatus δ *Vahl. En.* 2. *p.* 306. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 168.

C. distachyos *Willd. Sp. pl.* 1. *par.* 1. *pag.* 272. *n.* 12. *Allion. Auct. p.* 48. *tab.* 2. *fig.* 5. *Bivona-Bern. Sic. pl. Cent.* 1. *p.* 30. *n.* 25.

C. junciformis *Cavanill. Ic. et descr.* 3. *p.* 2. *n.* 223. *tab.* 204. *fig.* 1. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 42. *tab.* 7. *fig.* 1. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 42. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 144. *n.* 1798.

Junculus panicula duplici, nigra *Cup. Hort. Cath. p.* 104.

Ital. *Giunco piè d' uccello.*

Perenn. Nascitur in Comitatu Nicæensi secus flumen Varum, unde habui a Molinerio, a Prof. Balbisio, et a Colla. Obtinui quoque ex ora circumpadana *alla Mesola* a Prof. Campana, ex Calabria ab Eq. Prof. Tenorio, ex Sicilia ad Messanam, Agrigentum, et Panormum, et ex Cosyra insula ab Eq. Gussonio. Floret a vere per æstatem.

Radix repens, stolonibus crassiusculis, crebre nodosis, ad nodos squama membranacea, striata auctis, rufescentibus, e nodo deorsum demittentibus fibras cæspitulosas, longas, crassiusculas, ramulosas, sursum vero cæspitulum calamorum, et foliorum. Calamus erectus, a paucis pollicibus ad pedem, vel 14. pollices longus, striatus, flexilis, inferne teres, superne trigonus, basi vaginatus, et foliosus, reliqua parte nudus. Vaginæ duæ-tres, muticæ, vel cum brevi acuminulo foliaceo, rufescentes vestiunt imum calamum; super has una, vel altera vagina abit in folium tenue, subulatum, striatum, dorso carinatum, supra leviter canaliculatum, apice mucronulatum, calamo multo brevius. Involucrum diphyllum, valde inæquale, foliolo altero recto, locustis circiter duplo, vel

triplo longiore, basi quidquam dilatato, in reliquis simili foliis calami; altero brevissimo, patente. Locustæ duæ-sex, sessiles, involucro longiori laterales, fasciculatæ; passim incurvulæ, compressæ, duas-sex lineas longæ, minores ovatæ, reliquæ lanceolatæ. Glumæ distichæ, arcte imbricatæ, late ovatæ; obtusæ, vel acutiusculæ, dorso carinatæ, carina viridi, reliqua parte ut plurimum rufo-nigricantes, obsolete striatæ, sub lente minutissime punctatæ; sed vidi etiam totas pallide virentes in exemplari lecto in Cosyra insula, et ab Eq. Gussonio ad me misso, quod exemplar adamussim respondet alii exemplari ex Egypto, quod obtinui ab Eq. Savio sub nomine *Cyperi lateralis*. Stilus filiformis, gluma longior. Stigmata duo.

2. Cyperus *globosus:* capitulo globoso, sessili, locustis lanceolato-linearibus, planis; glumis obtusis, arcte imbricatis; involucro polyphyllo, longissimo.

C. globosus *Vahl. En.* 2. *p.* 309. *n.* 30. *Röm. et Schult. System. veget.* 1. *p.* 170. *n.* 32. *α., et Mant.* 3. *p.* 542. *Spr. Syst. veg.* 1. *p.* 218. *n.* 44. *Dietr. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 239. *Reich. Cent.* 3. *p.* 26. *n.* 229. *tab.* 229. *fig.* 378. *Allion. Auct. ad Fl. Ped. p.* 49.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 57. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 306.

C. fascicularis *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 722. *n.* 1804. *Duby. Bot. Gall.* 1. *p.* 483. *n.* 7. *Lois. Deslongch. Fl. Gall. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 33. *n.* 6. non Desf.

Ital. *Giunco a capolino*.

Ann. Nascitur in agro Nicæensi secus flumen Varum, unde habui a Molinerio, et a Prof. Balbisio. Floret æstate.

Radix fibrosa, fibris ramulosis, pubescentibus. Calamus a paucis pollicibus etiam ad dodrantem longus, triqueter, gracilis, tamen rigidus, erectus, basi foliosus, reliqua parte nudus. Folia linearia, acuminata, angusta, dorso carinata, supra canaliculata, ima sunt vaginæ tantum, muticæ, subcoloratæ, reliqua variæ longitudinis, basim calami vaginantia, suprema omnium longiora, calamum æquantia, aut superantia. Capitulum globosum, solitarium, terminale. Involucrum universale tri-pentaphyllum, prælongum, inæquale, cæterum foliis calami simile. Locustæ valde numerosæ, lanceolato-lineares, compressæ, planæ, etiam vigintifloræ, obtusæ, glumis arcte imbricatis, oblongis, obtusis, muticis, carina dorsali

viridi, utrinque juxta carinam obsolete nervosis, reliqua parte spadiceo-rufis, margine scarioso-membranaceo, pallenti. Herba glabra.

3. Cyperus *polystachyos*: fasciculo subcomposito, subsessili, corymboso; locustis lanceolato-linearibus, acutis; glumis subemarginato-mucronulatis, utrinque ad carinam binerviis; involucro polyphyllo longissimo, spinuloso-ciliato.

C. polystachyos *Willd. Sp. pl.* 1. *par.* 1. *pag.* 275. *n.* 24. *Vahl. En.* 2. *p.* 315. *n.* 45. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 175. *n.* 51. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 236. *Rottb. Gram. p.* 39. *tab.* 11. *fig.* 1. *Link. En. alt.* 1. *p.* 44. *n.* 375., *et Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 310. *n.* 69. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 42.*, *et Syll. p.* 31. *n.* 2.*

C. polystachys *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 219. *n.* 61.

C. fascicularis *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 44.

Ital. *Cipero d' Ischia. Giunco delle fumarole.*

Ann. Nascitur in vaporariis insulæ Inarimes ad gradus 40-50 caloris † o Reaum., speciatim *alle Fumarole di Frasso*, unde habui a Prof. Giraldio, ab Eq. Prof. Tenorio, ab Eq. Gussonio, ab Orsino, et a Prof. Maurio. Floret Augusto.

Radix, calamus, et folia ut in præcedente; at calamus etiam duodecim-quatuordecim pollices longus, inferne tractu longiusculo foliosus; folia calamo breviora, sæpe margine spinuloso-ciliata. Flores in fasciculo terminali subcomposito, sessili, aut brevissime pedunculato, corymboso, denso. Involucrum universale tri-quinquephyllum, foliolis inæqualibus, nonnullis fasciculum longe superantibus, aut saltem duplo, vel triplo longioribus, margine spinuloso-ciliatis, præcipue apicem versus, in reliquis folia calami referentibus. Locustæ lanceolato-lineares, acutæ, subduodecimfloræ, laxiuscule imbricatæ, glumis oblongis, apice subemarginato-mucronulatis, dorso carinatis, et utrinque juxta carinam adpresse binerviis, carina, nervisque viridibus, reliqua parte lævibus, ferrugineo-flavidis. Stilus simplex. Stigma bifidum.

Planta Desfontainesii hic allata ab aliis, et præsertim a botanicis Galliæ, tributa fuit *Cypero globoso* All., at errore evidentissimo, ut exacte animadvertit Tenorius in Fl. Nap. l. c.

4. Cyperus *glaber*: spurie umbellatus; capitulis globosis, pedunculatis, sessilibusque; locustis lanceolatis,

laxe imbricatis; glumis emarginato-mucronulatis, exquisite nervosis; involucro polyphyllo, longissimo.

C. glaber *Mant. alter. p.* 179. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 31. *Spr. Syst. veg.* 1. *p.* 224. *n.* 132. *Dietr. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 262. *Reich. Cent.* 3. *p.* 3. *n.* 204. *tab.* 204. *fig.* 347. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 275. *n.* 2358. herb. All. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 15. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 54.*

C. pictus *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 47.*, *et Syll. p.* 31. *n.* 5.*, *et ibid. in addend. et emend. alt. pag.* 558.* *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 41.*, *et Suppl.* 1. *p.* 9.*

C. brachystachys *Presl. Cyper. et Gram. Sicul. p.* 15.

C. parvus panicula conglobata, spicis compressis, spadiceo-viridibus *Seguier. Suppl. p.* 66. *n.* 2. *tab.* 2. *fig.* 1.* ex specim. Moren.

Ital. *Giunco Veronese*. *Giunco liscio*.

Ann. Nascitur in agro Veronensi prope vicum *Roncà*, unde obtinui exemplar Morenianum a Prof. Balbisio, et insuper alia exemplaria a Pollinio. Habui quoque ex Lucania ab Eq. Prof. Tenorio, et ex Sicilia *a Fiume grande* ab Eq. Gussonio. Floret Septembri, Octobri.

Radix, calamus, et folia, ut in præcedente, sed majora omnia, et folia carent spinulis marginalibus, licet margine scabriuscula; calamus etiam bipedalis. Umbella spuria terminalis. Involucrum universale tri-hexaphyllum, inæquale, umbellam uno alterove folio longe superans, in reliquis omnino simile foliis calami. Locustæ aliæ glomerato-capitatæ in apice radiorum umbellæ, aliæ in uno, vel altero capitulo centrali sessili, aut subsessili; omnes lanceolatæ, turgidulæ, sex-duodecimfloræ, glumis laxe imbricatis, concavo-ovatis, dorso carinatis, carina viridi, in mucronulum abeunte, lateribus exquisite nervosis, spadiceo-rufis, margine angusto, scarioso-membranaceo, pallenti, utrinque ad mucronulum denticulum obtusum faciente, unde glumæ fiunt emarginato-mucronulatæ.

Pollinius in Fl. Veron. l. c. putavit, *Cyperum glabrum* All. Fl. Ped. l. c., et Birol. Fl. Acon. 1. p. 15. pertinere ad *Cyperum Monti* Lin. fil. De planta Birolii jam nos certos fecit Cl. Morettius in Bibl. Ital. tom. 28. p. 62. De planta Allionii affirmare possum, eam omnino respondere *Cypero glabro* L., id mihi demonstrante figura, quam ex archetypo herbarii Allionii olim pingi

curavit Balbisius, et ad me benevole misit, quæ figura adhuc asservatur in herbario meo una cum altero ex speciminibus *Cyperi glabri* L., quæ Morenius Allionio dederat, et quæ stant in eodem Allionii herbario.

5. Cyperus *glomeratus:* umbella spuria, subdecomposita; capitulis densissimis, cylindraceis, globosisque, sessilibus interjectis; locustis linearibus, acuminatis; involucro polyphyllo, longissimo.

C. glomeratus *Amœn. Acad. tom.* 4. *p.* 301., *et Sp. pl.* 68. *Willd. En.* 1. *p.* 75. *n.* 16. non Sp. pl. *Link. En. alt.* 1. *p.* 46., *et Hort. reg. Berol. descr.* 1. *pag.* 311. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 48. *tab.* 71., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 51. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 274. *n.* 2352. *Balb. Fl. Taur. p.* 8.* *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 46. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 23. *et* 316.* *Lanfoss. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 50.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 53. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 25. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 33. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 27.

C. australis *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 116. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 424. *Ten. Syll. p.* 32. *n.* 8.* *Guss. Pl. rar. p.* 379.* *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 262.

C. aquaticus, Italicus, procerior, locustis tenuissimis, in racemum dense congestis, (semine cinereo, longo, perangusto) *Mich. Nov. pl. gen. p.* 45. *n.* 12. *Seguier. Suppl. p.* 68. *tab.* 2. *fig.* 2.

C. aquaticus, annuus, parvus, caule palmari, locustis tenuissimis, ex rubro ferrugineis, in capitula rotunda dense dispositis, semine cinereo, longo, perangusto *Mich. l. c. n.* 13. planta macrior. Herb. Mont.

C. paniculis glomeratim congestis, seminibus aristatis *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 14. *tab.* 1. *fig.* 1. herb. Mont.

Ital. *Giunco cannellino*.

Perenn. Copiose provenit in universo alveo Padi. Ego observavi ad Padum *di Francolino* prope Ferrariam. Habui ex Pado Taurinensi a Prof. Balbisio, ex Pado Parmensi ab illustri Clelia Durattia-Grimaldia, ex paludibus Mantuanis *a Migliaretto*, et alibi a Barbierio, ex *Monfalcone* prope Tergestum a Berinio, ex *Caramanico* in agro Prætutiano ab Eq. Gussonio. Floret Septembri.

Radix fibrosa, et ex collo stolonifera, stolonibus articulatis, crassis, ad nodos squama ovato-lanceolata,

acuta præditis. Calamus, et folia, ut in *Cypero glabro* L., sed calamus crassior, firmior; variat hic quoque a spithama ad duos, tresve pedes altus. Flores in umbella spuria, modo simplici, modo supradecomposita. Florum capitula densissima, cylindracea, vel globosa, alia in apicibus radiorum umbellæ, alia in centro sessilia, vel subsessila, in macrioribus speciminibus subinde omnia sessilia, aut subsessilia. Involucrum universale tri-hexaphyllum, in reliquis ut in præcedenti specie. Locustæ lineares, acuminatæ, compresso-turgidulæ, glumis oblongo-linearibus, canaliculatis, dorso viridi-carinatis, apice brevissime tridentatis, dente medio a mucronulo carinæ profecto lateralibus paululum breviore; cæterum glumæ ad latera carinæ sunt membranaceæ, obsoletissime nervosæ, coloris cinnamomei, subinde cum levi aliqua rufescentia, demum deciduæ. Stilus simplex. Stigma trifidum.

6. Cyperus *difformis:* umbella spuria, simplici, capitulis densissimis, globosis, pedunculatis, sessilibusque; locustis lineari-turgidulis, glumisque ovatis, obtusis; involucro subdiphyllo, longissimo.

C. difformis *Amœn. Acad. p.* 302.*, et Sp. pl.* 67.*, et Mant. alt. p.* 321. *Dietr. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 255. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 31.*, et Fl. Græc.* 1. *p.* 32. *tab.* 46. *Rottb. Gram. p.* 24. *tab.* 9. *fig.* 2. *Link. Hort. reg. bot. Berol. descr.* 1. *pag.* 304. *Balb. Elench. recent. stirp. p.* 4. *Balb. et Nocc. Fl. Ticin.* 1. *p.* 22. *Morett. Dec.* 4. *p.* 5.*, et in Giorn. di fis. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 5. *p.* 245.* *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 50. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 55.* *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 40.*, et Suppl.* 1. *p.* 9.* *Lois. Deslongch. Notic. p.* 152.

Gramen cyperoides elegans, panicula spicis mollibus composita, Maderaspatanum *Pluk. Phyt. tab.* 192. *fig.* 3.

Ital. *Giunco delle risaie.*

Ann. Copiose nascitur in oryzetis Insubriæ, unde habui a Prof. Morettio, et a Pollinio. Habui quoque ex Sicilia *a Paternò* ab Eq. Gussonio. Floret ab æstate in autumnum.

Radix fibrosa. Calamus triqueter, crassus, tamen debilis, inferne aliquo tractu vaginis foliorum tectus, reliqua parte nudus. Folia unam-duas lineas lata, calamum subæquantia, vix superantia, in reliquis similia

foliis præcedentis speciei. Umbella spuria terminalis, simplex; capitellis globosis, pedunculatis, sessilibusque in centro. Involucrum universale di-triphyllum, inæquale, uno, alterove foliolo longissimo, umbellam multo superante. Locustæ lineares, compresso-turgidulæ, obtusæ, circiter duas-quatuor lineas longæ, octo-sexdecimfloræ, glumis minutis, ovatis, concavis, carinatis, obtusis, aut vix mucronulatis, carina pallide virenti, lateribus nunc pallescentibus, nunc plus minus spadiceo-rufis, margine pallidulo.

7. Cyperus *flavescens:* Umbella spuria simplici; glomeribus laxe subcapitatis, paucistachyis, pedunculatis, sessilibusque; locustis lanceolatis, compresso-planis, glumis obtusis; nucula lenticulari; involucris subtriphyllis, umbella longioribus.

C. flavescens *Sp. pl.* 68. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 31., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 33. *tab.* 47. *Fl. Dan. tab.* 1682. *Poit. et Turp. Fl. Paris. tab.* 74. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 48. *tab.* 72., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 52. *Link. Hort. reg. bot. Berol. descr.* 1. *p.* 310. *Dietr. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 251. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 274. *n.* 2354. *Balb. Fl. Taur. p.* 8. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 45. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 15. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 21., *et p.* 315. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 9. *n.* 56. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 50. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 55. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. pag.* 11. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 23. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 30.* *Suffr. Forojul. p.* 111. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 41., *et Bot. Etr.* 2. *pag.* 28. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 40. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 23. *n.* 58. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 44., *et Syll. p.* 31. *n.* 3. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 41. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 46. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 145. *n.* 1800. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 38. *fig.* 1. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 117. *Krock. Fl. Siles.* 1. *p.* 62. *tab.* 11. macrior. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 420. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 41. *Gaud. Fl. Helv. tom.* 1. *p.* 133.

C. n. 1348. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 181.

C. minimus, panicula sparsa, subflavescente *Scheuch. Agr. p.* 385. *n.* 5., et species minor *l. c. p.* 386. *tab.* 8. *fig.* 13. planta minima.

C. minimus, (annuus) panicula sparsa, subflavescente *Mich. Nov. pl. gen. p.* 46. *n.* 16.

C. minimus, panicula sparsa subflavescente *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 13. herb. Mont.

C. longus minor pulcher panicula late compressa subflavescente *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 11. *fig.* 37.

Gramen cyperoides minus, panicula subflavescente *Cup. Hort. Cath. p.* 91.

G. cyperoides minus panicula sparsa *C. B. Theatr. p.* 89.

Ital. *Bottoncino* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 87.

Ann. Copiosissime provenit in uliginosis, et palustribus totius Italiæ. Ego observavi Sarzanæ in alveo Macræ, et in palustribus *alla Marinella*. Habui ex turfosis Albæ Pompejæ a Bertero, ex valle *Intrasca* provinciæ Novariensis *a Irobaso* a De Notaris, ex Insubria prope *Quercino* ab Odescalchio, ex agro Mantuano in palustribus *di Pajolo* extra portam *Pusterla* a Barbierio, et ex eodem agro *a Melara* a Felisio, ex agro Veneto *a Mogliano* prope Tarvisium a Mayero, et *a Brondolo* a Prof. Naccario, ex agro Urbinati in uliginosis *di Sascorbáro* a Prof. Octavianio, ex Piceno ad Asculum, et ad portum S. Elpidii ab Orsino, ex Sicilia ad Panormum ab Eq. Bivona-Bernardio, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio. Floret ab Junio in æstatem.

Radix fibrosa. Calami cæspitosi, triquetri, graciles, debiles, a duobus, vel tribus pollicibus ad pedem, et quatuordecim pollices etiam longi. Folia lineam dimidiam, aut lineam lata, subinde angustissima, et fere filiformia, passim calamo breviora, sed et æquantia dantur, in reliquis similia foliis præcedentium. Umbella spuria simplex, terminalis, pauciradiata. Involucrum universale passim triphyllum, sed et tetraphyllum occurrit, inæquale, uno, alterove foliolo umbellam multo superante. Umbellæ radii apice spicati, locustis approximatis, alternis, paucis, remotiusculis, fere in capitulum laxiusculum collectis. Spicæ nonnullæ in centro umbellæ sessiles, aut subsessiles, interdum etiam omnes sessiles, aut subsessiles, et in gracilioribus speciminibus spica solitaria insidet involucro. Locustæ lanceolatæ, acutiusculæ, compressæ, planæ, e viridi-flavicantes, nitidulæ, 8-40floræ. Rachis flavicans. Glumæ ovatæ, concavo-compressæ, obtusæ, deciduæ, viridi-carinatæ, interdum a carinæ apice vix mucronulatæ, lateribus lævibus, flavicantibus, sub lente minutissime punctatis, margine scarioso-albido, angustissimo. Stilus profunde bipartitus. Nucula valde minuta, lenticularis, scilicet in medio utrinque convexa, lateribus attenuatis, sub vitro punctato-scabra, terminata apiculo, qui olim fuit basis stili, matura nigrescens.

8. **Cyperus** *fuscus:* umbella spuria subdecomposita; glomeribus subcapitatis, pedunculatis, sessilibusque; locustis linearibus, compresso-planis; glumis mucronulatis; nucula acute triquetra; involucris triphyllis, umbella longioribus.

C. fuscus *Sp. pl.* 69. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 54. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 32., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 34. *tab.* 48. *Hook. Fl. Lond. ed. Grav. vol.* 4. *tab.* 6., *et Brit. Fl. p.* 19. *Engl. bot. suppl. v.* 1. *tab.* 2626. macrior. *Fl. Dan. tab.* 179. *Poit. et Turp. Fl. Paris. tab.* 75. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 49. *tab.* 73., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 52. *Link. Hort. reg. bot. Berolin. descr. tom.* 1. *p.* 310. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 274. *n.* 2355. *Balb. Fl. Taur. p.* 9. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 45. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 15. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 22., *et* 315. *Morett. Dec.* 3. *p.* 4., *et in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 5. *p.* 109. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 9. *n.* 57. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 50.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 54. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 24. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 30.* *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 42., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 28. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 23. *n.* 59.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 44., *et Syll. p.* 31. *n.* 4. *Ab Ucr. Hort. reg. Panorm. p.* 51. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 41.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 47. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 145. *n.* 1799. *Hoffm. Fl. d'Allem. tom.* 1. *par.* 2. *tab.* 2. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 421. excl. a varietate β syn. Seguier. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 41. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 134. *Leers. Herb. p.* 9. *tab.* 1. *fig.* 2. bona.

C. virescens *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 11. locustis virescentibus. *Pollin. Fl. Ver.* 3. *p.* 770. *Willd. Sp. pl.* 1. *par.* 1. *p.* 280.

C. n. 1349. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 181.

C. minimus, panicula sparsa, nigricante *Scheuchz. Agrost. p.* 384. *n.* 4. *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 13. herb. Mont. *Seguier. Ver. Suppl. p.* 66. *n.* 1. *Zannich. Istor. delle piant. p.* 83.

C. minimus, (annuus,) panicula sparsa nigricante *Mich. Nov. pl. gen. p.* 46. *n.* 15.

C. longus minimus pulcher panicula compressa nigricante *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 11. *fig.* 38.

Gramen cyperoides minus, panicula sparsa nigricante *Cup. Hort. Cath. p.* 91.

Ital. *Giunco nero* Targion. Tozzett. Dizion. bot. tom. 2. p. 87.

Ann. Copiose provenit in uliginosis, palustribus totius Italiæ cum præcedenti. Ego observavi Sarzanæ in alveo fluminis Macræ, et ad fossas prope adscensum *di Pianpaganella*, deinde Ferrariæ secus *il Poatello*, sive *Po di Volano*. Habui ex oryzetis Mantuanis *a Melara* a Felisio, et ex palustribus extra portam *Pradella* a Barbierio, ex *Mogliano* prope Tarvisium a Mayero, ex *Brondolo*, et *Malghera* a Prof. Naccario, ex agro Forojuliensi a Prof. Brignolio, ex rivulis Tergestinis, et Istriæ a Biasoletto, ex portu *di Civitanuova* in Piceno ab Orsino, Româ a Prof. Sebastianio, ex paludibus pontinis a Fiorinia-Mazzantia, ex humentibus Siciliæ ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Tallano* a Seraffinio, et *a S. Fiorenzo* a Soleirolio. Floret cum præcedente ab Junio in æstatem.

Radix, calamus, et folia, ut in præcedente; at radices rufescentes, calamus crassior, etiam quatuordecim pollices longus. Umbella spuria terminalis, modo simplex, modo supradecomposita. Hic quoque spicæ omnes subinde sessiles, aut subsessiles, et in macrioribus speciminibus spica solitaria insidet involucro. Involucrum universale di-tetraphyllum, plerumque tamen triphyllum, inæquale, uno alterove foliolo umbellam longe superante, in reliquis simile foliis calami. Locustæ spicato-subcapitatæ, minores, et numerosiores, quam in *Cypero flavescente* L., lineares, angustæ, obtusæ, viridi-nigricantes, vel viridi-pallentes, aut viridi-rufæ, 8-24floræ. Rachis quoque ludit rufo-nigricans, aut viridi-pallens. Glumæ minutæ, ovatæ, deciduæ, canaliculato-compressæ, acutæ, seu potius a carinæ apice mucronulatæ, carina viridi, lateribus passim rufo-nigrescentibus, vel rufo-spadiceis, vel viridi-pallentibus, semper nitidulis, et sub acuta lente minutissime punctatis, margine scarioso-albido, perangusto. Stamina duo tantum vidi. Stilus simplex, longiusculus. Stigma trifidum. Nucula acute triquetra, utrinque in extremitatibus attenuata, superne mucronulata, matura alba, glabra, nitida.

Hæc species in Italia sæpe magis quam alibi luxuriat; tunc a botanicis septentrionalibus vix recognoscenda.

9. Cyperus *Tenorii:* radice fibrosa, stolonifero-tuberosa, tuberibus azonis, filipendulis; umbella spuria simplici, decompositaque, radiis laxe spicatis; locustis alternis, lanceolato-linearibus; glumis oblongis, multinerviis,

retuso-mucronulatis; nucula triquetra; involucro subtriphyllo, umbellam superante.

C. Tenorii *Presl. Fl. Sic.* 1. *p.* XLVIII. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 318. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* II *par.* I. *sect.* 2. *p.* 270.

C. Tenorianus *Röm. et Schult. Mant.* 3. *p.* 544.

C. aureus *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 45. *tab.* 101.*, *et Syll. p.* 32. *n.* 7.* *Presl. Cyper. et Gram. Sic. pag.* 14. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 43.,* *et Suppl.* 1. *p.* 10.* *Spreng. Syst. veget.* 1. *p.* 229. *n.* 205. *Reichen. Cent.* 3. *p.* 10. *n.* 212. *tab.* 212. *fig.* 356.

C. pallidus *Sav. Cat. di piant. Egiz. p.* 23. *et* 31.*

Ital. *Dolzolini amari*. *Babbaggigi amari*.

Perenn. Habeo exemplar jam anno 1780. lectum in insula Igilio maris Tyrrheni inter arenas maritimas, et paludosas prope litus Campesii a Prof. ALOYSIO GIRALDIO. Obtinui ex arenis *dei Bagnuoli* prope Neapolim ab Eq. Prof. TENORIO, et ab ORSINO, ex campis arenosis prope Bajas, et ex Calabria *a Rosano* ab Eq. GUSSONIO. Floret ab Julio in Septembrim.

Radix fibrosa, et ex collo stolonifera. Stolones vel paulo crassiores, vel ejusdem tenuitatis, ac fibræ radicales, articulati, et ad articulos aucti squama ovato-lanceolata, acuminato-mucronata, multistriata, desinentes in tuber magnitudinis circiter pisi, quod globulosum, at superficie inæquale, et huc illuc fibrillosum est, caret zonis, estque amarissimum, ut comedi nequeat. Calamus a palmo ad pedem, vel paulo ultra longus. Folia etiam duas lineas lata, calamo breviora, aut illum æquantia. Reliqua tum calami, tum foliorum, ut in præcedente. Umbella spuria terminalis, ut plurimum simplex, sed vidi cum Preslio etiam supradecompositam. Involucrum universale tri-pentaphyllum, inæquale, uno alterove foliolo umbellam nunc paulo, nunc multo superante, in cæteris simile foliis calami. Radii umbellæ superne laxe spicati, spicis sessilibus in centro interjectis. Locustæ remotæ, alternæ, patulæ, lanceolato-lineares, acutæ, compresso-turgidulæ, sex-decemfloræ, coloris viridi-aurei. Glumæ oblongæ, concavo-canaliculatæ, dorso viridi-carinatæ, lateribus luteo-aureis, totæ multinerviæ, sive multistriatæ, apice retusæ cum mucronulo in medio, sito inter denticulos laterales, obtusos, paulo altiores. Stilus simplex, longiusculus. Stigma trifidum. Nucula oblonga, acute triquetra, apiculata, glabra.

10. Cyperus *esculentus:* radice fibrosa, stolonifero-tuberosa, tuberibus ovoideis, transverse zonatis, filipendulis; stigmate tripartito, longissimo.

C. esculentus *Sp. pl.* 67. *Link. Hort. reg. bot. Berol. descr.* 1. *p.* 317. *Dietr. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 269. *Host. Gr. Austr.* 3. *p.* 50. *tab.* 75., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 53. *Targ. Tozz. in Mem. della Soc. It. delle scienz. tom.* 13. *par.* 2. *p.* 336. *Sav. Cat. di piant. Egiz. p.* 23.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 56. *Ab Ucr. Hort. reg. Panorm. p.* 51. *Presl. Cyper. et Gram. Sicul. pag.* 14. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 43.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 43. *et ibid. Emend. alt. De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 146. *n.* 1802.

Cipero esculento etiopico *Campi. Spicil. bot. p.* 25.

Cyperus esculentus Æthiopicus *Ambr. Hort. studios. p.* 78. fig. sine fl., *p.* 79. decl., *et Phytol.* 1. *p.* 190. *fig. p.* 191. eadem.

Trasi *Cæsalp. De plant. lib.* 4. *cap.* 63. *p.* 191. *Matth. ed. Valgr. ann.* 1585. *tom.* 1. *p.* 573. fig. rudis, sed vera.

Trasi o Cipero dolce *Pon. Mont. Bald. p.* 72.

Malinathalla *Columm. Phyt. ed. Neap. fig. p.* 5., *descr. et hist. p.* 6.

Cyperus rotundus esculentus angustifolius *C. B. Theatr. p.* 222. *Mich. Cat. pl. hort. Cæsar. Florent. p.* 31. *n.* 4., *et Nov. pl. Gen. p.* 45. *n.* 7. *Till. Cat. hort. Pis. p.* 51. *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 12. herb. Mont. *Cup. Hort. Cath. p.* 64.

C. rotundus esculentus angustifolius minoribus ac rotundioribus radicibus *Mont. l. c. Mich. Nov. pl. gen. p.* 45. *n.* 8.

Ital. *Babbaggigi. Dolcichini. Dolciulini. Dolzolini. Mandorla di terra. Mandorla terrestre. Trasi. Zizzole terrestri* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 87.

Perenn. Nascitur in Sicilia ad Drepanum, unde habui ab Eq. Gussonio. Floret Julio, Augusto.

Radix ut in præcedente, sed tubera e stolonibus pendula sunt grandiora, ovoidea, zonisque horizontalibus, in sicco elevatis circumdata, saporis dulcis, et esui grata. Calamus etiam bipedalis, et ultra. Folia tres circiter lineas lata, subinde, non semper, margine valde scabra a ciliis spinulosis, minutis. In reliquis calamus, et folia conveniunt cum præcedentibus speciebus. Umbella spuria terminalis simplex, vel supradecomposita, grandis, inæqualis. Radii spicati,

spicis sessilibus interjectis, ut in *Cypero Tenorii* Presl. Involucrum universale tri-hexaphyllum, foliolo uno alterove umbellam multo superante, in reliquis, etiam latitudine foliolorum, simile foliis calami. Locustæ lanceolato-lineares, acutæ, compresso-turgidulæ; glumis oblongis, obtusis, subinde retusis cum mucronulo brevissimo infra emarginaturam, totis pallentibus, seu viridi-albidis, interdum cum aliqua tinctura lutescenti, levi, multinerviis, seu multistriatis, limbo scarioso-albido, perangusto. Stilus filiformis, elongatus. Stigma tripartitum, segmentis longissimis. Nucula oblonga, acute triquetra, apiculata, glabra.

Stirps in continenti Italico hactenus non reperta, licet ab antiquo tempore culta, præsertim apud Veronenses ob usum œconomicum, ut habemus ex Pollinio Fl. Ver. 1. p. 57.; at certe spontanea in Sicilia ad Drepanum, licet Gussonius in Fl. Sic. prodr. 1. p. 44. putet invectam, cui sententiæ omnino non assentior, cum eadem copiose proveniat in ora proxima Africæ septentrionalis, quacum et Sicilia, et Italicum litus tot plantas habent communes.

Usus. Tuberibus parantur emulsiones dulces, gratissimæ. Item tubera veneunt in nonnullis emporiis Italiæ, ut Genuæ, et *a Livorno*, summopere expetita a pueris, et a pauperibus.

11. Cyperus *olivaris*: radice fibroso-ramulosissima, stolonifero-nodosa, tuberibus ovoideis, remote catenatis, subzonatis; stigmate tripartito, longissimo; nucula oblonga, acute triquetra.

C. olivaris *Targ. Tozzett. in Mem. della Soc. Ital. delle scienz. tom.* 13. *par.* 2. *p.* 338. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 29.* *Morett. Dec.* 2. *p.* 7. *n.* 14., *et in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 5. *p.* 42. *Röm. et Schult. Mant.* 2. *p.* 129.

C. radicosus *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 30., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 32. *tab.* 45. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 315. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 268.

C. rotundus *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 42.*, *et Suppl.* 1. *p.* 10.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 44.*, *et Syll. p.* 32. *n.* 6.* *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. pag.* 22. *n.* 57.* *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 146. *n.* 1803., *et* 5. *p.* 301. *Morett. Dec.* 5. *p.* 3., *et in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 5. *p.* 321. excl. pleris. synon.

C. tetrastachys *Presl. Cyper. et Gram. Sicul. p.* 14.

C. esculentus *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 40.*
C. longus *Turi. Specim. plant. agr. Clavarens. p.* 6.*
C. alter exilis palmi altitudine: numerosis radiculis Olivæ figura, media quadam fibra tanquam filo connexis multum odoratis *Cæsalp. De plant. lib.* 4. *cap.* 61. *p.* 189.
C. rotundus vulgaris *C. B. Theatr. p.* 210. *Ambros. Phytol.* 1. *p.* 190. *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 11. herb. Mont.
C. rotundus odoratus parvus *Mich. Nov. pl. gen. p.* 45. *n.* 6., *et Cat. pl. hort. Cæsar. Florent. p.* 31. *n.* 3.
Cippero colle radici ulivari *Ricett. Fiorent. ann.* 1696. *p.* 26.

Ital. *Cipero olivare. Ghianda della terra. Scialino. Uliva di padule. Zizzole terrestri* Targ. Tozzett. Diz. bot. tom. 2. p. 87.

Perenn. Observavi copiosissimum in Liguria orientali in litore Clavarensi. Habui ex agro Prætutiano ab Orsino, Româ ad ripas Tiberis a Fiorinia-Mazzantia, Puteolis a Mayero, ex arvis Neapolitanis, ex litore *ai Bagnuoli*, et ex sinu Bajarum ad caldaria Neronis ab Eq. Prof. Tenorio, ex Sicilia, ubi frequentissimus, ab Eq. Gussonio. Floret Julio, Augusto.

Radix fibrosa, fibris ramulosissimis, et insuper stolonifera, stolonibus crassiusculis, articulatis, ad articulos squama ovato-lanceolata, acuminata, multistriata, amplexante auctis, nodoso-tuberosis, tuberibus ovoideis, subzonatis, radicantibus, inter se remotis, nunc in eadem recta, nunc etiam lateraliter novum stolonem nodoso-tuberosum emittentibus, saporis amari, sed odoratis. Calamus a spithama ad pedem circiter longus. Folia nunc angustissima, nunc sesquilineam, aut duas lineas lata, calamum ad summum æquantia, subtus glaucescentia, numerosiora, quam in præcedentibus speciebus. Umbella spuria terminalis supradecomposita, subinde simplex, brevis. Involucrum universale tri-quinquephyllum, inæquale, uno alterove foliolo umbellam quidquam superante. Locustæ lineares, aut lanceolato-lineares, acuminatæ, compresso-turgidulæ, alternæ, remotiusculæ, patulæ, viridi-rufæ, 6-40floræ, hinc a duabus, tribusve lineis ad pollicem longæ. Glumæ oblongæ, compresso-canaliculatæ, acutæ, aut apice acute bidentatæ cum mucronulo in medio, subinde dentibus eisdem obtusiusculis, carina dorsali virides, et utrinque ad carinam nervosæ, sive striatæ, reliqua parte læves, lateribus rufæ, margine

scarioso-albido angustissimo, vel subnullo. Stilus longus. Stigma tripartitum, longissimum. Nucula oblonga, acute triquetra, utrinque angustata, superne apiculata, glabra.

Hæc planta late repens, dum utilis ad firmandas ripas, et litora arenosa, pestis agrorum, quos ingreditur.

12. Cyperus *longus:* radice tortuoso-tuberosa, crasse stolonifera; umbella spuria supradecomposita, elongata; locustis linearibus, acutis, planis, glumis retusis; nucula acute triquetra, superne incrassata; involucro universali longissimo.

C. longus *Sp. pl.* 67. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 295. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 53., *et Engl. bot. v.* 19. *tab.* 1309. *Hook. Brit. Fl. p.* 19. *Plenck. Ic. pl. med.* 1. *p.* 21. *tab.* 39. male color locustarum. *Jacq. Ic. rar.* 2. *p.* 8. *tab.* 297. luxurians. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 314. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 51. *tab.* 76. bene, *et Fl. Austr.* 1. *p.* 54. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 274. *n.* 2353. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 46. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 15. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 22. *et p.* 316. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 9. *n.* 58. *Lanfoss. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 50. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 55. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 11. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 24. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 31. *Suffr. Foroj. p.* 111. *Bert. Pl. Gen. p.* 7., *et Amœn. Ital. p.* 107. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 40.*, *et Bot. Etr.* 2. *p.* 30.* *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 24. *n.* 61.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 46.*, *et Syll. p.* 32. *n.* 11.* *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 45.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 49.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 43. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 145. *n.* 1801. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 120. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 423. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 42. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 135.

C. myriostachyus *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 47.* non Syll.

C. intermedius *Guss. Suppl.* 1. *p.* 10.* locustis abbreviatis, pallidifloris.

C. odoratus, radice longa, seu Cyperus officinarum *Scheuchz. Gram. p.* 378. *n.* 2. *tab.* 8. *fig.* 12.

C. odoratus, radice longa, sive Cyperus officinarum *Mich. Nov. pl. gen. p.* 45. *n.* 3. *Mont. Cat. stirp. Agr. Bonon. prodr. p.* 12. herb. Mont. *Seguier. Veron.* 1. *p.* 111. *n.* 1. *Cup. Hort. Cath. p.* 64.

C. radice repente, odora, locustis unciam longis, et lineam latis *Mich. Nov. pl. gen. pag.* 45. *n.* 4. *tab.* 31. *fig.* 1. locustis elongatis.

C. odoratus, radice longa, seu Cyperus officinarum panicula compactiore, circa Bononiam nascens D. Lælii Triumfetti *Mich. Nov. pl. gen. p.* 45. *n.* 5. *Scheuchz. Gram. p.* 380.
C. cubitali altitudine, foliis longissimis, digitali latitudine *Cæsalp. De plant. lib.* 4. *cap.* 61. *p.* 189.
C. longus odoratus major panicula sparsa speciosa *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 11. *fig.* 13.
C. longus odoratus *C. B. Theatr. p.* 216.
β glumis castaneo-fuscis.
Cyperus longus *β* badius *Cambess. Fl. Balear. in Mem. du Mus. d' hist. nat. tom.* 14. *p.* 323. *n.* 603.
C. badius *Desfont. Fl. Atl.* 1. *p.* 45. *tab.* 7. *fig.* 2. herb. Desf. ex Guss. *Vahl. Enum.* 2. *p.* 346. *n.* 103. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 203. *n.* 136. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 225. *n.* 141. *Dietr. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 294. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 46., *et Syll. p.* 32. *n.* 9. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 44.*, *et Suppl.* 1. *p.* 10.*
C. tenuiflorus *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 15. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 47., *et Syll. pag.* 32. *n.* 12. *Gusson. Pl. rar. p.* 17.*, *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 45.*, *et Suppl.* 1. *p.* 10.*
Ital. *Cipero. Cipero lungo. Cipero odorato. Cunzia. Erba padulina. Giunco lungo. Giunco odorato. Giunco quadrello. Giunco triangolare. Quadrelli. Scialino quadrellato* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 87.
Offic. *Cyperi longi radix* Lin. Mat. med. p. 10. n. 29.
Perenn. Obvius in palustribus, humentibusque totius Italiæ. Observavi Sarzanæ in fossis secus viam Romanam, et in pratis *al Corso*, Bononiæ juxta *il Canale naviglio*. Habui ex agro Pisano ab Eq. Prof. Savio, ex *Monterchi* in provincia Aretina secus torrentem *Cerfone* ab Amideo, ex lacu Trasimeno a Brunnero, ex ripis fluminum Terracinensium a Fiorinia-Mazzantia, ex Julia nova Prætutiorum ab Orsino, Neapoli, et ex Calabria ab Eq. Prof. Tenorio, ab Eq. Gussonio, et ab Orsino, ex Sicilia ad flumen *di Nisi*, et Catanam ab Eq. Gussonio, ex palustribus Sardiniæ a Prof. Morisio, ex Corsica *a Bonifacio* a Seraffinio, et ex *Bastia* a Soleirolio. Varietas *β* nascitur in Calabria ultra ad Jonium *a Staiti, Coringa*, et a *Corigliano*, unde habui ab Eq. Gussonio, in Sicilia ad Catanam, et Panormum *a Monregale*, et secus flumen *dell' Abate*, unde obtinui ab eodem Eq. Gussonio. Misit quoque ex palustribus Sardiniæ Prof.

Morisius. Tum species, tum varietas florent ab Junio in Augustum.

Radix tortuoso-tuberosa, horizontalis, repens, extus rufa, intus alba cum aliqua rubescentia, fortiter aromatica, stolonibus crassis, crebre articulatis, tectis squamis ovato-lanceolatis, longe acuminatis, multistriatis, rufis, amplexantibus, demum marcescentibus. Calamus bi-tripedalis et ultra. Folia a sesquilinea ad tres lineas, et amplius lata, nunc margine scabra, nunc glabra, ludunt quoque calamum superantia, aut æquantia, vel breviora. Calamus, et folia in reliquis ut in præcedentibus. Umbella spuria terminalis plus minus ampla, vidi etiam pedalem. Involucrum universale tri-hexaphyllum, inæquale, foliolo uno alterove longissimo, etiam sesquipedali. Spicæ, et locustæ ut in præcedente, at locustæ compresso-planæ, acutæ, 12-50floræ, ideo a tribus quatuorve lineis ad pollicem, et sexdecim lineas longæ, variant remotiusculæ, vel coadunatæ, rectæ, vel recurvæ, saturatius viridi-rufæ, vel dilutiores, et etiam pallentes. Glumæ apice nunc acutiuscule, nunc obtuse bidentatæ cum mucronulo inter dentes, subinde integerrimæ, et obtusæ, viridi-carinatæ, juxta carinam utrinque striatæ, reliqua parte læves, lateribus læte rufis, subinde subrufo-albidis. Stilus simplex. Stigma trifidum. Nucula oblonga, acute triquetra, superna incrassata, apiculata, glabra, nitida.

Varietas β differt umbella sæpe contractiore, locustis brevioribus, glumis carina virentibus, lateribus castaneo-fuscis *(color marrone)*. In reliquis similis.

Usus. Radix aromatica, fragrans, excitans, olim laudata uti diuretica, et emenagoga. Utilis quoque habita pro ulceribus oris sanandis, et gingivis roborandis. At cur nunc exoleta? Forte quia illam præ manibus habemus, et parvi pretii est, veluti si etiam salus posita esset in auro.

13. Cyperus *myriostachys:* umbella supradecomposita, spicata, spicis pedunculatis, sessilibusque; locustis lanceolatis, acutis, compresso-planis; nucula triquetra, lævissima, glabra; stigmate tripartito; involucro triphyllo, umbella longiore; calamo triquetro crasso.

C. myriostachys *Ten. Syll. p.* 33. *n.* 13.*

Ital. *Scialino Calabrese*.

Perenn. Nascitur in Calabria, unde habui ab Eq. Prof. Tenorio. Floret Julio, Augusto.

Calamus triqueter, crassus fere ut in sequente, sesquipedalis. Folia duas lineas lata, pauca, calamum æquantia, margine scaberrima. Reliqua tum calami, tum foliorum ut in omnibus *Cyperis*. Umbella spuria terminalis, supradecomposita, breviuscula. Involucrum universale triphyllum, inæquale, margine scaberrimo, foliolo uno prælongo, subpedali. Spicæ pedunculatæ, sessilesque. Locustæ lanceolatæ, acutæ, compressæ, alternæ, remotiusculæ, patulæ, ex viridi gilvo-luteæ, oris pallentibus, octo-quatuordecimfloræ, tres-quatuor lineas longæ. Glumæ oblongæ, acutæ, aut acutiusculæ, canaliculato-compressæ, carina virides, utrinque ad carinam obsolete striatæ, lateribus gilvo-luteis, margine scarioso-pallenti, mediocris latitudinis. Stilus brevis, simplex. Stigma tripartitum, elongatum. Nucula oblonga, acute triquetra, lævissima, glabra.

Affinis sequenti; at certe diversus locustis magis compressis, acutis, nucula exquisite triquetra, lævissima, stigmate tripartito. Desideratur in recentissima editione Spec. plant. a Dietrichio data.

14. Cyperus *Monti:* umbella supradecomposita, spicata; spicis pedunculatis, sessilibusque; locustis turgidulis, lanceolatis, elongatisque; nucula compressa, obovata, striata; stigmate bifido; involucro longissimo; calamo triquetro, crasso.

C. Monti *Lin. fil. Sup. p.* 102. *Röm. et Schult. System. veg.* 1. *p.* 207. *n.* 149. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 298. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 319. *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 38. *tab.* 67., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 54. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 275. *n.* 2356. *Balb. Fl. Taur. p.* 9. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 46. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 23. *Pollin. Flor. Veron.* 1. *p.* 57. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 12. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 24. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 32.* *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 29.* *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 23. *Guss. Pl. rar. p.* 16.* *Ten. Viag. in Abruz. p.* 44. *n.* 36., *et Fl. Nap.* 3. *p.* 48., *et Syll. p.* 32. *n.* 10. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 146. *n.* 1804., *et* 5. *p.* 302. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 122. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 423. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 136.

C. serotinus *Vahl. En.* 2. *p.* 350. *n.* 112.

C. glaber *Turi. Specim. plant. agr. Clav. p.* 6.*

Gramen cyperoides aquaticum majus panicula Cyperi longi ex crassioribus glumis compacta, at brevibus petiolis donata *Triumf. Observ. p.* 64.

Cyperus serotinus, odoratus, radice longa, paniculis ex locustis latis, ferrugineis, compactis *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 12. *tab.* 1. *fig. n.* 2. herb. Mont. *Scheuchz. Agrost. p.* 380. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 112.
C. serotinus, odoratus, radice longa, paniculis ex locustis latis, ferrugineis compositis *Mich. Nov. pl. gen. p.* 45. *n.* 9. *Zannich. Istor. delle piant. p.* 82.
Ital. *Stiance da paduli* Targ. Tozz. Diz. bot. 1. p. 87.
Perenn. Copiose occurrit in palustribus totius Italiæ septentrionalis, et mediæ. Observavi in Liguria orientali in alveo Macræ, ubi flumen appropinquat ostia, et ad ostia Entellæ prope Clavarum, Bononiæ in paludibus S. Gabrielis *al Camerone*, Ferrariæ in canali *di Cento*. Habui ex litore Veneto *a Malghera* a Prof. Naccario, ex agro Mantuano *a Melara* a Felisio, ex agro Pisano ab Eq. Prof. Savio, ex Piceno *a S. Benedetto* ab Orsino, ex agro Prætutiano prope *Teramo* ab Eq. Gussonio. Floret ab Augusto in Septembrim.
Radix fibrosa, et præterea late repens stolonibus gracilibus, remote articulatis, auctis ad articulos squama ovato-lanceolata, valde acuminata, amplexante, et insuper toto internodio vagina membranacea tubulari obducto. Calamus crassus, triqueter, bi-tripedalis, ad angulos glaber. Folia linearia, intus spongiosa, carinato-triquetra, canaliculata, calamum æquantia, aut superantia, vel etiam calamo breviora, duas-tres lineas lata, margine modo glabra, modo scabriuscula, præsertim superne. Umbella spuria terminalis supradecomposita, contracta, radiis longo tractu, et remote spicatis, spicis sessilibus interjectis. Involucrum universale triphyllum, inæquale, uno alterove foliolo longissimo, subinde etiam bipedali. Locustæ inter se remotæ, alternæ, patentes, lanceolatæ, vel elongatæ, sive lato-lineares, acutiusculæ, vel obtusæ, turgidulæ, rufæ, vel rufo-ferrugineæ, 8-40 floræ. Glumæ concavo-ovatæ, obtusæ, multinerviæ, nervo intermedio viridi carinatæ, reliqua parte rufæ, vel rufo-ferrugineæ, margine scarioso-pallenti subnullo, aut perangusto; ludunt totæ subrufo-viridantes; initio sunt arcte imbricatæ, ætate laxantur. Stigma bipartitum. Nucula obovata, compressa, utrinque longitudinaliter striata, glabra.
Stirps gregaria, densissime, et late operiens locum palustrem.

15. Cyperus *Papyrus:* calamo obtuse trigono; umbella universali fastigiata, involucris longiore; umbellulis spuriis laxe spicatis, involucello triphyllo brevioribus; locustis subulatis; nucula trigona.

C. Papyrus *Sp. pl.* 70. *Petagn. Inst. bot.* 2. *p.* 105. *Vahl. En.* 2. *p.* 365. *n.* 141. *Cyrill. Monogr. pag.* 5. *tab.* 1. 2. *Ab Ucr. Hort. Panorm. p.* 51. *Presl. Cyper. et Gramin. Sicul. p.* 15. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 45.*, *et Suppl.* 1. *p.* 11.*

Papyrus antiquorum *Link. Hor. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 321. *Dietr. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 328.

Papyrus *Plin. Nat. hist. lib.* 13. *cap.* 11. *Cæsalp. De plant. lib.* 4. *cap.* 65. *p.* 191.

Papyrus Burdi *Alp. De pl. Ægypt. p.* 43., *et cum Vesling. p.* 111. figura exhibens umbellam sine locustis.

P. syriaca, vel siciliana *C. B. Theatr. p.* 334. *Bocc. Recherch. et observat. nat. p.* 205.

Papyri siculi paniculæ fragmentum *Bocc. Mus. di fisic. p.* 315. *tab.* 7. *sinistr. fig.* 3.

Juba, o panicula intiera di Papyrus sicula *Bocc. Mus. di fisic. p.* 315. *tab.* 7. *sinistr. fig.* 6.

Cyperus enodis, nudus, culmis e vaginis brevibus prodeuntibus, spicis tenuioribus *Scheuchz. Agrost. p.* 387. *n.* 6. *tab.* 8. *fig.* 14.

C. omnium maximus, Papyrus dictus *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. Prodr. p.* 14. herb. Mont.

C. omnium maximus, Papyrus dictus (locustis minimis) *Mich. Nov. pl. gen. p.* 44. *n.* 1. *tab.* 19. *fig. B. C.*

C. maximus umbellatus, Syriacus vel Siculus, Papyrus vulgo *Bonan. Panph. tab.* 13.

Ital. *Papèro*. *Papiro*. *Papiro egiziano* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 88.

Perenn. Nascitur Syracusis, et alibi in Sicilia, unde habui ab Eq. Gussonio. Floret Julio, Augusto.

Radix tubera superficialia, e latere prolifera, subtus radicata, radicibus crassis, levibus, tunicata squamis grandibus, late ovatis, acuminatis, imbricatis, amplexantibus, rufo-nigrescentibus, crebre striatis, superioribus successive longioribus, et in folia brevia abeuntibus. Calamus cæspitosus, varians crassitie, et altitudine, subinde crassissimus, et plusquam orgyalis, medulla alba farctus, obtuse trigonus, glaberrimus, basi circumdatus foliis amplexantibus, brevissimis, lanceolatis, acuminatis, vix carinatis, leviter canaliculatis,

margine, et carina scabriusculis, supra læte virentibus, et nitidis, subtus albentibus, arefactione ferrugineo-pallidis. Umbella spuria terminalis, supradecomposita, facta radiis numerosissimis, fastigiatis. Involucrum universale polyphyllum, umbella multo brevius, subinæquale, foliolis lanceolato-linearibus, acuminatis, leviter carinatis, striatis, supra viridibus, subtus albicantibus, cito aridis, et ferrugineo-pallentibus. Radii umbellæ tenues, trigoni, elongati, vidi etiam pedales, basi cincti vagina cylindracea, truncata, longa, striata, ferrugineo-fusca, terminati umbellula spuria pauciradiata, involucellata. Involucella triphylla, subæqualia, lineari-filiformia, dorso carinata, supra canaliculata, margine deorsum scabra, plerumque umbellula multo longiora. Radii umbellulæ duo-quatuor, vix ultra, spicati, spica una alterave sessili, basi vaginellati, vaginella oblique secta, pallide ferruginea. Locustæ tenues, breves, lineari-subulatæ, inter se remotæ, alternæ, patulæ, ferrugineo-flavidæ, paucifloræ. Glumæ oblongæ, obtusæ, canaliculatæ, dorso carinatæ, utrinque ad carinam paucinerviæ, et fusce ferrugineæ, carina, et ora pallidiore, seu ferrugineo-lutescente, cæterum nitidæ, deciduæ. Stilus elongatus. Stigma trifidum. Nucula oblonga, triquetra, obtusa, glabra.

Usus. Habemus ex Plinio Nat. hist. l. c., Papyrum olim adhibitum chartæ usu, unde humanitas vitæ constat, et memoria. Idem Plinius narrat, Ægyptios olim ex papyro navigia texisse, et e libro vela, tegetesque, nec non et vestem etiam stragulam, ac funes. Præparabantur ex eo chartæ diviso acu in prætenues sed quam latissimas philyras Plin. l. c.

SCIRPUS.

Lin. Gen. p. 30. *Juss. Gen. p.* 27. *Tourn. Inst. rei herb.* 3. *tab.* 300. *fig. E. F. G. Lamk. Illustr. tab.* 38. *fig.* 2. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 92. *Gærtn. De fruct. et semin.* 1. *p.* 10. *tab.* 2. *R. Brown. Prodr. p.* 223., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 79. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 54.
Isolepis *R. Brown. Prodr. p.* 221., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 77.

Blismus *Panz. ined. apud Schult. Syst. veg. Mant. 2. p. 41. n. 18. Link. Hort. reg. Berol. descr. 1. p. 278. Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed. 6. tom. 1. par. 1. sect. 2. p. 54.*

Eleocharis species *R. Brown. Prodr. p. 224., et ed. 2. tom. 1. p. 80. Röm. et Schult. Syst. veg. 2. p. 3. Link. l. c. p. 280. Dietr. l. c. p. 75.*

Eleogiton *Link. l. c. p. 285. Dietr. l. c. p. 95.*

Holoschœnus *Link. l. c. p. 293. Dietr. l. c. p. 163.*

Bæothrion *Dietr. l. c. p. 89.*

Scirpo-Cyperus, Scirpus, et Scirpoides *Mich. Nov. pl. gen. p. 48-52. tab. 31.*

Cyperus *Tourn. Inst. rei herb. 3. tab. 299. fig. A. B. C.*

Locustæ e glumis undique imbricatis, una-duabus ex infimis plerumque vacuis, reliquis proliferis. Stilus capillaris, deciduus. Stigma bi-tripartitum, puberulum.. Pericarpium nucula triquetra, aut lenticularis. Setæ hypogynæ nunc adsunt, nunc desunt.

Habitus. Radix perennis, repens, rarius fibrosa. Calamus teres, vel trigonus, enodis, basi foliosus, interdum apice suo involucrans. Inflorescentia raro simplex, spicata, sæpius spurie umbellata. Plantæ palustres, aquaticæ.

** Locusta solitaria, calamo tereti.*

1. Scirpus *cæspitosus:* calamo tereti, striato, inferne vaginato, vaginis superioribus brevissime foliosis; locusta terminali, pauciflora; glumis duabus externis majoribus, subæquantibus.

S. cæspitosus *Sp. pl. 71. Smith. Engl. Fl. 1. p. 55., et Engl. bot. v. 15. tab. 1029. Fl. Dan. tab. 1861. Krock. Fl. Siles. 1. p. 67. tab. 14. Sturm. Deutschl. Fl. 1. abt. 10. heft. Host. Gram. Austr. 3. p. 40. tab. 59., et Fl. Austr. 1. p. 56. Allion. Fl. Pedem. 2. p. 275. n. 2361. Birol. Fl. Acon. 1. p. 16. Pollin. Fl. Veron. 1. p. 58. De Candoll. Fl. Franç. 3. p. 135. n. 1775. Schrad. Fl. Germ. 1. p. 123. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl. 1. p. 429. Gaud. Fl. Helv. 1. p. 107.*

S. Bæothrion *Balb. Misc. 1. p. 7.** excl. syn.

S. n. 1334. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 176.
Eleocharis cæspitosa *Hook. Brit. Fl. p.* 24. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 283.
Bæothrion cæspitosum *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 89.
Scirpus montanus, capitulo breviore *Scheuchz. Agrost. p.* 363. *n.* 1. *tab.* 7. *fig.* 18.
Juncus parvus montanus cum parvis capitulis luteis *J. Bauh. Hist.* 2. *lib.* 18. *p.* 523. fig. rudis.

Ital. *Giuncolino giallo*.

Perenn. Habui ex turfosis *di Cuneo* in Pedemontio a Prof. Balbisio, et ex *Vallasco* alpium Valderiarum a Bertero, ex monte Sempronii in provincia Novariensi a De Notaris, ex palustribus alpinis Brixiensibus à Pollinio, ex editioribus montibus Corsicæ, ubi frequens supra altitudinem metrorum bis millium, a Soleirolio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris crassiusculis, firmis, flexuosis. Calami dense cæspitosi, tenues, a pollice ad palmum longi, longiores nondum vidi, erecti, vel in latus curvi, teretes, striati, inferne aliquo tractu tecti squamis vaginantibus, pallentibus, nitidis, striatis, imis ovatis, muticis, successivis oblongis, mucronulatis, summis terminatis foliolo subulato, obtuso, striato, brevissimo, bi-quadrilineari. Cæterum calami reliqua parte nudi, alii apice steriles, locusta abortiente, alii terminati locusta parva, ovoidea, rufo-lutea, pauciflora, at id plus minus ex loco. Glumæ omnes fertiles, ovatæ, concavæ, apice rotundatæ cum mucronulo brevissimo in medio, striatæ, margine tenui, membranaceo, pallido; inferiores duæ grandiores, locustam subæquantes, quarum exterior nervo carinali viridi longius protracto mucronata, mucrone foliiformi, subulato, obtuso. Stamina exerta. Filamenta alba. Antheræ lineares, longæ, flavæ. Nucula oblonga, acute triquetra, mucronulata, glabra. Setæ hypogynæ subsenæ, glabræ, nucula longiores.

2. Scirpus *parvulus*: cæspitosus; radice fibrosa; foliis filiformibus, acutis, radicalibus, calamo nudo subbrevioribus; locusta ovoidea, terminali, pauciflora, glumisque subacutis; nucula triquetra; setis hypogynis subsenis.

S. parvulus *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 124. *n.* 7., *et Mant.* 2. *p.* 72. *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 3. *p.* 12.* *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 431.

S. nanus *Spr. Pugil.* 1. *p.* 4. *n.* 7., *et Syst. veg.* 1. *p.* 205. *n.* 28. *Wallroth. Ann. bot. p.* 7. *n.* 11.
S. fluitans *Spreng. Mant.* 1. *pag.* 4. *n.* 2. excl. syn. Fl. Dan.
Eleogiton parvula *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 285.
Bæothryon nanum *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 2. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 91.
Ital. *Giuncolino nano. Spillone.*
Ann. Legi in palustribus Portus Lunæ *al Molinello* prope Spediam. Habui ex agro Forojuliensi a Cernazajo, et ex paludosis *di Orosei* in Sardinia a Prof. Morisio. Floret Junio, Julio.
Radix fibrosa, alba. Calami late cæspitosi, digitales, ad summum sesquipollicares, filiformes, sed crassiusculi, erecti, debiles, toti nudi, teretes, striati. Folia omnia prorsus radicalia, filiformi-subulata, acuta, calamo paululum breviora, striata. Locusta terminalis, parva, pauciflora, ovata, acutiuscula, tota virens. Glumæ ovatæ subacutæ, modo obtusæ, concavæ, carinatæ, pallide virentes, margine tenui, hyliano-membranaceo; duæ inferiores paulo majores. Stilus tenuis. Stigma tripartitum. Nucula ovato-triquetra, mucronulata, nitida, pallida. Setæ hypogynæ subsenæ, nucula longiores, retrorsum hispidæ. Tota plantula pallide virens, basi albicans, debilis, glabra.
Tum calami, tum folia, quæ pro calamis sterilibus forte habenda, contra lucem vitro inspecta apparent fibris longitudinalibus duabus, vel tribus percursa, et insuper isthmis transversis, incompletis huc illuc dirempta. Exemplaria nostra omnino conveniunt cum Halensibus, quæ olim ad me miserat Römerus b. m., et quæ asservantur in herbario meo exotico. Species forte solemnis paludibus Europæ, sed propter parvitatem prætervisa. Diversissima a sequente.
3. Scirpus *fluitans:* calamo alterne folioso, axillis superioribus pedunculiferis; nucula lenticulari; setis hypogynis nullis.
S. fluitans *Sp. pl.* 71. *Vahl. En.* 2. *p.* 246. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 56., *et Engl. bot. v.* 3. *tab.* 216. *Flor. Dan. tab.* 1082. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 275. *n.* 2360. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 64. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 15.* *De Cand. Fl. Franç.* 3. *pag.* 139. *n.* 1785. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *pag.* 130. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 432.
Isolepis fluitans *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 105. *n.* 1.

Eleocharis fluitans *Hook. Brit. Fl. p.* 24.
Eleogiton fluitans *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 284. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 95.
Scirpus Equiseti capitulo minori *Scheuchz. Agr. p.* 365. *n.* 3. *tab.* 7. *fig.* 20. *Mich. Nov. pl. gen. p.* 51. *ord.* 6.*
Gramen junceum clavatum minim. s. Holosteum palustre repens, foliis, capitulis, et seminib. Psyllii *Pluk. Phyt. tab.* 35. *fig.* 1.
G. junc. clavat. repens foliis et capit. Psyllii *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 10. *fig.* 31.
Ital. *Giuncolino natante. Giuncolino d' acqua.*
Perenn. Occurrit in Hetruria in palude *di Bientina*, ubi reperit Michelius, et in lacu *di Castiglione della Pescaja*, ubi vidit Eq. Prof. Savius. Habui exemplar autopticum ex herbario Micheliano ab eodem Eq. Prof. Savio. Floret Junio, et per. æstatem.

Calamus geniculatus, ad genicula inferiora radicans, reliqua parte, si in cænosis exsiccatis, procumbens, si in aquis late fluitans, cæterum semiteres, altero latere convexo, altero canaliculato, flexuosus, tenuis, debilis, striatus, viridis, glaber, ad nodos foliosus, et sæpe ramosus. Folia alterna, linearia, acuta, angustissima, supra canaliculata, dorso trinervia, isthmis transversis huc illuc intercepta, pollicem, aut sesquipollicem longa, basi dilatata in vaginam amplexantem, apertam, laxiusculam, striatam, margine membranaceam, dilutiorem. Sæpe in axillis foliorum stant rami abortivi, qui folia fasciculata mentiuntur. Pedunculi solitarii, nudi, alterni, siti in axillis foliorum superiorum, quorum vagina illos basi amplexatur, erecto-patuli, aut curvuli, convexo-canaliculati, striati, glabri, pollicares, vel sesquipollicares, apice locustiferi. Locusta solitaria, admodum parva, ovoidea, obtusa, tri-quadriflora, virens, subinde viridi-fusca. Glumæ ovato-oblongæ, obtusæ, nervo dorsali viridi carinatæ, lateribus pallidiores, striatæ, interdum subrufescentes, aut punctis subrufescentibus adspersæ, margine albido-hyalino; inferiores duæ cæteris grandiores, locustam fere æquantes. Stilus bifidus, puberulus. Nucula lenticularis, obovata, dorso magis convexa, mucronulata, albens, glabra. Setæ hypogynæ nullæ. Calamus, et folia punctis fuscis ut plurimum adsperguntur.

** *Locustis pluribus, calamo tereti.*

4. Scirpus *lacustris:* calamo aphyllo, basi vaginato; umbella spuria supradecomposita; locustis ovoideis; involucris diphyllis, umbella brevioribus.

S. lacustris *Sp. pl.* 72. *Vahl. En.* 2. *p.* 267. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 297. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 181. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 56., *et Engl. bot. v.* 10. *tab.* 666. *Hook. Brit. Flor. p.* 20. *α*, *β*., *et Fl. Lond. ed. Grav. tom.* 4. *tab.* 7. *Fl. Dan. tab.* 454., *et tab.* 1142. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 41. *tab.* 61., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 57. *Allion. Fl. Pedem.* 2. *p.* 276. *n.* 2364. *Balb. Fl. Taur. p.* 10. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 48. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 16. *Nocc. et Balb. Flor. Ticin.* 1. *p.* 24., *et p.* 316. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 51. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 59. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 13. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 20. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 34. *Suffr. Foroj. p.* 11. *Turi. Specim. pl. agr. Clav. p.* 6. *Sav. Fl. Pis.* 1. *pag.* 43., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 16. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 43. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 21. *n.* 53. *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 39. *Ab Ucr. Hort. reg. Panorm. p.* 52. *Presl. Cyp. et Gram. Sicul. p.* 11. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 50. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 48. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 136. *n.* 1778. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 133. *α*, *β*. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abt.* 36. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 433. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 45. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 113.

S. Tabernæmontani *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 136., *et Mant.* 3. *p.* 536. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 209. *n.* 94. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 297. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 180.

S. glaucus *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 57., *et Engl. bot. v.* 33. *tab.* 2321.

S. n. 1337. *α*, *β* *Hall. Hist. stirp. indig. Helv. tom.* 2. *p.* 177.

S. palustris, altissimus *Scheuchz. Agrost. p.* 354. *n.* 1. *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 15. herb. Mont. *Mich. Nov. pl. gen. p.* 49. *ord.* 1. *n.* 1. *Zannich. Istor. delle piant. p.* 239. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 116. *n.* 1.

S. palustris humilior *Scheuchz. Agr. p.* 356. *n.* 2. *Seguier. l. c. p.* 117. *n.* 2.

S. palustris medius *Mont. l. c.* herb. Mont. *Mich. l. c. p.* 50. *n.* 2.

Juncus maximus, seu Scirpus *C. B. Theatr. p.* 178.
J. sive Scirpus medius *C. B. l. c. p.* 181.
J. maximus holoschœnos *J. Bauh. Hist. tom.* 2. *lib.* 18. *p.* 522.
Junci tertium genus magnum *Cæsalp. De plant. lib.* 4. *cap.* 60. *p.* 188.

Ital. *Giunco da stoie. Giunco de' fossi. Giunco di padule. Nocco* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 213. *Biodo* Mich. Nov. pl. gen. p. 49.

Perenn. Nascitur copiose in omnibus paludibus Italiæ. Observavi in Liguria orientali in paludibus *di Marinella* prope dirutam Lunam, et in Lunæ portu *al Molinello* prope Spediam, deinde in litore Massensi Liguriæ orientali contermino, et Bononiæ in palustribus *di Malalbergo*, et S. Gabrielis *al Camerone*. Habui ex ora circumpadana *alla Mesola* a Prof. Campana, Tergesto, et ex Istria a Biasoletto, ex portu *di Civita nova* in Piceno ab Orsino, ex fossis Pisanis ab Eq. Prof. Savio, ex agro Florentino in canali regio prope *Campi* a Baronio, ex Pontinis a Fiorinia-Mazzantia, ex Sicilia *a Terranova* ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Bonifacio* a Seraffinio. Floret Junio.

Radix longe repens. Calamus teres, inferne crassior, superne attenuatus, mire varians magnitudine, item et colore plus minus viridi, vel glauco, ubi crassior etiam orgyalis, semper leviter striatus, medulla spongiosa farctus, glaber, basi cinctus vaginis aliquot, brevibus, foliiformibus, lanceolatis, acuminatis, amplexantibus, imbricatis, initio rubidis, arefactione pallentibus, una, alterave ex superioribus cæteris longiore, subinde desinente in folium brevissimum, unguiculare, ad summum bipollicare, subulato-triquetrum, dorso carinatum, supra canaliculatum, obtuse mucronatum, viride. Umbella spuria terminalis, supradecomposita, at in macrioribus individuis simplex, præ planta semper brevis, subinde prorsus compacta. Involucrum universale diphyllum, inæquale; foliolo longiore recto, veluti si esset prolungatio caulis, basi paululum dilatato, membranaceo-ferrugineo, reliqua parte subulato-triquetro, obtuse mucronato, viridi, dorso carinato, supra canaliculato, in plantis macris umbellam superante, in luxuriantibus breviore; foliolo altero concavo-lanceolato, acuminato, mucronato, membranaceo-scarioso, pallide ferrugineo, sæpe nervo carinali, et mucrone viridi. Umbellæ

radii tum primarii, tum secundarii valde inæquales. Bractea vaginans ad eorum basim, ovata, sessilis, acuminata, subinde emarginata cum mucronulo in medio, membranaceo-subscariosa, pallide ferruginea. Locustæ ovoideæ, turgidæ, glomeratæ, 2-5., in apicibus radiolorum, vel radiorum, præ planta parvæ, rufæ, vel rufo-ferrugineæ. Glumæ ovatæ, concavæ, acutæ, aut emarginatæ cum mucronulo in medio, apicem versus acute carinatæ, et instructæ margine tenui, hyalino, ciliato-lacero, sæpe dorso scabræ punctis, vel lineolis rufis. Stilus filiformis. Stigma bi-tripartitum. Nucula obovata, apiculata, lenticularis, at dorso magis convexa, ludit apicem versus obscure, et obtuse trigona, cæterum glabra, subnitens, pallida. Setæ hypogynæ quatuor-sex, retrorsum hispidæ, fuscæ, nucula paulo longiores, aut illam æquantes.

Observationes nostræ plane conveniunt cum Hookerianis Brit. Fl. l. c., scilicet *Scirpum glaucum* Smith., sive *Scirpum Tabernæmontani* Röm. et Schult. inniti characteribus inconstantibus, et omnino fictitiis, ideoque habendum pro forma stirpis mire ludibundæ, nec pro distincta specie.

Usus. Hæc planta calamo suo intus spongioso præstat ad commissuras doliorum obturandas.

5. Scirpus *Holoschœnus:* umbella spuria simplici; capitulis dense floriferis, pedunculatis, sessilibusque; involucro diphyllo, longissimo; setis hypogynis nullis; foliis semiteretibus, canaliculatis.

S. Holoschœnus *Sp. pl.* 72. *Vahl. En.* 2. *p.* 264. *α. Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 57., *et Engl. bot. v.* 23. *tab.* 1612. *Hook. Brit. Fl.* 1. *p.* 21. *Allion. Fl. Pedem.* 2. *p.* 276. *n.* 2365. *Balb. Fl. Taur. p.* 10. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 49. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 17. *Nocc. et Balb. Flor. Ticin.* 1. *p.* 25., *et p.* 317. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 51.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 60. *α. Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 13. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 20. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 35.* *Suffr. Foroj. p.* 111. *Sav. Flor. Pis.* 1. *p.* 45., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 17. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 21. *n.* 55. *α.** *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 40., *et Syll. p.* 30. *n.* 5. *A. Gusson. Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 48. *α. Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 49. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *pag.* 140. *n.* 1788. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 135. *n.* 10. *α. Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abth.* 36. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 441. *n.* 147. *α. Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *pag.* 46. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 115.

Isolepis Holoschœnus *α Röm. et Schult. Syst. veget.* 2. *p.* 115. *n.* 29.

Holoschœnus vulgaris *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 293. excl. nonnull. syn. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 163.

Juncus acutus maritimus, capitulis rotundis *C. Bauh. Theatr. p.* 174. luxur. *Pluk. Phyt. tab.* 40. *fig.* 4.

Scirpoides maritimum, capitulis sparsis, glomeratis *Scheuchz. Agrost. p.* 371. *n.* 1. *tab.* 8. *fig.* 2-5. bona. *Zannich. Istor. delle piant. p.* 238.

Scirpus maritimus, capitulis rotundioribus, glomeratis *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 16. herb. Mont.

Scirpoides ord. 1. *Mich. Nov. pl. gen. p.* 52.

S. ord. 2. n. 1. 3. 4., et ord. 3. n. 1. *Mich. l. c.*

S. maritima panicula sparsa, capitulis non omnibus in pediculis insidentibus, foliis et scapo supra paniculam carinam ferentibus albicantem *Seguier. Veron. tom.* 1. *p.* 117.

Juncus maritimus capitulis rotundis *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 10. *fig.* 17.

β calamo breviore; capitulis minutis, pisum subæquantibus, solitariis, paucisve.

Scirpus australis *Syst. veg. ed.* 13. *p.* 85., *et ed.* 14. *p.* 99. *n.* 12. *Willd. Sp. pl.* 1. *par.* 1. *p.* 297. *n.* 27. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 21. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 36.*

S. romanus *Ruching. Flor. dei lid. Ven. p.* 13. excl. syn. Barrel. *Jacq. Fl. Austr.* 5. *p.* 23. *tab.* 448. optima, excl. syn. Barrel., et Scheuchz.

S. romanus *β Lin. Sp. pl.* 72.

S. Holoschœnus *β Vahl. En.* 2. *p.* 264. *Smith. Fl. Britan.* 1. *p.* 53. *Ten. Syll. p.* 30. *B.** *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 61. excl. nonnull. syn.

Isolepis Holoschœnus *β Röm. et Schult. System. veg.* 2. *p.* 115.

Holoschœnus vulgaris *β Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 163. excl. nonnull. syn.

Juncus minor acutus maritimus prolifer, s. ex uno capitulo multa *Pluk. Phyt. tab.* 40. *fig.* 5. bene paucistachyus.

Scirpoides acutum, maritimum, capitulo glomerato *Zannich. Istor. delle piant. p.* 238. *tab.* 45. *fig.* 2. bene monostachyus.

Scirpus humilis, maritimus, capitulis subfuscis singularibus, in stylo sessilibus *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 16.

Scirpoides ord. 2. n. 2. *Mich. Nov. pl. gen. p.* 52. *Seguier. Suppl. p.* 73.
Juncus levis, non pungens, tenellus, viridis, floccis orbiculatis nigris *Cæsalp. De plant. lib.* 4. *cap.* 60. *p.* 188.
γ calamo brevi; capitulis duplo triplove crassioribus, subsolitariis.
Scirpus romanus *Sp. pl.* 72. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 33. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 44. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 40., *et Syll. p.* 30. *n.* 6.
S. Holoschœnus *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 42. *tab.* 62.
S. Holoschœnus *γ* romanus *Vahl. En.* 2. *p.* 264. *Smith. Fl. Brit.* 1. *p.* 53.
S. Holoschœnus *α Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 17.
S. Holoschœnus *β Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 22.* *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 48.
Isolepis Holoschœnus *γ Röm. et Schult. System. veg.* 2. *p.* 115.
Scirpoides acutum maritimum, capitulo glomerato, solitario *Scheuchz. Agr. p.* 373. *n.* 2. *tab.* 8. *fig.* 6. bene.
Scirpus capitulo singulari, radice tomentosa *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 16. herb. Mont.
Juncus min. globoso singulari capitulo radice tomentosa *Barrel. Ic.* 255. *fig.* 3. rudis, sed hujus loci.
Scirpoides ord. 3. n. 1. 2. *Mich. Nov. pl. gen. p.* 52.

Ital. *Giunco*. *Giunco sottile* Targ. Tozzett. Dizion. bot. 2. p. 213.

Perenn. Legi speciem in palustribus ad amnem Macram prope Sarzanam, ubi copiosa. Habui ex agro Mantuano *a Migliaretto* a Barbierio, ex agro Tarvisino *a Mogliano* a Mayero, ex agro Clodiensi *a Brondolo* a Prof. Naccario, ex insula sacra in faucibus Tiberis ab eodem Mayero, Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia. Varietatem *β* observavi in Lunæ portu *a Lerice* prope *la Berlina*. Obtinui ex ora circumpadana *alla Mesola* a Prof. Campana, ex litore Clodiensi *a Ca lin* a Prof. Naccario, ex monte *Corno* Prætutiorum ad lacum *de' Pagliari* ab Orsino, ex Corsica ad S. Florentium in litore prope *Farinole* a Bubanio. Reperi varietatem *γ* copiosissimam in litore Lunensi *alla Marinella*, et in litore Massensi proximo. Habui Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, Venetiis ex insula *Lio*, vel *Lido* a Zanardinio. Floret Junio.

Radix repens, crassa, firma, horizontalis, fibris descendentibus. Calamus teres, striatus, ludit e tereti

compressus, vel semiteres, præsertim ad apicem, erectus, firmus, bi-tripedalis, et etiam longior, glaber, aut superne in lineis angularibus deorsum scaber, basi foliosus. Folia semiteretia, tenuiter striata, supra leviter canaliculata, canaliculo albo, reliqua parte viridia, margine scabriuscula, apice mucronata, stricta, firma, calamo breviora, vel æquantia, ubi hic macrior, basi vaginantia, ima sunt vaginæ tantum. Vaginarum margo membranaceus, coloratus, senio sphacelatus. Umbella spuria terminalis, simplex, multiradiata, spica centrali sessili. Pedunculi inæquales, compressi, subinde altero latere canaliculati. Involucrum universale diphyllum, inæquale, foliolo ex protractione calami profecto longissimo, quandoque etiam bipedali, erecto; foliolo altero breviore, imo interdum brevissimo, patulo, vel deflexo, utroque in basi margine membranaceo, colorato utrinque instructo. Capitula globosa, densissime florifera, virentia cum aliqua tinctura ferruginea, inæqualia in eadem umbella, majora magnitudine ciceris, minora pisi. Glumæ obovatæ, concavæ, obtusæ, vel retusæ cum mucronulo brevissimo in medio, carinatæ, carina viridi, asperula, utrinque ad carinam striatæ, viridi-pallidæ, lineolis ferrugineis adspersæ, vel ferrugineo-maculatæ, margine tenui, hyalino, ciliolato. Stilus simplex, lineam saltem longus. Stigma tripartitum. Nucula minuta, obovata, acute triquetra, apiculata, tenuissime punctato-scabra, matura nigra. Setæ hypogynæ nullæ.

Varietas β distinguitur calamo humiliore, subpedali, graciliore, capitulis admodum parvis, piso minoribus, aut æquantibus, nunc solitario, sessili, nunc paucis, 2-3, sessili, pedunculatisque. Glumæ sæpe apicem versus dorso puberulæ, lineolis, vel punctis prominulis rufo-fuscis, vel rufo-nigrescentibus adspersæ. Involucri foliolum longius variat apice reflexum, aut totum rectum. Folia calamum subæquantia. Reliqua omnia ut in specie. Habitus plantæ subinde gracilis, subinde firmior. Facile transit in varietatem sequentem, interdum in eodem cæspite.

Varietas γ longe lateque reptat in litoribus Italicis, præsertim ad mare mediterraneum, stolonibus crassis, tectis squamis late ovatis, multistriatis, rufo-fuscis, scariosis, fibris descendentibus pariter crassis, tomentosis. Calami pedales, vel bipedales, foliis longiores.

Involucri foliola divaricata, tamen recta, superiore longiore, tri–quinqueunciali, inferiore deflexo, circiter semipollicari, subinde obliterato. Capitula semper pauca, et crassiora, quam in ipsa specie; nunc capitulum omnino solitarium, sessile, nunc duo, vel tria, quorum alterum sessile, reliqua pedunculata. Glumæ apicem versus magis pubescentes, in medio dorsi virides, reliqua parte plus minus ferrugineæ. Herba viridi–glauca. Reliqua omnino ut in specie.

6. Scirpus *globiferus:* umbella spuria multiradiata, supradecomposita, involucris diphyllis, subæqualibus, brevissimis longiore; capitulis conglomerato–globosis, lobatis, centrali sessili; calamo basi vaginato, subaphyllo.

S. globiferus *Lin. fil. Suppl. pag.* 104. *Willd. Sp. pl.* 1. *par.* 1. *p.* 301. *n.* 42. *Vahl. En.* 2. *p.* 266. *n.* 56. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 135. *n.* 48. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 209. *n.* 92. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 49.*

Holoschœnus globiferus *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 164.

Ital. *Giunco prolifero.*

Perenn. Nascitur in Sicilia in alveo torrentum prope *Altavilla,* unde habui ab Eq. Gussonio. Floret Julio, Augusto.

Radix repens more præcedentis. Calami basi subbulbosi, inferne tecti squamis amplexantibus, imbricatis, multistriatis, initio rufis, deinde pallide ferrugineis, imis brevioribus, ovatis, acutis, superioribus elongatis, acuminatis, margine filamentoso–sphacelatis, squama suprema subinde desinente in folium brevissimum, bi–trilineare, subulatum, mucronatum. Cæterum calami teretes, striati, glabri, erecti, bipedales, et ultra, supra squamas baseos omnino nudi. Involucrum universale diphyllum, subæquale, octo–decem lineas longum, umbella multo brevius, foliolis subulatis, mucronatis, parum divergentibus, basi quidquam dilatatis, et utrinque membranaceo–ferrugineis, reliqua parte viridibus, striatis. Umbella spuria ex radiis numerosis, inæqualibus, simplicibus, supradecompositisque, capitulo sessili interjecto. Pedunculi compressi, hinc canaliculati. Florum capitula crassa ut in *Scirpo Holoschœno* γ, glomerato–globosa, lobato–colliculosa. Glumæ oblongo–obovatæ, concavæ, obtusæ, vel retusæ cum mucronulo brevissimo in medio, margine superiore lacero–ciliatæ, dorso striatæ, apicem

versus maculis, vel punctis rufo-ferrugineis adspersæ, inferius albidæ. Stilus brevissimus, vix ullus. Stigma profunde tripartitum. Nucula paulo longior, quam in præcedente, oblonga, acute triquetra, apiculata, tenuissime punctato-scabra, maturitate nigricans. Setæ hypogynæ nullæ.

Hæc planta profecto non est varietas *Scirpi Holoschœni* L., ut habet Smithius in Engl. Fl. 1. p. 58. Etenim satis superque distinguunt defectus foliorum, involucrum breve, umbella supradecomposita, spicæ colliculosæ a multis glomerulis, quibus unaquæque constat, stilus subnullus, nucula longior, oblonga, nec obovata.

7. SCIRPUS *setaceus*: calamo filiformi, basi folioso, locustis sessilibus, subgeminis, involucro superiore brevioribus; nucula longitudinaliter striata.

S. setaceus *Sp. pl.* 73. nec Mant. alt. *Vahl. Enum.* 2. *p.* 253. *Smith. Engl. Fl.* 1. *pag.* 58., *et Engl. bot. v.* 24. *tab.* 1693. *Fl. Dan. tab.* 311. *Hook. Brit. Fl. p.* 21., *et Fl. Lond. ed. Grav. v.* 4. *tab.* 10. *Poit. et Turp. Flor. Paris.* 1. *tab.* 68. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 44. *tab.* 65., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 58. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 276. *n.* 2363. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 49. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 64. *Comoll. Prodr. Flor. Com. p.* 10. *n.* 62. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 18. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *pag.* 139. *n.* 1786. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 137. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abtheil.* 10. *heft. Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Flor.* 1. *p.* 440. *Krock. Fl. Siles.* 1. *p.* 72. *tab.* 16. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 117. *Leers. Herb. p.* 10. *tab.* 1. *fig.* 6. bona.

Isolepis setacea *Röm. et Schult. System. veget.* 2. *p.* 108. *n.* 10. excl. syn. Sav., *et Mant.* 2. *p.* 63., *et Mant.* 3. *p.* 531. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 285. *Dietrich. in Willd. Sp. pl.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 100.

Mariscus n. 1345. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv. tom.* 2. *p.* 180.

Scirpus omnium minimus, capitulo breviori *Scheuchz. Agrost. p.* 358. *n.* 3.

S. omnium minimus, capitulo majori et minori *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 16. herb. Mont.

S. setaceus, omnium minimus, binis plerumque capitulis, nigricantibus, scapo supra eadem capitula longius producto, semine striato *Mich. Nov. pl. gen. p.* 50. *ord.* 2. *n.* 5.

Juncellus omnium minimus *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 10. *fig.* 23. bona.

Ital. *Spilloni. Giuncolino setaceo*.

Ann. Habui ex Pedemontio a Prof. Balbisio, et ex arenosis subhumidis vallis *Intrasca* provinciæ Novariensis a De Notaris. Floret Junio.

Radix fibrosa, tenuis. Calami cæspitosi, debiles, filiformes, striati, uni-tripollicares, inferne foliosi, reliqua parte nudi. Folia pauca, alterna, tractu vario, subinde longiusculo vaginantia, parte libera filiformia, apice attenuata, tamen obtusiuscula, striata, supra canaliculata, calamo breviora, subinde supremum æquans, aut excedens. Locustæ admodum parvæ, et paucæ, 1-2., laterales, sessiles, ovoideæ, obtusiusculæ, inæquales, ex viridi-fuscæ, vel totæ virides. Involucrum diphyllum; foliolo superiore locustis duplo, vel triplo longiore, filiformi, acuto, virenti, utrinque ad basim parum expanso in membranulam subferrugineam; foliolo inferiore locustæ adpresso, illamque subæquante, oblongo, viridi-carinato, mucronulato, lateribus membranaceis, ferrugineis, striatis. Glumæ ovatæ, concavæ, vix mucronulatæ, aut etiam obtusæ, dorso viridi-carinatæ, lateribus fusce ferrugineis, striatis, subinde virentibus. Stilus subnullus. Stigma usque ad basim tripartitum. Nucula obovata, lenticularis, dorso magis convexa, apiculata, longitudinaliter exquisite striata, glabra. Setæ hypogynæ nullæ.

8. Scirpus *Savii*: calamo filiformi, basi folioso; locustis sessilibus, subgeminis, involucro diphyllo subæqualibus; nucula punctato-scabra.

S. Savii *Spreng. Syst. veget.* 1. *p.* 207. *n.* 65. *Sebast. et Maür. Fl. Rom. prodr. pag.* 22. *n.* 56. *Morett. Dec.* 2. *p.* 6., *et in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 5. *p.* 6. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 41., *et Syll. p.* 30. *n.* 4., *et Viag. in Abruzz. p.* 44. *n.* 38. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 47.*, *et Suppl.* 1. *p.* 11.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 2. *p.* 11.* *Jan. Elench. p.* 1.*

S. filiformis *Sav. Flor. Pis.* 1. *pag.* 46.*, *et Bot. Etr.* 2. *p.* 19.*

S. acicularis *Ab Ucr. Hort. reg. Panorm. p.* 52. non Lin.

S. setaceus *Bivona-Bern. Cent.* 1. *pag.* 72. *n.* 85. excl. plurib. syn.

Isolepis Saviana *Röm. et Schult. Mant.* 2. *p.* 63. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 285. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 100.

I. sicula *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 13.

Junculus panicula quandoque simplici, quandoque duplici, triplicive flava *Cup. Hort. Cath. p.* 104.

Scirpus setaceus, capitulo singulari, semine non striato *Mich. Nov. pl. gen. p.* 50. *ord.* 2. *n.* 1.

S. setaceus, per maturitatem albicans, capitulis plerumque ternis, semine non striato *Mich. l. c. n.* 3.

S. setaceus, binis plerumque capitulis, nigricantibus, semine non striato *Mich. l. c. n.* 4.

Ital. *Spilloni. Giuncolino filiforme.*

Ann. Legi *a Caldaccoli* ad thermas Pisanas, deinde inter *Porti*, et Massam ducalem, et in uliginosis portus Lunæ *al Molinello* prope Spediam. Habui ex Liguria occidua lectum *a Pegli* a Vincentio, ex palustribus Albingaunensibus a Prof. Sassio, et ex valle *d'Andora* a Badaroo. Obtinui iterum ex agro Pisano ab Eq. Prof. Savio, ex provincia Urbinati *a Sascorbáro* a Prof. Octavianio, ex portu Asculi in Piceno ab Orsino, Româ ad Ostiam a Prof. Maurio, ex *Chiarino* in Prætutiis, et ex *Fusaro* prope Neapolim denuo ab Orsino, ex Nebrodibus Siciliæ a Prof. Janio, ex uliginosis ejusdem insulæ ab Eq. Gussonio, et ab Orsino, ex Sardinia in humentibus *di Orosei* a Prof. Morisio, ex Corsica prope *Ajaccio* sub monte *Pozzo di borgo*, et in monte *delle Trenta candele*, item ad S. Florentium in alveo fluminis *Alzo* prope mare, et *a Bastia* in ostio fluminis *Miomo* a Bubanio, ex *Porto vecchio* prope *Bonifacio*, et iterum ex *Ajaccio* a Seraffinio, iterum ex *Bastia* a Soleirolio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa. Calami cæspitosi, setacei, teretes, striati, sesquipollice ad dodrantem, aut pedem longi, inferne foliosi, reliqua parte nudi. Folia alterna, pauca, arcte vaginantia, setacea, striata, calamo breviora, subinde brevissima, vix tres, quatuorve lineas longa. Locustæ ovoideæ, aut oblongæ, una-tres, sessiles intra involucrum diphyllum, inæquale, ut plurimum ipsis locustis brevius; foliolo majore subinde illas quidquam excedente, producto in mucronulum subulatum, viridem; utroque basi dilatato, lateribus membranaceis, pallentibus, aut ferrugineis, vel etiam rufo-nigricantibus, carina viridi. Glumæ ovatæ, concavæ, apice brevissime mucronulatæ, aut obtusæ, carina virentes, lateribus utrinque striatæ, pallide virentes, vel ferrugineæ, vel rufo-nigricantes, margine pallidulo. Stilus brevis. Stigma tripartitum. Nucula

triquetra, minute punctato-scabra. Rachis demum nuda a lapsu glumarum, et fructuum, scrobiculata.

Hæc species stat in herbario Montiano cum scheda manu ipsius Josephi Montii notata: *Scirpus omnium minimus capitulo longiori T.* 528., cui additum fuit nomen *Scirpi setacei* L. charactere Cajetani Montii.

9. Scirpus *supinus:* calamo striato, basi folioso, foliis brevissimis; locustis lateralibus, aggregatis, paucis; involucro monophyllo, elongato; nuculis transverse rugosis.

S. supinus *Sp. pl.* 73. *Vahl. En.* 2. *p.* 257. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 207. *n.* 66. *Balb. Addit. ad Fl. Ped. in Elench. p.* 84.*, *et Miscell. alt. p.* 5.* *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 17. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 65. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 20. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *pag.* 140. *n.* 1787. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 138. *tab.* 1. *fig.* 1. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 439. *Host, Gram. Austr.* 3. *pag.* 43. *tab.* 64., *et Fl. Austr.* 1. *pag.* 58. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 119.

Isolepis supina *α Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 107. *n.* 7. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 287. *Dietrich. in Willd, Sp. pl.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 105.

Mariscus n. 1344. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv. tom.* 2. *p.* 180.

M. n. 1. *Hall. in Scheuchz. Agrost. append.* 2. *p.* 39.

Ital. *Giunco giacente.*

Ann. Nascitur in Pedemontio in aquosis prope Duriam, unde habui a Prof. Balbisio. Obtinui quoque ex agro Mantuano *a Migliaretto* a Barbierio. Floret Junio.

Radix fibrosa. Calami cæspitosi, triplo, vel quadruplo crassiores, quam in specie præcedente, a sesquipollice ad pedem, involucro supputato, longi, teretes, striati, erecti, vel declinati, inferne foliosi. Folia brevissima, paucarum linearum, ad summum pollicaria, crasse filiformia, obtusiuscula, striata, vaginantia. Locustæ aggregatæ, etiam quinque-octo, sitæ multo infra apicem calami, et interdum fere ad medium calamum. Involucrum monophyllum, a protractione calami profectum, locustas longe superans, crassiusculum, subulatum, striatum, viride, basi utrinque expansum in marginem membranaceum. Cæterum locustæ ovoideæ, vel oblongæ, pallide virentes, subinde plus minus ex viridi fuscescentes. Glumæ ovatæ, concavæ, mucronulatæ, viridi-carinatæ, lateribus striatis,

pallentibus, interdum, præcipue ad apicem, ferrugineo-fuscis. Stilus longiusculus. Stigma trifidum. Nucula turbinato-triquetra, apiculata, transverse rugosa, rugis undulatis, matura nigra, et cum glumis decidua. Rachis sparse denticulata. Setæ hypogynæ nullæ.

10. Scirpus *caricinus:* spica composita, disticha, locustis imbricatis; involucro monophyllo; foliis compresso-carinatis; nucula subtus setosa.

S. caricinus *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 209. *n.* 88. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 58. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 132. *Wahlenb. Fl. Lap. p.* 15. sub Scirpo rufo. *Morett. Notiz. in Memor. tom.* 1. *p.* 245. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 59.

S. caricis *Willd. Sp. pl.* 1. *par.* 1. *pag.* 292. *n.* 8. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 39. *tab.* 57., *et Flor. Austr.* 1. *p.* 55. *Balb. Fl. Taur. p.* 9. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 48. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 16. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 24., *et p.* 316. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 137. *n.* 1781.

S. compressus *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 66. *n.* 23. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 15.* *Hoffm. Fl. d'Allem. ann.* 1804. *tom.* 1. *part.* 2. *tab.* 1. colore nimis vivide fucato. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 446. *Wahlenb. Fl. Suec.* 1. *p.* 26.

Schœnus compressus *Lin. Sp. pl.* 65., *et Mant. alt. p.* 311. *Vahl. En.* 2. *p.* 214. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 64. *n.* 18., *et Mant.* 2. *pag.* 41. *Engl. bot. v.* 11. *tab.* 791. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 278. *n.* 2375. *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 38., *et Syll. p.* 30. *n.* 3. *Pollich. Fl. Palat.* 1. *p.* 35. *tab.* 1. *fig.* 2. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 100. *Leers. Herb. p.* 9. *tab.* 1. *fig.* 1. optima.

Blismus compressus *Panz. in Röm. et Schult. Mant.* 2. *pag.* 41. *Hook. Brit. Fl. p.* 22. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 278. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 55.

Carex uliginosa *Lin. Sp. pl.* 1381., *et Mant. alt. p.* 494., *et Fl. Suec. ed.* 2. *p.* 325.

Mariscus n. 1342. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv. tom.* 2. *p.* 179.

Gramen cyperoides, spica simplici, compressa, disticha *Pluk. Phyt. tab.* 34. *fig.* 9. mala. *Scheuchz. Agrost. p.* 490. *n.* 1. *tab.* 11. *fig.* 6.

Cyperella montana, spicata, radice repente, caule rotundo-triquetro, spica fusca, compressa, disticha, semine cinereo *Mich. Nov. pl. gen. p.* 53. *ord.* 2. *tab.* 31. *fig. K.*

Ital. *Giunco moscarino*. *Mascherini* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 213.

Perenn. Reperitur in Apennino Liguriæ orientalis ad S. Stephanum *d'Aveto*, unde habui a Turio, et in montibus Prætutiorum *Pelone*, et *Pizzo di Sivo*, unde misit Orsinus. Floret Julio.

Radix repens, squamata, fibris descendentibus ramulosis. Calamus teres, apice tantum subtrigonus, striatus, crassiusculus, firmus, a palmo ad pedem longus, erectus, vel ascendens, inferne foliosus. Folia linearia, canaliculata, compressa, carinata, mucronata, mucrone obtusiusculo, margine, et carina prope apicem scabrida, vaginantia, nunc calamum æquantia, vel superantia, nunc multo breviora, inferiora minora, ima squamæformia, plus minus ferruginea. Foliorum vaginæ striatæ. Stipula subnulla, ramentacea. Spica terminalis, composita, disticha, fusco-ferruginea, nitens. Involucrum universale plerumque monophyllum, spica longius, rectum, vel curvum, basi paulo dilatatum, concavum, dorso multistriatum, margine membranaceo, ferrugineo, reliqua parte virens, et foliis calami simile. Variat spica brevius, et diphyllum, inæquale. Locustæ oblongæ, alternæ, distichæ, imbricatæ. Bractea sub quavis locusta, similis glumæ, sed paulo grandior. Glumæ ovato-lanceolatæ, acutæ, vel acuminatæ, præcipue superiores, concavæ, dorso carinatæ, et multistriatæ, fusco-ferrugineæ carina virenti, vel totæ fusco-ferrugineæ, margine tenui, hyalino, pallenti. Antheræ lineares, elongatæ, apice appendicula puberula terminatæ. Stilus simplex, longus. Stigma bifidum. Nucula oblonga, lenticularis, longe rostellata, glaberrima, nitida, spadicea, breviter pedicellata. Setæ hypogynæ quatuor-sex, retrorsum hispidæ, nucula longiores, fuscæ. Sæpius vidi setas quatuor, quam sex.

*** *Locustis lateralibus, involucro monophyllo, calamo triquetro.*

11. Scirpus *triqueter:* umbella spuria laterali; locustarum capitulis pedunculatis, sessilique; glumis ciliato-laceris; nucula lenticulari, glabra; setis hypogynis intus retrorsum hispidis.

S. triqueter *Lin. Mant.* 1. *pag.* 29. *Vahl. En.* 2. *p.* 270. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 296. *Dietr. in Willd.*

Sp. pl. ed. 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *pag.* 176. *Fl. Dan. tab.* 1983. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 60. *α.*, *et Engl. bot. v.* 24. *tab.* 1694. *Hook. Fl. Lond. ed. Grav. tom.* 4. *tab.* 9., *et Brit. Fl.* 1. *p.* 21. *Allion. Fl. Pedem.* 2. *p.* 276. *n.* 2366. *Balb. Fl. Taur. p.* 10. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 49. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 17. *Nocc. et Balb. Flor. Ticin.* 1. *p.* 25. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 10. *n.* 61. *Lanfoss. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 51.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 62. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 21. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 136. *n.* 1779. *α. Schrad. Flor. Germ.* 1. *p.* 140. *α. Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abtheil.* 36. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 436. *Gaud. Fl. Helv. tom.* 1. *p.* 123.

S. mucronatus *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 44. *tab.* 66., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 59.

S. n. 1338. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 177.

Scirpo-cyperus palustris, caule molli, atro virente, panicula sparsa, minore, capitulis subrotundis, pluribus simul junctis, subfuscis *Mich. Nov. pl. gen. pag.* 47. *ord.* 1. *n.* 2.

Juncus acutus maritimus, caule triquetro maximo molli, et procerior nostras *Pluk. Phyt. tab.* 40. *fig.* 2.

Ital. *Giunco triangolare*.

Perenn. Habui ex agro Mantuano *a Melara* a Felisio, et ex ora circumpadana *alla Mesola* a Prof. Campana. Floret Junio, Julio.

Radix repens. Calamus uni-tripedalis, plus minus acute triqueter, intus spongiosus, debilis, præ staturâ gracilis, superne nudus, basi cinctus vagina longa, plerumque solitaria, clausa, abiens in folium perbreve, pollicare, aut paulo ultra, lineare, angustum, tenue, acuminatum, carinatum, supra canaliculatum. Umbella spuria simplex, sita infra apicem calami, brevis, inæqualis. Involucrum monophyllum, ex protractione calami factum, plus minus erectum, umbella paulo longius, carinato-triquetrum, acuminatum, supra canaliculatum. Locustæ paucæ, capitatæ in apice radiorum, capitulo sessili intermedio; ceterum ovoideæ, turgidæ, plerumque breves, et obtusæ, ferrugineæ. Bracteæ glumaceæ, acuminatæ, amplexantes, ad basim radiorum. Glumæ ovatæ, concavæ, obtusæ, vel retusæ cum mucronulo in medio, viridi-carinatæ, carina parum prominente, lateribus membranaceis, pallide ferrugineis, punctis, vel lineolis saturatioribus,

margine tenui, hyalino, perangusto, ciliato-lacero. Antheræ appendiculatæ. Stilus simplex. Stigma bipartitum. Nucula minuta, obovata, lenticularis, apiculata, lævis, glaberrima, matura spadiceo-fusca, nitida. Setæ hypogynæ quatuor, latere interiore retrorsum hispidæ.

12. Scirpus *litoralis:* umbella spuria laterali, supradecomposita, locustis solitariis; glumis margine integris; nucula sublenticulari, glabra, setis hypogynis intus sursum barbatis.

S. litoralis *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 130. *n.* 28., *et Mant.* 2. *p.* 75. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 206. *n.* 56. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 297. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 177. *Sav. Bot. Etr.* 2. *pag.* 22., *et Cat. di piant. Egiz. in Radd. Mem. p.* 23.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 65. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 40. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 142. *tab.* 5. *fig.* 7. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Flor.* 1. *pag.* 436. *Lois. Deslongch. Not. p.* 10.*, *et Fl. Gall. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 36. *n.* 17.* *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 300. *n.* 1778.[a] *Duby. Bot. Gall. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 486. *n.* 15.

S. fimbrisetus *Delil. Descr. de l'Egypt. edit.* 2. *tom.* 19. *p.* 137. *tab.* 7.

Scirpo-cyperus maritimus, altissimus, caule rigido, pallide virente, panicula ampliore, sparsa, capitulis oblongis, inter se distantibus, ferrugineis *Mich. Nov. pl. gen. pag.* 47. *ord.* 1. *n.* 1. *tab.* 31. *Zannich. Ist. delle piant. p.* 237.

Cyperus maritimus, panicula sparsa, mucrone pungente *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. pag.* 13. herb. Mont.

Ital. *Giunco sparpagliato.*

Perenn. Nascitur in Liguria occidua in palustribus ad Albingaunum, unde habui a Prof. Sassio, et in agro Ravennati ad Classem, unde attulit Bubanius. Floret Junio, et Julio.

Calamus altior, et crassior, quam in præcedente. Umbella grandior, supradecomposita, aut saltem decomposita, paniculata, effusa, involucro sæpe longior. Bractea radii, qui e regione involucri est, subinde protrahitur in folium breve, carinato-triquetrum, et tunc involucrum fit diphyllum, inæquale. Locustæ solitariæ in apice pedicellorum, ovoideæ, vel ovoideo-oblongæ, apice angustatæ. Glumæ ovatæ, concavæ, obtusissime emarginatæ, dentibus rotundatis cum

mucronulo in medio, dorso carinatæ, lateribus membranaceis, rufæ, vel rufo-ferrugineæ, lineolis saturatioribus, limbo hyalino, lato, albido, integerrimo, demum deciduæ. Stilus simplex. Stigma bipartitum. Nucula obovata, sublenticularis, dorso magis convexa, apiculata, lævis, glabra, matura fusca, nitida. Setæ hypogynæ quatuor-quinque, latere interiore barbatæ pilis sursum versis, confervoideis. In reliquis similis *Scirpo triquetro* L.

13. Scirpus *pungens:* locustis lateralibus, sessilibus, glomeratis, solitariisque; nucula lenticulari, glabra; setis hypogynis nullis; calamo inferne polyphyllo.

S. pungens *Vahl. En.* 2. *p.* 255. *n.* 32. planta europæa. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 128. *n.* 25., *et Mant.* 3. *p.* 554. pl. europ. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 207. *n.* 57. pl. europ. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 295. *Dietr. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 175. pl. europ. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 21.

S. triqueter *Fl. Dan. tab.* 1563.

S. triqueter β *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 68. *Willd. Sp. pl.* 1. *par.* 1. *p.* 303. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *pag.* 141. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 60.

S. Rothii *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abtheil.* 36. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 437. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 125.

S. tenuifolius *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 300. *n.* 1777.[b] *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 23. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 39. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 64.

S. mucronatus *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 277. *n.* 2367. *Balb. Fl. Taur. p.* 10. *Suffr. Forojul. p.* 111. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 45.

Juncus acutus maritimus caule triangulo *C. B. Theatr. p.* 175.

J. acutus maritimus, caule triquetro rigido, mucrone pungente *Pluk. Phyt. tab.* 40. *fig.* 1.

J. maritimus caule triangulo *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 10. *fig.* 20.

Scirpo-Cyperus maritimus, humilis, caule pallide virens, panicula glomerata *Mich. Nov. pl. gen. p.* 47. *ord.* 2. *n.* 1.

Ital. *Giunco pungente.*

Perenn. Observavi copiosum in litore Lunensi *alla Marinella,* et in proximo litore Massensi. Habui ex ora circumpadana *a Goro* a Prof. Campana, et ex viciniis Fossæ Clodiæ a Visianio. Floret Majo, Junio.

Radix repens, crassa, articulata, obvoluta tunica membranacea, tubulari, continua, fusce rubida, nitente. Calamus acute triqueter, a spithama ad sesquipedem longus, striatus, erectus, firmus, licet tenuior calamo *Scirpi triquetri* L., inferne vestitus foliis tribus-quatuor, reliqua parte nudus. Folia linearia, angusta, carinata, supra canaliculata, terminata mucrone solido, triquetro, longo, vaginantia, calamo breviora, et sæpe multo. Infra folia squamæ aliquot subrufæ. Locustæ laterales, sessiles, aut subsessiles, ovoideæ, turgidæ, rufo-ferrugineæ, duæ-quatuor congestæ, subinde solitariæ. Involucrum monophyllum, protractione calami factum, subpollicare, rectum, vel curvum, vix basi utrinque membranaceum, in reliquis simile foliis calami. Glumæ ovatæ, concavæ, apice bifidæ, aut acute bidentatæ cum mucrone aristato in medio, dorso carinatæ, lateribus rufo-ferrugineæ, nitidulæ, obsolete striatæ, plicis arcuatis subinde prope apicem instructæ. Stamina tria, filamentis persistentibus. Stilus simplex. Stigma bipartitum. Nucula obovata, lenticularis, dorso magis convexa, apiculata, utrinque crasse marginata, lævis, glaberrima, nitidula, matura albo-flavens. Setæ hypogynæ omnino nullæ. Cave ne pro illis sumas filamenta persistentia. Stirps hactenus parum rite observata, et descripta.

14. Scirpus *mucronatus:* calamo acute triquetro, basi vaginato, aphyllo; locustis sessilibus, glomeratis, lateralibus, involucro fructus recta recesso; nuculis trigonis, transverse rugosis; setis hypogynis subsenis.

S. mucronatus *Sp. pl.* 73. *Vahl. En.* 2. *pag.* 256. *n.* 33. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 130. *n.* 29. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 296. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 174. *Delil. Descript. de l' Egypt. ed.* 2. *tom.* 19. *p.* 71. *n.* 49., *et p.* 142. *tab.* 7. *fig.* 3. *Smith. Fl. Brit. tom.* 1. *p.* 56. in adnot. ad Scirpum triquetrum L. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 50. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 17. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 25., *et p.* 317. excl. syn. Host. *Lanfoss. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 51. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 61. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 14. excl. syn. Zannich. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 38. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 49.*, *et Bot. Etr.* 2. *p.* 20.* *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 49. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 137. *n.* 1780. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 139. *Sturm. Deutschl.*

Fl. 1. *abt.* 36. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 438. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 125.

S. glomeratus *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 39. *tab.* 68., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 59. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 47.

Cyperus maritimus, capitulis glomeratis *Mont. Cat. stirp. Agr. Bonon. prodr. p.* 13. herb. Mont.

Scirpo-cyperus palustris, caule molli, panicula nitida, glomerata, semine nigro *Mich. Nov. pl. gen. pag.* 47. *ord.* 3. *n.* 1.

Scirpo-cyperus, panicula glomerata, e spicis imbricatis composita *Scheuchz. Agrost. p.* 404. *n.* 1. *tab.* 9. *fig.* 14. bona. *Seguier. Veron.* 1. *p.* 114. *n.* 1.

Ital. *Giunco affilato*.

Perenn. Observavi in pratis paludosis agri Ferrariensis *alla Valle di Boscarolo*, valdeque luxuriantem numero locustarum. Nascitur copiose in fossis sylvæ Pisanæ, unde habui ab Eq. Prof. Savio. Habui quoque ex palustribus agri Mantuani *a Melara* a Felisio, et ex viciniis *di Monfalcone* a Biasoletto. Floret Junio.

Radix parum repens. Calamus primo tenuior, deinde crassus, acute trigonus, lateribus concavo-canaliculatus, intus molliter spongiosus, ideo debilis, tamen initio erectus, mox a pondere fructus declinatus, sesqui-bipedalis, striatus, glaber etiam angulis, basi cinctus vagina elongata, oblique truncata, aphylla, aucta una, alterave squama amplexante, inferiore, breviore. Apicem versus hiat latere ad excipiendum capitulum florum, et fit involucrum monophyllum, triquetrum, supra canaliculatum, mucronatum, tres-quatuor pollices longum, recta protensum, in flore strictum, in fructu recessum, patens, subinde retroversum, nullo margine membranaceo in basi. Locustæ laterales, sessiles, glomerato-capitatæ, numerosæ, etiam viginti, ovoideæ, turgidæ, vix acutæ, multifloræ, parvæ præ crassitie calami, inæquales, virentes. Glumæ late ovatæ, acutæ, mucronulatæ, concavæ, carinatæ, carina saturatius virentes, lateribus fortiter striatæ, striis quamplurimis, pallideque virentes, limbo scarioso, angusto, integro, dilute ferrugineo. Stilus simplex, cum stigmate trifido puberulus. Nucula obovata, trigona, vix apiculata, transverse rugosa, rugis undulatis. Setæ hypogynæ quinque-sex, retrorsum hispidæ, inæquales, longiores nuculam paulo superantes.

**** *Locustis terminalibus, involucro polyphyllo, calamo triquetro.*

15. Scirpus *maritimus:* radice repente, nodosa; floribus spurie umbellatis, sessilibusque, locustis fasciculatis; glumis apice multidentatis, dente medio aristato; nucula subtrigona, lævi, glabra; setis hypogynis retrorsum hispidis.

S. maritimus *Sp. pl.* 74. *Link. Hort. reg. bot. Berol. descr.* 1. *p.* 298. *Dietr. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 188. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 61., *et Engl. bot. v.* 8. *tab.* 542. *Hook. Brit. Fl. p.* 21. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. v.* 3. *tab.* 10. *Fl. Dan. tab.* 937. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 45. *tab.* 67., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 59. *Röm. Fl. Europ. fasc.* 12. *Allion. Fl. Pedem.* 2. *p.* 177. *n.* 2368. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 51. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 26., *et* 317. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 51. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 62. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 14. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 21. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 37.* *Suffr. Foroj. p.* 111. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 49., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 22. *α, β, γ. Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 44. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 21. *n.* 54. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 39. *A., et Syll. p.* 31. *A, B, D. Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 51. *a, b, c, e. Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 50. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 137. *n.* 1782., *et* 5. *p.* 301. *Krock. Fl. Siles.* 1. *p.* 75. *tab.* 15. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 143. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abth.* 13. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 443. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 43. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 120. *α, β, γ.*

S. tuberosus *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 50.

S. n. 1339. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 178.

Cyperus rotundus, inodorus, Anglicus, et Germanicus *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 11. herb. Mont., ubi mixtus cum exemplari varietatis nostræ *β*.

Gramen cyperoïdes panicula sparsa majus *C. B. Theatr. p.* 86.

Cyperus rotundus inodorus germanicus *C. B. Theatr. p.* 215.

C. panicula compacta, e spiculis teretibus, crassioribus composita *Scheuchz. Agr. p.* 400. *n.* 2. *tab.* 9. *fig.* 9. 10.

Scirpo-cyperus ord. 4., et 5. n. 1. 2. *Mich. Nov. pl. gen. p.* 48.

Scirpo-cyperus palustris, radice repente inodora, panicula non sparsa, capitulis crassioribus, et semine majore *Zannich. Istor. delle piant. p.* 237. *tab.* 50.

Scirpo-cyperus palustris, radice repente nodosa inodora, panicula sparsa, capitulis minoribus *Seguier. Ver.* 1. *p.* 114. *n.* 2.

Scirpo-cyperus palustris, radice repente nodosa inodora, panicula non sparsa, capitulis crassioribus, et brevioribus *Seguier. Veron. Suppl. p.* 71. *n.* 2.

Cyperus in convallibus Ferrariæ *Brasav. De simpl. med. p.* 357. *n.* 10.

Pseudocyperus majori Cypero similis *Cæsalp. De plant. lib.* 4. *cap.* 64. *p.* 191.

Cyperus rotundus inodorus aquaticus septentrionalis *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 11. *fig.* 9.

C. longus inodorus latifolius spicis tumidioribus *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 11. *fig.* 25.

β locustis gracilioribus, cylindricis, elongatis.

Scirpus macorostachys *Willd. En. hort. Berol.* 1. *p.* 78.

S. maritimus δ *Willd. Sp. pl.* 1. *par.* 1. *p.* 306.

S. maritimus ε *Vahl. En.* 2. *p.* 269. *Römer. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 139. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 23.

S. maritimus B *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 39.

S. maritimus C. *Ten. Syll. p.* 31.

S. maritimus d *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 51.

Cyperus panicula sparsa, e spicis longioribus, tenuioribus, teretibus composita *Scheuchz. Agr. p.* 398. *n.* 1. *tab.* 9. *fig.* 7. 8.

Scirpo-cyperus aquaticus, radice repente, nodosa, inodora, panicula non sparsa, capitulis longis, angustioribus, semine minore *Mich. Nov. pl. gen. p.* 48. *ord.* 5. *n.* 3.

Cyperus rotundus paniculis vulgari duplo crassioribus inodorus *Bonann. Panph. tab.* 12.

Ital. *Nocco. Giunco sfrangiato.*

Perenn. Copiosissimus in palustribus totius Italiæ. Legi Bononiæ in alveo fluminis *Setta* sub monte *Mariano*, in agro Ferrariensi *alla Valle di Boscarolo*, Sarzanæ *alla Marinella*. Habui ex Pedemontio ad Albam Pompejam a Bertero, ex oryzetis Mediolanensibus prope *Melzo* a Prof. Balsamo-Crivellio, ex agro Mantuano a Barbierio, ex agro Veronensi a Pollinio, ex agro Tarvisino *a Mogliano* a Mayero, ex thermis Aponis a Zanardinio, ex palustribus Fossæ Clodiæ *a Brondolo* a Prof. Naccario, ex ora circumpadana *alla Mesola* a Prof. Campana, ex portu *di Civita nova* in Piceno ab Orsino, ex Pontinis a Fiorinia-Mazzantia, ex Sicilia ab Eq. Bivona-Bernardio, et ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Bastia*

a Soleirolio. Varietatem β observavi promiscuam cum specie Sarzanæ *alla Marinella*. Habui ex palustribus Pisanis ab Eq. Prof. Savio, ex Pedemontio a Prof. Balbisio, ex Piceno ad Asculum prope S. Benedictum ab Orsino, ex Sicilia *a Termini* ab Eq. Gussonio. Floret Majo, Junio.

Radix repens, articulata, cortice fusce rubido tunicæ tubularis instar obducta, cum adultior, nodoso-tuberosa, tuberibus subrotundis, crassiuscule fibrosis. Calamus erectus, acute triqueter, uni-tripedalis, inferne longo tractu foliosus, reliqua parte nudus, angulis superne scabridis. Folia plura, linearia, acuminata, angusta, carinata, supra canaliculata, carina, et margine prope apicem scabriuscula, vaginantia, suprema calamum æquantia, aut superantia. Involucrum di-tetraphyllum, inæquale, flores excedens, vix basi ferrugineo-marginatum, foliis calami in cæteris simile. Umbella spuria simplex, vel decomposita, locustis fasciculatis. Fasciculi variant vel omnes pedunculati, vel mixti cum sessilibus. Alias tantum habetur fasciculus solitarius, sessilis, aut subsessilis. Vidi quoque locustam unicam in calamo, aut solitarias in radiis umbellæ. Pedunculi compresso-trigoni, basi bractea propria, glumacea amplexati. Locustæ ovoideæ, turgidæ, vel ovoideo-oblongæ, acutæ, aut obtusæ, ferrugineo-fuscæ, subinde nigricantes. Glumæ ovatæ, concavæ, apice inæqualiter tri-quinquedentatæ, dentibus acutis, medio longiuscule aristato, arista recurva, dorso pilosulæ, margine ciliolatæ, nervo carinali solitario, lateribus membranaceis, non striatis, plus minus fusce ferrugineis, aut nigricantibus, inferiores grandiores. Stamina filamentis compressis, membranaceis, fibra longitudinali diremptis, albis, pellucidis; antheris linearibus, longis, flavis, apiculatis. Stilus simplex, tenuis, elongatus. Stigma trifidum. Nucula obovata, initio evidentius triquetra, mox turgidior, et obscurius triquetra ob angulum dorsalem obtusum, cæterum vix apiculata, lævis, glabra, nitida, matura fusca. Setæ hypogynæ quatuor-sex, tenues, retrorsum hispidæ, nucula paululum breviores, demum fuscæ.

Varietas β differt tantum spicis longioribus, etiam pollicaribus, gracilioribus, cylindricis. In reliquis omnibus convenit adamussim cum specie, quacum promiscue crescit; imo inter locustas breviores ovoideas, et

longiores cylindraceas dantur intermediæ, quæ transitum a specie ad varietatem demonstrant.

Reliquæ varietates, quibus botanici stirpem istam obruerunt, plurimum negotii, nihil utilitatis intulerunt in scientiam, cum hæ formis inconstantibus plantæ mire ludibundæ omnino innitantur.

16. Scirpus *pubescens:* calamo folioso, apice, floribusque pubescentibus; involucro diphyllo; locustis paucis, spurie umbellatis, sessilibusque; glumis aristatis; nucula triquetra, setis hypogynis nullis.

S. pubescens *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 52. *tab.* 10. *Vahl. En.* 2. *p.* 274. *n.* 60. *Spreng. Syst. veget.* 1. *p.* 213. *n.* 145. *Lamk. Illustr.* 1. *p.* 139. *n.* 665. *Enc. méth. bot. ed. de Pad. tom.* 6. *p.* 733. *n.* 44. *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 301. *n.* 1781.[a] *Duby. Bot. Gall. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 486. *Lois. Deslongch. Fl. Gall. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 37. *n.* 20.

Isolepis pubescens *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 118. *n.* 35., *et Mant.* 2. *p.* 67. *Dietr. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 118.

Scirpus ciliaris *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 69. *n.* 77. excl. syn. Lin., et Rottb.

Carex pubescens *Poir. Voyag. en Barb.* 2. *p.* 254.

C. Poireti *Gmel. Syst. veg. tom.* 1. *p.* 140. *n.* 112.

Ital. *Giunco pubescente. Giunco di Barbaria.*

Perenn. Nascitur in Corsica *ad Ajaccio* prope mare, unde habui a Soleirolio, et ab Eq. Gussonio. Floret Junio.

Radix repens. Calamus subpedalis, aut parum ultra, tenuis, acute triqueter, fere totus foliosus, apice tantum brevi tractu nudus, ibique pubescens. Folia linearia, acuminata, angusta, striata, carinata, supra planiuscula, alterna, remota, vaginantia, sub lente cellulis minutis, oblongis, creberrimis impressa, superiora, et ima breviora, supremum ciliatum, aut pubescens, nulla calamum superantia. Vaginæ multistriatæ, ad earum exortum, et prope oram plus minus villosæ. Stipula brevis, obtusa, obliqua, colorata, ciliata. Flores in umbella spuria, brevissima, simplici, inæquali, aut in corymbo brevissimo, vel omnino sessiles. Bracteæ involucriformes duæ, cæteris longiores, præditæ basi dilatata, emarginata, in medio abeunte in folium filiforme, foliis calami simile, flores subæquans; reliquæ bracteæ ad basim pedunculorum, aut locustarum sessilium minores, ovatæ, acuminatæ, amplexantes. Locustæ una-tres in apice radiorum, subinde

sessiles, aut subsessiles in calami apice, ovoideæ, parvæ, luride glauco-virentes. Glumæ ovatæ, concavæ, striatæ, obtusæ, vel emarginatæ, productæ in aristulam longiusculam, intortam, luride glauco-virentes, lineolisque subferrugineis maculatæ. Antheræ apiculatæ. Stilus simplex, elongatus. Stigma trifidum, pubescens. Nucula acute triquetra, glabra. Setæ hypogynæ prorsus nullæ. Involucrum, pedunculi, locustæ cum aristis villo albido dense pubescunt. Herba glaucescit.

Quæ in descriptione De Candollei Fl. Gall. 5. p. 301. dicuntur setæ hypogynæ, rufæ, glumis longiores, sunt quam certissime stigmata arefacta.

17. Scirpus *sylvaticus:* calamo folioso; umbella spuria supradecomposita, corymbosa; involucro polyphyllo; locustis congestis; nucula subtrigona, lævi, glabra; setis hypogynis subsenis.

S. sylvaticus *Sp. pl.* 75. *Vahl. En.* 2. *p.* 271. *n.* 65. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 299. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 193. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 62., *et Engl. bot. v.* 13. *tab.* 919. *Hook. Brit. Fl. p.* 21. *Fl. Dan. tab.* 307. *Leers. Herb. p.* 10. *tab.* 1. *fig.* 4. *Lamk. Illustr. tab.* 38. *fig.* 2. desumpta ex Leersio. *Host. Gr. Austr.* 3. *p.* 46. *tab.* 68., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 60. *Allion. Fl. Pedem.* 2. *p.* 277. *n.* 2369. *Balb. Fl. Taur. p.* 10. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 51. *Birol. Fl. Acon.* 1. *pag.* 17. *Nacc. Flor. Ven.* 1. *pag.* 39. *Suffr. Forojul. p.* 111. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 25. *Ten. Fl. Napol.* 3. *p.* 40.*, *et Syll. p.* 31. *n.* 8.* *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 145. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abt.* 36. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 444. *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 44. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 138. *n.* 1783. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 119.

S. n. 1340. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 178.

Gramen arundinaceum foliis acutissimis panicula multiplici, Cyperi facie *Læs. Pruss. pag.* 119. *tab.* 33. bona.

G. cyperoides miliaceum *C. B. Theatr. p.* 90.

Cyperus gramineus *J. Bauh. Hist. pl.* 2. *lib.* 18. *p.* 504. *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 13. herb. Mont. *Scheuchz. Agrost. p.* 393. *n.* 1.

Scirpo-cyperus aquaticus, latifolius, annuus *Mich. Nov. pl. gen. p.* 48. *ord.* 6. *n.* 1. *Seguier. Suppl. p.* 72. *n.* 3.

Cyperus longus miliaceus inodorus locustis plurimis brevioribus *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 11. *fig.* 15.

Ital. *Giunco pannocchiuto.*

Perenn. Legi Bononiæ in palustribus *di Corticella*, et in agro Ferrariensi prope *Argenta*. Habui ex agro Forojuliensi a Prof. Brignolio, et ex Calabria *alla Sile* ab Eq. Gussonio. Floret Junio.

Radix repens. Calamus triqueter, erectus, tri-quadripedalis, striatus, glaber, maxima parte foliosus. Folia lato-linearia, acuminata, striata, carinata, margine, et carina scaberrima, reliqua parte glabra, supra planiuscula, alterna, vaginantia, ima breviora, nulla calamum superantia. Vaginæ laxæ, tenuiter striatæ, glabræ. Stipula obliterata. Umbella spuria grandis, inæqualis, supradecomposita, multiflora, radiis corymbiferis, corymbo sessili, aut subsessili interjecto. Involucrum universale tri-tetraphyllum, inæquale, foliis calami simile, foliolo majore umbellam æquante, aut paulo superante. Folium simile, sed longe minus stat sub reliquis radiis, et sub radiolis. Præterea tum radii, tum radioli basi obvolvuntur vaginula membranacea, striata, truncata, erosa. Locustæ una-tres congestæ, parvæ, ovoideæ, obtusæ, vel acutiusculæ, luride virentes. Glumæ ovatæ, concavæ, obtusiusculæ, brevissime mucronulatæ, multistriatæ, margine tenui, membranaceo, albido circumdatæ, glabræ. Stilus brevis, simplex. Stigma trifidum. Nucula apiculata, initio triquetra, albido-flava, matura turbinata, obscure triquetra, angulo dorsali valde convexo, obtuso, cæterum lævis, glaberrima, atro-virens, nitida. Setæ hypogynæ plerumque sex, retrorsum hispidæ, parum inæquales, longiores nuculam cum apiculo æquantes.

18. Scirpus *Michelianus:* radice fibrosa; calamo brevissimo, inferne folioso; involucro polyphyllo, locustis glomerato-capitatis, sessilibus multoties longiore; nucula triquetra, glabra; setis hypogynis nullis.

S. Michelianus *Sp. pl.* 76. *Vahl. En.* 2. *pag.* 263. *n.* 53. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 47. *tab.* 69., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 61. *Allion. Fl. Pedem.* 2. *p.* 177. *n.* 1370. *Balb. Fl. Taur. p.* 10.* *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 51. *Birol. Fl. Acon.* 1. *pag.* 17. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 26., *et p.* 317.* *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 51,* *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 65. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 26. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 51. *Gouan. Illustr. p.* 3. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 141. *n.* 1790. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 147. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 446.

Isolepis Micheliana *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 114. *n.* 28. non Mant. 2., nec Linkii, nec Dietrichii.

Cyperus italicus, omnium minimus, locustis in capitulum subrotundum collectis D. Micheli *Till. Cat. hort. Pis. p.* 51. *tab.* 20. *fig.* 5.

Scirpo-cyperus annuus, omnium minimus, capitulis in globum congestis *Mich. Nov. pl. gen. pag.* 49. *ord.* 9. *n.* 1.

Ital. *Giunchetto. Giunco capolino.*

Ann. Observavi copiosissimum Ferrariæ in canali dicto *Poatello*, vel *Po di Volano*. Habui ex humentibus agri Patavini a Visianio, ex agro Mantuano in palustribus prope Padum, et ad primum pontem extra portam *Ceresa* a Barbierio, item *a Melara nella Boschetta*, et in insula *De' pollastri* a Felisio, ex agro Ticinensi a Badaroo, et ex agro Taurinensi a Prof. Balbisio. Floret Septembri.

Radix fibrosa. Calami cæspitosi, a semipollice ad spithamam longi, triquetri, erecti, vel declinato-patuli, inferne quatuor-quinque foliis plerumque vestiti, superne nudi. Folia linearia, angusta, graminea, plana, dorso carinata, striata, vaginantia, ima minora, supremum calamo longius, aut æquans. Flores in capitulo conglomerato, terminali, sessili. Involucrum universale ut plurimum tetra-hexaphyllum, foliolis prælongis, capitulum multoties superantibus, folia calami omnino referentibus. Spicæ partiales bracteola simili, sed longe minore distinctæ. Locustæ ovoideæ, vel ovoideo-oblongæ, parvæ, pallide virentes. Glumæ undique imbricatæ, concavo-lanceolatæ, acuminato--mucronulatæ, mucrone interdum recurvulo, dorso carinatæ, striatæ, virentes, lateribus membranaceæ, pallidiores. Stilus simplex. Stigma profunde bifidum. Nucula minuta, oblonga, triquetra, utrinque angustata, glabra. Setæ hypogynæ nullæ.

Cyperus Michelianus Link. Hort. reg. Berol. descr. 1. p. 303., et Dietr. in Willd. Sp. pl. ed. 6. tom. 1. part. 1. sect. 2. p. 232. a CCll. Auctoribus habitus pro *Scirpo Micheliano* L. quam certissime differt, et verum *Cyperum* sistit ob locustas compressas, glumisque distichis instructas. Id dico fretus exemplaribus *Cyperi Micheliani*, quæ obtinui ex seminibus horti regii Berolinensis. Quæ quidem species nondum in Italia reperta est, sed sponte nascitur in Ægypto, unde habui con aliis stirpibus ibi a Raddio lectis, et ab Eq. Prof. Savio ad me benevole missis.

ELEOCHARIS.

R. Brown. Prodr. p. 224., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 80. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 3. *n.* 178. quoad plures species. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 280. cum eadem observatione. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. edit.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 75. cum eadem observatione. *Smith. Engl. Fl.* 1. *pag.* 62. *Hook. Brit. Fl. p.* 22.

Scirpus *Tourn. Inst. rei herb.* 3. *tab.* 300. *Lamk. Illustr. tab.* 38. *fig.* 1.

Scirpi species *Lin. Gen. p.* 30.

Scirpus ord. III., et V. *Mich. Nov. pl. gen. p.* 50. 51.

Locustæ e glumis undique imbricatis. Stilus basi dilatatus, bulbosus, compressus, sub bulbo constrictus, et cum ovario continuatus, bulbo persistente, nuculam coronante, supra bulbum deciduus. Stigmata puberula. Setæ hypogynæ adsunt, vel desunt.

Habitus. Calami aphylli, basi vaginati, terminati locusta solitaria, nuda.

Observat. Michelius primus omnium l. c. distinxit hoc genus ob nuculam a bulbo persistente stili pileatam, ut ille vocat.

1. Eleocharis *palustris:* radice repente; calamo tereti-compresso; locusta oblonga, glumisque acutis, triandris; stigmate bifido; nucula lenticulari, glabra; setis hypogynis subsenis.

E. palustris *Röm. et Schult. Syst. veget.* 2. *p.* 151. *n.* 9., *et Mant.* 2. *p.* 88., *et Mant.* 3. *p.* 538. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *pag.* 280. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *part.* 1. *sect.* 2. *p.* 75. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 63. *Hook. Brit. Flor. pag.* 25. *Svensk. bot. tab.* 257. *Presl. Cyper. et Gram. Sicul. p.* 17.

Scirpus palustris *Sp. pl.* 70. *Vahl. En.* 2. *p.* 247. *n.* 11. *Fl. Dan. tab.* 273. ubi planta major, et minor. *Engl. bot. v.* 2. *tab.* 131. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *tab.* 59. *Leers. Herb. p.* 10. *tab.* 1. *fig.* 3. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 38. *tab.* 55., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 54. *Allion. Fl. Ped.* 2.

p. 275. *n.* 2359. *Balb. Fl. Taur. p.* 9. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 47. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 15. *Nocc. et Balb. Flor. Ticin.* 1. *p.* 23., *et p.* 316. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 51. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 58. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 12. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 19. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 33.* *Suffr. Forojul. p.* 111. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 43., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 14. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 42. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 20. *n.* 51. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 39., *et Syll. p.* 30. *n.* 1. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 47. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 47. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 133. *n.* 1773. *α. Turp. in Mem. du Mus. d' hist. nat. tom.* 5. *p.* 452., *et* 474. *tab.* 30. *fig.* 17. 18. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 127. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abtheil.* 9. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 425. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 43. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 110.

S. n. 1336. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv. tom.* 2. *p.* 177.

Juncus Equiseti capitulis *C. B. Theatr. p.* 186.

J. capitulis Equiseti major *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 10. *fig.* 32. *Cup. Hort. Cath. p.* 104.

J. Equiseti capitulis longioribus *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 10. *fig.* 33.

Scirpus Equiseti capitulo majori *Scheuchz. Agr. p.* 360. *n.* 1. *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 15. herb. Mont.

S. ord. 3. n. 1. 2. 4. 5. *Mich. Nov. pl. gen. p.* 50.

S. Equiseti capitulo majori alter *Scheuchz. Agr. p.* 361. *n.* 2. *tab.* 7. *fig.* 17.

S. palustris reptans *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *tab.* 61.

Juncellus cyperoides capitulo simplici *Loes. Pruss. p.* 131. *tab.* 36.

Juncus capitulis Equiseti seu clavatus minor *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 10. sine numero ad figuram.

Ital. *Cavolaia*. *Giunco d' acqua*. *Giunco tondo* Targion. Tozz. Diz. bot. 2. p. 213.

Perenn. Planta obvia in palustribus Italiæ. Legi Bononiæ in aquitrinis *alla Crovara*, *agli Arienti*, et secus amnem *Savena*, Sarzanæ in fossis ad viam Romanam, in Lunæ portu *al Molinello* prope Spediam. Filius attulit ex aquitrinis *di Gaibolla*, et *del Sasso* in agro Bononiensi. Habui ex palustribus Pedemontanis a Molinerio, et a Prof. Balbisio, Mantuâ a Barbierio, Veronâ a Pollinio, Ferrariâ a Prof. Campana, ex ripis fluminis *Brenta* prope *la Ca bianca* a Prof. Naccario, Ravennâ a Bubanio, Faventiâ a Tassinario,

ex lacu *di Castelluccio* in Piceno ab ORSINO, ex Corsica *a Bonifacio* a SERAFFINIO, ex insula *de' Cavalli* prope Corsicam a SOLEIROLIO. Floret Aprili, Majo.

Radix repens, deorsum fasciculos fibrarum, sursum cæspitulos calamorum, aut calamos solitarios emittens. Calami a paucis pollicibus ad duos-tres pedes longi, tereti-compressi, et subinde valde compressi, striati, erecti, nudi, crassitiei diversæ, basi vagina rufescente circumdati, supra quam extat una, alterave vagina similis, longiuscula; omnes truncatæ, aphyllæ, arctæ, striatæ. Locusta terminalis ovoidea, vel oblonga, varians longitudine a duabus, tribusve lineis fere ad pollicem, acuta, nuda. Glumæ imæ ovatæ, quarum duæ exteriores steriles, obtusæ, plicis curvilineis prope oram interdum circumdatæ, reliquæ sensim sensimque acutiores, superiores oblongæ, acuminatæ, omnes nervo viridi carinatæ, lateribus lævibus, rufis, vel fusce ferrugineis, limbo membranaceo, albido, hyalino. Antheræ vix apiculatæ. Stilus basi præditus bulbo lato, compresso, persistente, supra bulbum brevi tractu simplex, demum deciduus. Stigma profunde bipartitum, puberulum. Nucula obovata, lenticularis, dorso magis convexa, lævis, glabra, nitida, matura olivaceo-fusca, apice coronata bulbo stili persistente, dilatato. Setæ hypogynæ numero variæ, tres-septem, retrorsum hispidæ, nucula longiores. Herba virens cum aliqua glaucescentia.

Non dantur limites inter plantam macriorem humiliorem, et luxuriantem elatiorem; ideo cogimur comprehendere omnes lusus in descriptione generali, et quod magis singulare est, in eodem cæspite interdum habetur planta minima, et maxima.

2. ELEOCHARIS *ovata:* radice fibrosa; calamo tereti-compresso; locusta ovoidea, glumisque obtusis, diandris; stigmate bifido; nucula lenticulari, glabra; setis hypogynis subsenis.

E. ovata *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 152. *n.* 10., *et Mant.* 2. *p.* 88. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 281. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *part.* 1. *sect.* 2. *p.* 77.

Scirpus ovatus *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *pag.* 294. *n.* 13. *Vahl. En.* 2. *p.* 249. *n.* 17. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 66. *n.* 18. *Fl. Dan. tab.* 1801. optima. *Host. Gr. Austr.* 3. *p.* 38. *tab.* 56., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 55. excl. syn. Smithii. *Balb. Addit. ad Fl. Ped. in Elenc. p.* 84.*, *et Fl. Taur. p.* 9.*

Re Fl. Torin. 1. *p.* 47. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 16. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 51. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 64. *Rom. Piant. faner. Eugan. p.* 8.* *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 11. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 129. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abt.* 10. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 428. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 112. *Roth. Cat.* 1. *p.* 5., *et Fl. Germ.* 2. *part.* 2. *app. p.* 562.

S. capitatus *Schreb. Spicil. Fl. Lips. p.* 60. *n.* 1006.

S. turgidus *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 66. *n.* 15.

Ital. *Cavolaia a capolino*.

Ann. Habui ex humentibus *della Mandria* in agro Taurinensi a Prof. Balbisio, ex palustribus prope *Bollate* in agro Mediolanensi a De Notaris, ex sylvaticis humidis agri Patavini a Rev. Romano. Floret Junio.

Radix fibrosa. Calami cæspitosi, filiformes, erecti, flexiles, tereti-compressi, striati, a semipollice ad pedem etiam in eodem cæspite longi, basi una, vel duabus vaginis, arctis, oblique truncatis, breviter mucronatis circumdati, reliqua parte nudi. Locusta terminalis, parva, ovoidea, vel globosa, obtusa, ex rufo-ferrugineo pallida. Glumæ ovatæ, apice obtusæ, vel rotundatæ, carina dorsali viridi, lateribus striatis, pallide rufo-ferrugineis, margine membranaceo, albido, hyalino, subinde plica curvilinea instructo. Stamina duo. Stilus ut in præcedente. Stigma bifidum, tenuiter puberulum. Nucula obovata, lenticularis, dorso magis convexa, lævis, glabra, nitida, matura flava, apice coronata bulbo stili persistente, compresso, triangulari, fusco, dilatato. Setæ hypogynæ plerumque sex, vidi etiam octo, inæquales, fuscæ, retrorsum hispidæ, nuculam paululum excedentes.

3. Eleocharis *acicularis:* calamo setaceo, tetragono; locusta attenuata, oblonga, glumisque acutis; stigmate trifido; nucula multistriata; setis hypogynis nullis.

E. acicularis *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 154. *n.* 18., *et Mant.* 2. *p.* 90., *et Mant.* 3. *p.* 540. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 283. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 2. *p.* 86. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 64. *Hook. Brit. Fl. p.* 24.

Scirpus acicularis *Sp. pl.* 71. *Vahl. En.* 2. *p.* 245. *n.* 6. *Engl. bot. v.* 11. *tab.* 749. *Hook. Fl. Lond. edit. Grav. v.* 4. *tab.* 11. *Fl. Dan. tab.* 287. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 41. *tab.* 60., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 56. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 276. *n.* 2362. *Balb. Fl. Taur. p.* 9.* *Re Fl. Tor.*

1. *p.* 47. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 16. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 24., *et p.* 316.* *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 10. *n.* 60. *Lanfoss. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 51.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 58. *n.* 88.* *Roman. Piant. faner. Eugan. p.* 8.*, *et Cat. plant. Ital. p.* 9.* *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 12. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 19. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 34.* *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 130. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abt.* 10. *heft. Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 106. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 138. *n.* 1784.

Mariscus n. 1346. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv. tom.* 2. *p.* 180.

Juncelli omnium minimi, capitulis Equiseti *Pluk. Phyt. tab.* 40. *fig.* 7.

Juncellus minimus capitulis Equiseti *Bocc. Pl. Sic. p.* 42. *tab.* 20. *fig.* 4. *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 10. *fig.* 37.

Scirpus omnium minimus, capitulo longiori *Mich. Nov. pl. gen. p.* 51. *ord.* 5. *n.* 1.

Ital. *Capitelli. Spilloni. Trottolini* Targ. Tozz. Diz. bot. tom. 2. p. 213.

Perenn. Habui ex aquosis agri Taurinensis a Prof. Balbisio, ex agro Mantuano in demissis extra portam *Ceresa* a Barbierio, ex valle *Basiana* montis Baldi, et ex udis circa *Peschiera* a Pollinio, ex fossis agri Patavini a Rev. Romano, ex litore Veneto *a Malghera* a Prof. Naccario, ex palustribus Ferrariensibus a Prof. Campana, ex agro Ravennati *alle Glorie* a Bubanio, ex insula *de' Cavalli* prope Corsicam a Soleirolio. Floret Junio.

Radix repens, stolonibus tenuissimis, filiformibus, a quibus deorsum fibræ gracillimæ, sursum proficiscuntur calami setacei, tetragoni, subcompressi, vix striati, a digito ad spithamam longi, basi arcte obducti vagina oblique truncata, aphylla, sæpe rubida, steriles, fertilesque in eodem cæspite. Locusta terminalis, exigua, oblonga, acuta, ferens flores a quinque ad quindecim, viridi-fusca. Glumæ ovato-oblongæ, acutæ, grandes præ locusta, undique imbricatæ, omnes fertiles, carina virenti, lateribus plus minus intense rufo-ferrugineis, margine albido, hyalino. In locustis minoribus paucifloris glumæ duæ inferiores totam locustam fere æquant, quod non in aliis. Stamina tria, filamentis compressis, albis, elongatis, persistentibus. Stilus supra bulbum simplex. Stigma tripartitum, puberulum. Nucula oblonga, lenticularis, longitudinaliter

multistriata, seu potius multicostata, glabra, matura flavicans, coronata bulbo persistente stili, turgido, sub basi constricto. Setæ hypogynæ quam certissime nullæ. Calamariarum nostrarum tenuissima.

FIMBRISTYLIS.

Vahl. En. 2. *p.* 285. *n.* 119. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 2. *n.* 175. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 130. *n.* 221. *R. Brown. Prodr. p.* 225. *et edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 81. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 11. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 787.

Scirpi species *Lin. Gen. p.* 30.

Scirpo-Cyperus ord. 8. *Mich. Nov. pl. gen. p.* 49.

Locustæ e glumis undique imbricatis. Stilus basi bulbosus, bulbo lato, compresso, sub bulbo constrictus, articulatus cum nucula, et in articulo demum secedens, deciduus, supra bulbum linea longitudinali marginali utrinque fimbriatus. Stigmata duo. Pericarpium nucula. Setæ hypogynæ adsunt, vel desunt.

Habitus. Ut in *Scirpo* pag. 275.

1. Fimbristylis *dichotomus:* umbella spuria decomposita, simplicique, involucro subtriphyllo; locustis ovoideis; stigmate bifido; nucula multicostata, sulcis transverse rugosis; setis hypogynis nullis.

F. dichotomum *Vahl. En.* 2. *p.* 287. *n.* 8.

F. dichotoma *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 95. *n.* 14., *et Mant.* 2. *p.* 54. *Spreng. Syst. veget.* 1. *p.* 201. *n.* 54. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 290. *Sav. Cat. di piant. Egiz. in Mem. di Rad. p.* 25.*

F. annua *Röm. et Schult. System. veget.* 2. *p.* 95. *n.* 15., *et Mant.* 2. *p.* 55., *et Mant.* 3. *p.* 530. *Spreng. System. veg.* 1. *p.* 201. *n.* 45. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 291. *Presl. Cyper. et Gram. Sicul. p.* 11. *Ten. Syll. p.* 30. *n.* 1.

Scirpus dichotomus *Sp. pl.* 74. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 34., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 35. *tab.* 50. *Bellard. Append. ad Fl. Ped. in Acad. de Tur. tom.* 5. *p.* 211. *Balb. Fl. Taurin. p.* 10.* *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 50. *Pollin. Viag. al lag. di Gard. p.* 19.* *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 24.

S. dichotomus, et S. annuus *Mayer. in Flor. oder Botan. Zeit. Octob.* 1827. *n.* 40. *p.* 640.*
S. annuus *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 42. *tab.* 63., *et Flor. Austr.* 1. *p.* 58. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 277. *n.* 2371. *tab.* 88. *fig.* 5.* *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 63.* *Roman. Piant. faner. Eugan. p.* 8.*, *et Cat. pl. Ital. p.* 9.* *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 22. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 37.* *Maur. Rom. pl. cent.* XIII. *p.* 4. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 51. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 41. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 51. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 141. *n.* 1791. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 418. *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Flor.* 1. *p.* 442. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 122.
S. biumbellatus *Forsk. Flor. Ægypt. Arab. cent.* 1. *p.* 15. *n.* 46.
S. niloticus *Gmel. Syst. veg.* 1. *p.* 126. *n.* 30.
Gramen cyperoides maderaspatanum Juncelli Gesneri capitulis sparsis *Pluk. Phyt. tab.* 119. *fig.* 3.
Cyperus Madraspatanus, calamo compresso, spicis minoribus, fuscis *Scheuchz. Agrost. p.* 395. *n.* 1. *tab.* 9. *fig.* 5. umbella supradecomposita.
C. minimus, panicula maxima, radice odora, repente *Scheuchz. Agr. p.* 397. *n.* 2. *tab.* 9. *fig.* 6. umbella simplici.
C. supinus, minimus, sparsa panicula ex rarioribus locustis conferta *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 13. herb. Mont.
Scirpo-Cyperus aquaticus, annuus, minimus, capitulis ferrugineis, semine striato, pulchro *Mich. Nov. pl. gen. p.* 49. *ord.* 8. *n.* 1. *Seguier. Veron.* 1. *p.* 115. *n.* 3.

Ital. *Giunchetto ombrellato*.

Ann. Observavi copiosum Sarzanæ in locis uliginosis litoris Lunensis *alla Marinella*, et ad ripas amnis Macræ prope *Ameglia*. Habui ex Pedemontio a Molinerio, et a Balbisio, insuper ex inundatis ad Albam Pompejam a Bertero, ex humentibus prope *Intra*, et ex oryzetis Mediolanensibus a De Notaris, iterum ex provincia Mediolanensi prope *Corsico* a Prof. Balsamo-Crivellio, ex agro Mantuano in demissis *di S. Giorgio*, et extra portam *Pradella*, et prope lacum *di Curtatone* a Barbierio, ex oris Benaci a Pollinio, ex agro Tarvisino *a Mogliano* a Mayero, ex uliginosis Patavinis a Rev. Romano, ex palustribus Venetis *al Cavallino*, et *a Brondolo* a Prof. Naccario, ex Calabria ab Orsino. Floret ab Junio in autumnum.

Radix fibrosa, ex qua prodeunt plures calami cæspitosi, tereti-compressi, striati, tenues, a pollice ad spithamam longi, erecti, vel declinato-patuli, inferne foliosi. Folia linearia, angusta, acuminata, striata, canaliculata, vaginantia, sæpius una cum vaginis pubescentia, pauca, superiora nunc caule breviora, nunc longiora, ima minora. Stipula subnulla, sive margo obsoletus. Flores in umbella spuria terminali, quæ variat simplex, decomposita, et supradecomposita. Involucrum universale subtriphyllum, inæquale, foliolis folia caulina referentibus, pubescentibus, aut saltem margine hispidulis, majore subinde umbellam superante, vel æquante. Involucella consimilia, sed longe tenuiora. Radii, et radioli basi obvoluti bracteola membranacea, pilosa, ferruginea. Locusta sessilis, aut subsessilis in centro umbellæ, et umbellularum. Reliquæ solitariæ, aut spicatæ in radiis, vel radiolis. Omnes ovoideæ, acutæ, ex viridi ferrugineæ, vel fuscæ. Glumæ ovatæ, vel oblongæ, plus minus mucronatæ, inferiores passim longius, mucrone interdum recurvulo, carina insigni, virenti, lateribus nunc pallide ferrugineis, nunc fuscis. Stilus generis, statim supra bulbum brevi tractu nudus, deinde linea marginali utrinque barbatus. Nucula minuta, obovata, lenticularis, longitudinaliter multicostata, sulcis inter costam, et costam transverse rugosis, matura flavido-fusca. Setæ hypogynæ nullæ. Stirps in paludibus sæpe gregaria, terram late operiens, profecto indigena, nec cum oryza invecta, cum litora paludosa omnia Italiæ, ubi nunquam oryza culta fuit, inhabitet.

POGONOSTYLIS.

Scirpo-cyperus *Mich. Nov. pl. gen. p.* 49. *ord.* 7.

Locustæ e glumis undique imbricatis. Stilus superne latere externo utrinque fimbriatus, inferne bulbosus, bulbi basi circum circa barbata, barba supra ovarium deflexa, sub bulbo articulatus cum ovario, articulo demum secedente. Stigma bifidum, puberulum. Pericarpium nucula. Setæ hypogynæ nullæ (saltem in specie hactenus detecta).

Habitus. Ut in *Fimbristyli* pag. 310.

Observ. Genus, si quod ullum, barba longa, e basi bulbosa stili dependente distinctissimum. Nomen genericum desumpsi a πωγων barba, et στυλος columna, quibus vocabulis stilum barbatum indicare sategi.

1. Pogonostylis *squarrosus*.

Scirpus gracilis *Sav. Bot. Etr.* 2. *pag.* 25.* excl. syn. Vahlii.

Scirpo-cyperus aquaticus, annuus, minimus, foliis angustis, glaucis, et lanuginosis, capitulis pulchellis, aristatis *Mich. Nov. pl. gen. p.* 49. *ord.* 7.*

Ital. *Giunchetto barbuto*.

Ann. Michelius reperit in Hetruria in herbidis *d'Altopascio*, ut liquet ex Nov. pl. gen. l. c., deinde prope *il Poggio a Caiano* ad fossas, ut idem declarat in Cat. pl. agr. Florent. MS. nunc apud Cl. Prof. Antonium Targionium-Tozzettium Octaviani filium, qui eadem, qua olim pater f. r., amicitia mihi devincitur, et qui exemplaria duo hujus prætiosæ stirpis ex ipso herbario Micheliano desumpta benevole communicavit. Floret Junio.

Radix fibrosa. Calami cæspitosi, filiformes, flexiles, striati, glabri, bi-quinquepollicares, erecti, inferne mono-diphylli, reliqua parte nudi. Folia filiformi-setacea, striata, vaginantia, hirta, calamum subæquantia, aut paulo breviora. Vaginæ laxiusculæ, apertæ, striatæ, hirtæ, margine membranaceæ, et pallide ferrugineæ. Umbella spuria terminalis, quinque-septemradiata, plerumque simplex, subinde uno alterove radio decomposito; locustis solitariis in apice radiorum, sessilique in centro. Involucrum universale subpentaphyllum, foliolis inæqualibus, uno tantum umbellam superante, basi paululum expansis, et latere utrinque membranaceo-ferrugineis, in reliquis folia calami referentibus, etiam hirsutie. Locustæ ovoideo-oblongæ, squarrosæ. Glumæ oblongo-lanceolatæ, concavæ, apice integræ, aut subretusæ, terminatæ mucrone tenui, subulato, viridi, recurvulo, glabro, fere longitudine ipsius glumæ, dorso medio viridi-striatæ, lateribus membranaceis, diaphanis, ex albido dilute rufescentibus, extus, præsertim in carina, plus minus hirtæ, subinde totæ glabræ. Stilus basi instructus bulbo

ovato, compresso, infra bulbum parte media articulatus cum nucula, quo puncto demum secedit, circa basim bulbi barbatus villo longo, albo, nitido, supra nuculam deflexo, eamque fere totam tegente. Reliqua pars stili simplex, capillaris, nuda, apicem versus latere externo utrinque fimbriata. Stigma bifidum, puberulum. Nucula minuta, obovato-subrotunda, sublenticularis ob angulum dorsalem obsoletum, vel nullum, lævis, glabra, nitida, matura flavicans. Setæ hypogynæ nullæ.

ERIOPHORUM.

Lin. Gen. p. 30. *Juss. Gen. p.* 27. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 39. *Vent. Tabl. tom.* 2. *p.* 92. *Gærtn. De fruct. et sem.* 1. *p.* 10. *tab.* 2. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 65. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 328. *n.* 19.

Linagrostis *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 28. *gen.* 18. *tab. icon. locust. et spic. gram. fig. I. K. L. Mich. Nov. pl. gen. p.* 53. *tab.* 31. *Tourn. Inst. rei herb. tom.* 1. *p.* 664.

Locustæ undique imbricatæ, glumis membranaceis. Stamina filamentis capillaribus, antheris pendulis. Ovarium liberum. Stilus simplex, totus deciduus. Stigma trifidum, puberulum. Ovarium nucula parva, basi circumdata multo villo sericeo, demum longissimo, et cum ipsa nucula deciduo.

Habitus. Radix perennis, firma, sæpe repens. Calami nudi, aut foliosi. Locusta solitaria, vel plures, erectæ, aut pendulæ, coma sericea, alba, demum elongata spectandæ. Amat palustria montana.

* *Locusta solitaria*.

1. Eriophorum *vaginatum:* calamo superne triquetro, vaginis apice inflatis vestito; locusta terminali oblonga.

E. vaginatum *Sp. pl.* 76. *Vahl. En.* 2. *p.* 388. *n.* 1. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 329. *Smith. Engl. Fl.* 1.

p. 66., *et Engl. bot. v.* 13. *tab.* 873. *Fl. Dan. tab.* 236. *Curt. Fl. Lond. edit. Grav. tom.* 2. *tab.* 6. *Hook. Brit. Fl. p.* 25. *Poit. et Turp. Flor. Paris. tab.* 49. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 279. *n.* 2378. *Re Fl. Segus. p.* 10. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 18. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 65. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 132. *n.* 1770. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abth.* 10. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 453. *Gaud. Fl. Helv. tom.* 1. *p.* 127. *Schleich. Pl. sicc.**

E. cæspitosum *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 150. *Host. Gram. Austr.* 1. *p.* 30. *tab.* 39., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 62.

Linagrostis vaginata *Scop. Flor. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 47.

Eriophorum n. 1332. *a*. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 175.

Juncus alpinus capitulo lanuginoso *C. B. Prodr. p.* 23. *n.* 7. fig. mala, *et Theatr. bot. p.* 188. eadem fig.

Juncus alpinus capitulo lanuginoso, seu Schœnolaguros *Scheuchz. Agrost. p.* 302. *n.* 1. *tab.* 7. *fig.* 1-3., *et Agrost. prodr. p.* 26. *tab.* 7. fig. sinistrorsum.

Linagrostis, capitulo unico, surrecto *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 28. herb. Mont.

L. capitulo majori *Mont. l. c. p.* 29. *tab. ic. locust. et spic. gram. fig. K. I.* dextrorsum. Herb. Mont.

L. alpina, major, capitulo singulari, minori *Mich. Nov. pl. gen. p.* 54. *ord.* 1. *n.* 1.

Ital. *Giunco sericeo*. *Pennacchio bislungo*.

Perenn. Habui ex Cenisio a Bonjeanio. Floret Martio, Aprili, Majo.

Radix parce repens, fibris descendentibus crassiusculis. Folia radicalia cum calamis cæspitem faciunt. Eadem sunt subulato-triquetra, supra canaliculata, striata, acuminata, basi in vaginam imum calamum amplexantem dilatata, calamis altioribus breviora. Calami etiam pedales, articulati, inferne teretes, superne trigoni, duabus, vel tribus vaginis longo tractu, scilicet per tres quartas partes, obducti, quæ vaginæ inferne arctatæ superne sunt inflatæ, oblique sectæ, acutæ, striatæ, imaque subinde abit in folium breve, reliquis simile. Locusta solitaria, terminalis, nuda, oblonga, fusca, articulata cum apice incrassato calami. Glumæ lanceolatæ, acuminatæ, membranaceæ, planæ, pellucidæ, cinereo-fuscæ, nitidæ, oris pallentibus, nervo medio diremptæ, lateribus prorsus enerviis, plures ex inferioribus steriles. Nucula obovata,

obsolete triquetra, brevissime apiculata. Villi sericei sub ejus basi valde numerosi, demum locusta duplo, aut quidquam ultra longiores, in capitulum oblongum condensati, erecto-patuli, nivei, arefactione sordide albi.

2. Eriophorum *capitatum:* calamo tereti, superne nudo; vagina suprema subinflata; locusta terminali globosa.

E. capitatum *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 157. *n.* 3.*, *et Mant.* 2. *p.* 92.*, *et Mant.* 3. *p.* 540.* *Spreng. Syst. veget.* 1. *p.* 214. *n.* 3. *Smith. Engl. Fl.* 1. *pag.* 66., *et Engl. bot. v.* 34. *tab.* 2387. *Fl. Dan. tab.* 1502. *Hook. Brit. Fl. p.* 25. *Host. Gram. Austr.* 1. *p.* 30. *tab.* 38., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 62. *Link. Hort. reg. Berol. descr. tom.* 1. *p.* 329. *Balb. Misc. bot.* 1. *p.* 7.* in adnot. ad Eriophorum vaginatum L. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 65. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 132. *n.* 1771. *Hoffm. Fl. d'Allem. ann.* 1800. *tom.* 1. *p.* 26. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *pag.* 151. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abtheil.* 10. *heft. Schleich. Pl. sicc.**

E. Scheuchzeri *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 70. *n.* 2. *Vahl. En.* 2. *p.* 388. *n.* 2. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 454. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 129.

E. n. 1332. β *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 175.

Juncus alpinus capitulo tomentoso majori *Scheuchz. Agrost. prodr. p.* 27. *tab.* 7. fig. dextrorsum, *et Agrost. p.* 304. *n.* 2.

Linagrostis alpina, media, capitulo singulari, majori *Mich. Nov. pl. gen. p.* 54. *ord.* 1. *n.* 2.

Ital. *Pennacchio rotondo.*

Perenn. Habui ex alpibus Pedemontanis a Prof. Balbisio, et ex alpe *di Ceresole* dicta *Nivolè* a Prof. Re, item ex Cenisio a Bonjeanio. Floret Junio, Julio.

Radix late repens, cæspitulos simpliciusculos foliorum, et calamorum ferens. Folia subulata, dorso convexa, supra leviter canaliculata, cæspitulorum sterilium longiora, etiam spithamæa, basi vaginantia. Folia calamorum pauca, duo-tria, alterna, ad summum pollicaria, aut sesquipollicaria, vaginantia, vagina suprema subinflata, oblique secta, acuminata, aphylla, subinde tamen brevissime foliacea. Calamus totus teres, longior dodrantalis, aut pedalis, inferne per quartam circiter partem longitudinis suæ foliosus, cæterum nudus. Locusta terminalis globosa, in anthesi, et ante explicationem villorum multo minor, quam in specie præcedente. Glumæ membranaceæ, lanceolato-lineares, acuminatæ, nigricantes, margine albido,

uninerviæ, fere omnes fertiles, infima excepta, quæ cæteris grandior, et involucriformis. Nucula oblonga, compressa, obsolete triquetra, apiculata, basi angustior, lævis, glabra. Villus evolutus locusta duplo, aut triplo longior, in globum subcapitatum, densissimum expansus, niveus, in siccitate sordidus, subrufus.

3. Eriophorum *alpinum:* calamo triquetro, basi vaginato, brevissimeque folioso; locusta oblonga, pauciflora; villo hypogyno flexuoso.

E. alpinum *Sp. pl.* 77. *Vahl. En.* 2. *p.* 388. *n.* 3. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 67., *et Engl. bot. v.* 5. *tab.* 311. *Flor. Dan. tab.* 620. *Hook. Brit. Fl. p.* 24. *Host. Gr. Austr.* 1. *p.* 31. *tab.* 40., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 61. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 329. *Allion. Flor. Pedem.* 2. *pag.* 279. *n.* 2379.*, *et Auct. pag.* 49.* *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 18. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 66. *Suffr. Foroj. p.* 112. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 133. *n.* 1772. *Schrad. Flor. Germ.* 1. *p.* 149. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abtheil.* 10. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 160. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 126. *Krock. Fl. Siles.* 1. *p.* 77. *tab.* 17.

Trichophorum alpinum *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 70. *n.* 3. *α.*

Linagrostis alpina *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 48.

Eriophorum n. 1333. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv. tom.* 2. *p.* 175.

Juncus alpinus bombycinus *C. B. Prodr. pag.* 23. *n.* 8. *Scheuchz. Agrost. prodr. p.* 27. *tab.* 8. sinistrorsum, fig. optima.

Linagrostis juncea, alpina, capitulo parvo, tomento rariore *Scheuchz. Agrost. p.* 305. *n.* 3. *tab.* 7. *fig.* 4.

L. tenuiore capitulo, lanugine crispa *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 29. herb. Mont.

L. alpina, minima, caule triangulari, capitulo parvo, pappo rariore *Mich. Nov. pl. gen. p.* 54. *n.* 3.

Ital. *Pennacchio crespo.*

Perenn. Habui ex alpibus Pedemontanis *di Viù* a Prof. Balbisio. Floret Junio, Julio.

Radix repens, crassa, squamosa, fusco-flavida, deorsum fibras tenues, ramulosas, flexuosas, seriatas demittens, sursum ferens pari modo calamos crebros, solitarios, seriatos, erectos, ad summum spithamæos, acute triquetros, angulis deorsum scabris, graciles, basi brevi tractu vaginatos, reliqua parte nudos. Vaginæ striatæ, arcte amplexantes, imæ aphyllæ, squamæformes, fusco-flavescentes, vel stramineæ, acuminatæ; una,

vel altera ex superioribus desinens in folium tenue, perbreve, vix semiunguem longum, dorso carinatum, supra canaliculatum, mucrone terminali solido, obtusiusculo, marginibus deorsum scabris. Locusta terminalis, parva, oblonga, pauciflora, acutiuscula, ferrugineo-flava. Glumæ ovato-oblongæ, obtusiusculæ, nervo carinali insigni, viridi, lateribus membranaceis, ferrugineo-flavis, margine tenui, hyalino, pallido, vel albido; imæ duæ oppositæ, paulo grandiores, steriles, involucriformes, quarum una producta in mucronulum foliaceum, lineam circiter longum, solidum, obtusiusculum. Stilus elongatus. Stigma trifidum. Nucula oblonga, triquetra, apiculata, basi angustata, lævis, glabra. Villus paucus, erectus, niveus etiam in arefactione, nitidus, flexuosus, demum duplo, vel triplo longior locustâ.

** *Locustis pluribus*.

4. Eriophorum *pubescens:* calamo superne trigono; foliis linearibus, planis, breviter triquetro-mucronatis; pedunculis scabris.

E. pubescens *Schult. System. veget. Mant.* 3. *pag.* 541. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 68. *Hook. Brit. Fl. p.* 25. *Engl. bot. suppl. v.* 1. *tab.* 2633. *Fiorini-Mazzant. Append. al prodr. della Fl. Rom. p.* 2.*, *et in Nuov. giorn. de' lett. Scienz. tom.* 17. *p.* 110. *n.* 2.*

E. polystachium *Allion. Fl. Pedem.* 2. *p.* 279. *n.* 2377. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 18. *Nocc. et Balb. Flor. Ticin.* 1. *p.* 27. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 10. *n.* 63. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 66. *Suffr. Foroj. p.* 112. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 41.

E. latifolium *Ten. Syll. p.* 31. *n.* 2., *et Viagg. in Abruzz. pag.* 44. *n.* 39. *Schrad. Flor. Germ.* 1. *pag.* 154. *Host. Gram. Austr.* 4. *tab.* 73., *et Fl. Austr.* 1. *pag.* 64. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abth.* 10. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 454. *Wahlenb. Fl. Suec.* 1. *pag.* 29. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 129. *Schleich. Pl. sicc.**

E. n. 1331. var. I. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv. tom.* 2. *p.* 175.

Linagrostis, panicula ampliore *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 28. *tab. ic. locust. et spic. gram. fig. K. I. L.* sinistrorsum. Herb. Mont.

Gramen pratense, junceum, nutante, ampla, sparsa, et bombicina panicula *Barrel. Ic.* 12. fig. media, integra.

Ital. *Pennacchi penzoli*.

Perenn. Legi in montibus *del Bracco* in Liguria orientali, et in montibus *della Scaggia* retro *Pegli* in Liguria occidua, item habui ex apennino Liguriæ orientalis *a S. Stefano d' Aveto* a Turio, ex *Campo freddo* in Liguria media ab Eq. Prof. Vivianio, ex Cenisio a Bonjeanio, ex thermis Valderiis, et ex humentibus ad Albam Pompejam a Bertero, iterum ex Pedemontio a Prof. Balbisio, ex humentibus Mantuanis a Barbierio, ex montanis *di S. Cristoffano* prope *Sestino* in provincia Aretina Hetruriæ ab Amideo, ex agro Camerinensi prope cœnobium Capuccinorum a Prof. Octavianio, ex monte *Vettore* Piceni ab Orsino, ex *Pietra Camela* ad radices montis Cornu Prætutiorum ab Eq. Gussonio. Floret Aprili, Majo.

Radix parce repens. Calami erecti, a pede ad cubitum longi, graciles, obtuse trigoni, articulati, striati, initio contracti, et fere toti foliosi, tandem evoluti, et superne aliquo tractu nudi. Folia linearia, plana, obsolete carinata, striata, terminata mucrone brevi, solido, triquetro, unam, vel duas lineas lata, longitudinis variæ, etiam semipedalia, margine, et ad apicem carinæ deorsum strictu scabra, ima basim calami amplexantia, vagina aperta, reliqua alterna, remota, arcte vaginantia, vagina clausa; supremum in basi sua, et in ora vaginæ nigricans. Flores initio fere fasciculati, deinde expansi in umbellam spuriam simplicem, subinde decompositam, partim erectam, partim nutantem. Involucrum universale di-triphyllum, inæquale, flores contractos superans, mox umbellâ evolutâ brevius. Ejus foliola lanceolato-linearia, basi nigricantia, cæterum foliis calami similia. Radii, et radioli, ubi adsunt, inæquales, basi bractea propria, membranacea vaginati, multistriati, costis hispiduli, et deorsum strictu valde scabri a pilis numerosis, brevibus, rigidis, sursum versis. Locustæ ovoideæ, vel oblongæ, nigricantes, solitariæ in apice radiorum, et radiolorum, locusta sessili tam in umbella, quam in umbellulis interjecta. Glumæ ovato-oblongæ, acutæ, vel obtusiusculæ, uninerviæ, subinde una vel altera ex inferioribus trinervia, nigricantes, aut ex nigro lividæ, oris hyalinis, pallentibus,

vel albidis. Nucula angusta, oblonga, acute triquetra, apiculo subnullo, basi angustata, glabra, matura subrufescens. Villus sericeus hypogynus copiosus, niveus, fastigiatus, duplo, rarius triplo, longior locusta, arefactione quidquam sordescens.

Nomen specificum *Eriophori pubescentis* improprium; radii enim umbellæ non vestiti pube molli, sed pilis rigidis prorsus scabri, ut exactissime observat Hookerus: « *Scabrous (not really pubescent) peduncles* » Brit. Fl. p. 26. in adnotatione ad *Eriophorum gracile*.

Hæc species est valde proxima *Eriophoro polystachyo* L. Engl. bot. tab. 563., pro quo passim habita a botanicis fere omnibus continentis. Sed *Eriophorum polystachyon* L. differt habitu grandiore, calamo tereti, radiis umbellæ glabris, villo hypogyno longiore.

5. Eriophorum *angustifolium:* calamo subtereti; foliis anguste linearibus, basi canaliculatis, longe triquetro-mucronatis; umbella spuria simplici; pedunculis glabris, villis epigynis locusta quadruplo longioribus.

E. angustifolium *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *pag.* 313. *n.* 3. *Vahl. En.* 2. *p.* 389. *n.* 5. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *pag.* 158. *n.* 5., *et Mant.* 2. *p.* 93., *et Mant.* 3. *p.* 540. *Spreng. Syst. veget.* 1. *p.* 214. *n.* 6. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 69., *et Engl. bot. v.* 8. *tab.* 564. *Fl. Dan. tab.* 1442. *Hook. Brit. Fl. p.* 25. *Dicks. Trans. of the Linn. Soc. v.* 2. *p.* 289. *Svensk. bot. tab.* 490. *fig.* 1. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 330. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 18. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 67. *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 42., *et Syll. p.* 31. *n.* 1. *Roth. Fl. Germ.* 2. *p.* 63. *Hoffm. Fl. d'Allem. ann.* 1791. *p.* 19. *n.* 3., *et ann.* 1800. *v.* 1. *p.* 27. *n.* 3. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 153. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abtheil.* 10. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 455. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 63. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 130.

E. polystachyon *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. tom.* 2. *tab.* 7. *Host. Gram. Austr. tom.* 1. *p.* 29. *tab.* 37. *Wahlenb. Fl. Suec.* 1. *p.* 55.

E. Vaillantii *Poit. et Turp. Fl. Paris. tab.* 52.* *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 298. *n.* 1767.[a]

E. n. 1331. var. II. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv. tom.* 2. *p.* 175.

Gramen pratense, junceum, nutante, ampla, sparsa, et bombicina panicula *Barrel. Ic.* 12. figura locustæ cum

villo dextrorsum, et figura nuculæ cum villo sinistrorsum posita tantum.

Linagrostis panicula minore *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 28. herb. Mont.

L. panicula ampliore *Vaill. Bot. Paris. p.* 117. *n.* 1. *tab.* 16. *fig.* 1. *a.*

L. palustris, angustifolia, panicula sparsa, pappo rariore *Scheuchz. Agrost. p.* 308. *n.* 3.

Ital. *Pennacchi grandi.*

Perenn. Habui ex humentibus supra thermas Valderias in Pedemontio a Prof. Morisio, ex monte Sempronii in provincia Novariensi a De Notaris, ex lacu *del Barone* in Apennino Mutinensi a Prof. Narduccio. Floret Majo, Junio.

Radix longe repens. Calami etiam sesquipedales, et bipedales, subteretes, tenuiter striati. Folia linearia, angusta, basim versus canaliculata, superne longo tractu triquetro-mucronata. Umbella spuria simplex, radiis erectis, vel parce nutantibus, semper paucis, una alterave locusta sessili intermixta, subinde omnibus locustis subsessilibus, coadunatis. Pedunculi glaberrimi, tenuiter striati. Glumæ ovato-lanceolatæ, uninerviæ, imæ obtusiusculæ, vel acutæ, reliquæ acuminatæ. Nucula oblonga, triquetra, angulo carinali parum elevato, vix apiculata, basi quidquam angustata, lævis, glabra, matura nigro-purpurascens. Villus hypogynus niveus, longissimus omnium hujus generis, locustâ suâ circiter quadruplo longior. In reliquis convenit cum præcedente.

6. Eriophorum *gracile:* calamo subtrigono; foliis anguste linearibus, carinatis, basi canaliculatis, longissime triquetro-mucronatis; umbella spuria simplici; involucris diphyllis, multistriatis; pedunculis subpubescentibus; villis hypogynis obsoletis, inæqualibus, superioribus locusta duplo longioribus.

E. gracile *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 70. *n.* 6. *Vahl. En.* 2. *p.* 390. *n.* 6. *Roth. Catal.* 2. *in addend. Smith. Engl. Flor.* 1. *p.* 69., *et Engl. bot. v.* 34. *tab.* 2402. *Hook. Brit. Fl. p.* 25. *Poit. et Turp. Flor. Paris. tab.* 53. *Svensk. bot. tab.* 490. *fig.* 2. *Gaud. Fl. Helv. tom.* 1. *p.* 132. *Wahlenb. Fl. Suec.* 1. *p.* 30.

E. triquetrum *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 157. *n.* 4., *et Mant.* 2. *p.* 93., *et Mant.* 3. *p.* 540. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 214. *n.* 5. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 152. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abth.* 10. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch.*

Deutschl. Fl. 1. *p.* 456. *Fl. Dan. tab.* 1441. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 329. *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 42. *tab.* 74., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 63. *Schleich. Pl. sicc.**

E. angustifolium γ alpinum *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 131. planta luxur.

E. angustifolium *Schleich. Pl. sicc.**

Ital. *Pennacchio Coda di volpe.*

Perenn. Habui ex apennino Liguriæ orientalis *a S. Stefano d'Aveto* prope pratum *della Cipolla* a Turio, et ex Cenisio a Bonjeanio. Floret Junio.

Radix late repens. Calami subtrigoni, foliosi, pedales, et ultra. Folia linearia, subinde angustissima, carinata, subrecurva, basim versus canaliculata, superne longissime triquetro-mucronata. Stipulæ loco margo obsoletus. Umbella spuria, terminalis, simplex, paucistachya, locusta sessili interjecta, radiis erectis, recurvatisque. Involucrum diphyllum, inæquale, sæpe umbella brevius, foliolis multistriatis, rufo-fuscis, exteriore, vel utroque, triquetro-mucronato, mucrone viridi. Radii compressi, striati, nunc glaberrimi, nunc tenuiter pubescentes, pube albida, molli; nullimode scabri. Locustæ ovoideo-oblongæ, obtusæ, livido-fuscæ. Glumæ ovato-lanceolatæ; variant obtusiusculæ, vel acutæ, et subinde acuminatæ, præsertim superiores; omnes uninerviæ, basim versus livido-fuscæ, apice albido-hyalinæ. Nucula oblonga, triquetra, angulo carinali parum elevato, vix apiculata, basi angustata, lævis, glabra, matura castaneo-fusca. Villus hypogynus brevissimus omnium hujus generis, in inflorescentia haud exertus, postea obsolete productus, inæqualis, demum, præsertim qui superior, longitudinem duplam locustæ adeptus, niveus, siccus sordidus.

Eriophorum triquetrum Schleich. differt tantum ab *Eriophoro angustifolio* ejusd., quia gracilius. Hookerus in Brit. Fl. p. 25. dubitat cum Wilsonio de differentia inter *Eriophorum polystachyum, pubescens, angustifolium,* et *gracile,* quod dubium esse potest de primis duobus, minime vero de reliquis, si recte video.

Usus. Calamariarum, de quibus hactenus egimus, usus ingens, et varius, et primo quidem natura sagax concessit has plantas paludibus, et fluminum ripis, ut solum firmarent, et alluvionibus moram facerent, qua terra subsidet, et humus superveniens auget solum, unde homines edocti uti alluvionibus ad campos demissos arte extollendos, fertilesque faciendos.

Calamariæ quotannis sectæ stramenta stabulis suppeditant. Juvat

Et multa duram stipula, filicumque maniplis
Sternere subter humum

Virg. Georg. lib. 3. v. 297.

ad salubritatem pecori, ad divitias agris fimo comparandas. Qualis vero, quantusque usus Calamariarum in texendis storeis, sediculis, phialarum vitrearum indumentis, idque genus aliis, unicuique notum.

ORDO II. DIGYNIA.

Plantæ omnes hujus ordinis, prout a nobis sumitur, ad unam eamdemque familiam latissime extensam pertinent, a qua, si quæ vel numero staminum, et pistillorum, vel floribus polygamis recedunt, non ideo sejungendæ, ne vis naturæ inferatur, quia ipsa facies plantarum, plusquam notæ a genitalibus petitæ, familiam illico patefacit. En character essentialis hujus ordinis apprime naturalis.

Flores glumacei, siti in locustis. Stamina in flore hermaphrodito hypogyna. Stigmata plumosa, plerumque duo. Pericarpium caryopsis, in qua embryo lateralis, albumen farinaceum, cotyledon solitarius, hypogæus, scutiformis (*hypoblastum* Gærtn.).

Habitus generalis. Radix fibrosa, subinde repens, annua, vel perennis. Culmi articulati, internodiis plerumque intus vacuis. Folia alterna, linearia, vel lanceolato-linearia, a nodis culmi nata, internodium tractu plus minus longo vaginantia. Stipula membranacea, amplexicaulis, separans folium a vagina. Inflorescentia vel spicata, vel racemosa, vel paniculata.

Ord. nat. Gramina *Linn. Ord. nat. n. IV., et Prælect. in ord. nat. p.* 135. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 71. Gramineæ *Juss. Gen. p.* 28. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 93. *R. Brown. Prodr. p.* 160., *et edit.* 2. *tom.* 1. *pag.* 24.

Palis. de Beauv. Ess. d' une nouvel. Agrost. p. IX–L., *et p.* LVI. *Kunth. in Mem. du Mus. d'hist. nat. tom.* 2. *pag.* 62. *Bartl. Ord. nat. pl. pag.* 26. *Schultz. Natürl. syst. des pflanz. p.* 282.

ANTHOXANTHUM.

Lin. Gen. p. 18. *Juss. Gen. p.* 29. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 23. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 96. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 37. *Palis. de Beauv. Ess. d' une nouv. Agrost. p.* 64. *tab.* 12. *fig.* 8.

Calyx gluma bivalvis, uniflora, flore contento multo longior, valvis inæqualibus, exteriore minore. Corolla gluma bivalvis, valvis subæqualibus, dorso aristatis, arista longiore articulata. Stamina duo.

Observ. Valvæ corollinæ non involvuntur in semetipsas, ut flosculi abortivi cum nonnullis ex recentioribus botanicis dici possint, sed reapse amplectuntur, et fovent in sinu suo organa generationis.

Habitus. Culmi subcæspitosi. Herba læte virens. Racemus spiciformis. Locustæ subulatæ.

1. Anthoxanthum *odoratum:* racemo spiciformi, composito; arista corollina majori calycem æquante.

A. odoratum *Sp. pl.* 40. *Vahl. En.* 1. *p.* 310. *Dietrich. in Willd. Sp. pl. ed.* 6. *tom.* 1. *par.* 1. *sect.* 1. *p.* 628. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 232. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 37., *et Engl. bot. v.* 9. *tab.* 647. *Hook. Brit. Fl. p.* 14. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. tom.* 3. *tab.* 8. *Schreb. Gram.* 1. *p.* 49. *tab.* 5. *Host. Gram. Austr.* 1. *p.* 5. *tab.* 5., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 63. *Poit. et Turp. Fl. Paris.* 1. *p.* 39. *tab.* 39. *Leers. Herb. p.* 6. *tab.* 2. *fig.* 1. *Trin. Spec. gram. fasc.* 1. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 231. *n.* 2128. *Balb. Fl. Taur. p.* 6. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 38. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 10. *Morett. Notiz. in Mem. tom.* 1. *p.* 244. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 15., *et* 313. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 6. *n.* 39. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 49. *Pollin. Flor. Veron.* 1. *p.* 34. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 7. *Moric. Fl. Ven.* 1.

p. 12. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 39. *Suffr. Forojul. pag.* 109. *Bert. Pl. Gen. p.* 5. *n.* 6., *et Amœn. Ital. p.* 105. *n.* 6. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 23., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 23. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *pag.* 25. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 10. *n.* 34. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 28., *et Syll. p.* 22. *n.* 1. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 28. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 21. *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 49.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 25. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 2. *n.* 1473. *Hoffm. Fl. d'Allem. ann.* 1800. *tom.* 1. *pag.* 14. *tab.* 1. *Schrad. Flor. Germ.* 1. *p.* 77. *Sturm. Deutschl. Flor.* 1. *abt.* 1. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 363. *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 31. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 61.

Avena n. 1491. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 231.

Gramen pratense spica flavescente *C. B. Theatr. p.* 43.

G. avenaceum, odoratum, spica flavescente *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 57. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 84. herb. Mont. *Zannich. Ist. delle piant. p.* 124. *Seguier. Veron.* 1. *p.* 355. *n.* 7.

G. pomorum, et Meliloti redolens *Bocc. Mus. p.* 67. *tab.* 57. macrius.

G. alopecurum spica glumosa lut. villis crisp. *Barrel. Ic.* 124. *fig.* 1.

G. spica aurea, radice Lotum odoratum redolente *Cup. Hort. Cath. p.* 90.

G. montanum odoratum spicatum *Lœs. Pruss. pag.* 110. *tab.* 22.

G. spicatum pratense, spica flavescente *Scheuchz. Agr. p.* 88. *n.* 1.

G. montanum, odoratum, spicatum *Scheuchz. Agrost. p.* 89. *n.* 2.

Ital. *Paléo* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 21. *Paleino odoroso* Sav. Fl. Pis. 1. p. 23.

Perenn. Observavi copiosum Sarzanæ, Genuæ, Bononiæ in herbidis collium, plantamque macriorem legi inter Massam ducalem, et vicum *Fornole* ipso, quo Bocconius, loco; eamdem habui ex monte *De' fiori* in Piceno ab Orsino. Obtinui quoque speciem ex pratis montanis Panormitanis ab Eq. Gussonio, et ex herbidis montanis Sardiniæ a Prof. Morisio. Planta vulgaris in collibus Italiæ. Floret Aprili, Majo.

Radix fibrosa. Culmus erectus, a spithama ad sesquipedem, vel duos pedes longus. Folia linearia, acuminata, plana, ludunt glabra, pilosa, hirsuta, etiam vaginis. Stipulæ plus minus erosæ, inferiores breviores.

Racemus compositus, terminalis, spiciformis, in anthesi laxiusculus, viridi-flavicans, præcipue nuptiis peractis. Variat brevis ovatus, vel longus cylindraceus, nunc crassus, nunc gracilis, subinde interruptus. Valva calycina exterior dimidio brevior, ovata, acuminata, uninervis, nervo viridi, lateribus membranaceis, subflavidis, pellucidis; valva interior oblonga, acuminata, trinervis, virens, margine membranaceo, angustiore; utraque glabra, vel pubescens, nervis scabra. Flos solitarius, calyce longe brevior. Valvæ corollinæ subæquales, oblongæ, apice albo-membranaceæ, obtusæ, erosæ, reliqua parte fulvæ, et extus hirsutæ pilis arrectis, fulvis; harum altera infra medium dorsi gerit aristam articulatam, sub articulo crassiorem, contortam, fuscam; altera supra medium dorsi aristata, arista tenuiore, breviore, recta. Aristæ scabræ, nihil, aut parum extra calycem exeruntur. Nectarium e squamis duabus minutis, longitudine æqualibus. Stamina demum exerta, pendula; filamentis capillaribus, albis; antheris linearibus, effuso polline, utrinque bifurcis, subpurpurantibus. Stili duo, omnino distincti, glabri. Stigmata longa, plumosa. Nucula ovoidea, subcompressa, lævissima, glaberrima, nitida, matura flavido-fulva. Flores in racemo inferiores subinde abortivi.

Planta alpestris longe minor, gaudetque racemo ex luteo-viridi purpurascente; in hac valvæ calycinæ glabræ, corollinæ parce pilosæ.

Herba recens amara; boves respuunt; eadem grate olens, et sicca magis; tunc optima in fœno.

2. Anthoxanthum *gracile:* racemo spiciformi, simplici, ovato; arista majore calycibus duplo longiore.

A. gracile *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 288. *n.* 3., *et Mant.* 1. *p.* 230., *et Mant.* 3. *p.* 262. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 124. *n.* 3. *Trin. Spec. gram. fasc.* 1. *Bivona-Bern. Manip.* 1. *tab.* 1. *fig.* 1. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 28. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 21.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 2. *p.* 11.*

Ital. *Paleino barbuto.*

Ann. Nascitur in pratis collinis Siciliæ Panormi, *a Camerata*, et in Comitatu Mociciæ, unde habui ab Eq. Gussonio. Habui quoque ex Sardinia septentrionali a Badaroo. Floret Aprili.

Culmus gracilis, simplex, vel e basi ramosus, debilis, ascendens, a paucis pollicibus ad spithamam longus,

superne nudus. Folia linearia, acuminata, brevia, ciliata, in pagina superiore plus minus villosa. Vaginæ subventricosæ, glabræ. Stipula lacera, in foliis superioribus circiter linearis, in inferioribus brevior. Racemus terminalis, pauciflorus, flosculis geminatis, subsessili, pedunculatoque, pedunculo villoso, præcipue sub locusta. Calycis valvæ lanceolatæ, acuminatæ, mucronatæ, margine membranaceo-diaphanæ, carina ciliatæ, præcipue apicem versus, ludunt glabræ, vel pilosæ; exterior dimidio brevior, uninervis, interior fere quadrilinearis, trinervis. Valvæ corollinæ calyce breviores, subæquales, acutæ, apice lacero-ciliatæ, altera bifida, extus inferne setosæ, setis strictis, fulvis, superne glabræ, nitidæ, demum stramineo-fulvæ, basim versus dorso aristatæ. Aristarum altera calycem non excedens, scabra, altera calyce duplo longior, articulata, infra articulum fusca, contorta, glabra, supra scabra, sicca refracta. Stili ut in præcedente. Caryopsis lanceolata, crassiuscula, sed compressa, acuminata, lævissima, glaberrima, nitida, matura fulva.

Linkius in Hort. reg. Berol. descr. 1. p. 233., et Dietrichius in Willd. Sp. pl. edit. 6. tom. 1. par. 1. sect. 1. p. 629. non bene conjungunt hanc speciem cum *Anthoxantho ovato* Lag., cujus diversitas mihi patuit a plantis ex ipso horto regio Berolinensi per semina ad nos missa repetito profectis.

SACCHARUM.

Lin. Gen. pag. 32. *Juss. Gen. p.* 30. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 100. *R. Brown. Prodr. p.* 203., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 59. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 40. *Gærtn. De fruct. et sem.* 2. *p.* 11. *tab.* 82. *Palis. de Beauv. Ess. d'une nuov. Agrost. p.* 6. *tab.* 4. *fig.* 10. *a-d. Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 137.

Imperata *Cyril. Pl. rar. regn. Neap. fasc.* 2. *p.* 26. *R. Brown. Prodr. p.* 203., *et edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 59. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 13. *n.* 214. *Palis. de Beauv. Ess. d'une nuov. Agrost. pag.* 7. *tab.* 5. *fig.* 1.

Calyx gluma bivalvis, uni-biflora, membranacea, subæqualis, barbata villo sericeo, longo, involucrante. Flos contentus hermaphroditus, subinde cum unisexuali masculo, aut neutro. Corolla floris hermaphroditi gluma bivalvis, membranacea, vel cartilaginea, valvis inæqualibus, exteriore majore, mutica, vel aristata. Stamina duo-tria. Stili duo. Stigmata plumosa. Corolla flosculi masculi, aut neutri univalvis, mutica.

Habitus. Gramina diversæ altitudinis, subinde procera. Culmi fistulosi, aut farcti, interdum fruticosi. Inflorescentia racemosa, vel paniculata. Flores geminati, inæqualiter pedunculati, aut sessilis cum pedunculato. Lana calycis mollissima, alba.

Observ. Flosculus masculus, vel neuter cum nunc adsit, nunc deficiat in eadem specie, inque eodem individuo, nullum characterem certum portendit.

1. Saccharum *Teneriffæ:* floribus paniculatis, muticis; calycibus subbifloris, hermaphrodito, masculoque; foliis lanceolato-linearibus; annulo stipulari dense piloso.

S. Teneriffæ *Lin. fil. Suppl. pag.* 106. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 320. *n.* 1. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 285. *n.* 1. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 36., *et Fl. Græc.* 1. *pag.* 39. *tab.* 53. *Jacq. fil. Eccl. Gram. tom.* 1. *p.* 51. *tab.* 34. *Bivona-Bern. Manip.* 4. *pag.* 5. *tab.* 1. *Guss. Pl. rar. p.* 57.*, *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 137.*, *et Sup.* 1. *p.* 32.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 50. *Morett. Dec.* 4. *p.* 6. *n.* 32., *et in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 5. *p.* 246.

Tricholæna micrantha *Schrad. in Schult. System. veget. Mant.* 2. *p.* 163. *n.* 1.

Panicum villosum *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 18.

P. Teneriffæ *Spreng. System. veg.* 1. *p.* 315. *n.* 1. *Tenor. Syll. p.* 40. *n.* 4.

Ital. *Panico barbuto*.

Ann. Nascitur in collibus arenosis Rhegii Julii in Calabria, et Messanæ in Sicilia, unde habui ab Eq.

GUSSONIO. Messanâ quoque obtinui a Prof. SCHOWIO. Floret Julio.

Radix fibrosa. Culmi cæspitosi, inferne decumbentes, deinde surrecti, pedales, sesquipedales, teretes, articulati, simplices, vel inferne ramosi, superne attenuati. Folia lanceolato-linearia, acuminata, angusta, brevia, striata, ecarinata, margine deorsum strictu scabriuscula, juniora, vaginaque subinde pilosa, basi utrinque, et ad oram vaginæ ciliata pilis longis, paucis, siccitate convoluta. Stipulæ loco annulus pilorum brevissimus, densissimus. Panicula terminalis, ramosa, flexuosa, in anthesi pyramidato-patens, postea contracta. Rami fasciculati, fasciculis alterne in diversa directis. Flores geminati, pedunculati, pedunculis glabris, apice incrassatis. Calycis valvæ duæ, uni-bifloræ, oblongæ, acutæ, muticæ, æquales, membranaceæ, nervosæ, villis longis, patulis barbatæ, et involucratæ, viridi-purpurantes, aut pallide virentes. Flosculus solitarius hermaphroditus, vel duo, hermaphroditus, et masculus. Corolla hermaphroditi calyce multo minor, bivalvis, lævissima, enervis, mutica, obtusiuscula, glabra, nitida, matura flavescens, persistens, valvis longitudine æqualibus, ovatis, exteriore latiore, concava, interiorem amplexante. Stamina tria, in anthesi exerta, filamentis capillaribus, antheris longis, luteis, polline exploso, utrinque bifurcis. Stili duo. Stigmata plumosa, albo-lutescentia, demum fusca. Caryopsis induviata. Flos masculus gluma univalvis, vix calyce brevior, intra alteram ex valvis calycinis firmiter retenta, membranacea, mutica, et apice lacera, margine utrinque inflexa, nervoque viridi, ciliato, et prope inflexum marginem excurrente instructa. Stamina ut in hermaphrodito. Flosculus iste in locustis inferioribus deest. Tota planta glauca.

Hæc species in horto bot. Bononiensi repetito sata semper annua evasit. An id ex loco, et climate?

2. SACCHARUM *Ravennæ:* panicula elongata, thyrsoide; lana locustas unifloras æquante; calycibus inferne villosis; valva corollina exteriore aristata; culmo biorgyali, farcto; foliis lato-linearibus.

S. Ravennæ *Syst. veg. edit.* 13. *p.* 88., *et ed.* 14. *p.* 103. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 322. *n.* 9., *et Enum.* 1. *p.* 82. *n.* 2. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 103. *n.* 9. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 282. *n.* 15. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 36.,

et Fl. Græc. 1. *p.* 38. *tab.* 52. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 89.* *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 36.* *Moric. Flor. Ven.* 1. *p.* 68. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 89. *Suffr. Foroj. p.* 115. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 51., *et Due cent. p.* 17., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 43. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. Prodr. p.* 24. *n.* 62. *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 49., *et Syll. p.* 53. *n.* 1. *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 137., *et Suppl.* 1. *p.* 33. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 53. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 29. *n.* 1536. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 421. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 537.

Andropogon Ravennæ *Sp. pl.* 1481. *Maratt. Fl. Rom.* 2. *p.* 367. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 1. *tab.* 1., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 73.

Erianthus Ravennæ *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 323. *n.* 2., *et Mant.* 2. *p.* 179. *Palis. de Beauv. Ess. d' une nouvel. Agrost. p.* 14. in enum. specierum.

Ripidium Ravennæ *Trin. Fund. agrost. p.* 169.

Canna piena delle valli di Ravenna *Zanon. Istor. bot. p.* 64. *tav.* 24.

Arundo farcta vallium Ravennæ *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 32. herb. Mont., *et Zanon. cum Caj. Mont. p.* 30. *tab.* 19. *fig.* 3. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 361. *n.* 2. *Ginann. Istor. delle pin. Ravenn. p.* 184.

Gramen arundinaceum ramosum, plumosum, album *C. B. Theatr. p.* 95. *n.* 5. *Zannich. Ist. delle piant. p.* 126. *tab.* 52. *fig.* 2.

G. arundinaceum plumosum album *Scheuchz. Agrost. p.* 136. *n.* 1. *tab.* 3. *fig.* 7. *A. B.*

Ital. *Canna piena delle valli di Ravenna*. *Cannella* Targ. Tozz. Diz. bot. tom. 1. p. 208. *Cannella sorda* Sav. Fl. Pis. 1. p. 51.

Perenn. Habui ex agro Ravennati ad flumen Vitim (*Lamone*) a Dallagata, ex paludibus *di Comacchio* ab Eq. Camillo Salina, ex litore Veneto *a Treporti*, et *al Cavallino* a Ruchingero, ex *Monfalcone* prope Tergestum a Brumattio, ex agro Mantuano *nelle Boschine di Melara* a Barbierio, et a Felisio, tum *a Quingentole*, et *a Borgoforte* prope Padum ab eodem Barbierio, ex agro Veronensi locis arenosis secus Athesim a Pollinio. Floret Augusto, Septembri.

Radix fibrosa, fibris crassiusculis, lateraliter ramulosis, ex qua cæspes densus culmorum. Culmi teretes, striati, in paludibus nostris biorgyales, basi subbulbosi, et e latere proliferi, erecti, articulati, intus farcti substantia fungosa, ideo infirmi, nec præ altitudine

satis crassi. Folia late linearia, acuminata, basi angustata, longissima, etiam tripedalia, striata, subtus nervo in parte inferiore incrassato, supra canaliculo mediano, albo dirempta, margine cartilagineo-serrulata, undique deorsum strictu scaberrima, vaginantia, basi plus minus pilosa, arefactione convoluta, ima angustiora, et longiora. Vaginæ striatæ, inferiores pilosæ, in ora sericeo-barbatæ. Stipulæ loco villi densissimi, sericei, albi, inæquales. Panicula terminalis, valde ramosa, longa, densa, thyrsoidea, in anthesi patentiuscula, ante, et post anthesim stricta, mollissima. Rachides inferiores magis teretes, scabræ, superiores magis angulatæ, et insuper pilosæ. Flores geminati, pedicellatus, et sessilis, uterque hermaphroditus. Pedicellus brevis, sericeo-villosus, apice paulo crassior. Locustæ unifloræ. Gluma calycina bivalvis, valvis lanceolatis, acuminatis, canaliculatis, vix inæqualibus, purpurantibus, vel albidis, interdum una, vel altera breviter aristata, extus in parte inferiore, et basi villo tenui, sericeo, albo, copioso, locustam æquante barbatis, tri-quinquenerviis, nervis scabridis, subvirescentibus, lateralibus sæpe obsoletis, margine involutis. Gluma corollina calyce paulo brevior, bivalvis, valvis subæqualibus, lanceolatis, concavo-canaliculatis, albido-membranaceis, obsolete tri-quinquenerviis, margine ciliatis. Harum exterior apice aristata, arista calycem superante, scabriuscula, interdum colorata, facta ex protractione nervi mediani. Valva interior mutica, subinde apice erosa, aut fissa. Stamina tria. Antheræ lineares, flavæ, demum utrinque fissæ. Stili duo. Stigmata lanceolata, compressa, cuspidata, utrinque pectinata, saturate purpurea. Caryopsis libera.

Valvam corollinam tertiam minimam, et apice bifidam, quam Hostius affert, ego nunquam videre potui, et si adest, rectius pertinet ad squamulas nectariformes.

3. Saccharum *ægyptiacum:* panicula elongata, densa, thyrsoide; villis involucrantibus locusta uniflora duplo longioribus; valvis calycis, corollinisque muticis, margine barbatis.

S. ægyptiacum *Willd. Enum. hort. Berol.* 1. *p.* 82. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 286. *n.* 5., *et Mant.* 2. *p.* 162. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 281. *n.* 2. *Guss. Suppl.* 1. *p.* 33.* *Sav. Cat. di piant. Egiz. in Mem. di Radd. p.* 23. *et* 31.*

Delil. Descript. de l' Egypt. edit. 2. *tom.* 19. *pag.* 72. *n.* 59.

S. biflorum *Forsk. Fl. Ægypt. Arab. cent.* 1. *p.* 16. *n.* 50.

Ital. *Cannamele d' Egitto.*

Perenn. Nascitur in Sicilia ad ripas Oreti prope Panormum, unde habui ab Eq. Gussonio. Floret Julio, Augusto.

Radix, culmi, et folia, ut in præcedente; at folia magis glauca. Villus florum candidissimus, involucrans locustas, illisque duplo longior. Flores hic quoque geminati, pedicellatus, sessilisque, uterque hermaphroditus. Gluma calycina bivalvis, nuda, mutica, valvis subæqualibus, lanceolatis, concavo-canaliculatis, acuminato-attenuatis, trinerviis, præcipue inferne, margine barbatis, membranaceis, albo-flavidis, vel basi rufo-fuscis. Corolla bivalvis, calyce paulo brevior, albo-membranacea, margine barbata, gluma altera apice acuminato-attenuata. Stamina ut in præcedente. Stili duo. Stigmata perfecte plumosa, ferruginea. Caryopsis libera.

Gluma calycina difficillime extricatur ob barbam marginalem, qua valvæ retinentur, at mihi visa duplex. Cæterum exemplaria Sicula ab Eq. Gussonio nullimode differunt ab Egyptiis Raddianis in herbario nostro.

Usus. Præstat in Ægypto ad sepiendos hortos, ut habemus ex Forskölio, et ex Savio l. c.

4. Saccharum *cylindricum:* racemo spiciformi, cylindraceo, mollissimo; lana locustis triplo longiore; floribus diandris, muticis; foliis convolutis, supremo spathaceo; radice repente.

S. cylindricum *Lamk. Enc. méth. botan. édit. de Pad. tom.* 1. *p.* 588. *n.* 5., *et Illustr.* 1. *tab.* 40. *f.* 2. *Willd. Enum. hort. Berol.* 1. *p.* 82. *Pers. Syn. pl.* 1. *pag.* 103. *n.* 10. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 282. *n.* 14. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 36., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 40. *tab.* 54. luxurians. *Sav. Due Cent. p.* 16.*, *et Bot. Etr.* 1. *p.* 44.* *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 25. *n.* 63.* *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 49., *et Syll. p.* 53. *n.* 2. *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 138.*, *et Sup.* 1. *p.* 33.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 52.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 89. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 54. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 29. *n.* 1535. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 226.

Imperata arundinacea *Cyrill. Pl. rar. regn. Neap. fasc.* 2. *p.* 26. *tab.* 11. *R. Brown. Prodr.* 1. *p.* 204., *et edit.* 2.

tom. 1. *p.* 60. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 288. *n.* 1., *et Mant.* 2. *p.* 165. *Link. Hort. reg. Berol. descr. tom.* 1. *p.* 236. *n.* 520. *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 23. *tab.* 40., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 66. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 53.

I. cylindrica *Palis. de Beauv. Ess. d' une novell. Agrost. p.* 7. *tab.* 5. *fig.* 1. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 536.

Lagurus cylindricus *Sp. pl.* 120. *Allion. Fl. Pedem.* 2. *p.* 239. *n.* 2175.*

Gramen prat. alopecur. sericea panic. *Barrel. Icon.* 11.

G. alopecurum majus, spica longiore *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 59. *tab. ic. locust. et spic. gram, fig. n.* 88. herb. Mont.

Ital. *Falasco* . *Codino bianco* .

Perenn . Observavi copiosum in toto litore Lunensi, et in proximo litore Massensi. Habui ex litore Nicæensi a Prof. Balbisio, ex maritimis Senensibus *alle Zolfiere di Pereta* ab Eq. Prof. Savio, ex portu Asculi in Piceno ab Orsino, ex insula sacra ad ostia Tiberis a Brunnero, ex litore Terracinensi a Fiorinia-Mazzantia, ex maritimis Siciliæ ab Eq. Gussonio, ex maritimis Sardiniæ a Prof. Morisio, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio. Floret Julio.

Radix late repens, stolonibus squamatis, fibras crassiusculas, ramulosas deorsum demittentibus, sursum vero huc illuc cæspitulos foliorum surrectorum, et longiorum, queis culmus simplex, vel e basi ramosus interjicitur. Culmus uni-bipedalis, teres, erectus, striatus, levissimus, glaberrimus, maximam partem vaginatus, superne sensim sensimque gracilescens, articulatus, nodis nunc glabris, nunc villosis, aut barbatis, subinde fuscis. Basis cæspitulorum culmiferorum vestitur squamis amplexantibus, striatis, acutis, successive longioribus, cito arefactis. Folia linearia, acuminata, basi angustata, striata, glabra, superne tantum margine scabriuscula, glauca, subtus nervo prope basim eorum incrassato dirempta, supra lineâ medianâ albâ canaliculata, arefactione facile convolvenda. Vaginæ foliorum longæ, glabræ, rarius subpilosæ, striatæ, suprema in culmo subspathacea, paulo inflata, apice mucrone brevi foliaceo, loco folii terminata. Stipula abbreviata, truncata, lacero-ciliata, et exteriora versus utrinque sæpe barbata. Flores in racemo spiciformi, terminali, cylindraceo, longo, denso, mollissime sericeo, niveo. Flosculi geminati,

pedicellatus, sessilisque, pedicello apice incrassato, glabro, vel piloso. Rachides læves. Locustæ uniflora, omnes hermaphroditæ. Gluma calycina bivalvis, valvis subæqualibus, lanceolatis, concavo-canaliculatis, acutiusculis, muticis, ciliatis, dorso multistriatis, membranaceis, albis, vel ex albo purpurantibus, basi, et in parte earum inferiori vestitis villo sericeo involucrante, copioso, niveo, triplo circiter longiore locustis. Gluma corollina bivalvis, calyce brevior, inæqualis, albo-membranacea, valvis ciliatis, præcipue apicem versus, altera duplo longiore, acuminata, subcarinata, altera obtusiuscula. Stamina duo. Antheræ flavæ. Stili duo, breves, omnino distincti. Stigmata plumosa, pulchre purpureo-rubella, stilo suo duplo, vel triplo longiora, extra locustam valde exporrecta. Caryopsis libera.

Inflorescentia speciosa ob stigmata purpurea inter villum niveum exilientia. Boves saginantur hoc pabulo boum instar,

Quos aluit campis herba Falisca suis

Ovid. Fast. lib. 1. vers. 85.

Anne igitur hæc planta nomen vulgare ab herba Falisca mutuavit?

LEERSIA.

Swartz. Prodr. p. 21. *Willd. Sp. pl.* 1. *p.* 325. *Schrad. Flor. Germ.* 1. *p.* 176. *R. Brown. Prodr. p.* 210., *et edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 66. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 132. *n.* 267. *Röhl. cum. Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 483.

Homalocenchrus *Mieg. in Act. Helv.* 4. *p.* 307. cum fig. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 201.

Asprella *Schreb. in Linn. Gen. plant. tom* 1. *p.* 45. *n.* 105. *Palis. de Beauv. Ess. d' une nouvell. Agr. p.* 2. *tab.* 4. *fig.* 2. *Röm. et Schult. System. veg.* 2. *p.* 11. *n.* 208.

Phalaris species *Lin. Gen. pl. p.* 32.

Perigonium simplex, bivalve. Valva inferior, et exterior semiovata; navicularis, valva superior,

sive interior lanceolata, carinata. Numerus staminum varius, (1-6). Stili, et stigmata duo. Caryopsis compressa, sulcata, libera.

Habitus. Gramina paniculata, locustis oryzoideis, vel phalaroideis.

1. LEERSIA *oryzoides:* panicula pyramidata, ramis flexuosis; gluma perigoniali bivalvi, ciliata, valva exteriore naviculari, semiovata, interiore lanceolata, canaliculata, foliis linearibus, margine scaberrimis.

L. oryzoides *Willd. Sp. pl.* 1. *par.* 1. *pag.* 325. *n.* 1. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 73. *n.* 1. *Spreng. Syst. veget.* 1. *p.* 264. *n.* 1. *Link. Hort. reg. bot. Berol. descr.* 1. *p.* 107. *n.* 225. *Fl. Dan. tab.* 1744. *Host. Gram. Austr.* 1. *p.* 27. *tab.* 35., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 69. *Balb. Fl. Taur.* 1. *p.* 11.* *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 53. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 19. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 28., *et p.* 318.* *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *pag.* 52.* *Pollin. Flor. Veron.* 1. *p.* 92. *Roman. Piant. Faner. Eug. p.* 4.*, *et Cat. pl. Ital. pag.* 10.* *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 28. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 11. *n.* 1494. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 176. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 483. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 141.

Asprella oryzoides *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 266. *n.* 1., *et Mant.* 2. *p.* 152.

Phalaris oryzoides *Sp. pl.* 81., *et Mant.* 2. *p.* 322. *Schreb. Gram. tom.* 2. *p.* 6. *tab.* 22. optima. *Turi. Spec. pl. agr. Clav. p.* 6.* *Krock. Fl. Siles.* 1. *p.* 82. *tab.* 18.

Homalocenchrus oryzoides *Pollich. Fl. Palat.* 1. *p.* 52. *n.* 56.

H. n. 1411. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 202., *et in Scheuchz. Agrost. app.* 2. *p.* 45. *n.* 21.

Poa palustris *Sp. pl.* 98. ex Smithio apud Schraderum in Fl. Germ. 1. p. 301. *Bellard. Append. ad Fl. Ped. in Acad. de Tur. tom.* 5. *p.* 213.

Gramen palustre panicula speciosa *C. B. P. p.* 3. *n.* 2., *et Prodr. p.* 7., *et Theatr. bot. p.* 39.

G. paniculatum, aquaticum, asperum, locustis planis, et orbiculatis *Ponted. Comp. tab. bot. p.* 57. *n.* 20.

G. miliaceum, palustre, serotinum, paniculis ex locustis compressis compositis *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. pag.* 51. *tab. ic. locust. et spic. gram. fig. n.* 58. herb. Mont. *Seguier. Veron.* 1. *p.* 350. *n.* 1.

G. miliaceum, aquaticum, asperum, serotinum, et elatius, radice repente, oryzæ panicula villosa, flavescente,

semine griseo milii, aut lini *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 73.

Ital. *Asperella* Ponted. Comp. tab. bot. p. 57.

Perenn. Observavi in Liguria orientali locis paludosis agri Clavarensis prope ostia fluminis Entellæ. Habui ex Pedemontio a Prof. Balbisio, ex agro Mantuano a Barbierio, ex fossis agri Patavini, ubi repererat etiam Caspar Bauhinus, a Rev. Romano. Floret Augusto, et Septembri.

Radix late repens. Culmus inferne aliquo tractu decumbens, subinde radicans, simplex, vel e nodis ramosus, cæterum erectus, teres, striatus, articulatus, glaber, etiam bicubitalis, fere totus vaginatus. Articuli culmei villosi. Folia linearia, acuminata, duas-quatuor lineas lata, striata, margine aculeolata, tota strictu scaberrima, nervo albicante subtus dirempta, glaucescentia, longe vaginantia, vaginis subcompressis, striatis scaberrimis, supremis paullulum inflatis. Stipula brevis, membranacea, truncata, subintegra. Panicula pyramidalis, crispo-flexuosa, ramis inferioribus fasciculatis. Rachides angulatæ, scaberrimæ. Locustæ unifloræ, vix sesquilineam longæ, brevissime pedicellatæ, articulatæ, facillime difluæ, cum maturæ, rachidi sursum adpressæ, ut spicam mentiantur. Gluma perigonialis simplex, bivalvis, compresso-plana, hispidula, albo-virens. Valva exterior navicularis, semiovata, rostellata, quinquenervis, nervis duobus marginalibus, carinaque hispido-ciliatis. Valva interior lanceolata, acuta, vix longior, concavo-canaliculata, carinata, carina hispido-ciliata, trinervis, nervis duobus marginalibus nudis. Cilia valvarum sæpe basi circumdata aliis aculeolis minoribus, Genitalia inclusa. Stamina tria. Stigmata duo, plumosa. Caryopsis obovata, compressa, libera.

Vola manus puellarum oryzam apud nos purgantium facillime læditur ab aculeolis foliorum hujus stirpis, Pontedera observante l. c.

PHALARIS.

Lin. Gen. p. 32. *Juss. Gen. p.* 29. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 42. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 97. *Gærtn. de fruct. et semin.* 2. *p.* 6. *tab.* 80. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 177.

Smith. Engl. Fl. 1. *pag.* 73. *Palis. de Beauv. Ess. d' une nuov. Agr. p.* 36. *tab.* 7. *fig.* 1.

Locusta uniflora, compressa. Calyx gluma bivalvis, valvis navicularibus, aut carinatis. Gluma corollina inclusa, nunc simplex bivalvis, nunc duplex tri-quadrivalvis, valvis interioribus duabus semper majoribus. Caryopsis induviata.

Habitus. Gramina plus minus procera, quorum inflorescentia fit racemo spiciformi, composito, vel panicula racemosa, in anthesi laxiusculis, ante et post anthesim condensatis.

1. Phalaris *canariensis:* racemo spiciformi, ovoideo; gluma calycina obovata, carina late alata, integra; corolla quadrivalvi; valvis duabus externis dimidio brevioribus, compresso-carinatis, ciliatis, interioribus villosis.

Ph. canariensis *Sp. pl.* 79. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 402. *n.* 1., *et Mant.* 2. *p.* 214. excl. syn. Prodr. Fl. Rom. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 63. *n.* 130. *Schreb. Gram.* 1. *p.* 83. *tab.* 10. *fig.* 1. 2. *Leers. Herb. pag.* 18. *tab.* 7. *fig.* 3. †. *Plenck. Ic. pl. offic. tom.* 1. *p.* 24. *tab.* 41. optima. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 74., *et Engl. bot. v.* 19. *tab.* 1310. *Hook. Brit. Fl. p.* 28. *Trin. Spec. gram. fasc.* 7. *ic. Kops. et Van Hall. Fl. Bat. tab.* 411. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 36., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 40. *tab.* 55. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 28. *tab.* 38., *et Flor. Austr.* 1. *p.* 86. *Bert. Pl. Gen. p.* 7. *n.* 12., *et Amœn. It. p.* 107. *n.* 12. *Allion. Flor. Pedem.* 2. *p.* 233. *n.* 2139. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *pag.* 78. *Sav. Flor. Pis.* 1. *pag.* 52. *Gusson. Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 70. *Ab Ucr. Hort. reg. Pan. p.* 53. *Ten. Fl. Nap.* 1. *p.* 17., *et Syll. p.* 36. *n.* 7. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 177. *Hoffm. Fl. d' Allem. ann.* 1804. *tom.* 1. *par.* 2. *tab.* 4. *fig.* 2. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 485. *Gaud. Fl. Helv. tom.* 1. *p.* 161. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 55. *De Candoll. Fl. Franç. tom.* 3. *p.* 10. *n.* 1490. *Gærtn. De fruct. et sem.* 2. *p.* 6. *tab.* 80.

Ph. Matthioli *Cup. Sup. alt. p.* 70.

Phalaride *Matth. ed. Valgr. ann.* 1585. *tom.* 2. *p.* 969. fig. bona.

Falari *Anguill. Sempl. p.* 240.

Phalaris major semine albo *C. B. Theatr. p.* 534. *Scheuchz. Agrost. p.* 52. *n.* 1. *tab.* 2. *fig.* 3. *A. C. E. F.*

Gramen phalaroides verius, bulbosa radice *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 46. *tab. ic. locust. et spic. gramin. fig. n.* 44. herb. Mont.

Ital. *Canaria*. *Scagliola* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 164.

Ann. Observavi Genuæ in herbidis *all'Acquasola*. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, albida, subinde huc illuc pubescens, nunc culmum solitarium, nunc cæspitulum culmorum ferens. Culmus etiam bipedalis, teres, erectus, striatus, nodosus, maximam partem vaginatus, simplex, vel ex nodis imis ramosus, Folia linearia, acuminata, striata, deorsum scabriuscula, duas-quatuor lineas lata, vaginantia, utrinque extrema breviora. Vaginæ striatæ, glabræ, vel scabriusculæ, una, alterave ex superioribus inflata. Stipula albo-membranacea, elongata, obtusa, vel acuta. Flores in racemo composito, spiciformi, ovoideo, turgido, brevi, in anthesi laxiusculo, ante, et post anthesim condensato. Locustæ late obovatæ. Valvæ calycis naviculares, æquales, ala carinali lata, integra, tenuiter ciliato-scabra, superne arcu ampliore facto statim mucronulatæ, cæterum pilosæ, vel subnudæ, punctisque prominulis adspersæ, unaquæque trinervis, fascia viridi utrinque ad nervum carinalem percursa, reliqua parte valvæ albente. Corolla inclusa, quadrivalvis, valvis duabus exterioribus dimidio brevioribus, membranaceis, lanceolatis, acutis, concavo-canaliculatis, carinatis, margine, carinaque ciliatis. Valvæ interiores duæ cartilagineæ, ovato-lanceolatæ, induviantes, exterior latior, acuminata, aut tota, aut superne, marginibusque villosa, villis sursum versis, interior angustior, paululum brevior, carina villosa, præcipue superne. Caryopsis oblonga, compresso-turgida, utrinque angustata, matura fusca, nitida, arcte induviata.

Usus. Semina hujus speciei passeri canario nutriendo inserviunt, quare usus eorum ingens, et planta late colitur in universa Europa.

2. Phalaris *nitida*: racemo spiciformi, ovoideo; gluma calycina oblonga, basi angustata, carina anguste alata, integra; corolla quadrivalvi, valvis duabus externis minimis, concavis, obtusis, glabris, interioribus villosis.

Ph. nitida *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 26. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 70.*, *et App.* 1. *p.* 18.* *Schult. Mant.* 2. *p.* 214.

Ph. canariensis *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 30. *n.* 77.* excl. syn. *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 2. *p.* 11.*

Ph. brachystachys *Link. in Schrad. Journ.* 1. *st.* 3. *p.* 134. *Trin. Sp. gram. fasc.* 7. *ic.* exactissime.

Ital. *Scagliola argentina.*

Ann. Legi Bononiæ *a Monte Paderno* inter segetes. Habui ex maritimis Nicæensibus a Prof. Morisio, ex campis Tergestinis a Biasoletto, Româ a Prof. Maurio, ex Sicilia *al Parco* prope Panormum ab Eq. Gussonio, ex arvis Sardiniæ a Prof. Morisio. Floret Majo.

Herba omnino ut in præcedente. Racemus spiciformis, minus turgidus. Gluma calycina angustior, et angustius alata, glabra, sub lente tantum punctis prominulis adspersa; unaquæque valva trinervis; fascia viridis utrinque ad nervum dorsalem sita; reliqua pars glumæ albens; ala carinalis sub vitro scabriuscula, vix ciliolata. Corolla calyce inclusa, quadrivalvis, valvis duabus exterioribus minimis, tertiam, vel quartam lineæ partem attingentibus, ovatis, concavis, ecarinatis, obtusis, glabris, demum cartilagineis, stramineo-fulvis, nitidis; sub earum basi circulus involucrans pilorum simplicium, ipsis breviorum. Valvæ corollinæ interiores bilineares, et ultra, harum exterior oblonga, acuminata, tecta villis albis, nitidis, sursum versis; valva altera angustior, carina in parte superiore tantum sursum villosa.

Linkius in En. alt. 1. p. 66., et in Hort. reg. Berol. descr. 1. p. 63. non bene conjunxit hanc speciem cum *Phalaride cærulescenti* Desf.

3. Phalaris *nodosa:* racemo spiciformi, cylindraceo; valvis calycinis lanceolatis, acutis, ala carinali angusta, integra, continuata; corolla trivalvi, villosa; tuberibus radicalibus superimpositis.

Ph. nodosa *Syst. veg. ed.* 13. *p.* 88. *Willd. Sp. pl. par.* 1. *p.* 327. *n.* 4. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 404. *n.* 11., *et Mant.* 2. *p.* 216. in parte tantum. *Spr. Syst. veg.* 1. *p.* 273. *n.* 4. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 37., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 41. *tab.* 56. *Trin. Spec. gram. fasc.* 7. *ic. Sebast. et Maur. Flor. Rom. prodr. p.* 30. *n.* 78.* *Tenor. Syll. p.* 35. *n.* 5. *Gusson. Pl. rar. p.* 23., *et Flor. Sic. prodr.* 1. *p.* 69.

Ph. tuberosa *Lin. Mant. alt. p.* 557.

Ph. bulbosa *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 60. *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 249. *n.* 1490.[a]

Ph. aquatica minor *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 54. *Bert. Pl. Gen. p.* 7. *n.* 13.

Ph. minor culmo altiore, calycibus lanceolatis, ex canali supra il Lagazzo *Bert. Amœn. Ital. p.* 107. *n.* 13.

Gramen typhinum phalaroides arvense bulbosa rad. *Barrel. Icon.* 10.

G. phalaroides typhinum, arvense, bulbosa radice *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. pag.* 47. *tab. ic. locust. et spicar. gram. fig. n.* 43. herb. Mont.

Ital. *Scagliola Cannerella.*

Perenn. Legi Genuæ ad canalem supra *il Lagazzo* loco sicco. Habui ex Liguria occidua *a Pegli* a Vincentio, Româ in siccis a Prof. Sebastianio, et *a Ponte Galera* a Prof. Maurio, ex pascuis Terracinensibus a Fiorinia-Mazzantia, ex Sicilia in arvis *di Vizzini*, et *Noto* ab Eq. Gussonio, ex Sardinia septentrionali a Badaroo, iterum ex Sardinia ad Calarim a Prof. Morisio, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio. Floret Majo.

Radix deorsum fibrosa, sursum tuberosa, tuberibus superimpositis, modo plus, modo minus turgescentibus, tunicatis. Culmi cæspitosi, teretes, erecti, vel ascendentes, tri-quinquepedales, striati, remote articulati, superne attenuati. Folia arundinacea, lanceolato-linearia, vel linearia, acuminata, longa, rigidula, stricta, striata, margine, subinde etiam superficie, scabriuscula, nervo inferne albido dirempta, vaginantia. Vaginæ striatæ, suprema leviter inflata. Stipula grandiuscula, late-ovata, integra, vel fissa, aut lacera. Racemus spiciformis, compositus, terminalis, cylindraceus, superne angustior, etiam tri-quadripollicaris. Gluma calycina bivalvis, valvis lanceolatis, acutis, nudis, ala carinali angusta, usque ad apicem valvæ continuata, at sensim sensimque decrescente, integra, subinde levissime erosa, sub vitro scabriuscula; cæterum valvis singulis trinerviis, fascia longitudinali viridi utrinque ad nervum carinalem instructis, reliqua parte albentibus. Gluma corollina trivalvis, inclusa, plus minus villosa, matura stramineo-fulva. Valva exterior lanceolato-linearis, acuminata, sita contra valvam corollæ minorem, qua circiter triplo brevior, pilosa, subinde nudiuscula, et apice tantum pilosa, basi aucta squamula callosa oblonga, obtusa, convexa, ciliata, minima, superimposita. Valvæ interiores inæquales, exterior major, ovata, acuta,

concavo-canaliculata, carinata, dorso tota villosa; interior brevior, obtusiuscula, carina superiore dense ciliata. Omnis villus corollinus sursum versus.

4. PHALARIS *aquatica:* racemo spiciformi, oblongato; valvis calycinis lanceolatis, mucronatis, carina superne late alata, eroso-dentata, infra mucronem abrupta; gluma corollina bivalvi, membranacea, subnuda; tuberibus radicalibus superimpositis.

Ph. aquatica *Lin. Amœn. Acad.* 4. *p.* 264. *n.* 6., *et Sp. pl. p.* 79. *Bert. Amœn. Ital. p.* 108. in observ. ad n. 13. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 53. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 31. *n.* 80.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 2. *p.* 11.*

Ph. cærulescens *Desf. Flor. Atl.* 1. *p.* 56. *Guss. Pl. rar. p.* 22.*, *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 68.*, *et Suppl.* 1. *p.* 18.* *Tenor. Syll. p.* 35. *n.* 2.* *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 404. *n.* 9., *et Mant.* 2. *p.* 215. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 273. *n.* 5., excl. syn. Preslii. *Link. En. alt.* 1. *p.* 66., *et Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 63. *n.* 132. excl. syn. Preslii.

Ph. variegata *Spr. Nov. entd.* 2. *p.* 101. *Schult. Mant.* 2. *p.* 215., *et Mant.* 3. *p.* 580.

Ph. bulbosa *Presl. Cyp. et Gram. Sic. pag.* 26. *Lois. Deslongch. Fl. Gall. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 46.* *Cav. Ic. et descr.* 1. *p.* 46. *n.* 70. *tab.* 64. evidenter. *Trin. Spec. gr. fasc.* 7. *ic.*

Gramen typhin. phalaroid. maj. bulbos. aquaticum *Barrel. Ic.* 700. *fig.* 1.

Gr. phalaroides, perenne, tuberosa radice *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 47. herb. Mont.

Ital. *Scagliola cangiante.*

Perenn. Vulgatissima Romæ in humentibus, et in siccis, unde habui a Prof. SEBASTIANIO, et a Prof. MAURIO. Obtinui ex sylva Pisana *alla macchia di S. Rossore* a BUBANIO, ex regno Neapolitano ad *Agnano* ab Eq. Prof. TENORIO, ex campis cultis Siciliæ ab Eq. GUSSONIO, ex Sardinia ad Calarim a Prof. MORISIO, et *a Castel Sardo* a SERAFFINIO, ex Corsica *a Bonifacio* ab eodem SERAFFINIO. Floret Majo.

Radix ut in præcedente, sed tubera sæpius oblonga. Folia angustiora, magis flexilia. Culmi cæspitosi, etiam tripedales, et ultra. Racemus spiciformis, ovato-oblongus, vel ovato-cylindraceus, flosculis inferioribus multis subinde abortivis, nitidus, viridi-albens, vel albido-violaceus. Gluma calycina bivalvis, valvis æqualibus, lanceolatis, mucronatis, trinerviis, ala

carinali inferne obliterata, superne lata, curva, eroso-dentata, desinente infra mucronem glumæ. Gluma corollina inclusa, bivalvis, membranacea, nitida, glabra, vel paucis pilis adspersa, valvis lanceolatis, acuminatis, subæqualibus, obsolete striatis.

Linnæus assignat *Phalaridi aquaticæ* suæ locum natalem ad Tiberim, ad Tiberim observavit plantam suam Barrelierius Pl. per Gall. Hisp. &c. p. 109. n. 1200., et hæc nostra profecto est *Phalaris* Romæ communior sive in locis humentibus, sive in siccis; quare nullus dubito, quin pro vera *Phalaride aquatica* L. sit habenda, ut jam dixi in Amœn. Ital. p. 108., ad quas pro uberiori declaratione lectorem amandandum duco.

5. Phalaris *minor:* racemo spiciformi, cylindraceo; gluma calycina obovata, acuta, carina superne anguste alata, leviter eroso-dentata, subcontinuata; gluma corollina villosa, trivalvi; radice fibrosa.

Ph. minor *Willd. En. hort. Berol.* 1. *p.* 83. *n.* 3. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 63. *n.* 131. *Retz. Obs.* 3. *p.* 8. *Trin. Spec. gram. fasc.* 7. *ic. Bert. Amœn. Ital. p.* 107. *n.* 13. planta ex locis herbidis all' Acquasola. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 31. *n.* 79.* *Pollin. Flor. Veron.* 1. *p.* 78. *Guss. Pl. rar. p.* 23.*, *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 70.*, *et Suppl.* 1. *p.* 18.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 2. *p.* 11.*

Ph. bulbosa *Desfont. Flor. Atl.* 1. *p.* 55., *et Emend. alt. p.* 1.

Ph. aquatica *Willd. Sp. pl.* 1. *pag.* 326. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *pag.* 402. *n.* 3., *et Mant.* 2. *p.* 214. *Host. Gram. Austr.* 2. *pag.* 29. *tab.* 39., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 86. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 179. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 485. *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 249. *n.* 1492.[a]

Ph. canariensis β *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 10. *n.* 1490. excl. syn. Ger.

Ital. *Scagliola de' grani.*

Ann. Legi Genuæ in herbidis *all' Acquasola,* Sarzanæ inter sata in collibus *di Rigazzo.* Habui Româ a Prof. Sebastianio, ex Sicilia *a Terranuova,* et ex insulis Æoliis ad Usticam ab Eq. Gussonio, ex arvis Sardiniæ a Prof. Morisio. Floret Majo.

Radix fibrosa. Culmus sesqui-bipedalis, simplex, vel ex imo ramosus, erectus, aut ascendens ob nodos inferiores subinfractos, debilis. Folia late linearia,

acuminata, carinata, margine scabriuscula, cæterum glabra, flexilia, basi alba, et amplexicaulia, vaginantia. Vaginæ glabræ, striatæ, suprema paululum inflata. Stipula albo-membranacea, grandiuscula, subintegra. Racemus spiciformis, cylindraceus, albo-virens. Gluma calycina obovata, bivalvis, valvis æqualibus, acutis, trinerviis, ad nervos viridi-fasciatis, reliqua parte albidis, glabris, ala carinali inferne obsoleta, superne angusta, leviter eroso-dentata, margine scabriuscula, nunc in valvæ apicem continuata, nunc paulo infra apicem abrupta. Gluma corollina inclusa, trivalvis, cartilaginea, villosa, in anthesi pallide virens, matura pallide straminea, valvis interioribus omnino similibus illis *Phalaridis nodosæ;* valva exteriore accessoria lanceolato-lineari, acuta, coriacea, subpilosa, sita contra valvam corollinam minorem, qua triplo brevior, basi aucta squamâ callosâ, minimâ, superimpositâ, cartilagineâ, ovatâ, obtusâ, convexâ, nitidâ, margine ciliolatâ. Herba subglaucescens.

Phalaris commutata Röm. et Schult. Syst. veg. 2. p. 403. n. 4. facta hinc radice, et herba *Phalaridis nodosæ*, inde inflorescentia, et fructificatione *Phalaridis minoris* e censu specierum omnino delenda.

6. Phalaris *paradoxa:* racemo spiciformi, obverse oblongato; calycibus inferioribus lateralibus neutris, muticis, medio, superioribusque fertilibus, cuspidato-aristatis, ala carinali abrupta, eroso-dentata; gluma corollina quadrivalvi, valvis externis minimis; vagina suprema spathacea.

Ph. paradoxa *Sp. pl.* 1665. *Willd. Sp. pl. tom.* 1. *part.* 1. *pag.* 329. *n.* 11. *Lin. fil. dec.* 2. *p.* 35. *tab.* 18. *Schreb. Gram.* 1. *p.* 93. *tab.* 12. *Host. Gram. Austr.* 2. *pag.* 30. *tab.* 40., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 87. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 39., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 43. *tab.* 58. optima. *Trin. Spec. gram. fasc.* 7. *ic. Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 234. *n.* 2142.* *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 78. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 55., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 36. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 32. *n.* 81.* *Ten. Flor. Nap.* 1. *p.* 18., *et Syll. p.* 35. *n.* 4. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 26. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 71., *et Sup.* 1. *p.* 18. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 56. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 10. *n.* 1492. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 179. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 486. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 64. *n.* 134.

Gramen phalaroides Lusitanicum *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 47. herb. Mont. *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 3. *fig.* 6. vix bona.

Gr. phalaroid. spica brevi reclinata ex utriculis prodeunte *Pluk. Phyt. tab.* 33. *fig.* 5. inepta.

Ital. *Scagliola rosicata* Sav. Fl. Pis. 1. p. 55.

Ann. Habui ex Liguria occidua *a Pegli* a Vincentio, item ex *Ceriale* a Prof. Sassio, et Albingauno a Badaroo, ex agro Nicæensi a Prof. Balbisio, ex agro Ravennati ad ripas Padi prope *S. Alberto* a Bubanio, ex portu Asculi in Piceno ab Orsino, Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, ex Sardinia septentrionali iterum a Badaroo. Floret Majo.

Radix fibrosa. Culmi cæspitosi, teretes, geniculati, simplices, aut ramosi, decumbentes, ascendentes, nodis inferioribus infractis, vel erecti, ab uno ad tres pedes longi, vaginati. Folia, stipulæ, vaginæ, ut in præcedente, sed vaginæ superiores duæ-tres inflatæ, supremaque magis, et plerumque spathacea, idest racemum basi amplectens. Racemus compositus, spiciformis, passim obverse oblongatus a flosculis inferioribus plurimis abortivis, raro cylindraceus. Racemuli inferiores præditi flosculis vel omnibus, vel lateralibus tantum neutris, corolla carentibus, terminali fertili, corollato; neutrorum gluma calycina minor, bivalvis, valvis acutis, aut obtusis, muticis, trinerviis; fertilium valvæ cuspidato-aristatæ, sæpe multinerves. Racemuli superiores onusti flosculis fertilibus, ejusdem formæ, subinde neutris immixtis. Cæterum valvæ omnes pilosulæ, vittis viridibus ad nervos, præsertim medium, instructæ, reliqua parte albidæ, ala carinali in basi subnulla, superne angusta, abrupta, margine scabra, apiceque eroso-dentata. Gluma corollina inclusa, subpilosa, aut glabra, nitida, viridi-albens, quadrivalvis, cartilaginea; valvis duabus externis minimis, crassiusculis, ovatis, concavis, obtusis, inæqualibus, uno alterove pilo longiusculo ciliatis; valvis internis subæqualibus, ovatis, acutiusculis, exteriore latiore, obsolete quinquenervi, interiore carinata, uninervi, carina superne subciliata. Locustæ maturæ facile deciduæ, rachidibus superstitibus nudis, scabris.

7. Phalaris *arundinacea:* panicula racemosa, acuta; racemis partialibus extrorsum secundifloris; gluma corollina quadrivalvi, valvis externis minimis, apice barbatis.

Ph. arundinacea *Sp. pl.* 80. *Fl. Dan. tab.* 259. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 74., *et Engl. bot. v.* 6. *tab.* 402., *et vol.* 30. *tab.* 2160. *fig.* 2. *Hook. Brit. Fl. p.* 28. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 25. *tab.* 33., *et Fl. Austr.* 1. *pag.* 85. *Leers. Herb. p.* 18. *tab.* 7. *fig.* 3. *Allion. Fl. Pedem.* 2. *p.* 234. *n.* 2143. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 53. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 28., *et p.* 318. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 10. *n.* 66. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 77. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 88. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 61. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 48. *Guss. Pl. rar. p.* 380. *Ten. Syll. p.* 35. *n.* 3. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 180. *tab.* 6. *fig.* 5. *Hoffm. Fl. d'Allem. ann.* 1804. *tom.* 1. *part.* 2. *tab.* 4. *fig.* 1. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 487. *Gaud. Fl. Helv. tom.* 1. *p.* 160. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 64. *n.* 135.

Arundo colorata *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 457. *n.* 10. *Svensk. bot. tab.* 107. *Balb. Fl. Taur. p.* 22. *Birol. Fl. Acon. p.* 37. *Lanfoss. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 56. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 68.

A. n. 1524. *α*, *β*, *γ* *Hall. Hist. stirp. indig. Helv. tom.* 2. *p.* 243.

Calamagrostis colorata *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 26. *n.* 1528.

Digraphis arundinacea *Trin. Fund. Agrost. p.* 127.

Gramen arundinaceum calamagrostis dictum, spica multiplici *C. B. Theatr. p.* 92.

Gr. miliaceum, aquaticum, semine phalaridis *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 52. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 59. herb. Mont.

Gr. miliaceum spica multiplici *Mont. l. c.* herb. Mont. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 352. *n.* 5.

Gr. aquaticum, paniculatum, phalaridis semine *Scheuchz. Agrost. p.* 126. *n.* 1. *tab.* 3. *fig.* 4. *A. B. C.*

Gr. arundinaceum acerosa gluma nostras *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 6. *fig.* 41.

β foliis albo, viridique striatis.

Phalaris arundinacea *β* picta *Sp. pl. p.* 80. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 78. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 89. *Schrad. Fl. Germ.* 1, *pag.* 181. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 487. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 160.

Arundo colorata *β* *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 457.

A. colorata *α* picta *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 68.

A. n. 1524. *δ* *Hall. Hist. stirp. indig. Helv. tom.* 2. *p.* 243.

Calamagrostis colorata *β* *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 26.

Gramen paniculatum folio variegato *C. B. Theatr. p.* 37.
Gr. miliaceum folio variegato *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 52. herb. Mont.
Gr. paniculatum, aquaticum, phalaridis semine, folio variegato *Scheuchz. Agrost. p.* 127. *n.* 2.
Gr. panicula torosa folio variegato striatum *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 6. *fig.* 43.
Ital. *Scagliola Cannella* Sav. Fl. Pis. p. 61. Varietas β *Saggina spagnuola* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 164

Perenn. Habui speciem Laude Pompeja ad pontem fluminis *Adda* a Felisio, ex agro Mantuano ad margines fossarum *alla Montanara* a Barbierio, et ex agro Ravennati *al Porto di fuori* a Bubanio. Varietas β passim colitur in hortis. Pollinius indicat in Baldo prope vicum *la Ferrera*. Utraque floret Majo decedente, et veniente Junio.

Radix fibrosa, stolonibus late repentibus aucta. Culmi cæspitosi, erecti, firmi, bi-quadripedales, teretes, tenuiter striati, articulati, vaginati, superne longo tractu nudi, et albentes. Folia arundinacea, lanceolato-linearia, acuminata, striata, margine scabra, quinque-sex lineas inferne lata, basi flavido-albente amplexicaulia. Vaginæ omnes arctæ, striatæ. Stipula albo-membranacea, grandiuscula, obtusa, subinde lacera, in axillis superioribus etiam bilinearis. Flores paniculato-racemosi, panicula acuta, in anthesi patente, ante, et post anthesim stricta, rachidibus striatis, scabris, albentibus, vel ex albo purpureo-rubentibus. Flosculi in racemis partialibus exteriora versus secundi. Gluma calycina bivalvis, ovato-lanceolata, turgidulo-compressa, valvis nunc æqualibus, nunc quidquam inæqualibus, concavo-lanceolatis, acuminatis, carinatis, trinerviis, ad nervos viridibus, reliqua parte albidis, vel ex albido purpureo-rubentibus, sub lente scabriusculis. Ala carinalis obsoletissima, subnulla, tenuissime serrulato-scabra. Gluma corollina cartilaginea, quadrivalvis; valvis duabus externis minimis, inæqualibus, ovato-lanceolatis, margine superiore barbatis; valvis internis calyce brevioribus, inter se longitudine æqualibus, altera amplexante, latiore, quidquam pilosa, obsolete quinquenervi, altera angustiore, carinata, carina superiore paucis pilis ciliata.

Varietas β distinguitur foliis per longitudinem albo, viridique lineatis; sed dantur folia tota viridia mixta cum variegatis in eadem planta.

PHLEUM.

Lin. Gen. p. 33. *Juss. Gen. p.* 29. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 42. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 97. *Gærtn. De fruct. et sem.* 1. *p.* 1. *tab.* 1. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 75. *Palis. de Beauv. Ess. d' une nouv. Agrost. p.* 24. *tab.* 7. *fig.* 4.

Achnodonton *Palis. de Beauv. l. c. pag.* 24. *tab.* 7. *fig.* 5.

Chilochloa *Palis. de Beauv. l. c. pag.* 37. *tab.* 7. *fig.* 2.

Achnodon *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 65.

Colobachne *Link. l. c. p.* 73.

Calyx gluma uniflora, bivalvis, valvis æqualibus, concavis, compressis, parallelis, subamplexantibus, apice indivisis, nunc abrupte truncatis, hinc mucronulatis, nunc sensim sensimque acuminatis. Corolla gluma bivalvis, inclusa, membranacea, mutica, valvis inæqualibus, majore minorem amplexante. Caryopsis libera.

Habitus. Gramina variæ staturæ, erecta, vel ascendentia, terminata racemo spiciformi, ex floribus numerosissimis, confertissimis densissimo.

1. Phleum *pratense:* racemo spiciformi, cylindraceo; gluma calycina truncata, mucronibus divergentibus longiore, carina ciliata.

Ph. pratense *Sp. pl.* 87. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 75., *et Engl. bot. v.* 15. *tab.* 1076. excl. fig. locustæ lateralis. *Hook. Brit. Fl. p.* 29. *Schreb. Gram.* 1. *p.* 102. *tab.* 14. *Leers. Herb. p.* 17. *tab.* 3. *fig.* 1. *Flor. Dan. tab.* 1984. *Svensk. bot. tab.* 23. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 7. *tab.* 9., *et Flor. Austr.* 1. *p.* 80. *Trin. Spec. gram. fasc.* 1. *ic. Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 232. *n.* 2132. *Balb. Fl. Taur. p.* 13. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 54. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 22. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 12. *n.* 75. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 53.* *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 79. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 18. *Moric. Flor. Ven.* 1. *p.* 33. *Nacc. Flor. Ven.* 1. *p.* 45. *Suffr. Forojul. p.* 113. *Sav. Flor. Pis.* 1. *p.* 69., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 38. *Sebast. et Maur. Fl. Rom.*

prodr. p. 33. *n.* 84.* *Tenor. Fl. Napol.* 3. *p.* 63., *et Syll. p.* 34. *n.* 1. *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *pag.* 52.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 61. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 6. *n.* 1481. *Lois. Deslongch. Fl. Gall. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 47. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 182. *Hoffm. Fl. d' Allem. ann.* 1800. *tom.* 1. *part.* 2. *tab.* 5. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 489. *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 54. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 164.

Ph. Bertolonii *De Cand. Cat. pl. hort. bot. Monsp. p.* 132.* ciliis paucis. *Röm. et Schult. System. veget.* 2. *p.* 379. *n.* 2.

Ph. n. 1528. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 245.

Gramen typhoides maximum spica longissima *C. B. Th. p.* 49., *et Prodr. p.* 10. *n.* 25. cum eadem fig. ut in Theatr. *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 49. herb. Mont. *Scheuchz. Agrost. p.* 60. *n.* 1. *tab.* 2. *fig.* 5. *A. B. Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 4. *fig.* 1. in ima tabula. *Seguier. Ver. tom.* 1. *p.* 349. *n.* 1. *Zannich. Istor. delle piant. p.* 121. *tab.* 144. *fig.* 1.

Gr. typhoides medium sive vulgatissimum *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 4. *fig.* 2. in ima tabula.

Gr. typhinum supinum tuberos. spica aspera *Barrel. Ic.* 52. spica longa, culmo infracto, brevi.

β humilius, racemo spiciformi, abbreviato.

Phleum nodosum *Sp. pl.* 88. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *pag.* 355. *n.* 4. *Flor. Dan. tab.* 380. *Leers. Herb. p.* 17. *tab.* 3. *fig.* 2. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 233. *n.* 2135. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 54. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 22. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 70. *Ab Ucr. Hort. reg. Panorm. p.* 55. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 6. *n.* 1482. *Scop. Flor. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 55.

Ph. Bertolonii *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 73.* *Ten. Viagg. in Abruzz. pag.* 45. *n.* 69., *et Syll. p.* 34. *n.* 2. *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 3. *p.* 12.*

Ph. bulbosum *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 29. *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 12. *tab.* 21., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 81.

Ph. pratense *γ* *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 75.

Ph. pratense *β*, *γ* *Sav. Bot. Etr.* 1. *pag.* 38. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 33. 34.*

Ph. pratense *β* *Lois. Deslongch. Fl. Gall. edit.* 2. *p.* 47.* *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 183. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl. tom.* 1. *p.* 490. *Gaud. Flor. Helv. tom.* 1. *p.* 164.

Ph. pratense nodosum *Trin. Spec. gram. fasc.* 1. *ic.*

Ph. n. 1530. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 245.

Gramen typhoides asperum primum *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 49. radice fibrosa. Herb. Mont.

Gr. typhoides asperum alterum *C. B. Theatr. p.* 52. *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 49. radice bulbosa. Herb. Mont. *Scheuchz. Agr. p.* 62. *n.* 3. *Seguier. Veron. Sup. p.* 154. *n.* 14.

Gr. typhinum, arvense, radice tuberosa, spica aspera, longa *Barrel. Ic.* 22. *fig.* 1.

Gr. typhinum pratense tuberosum, spica aspera *Barrel. Ic.* 22. *fig.* 2.

Gr. typhoides minus nodosum *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 4. *fig.* 3. in ima tabula.

Ital. *Codolina. Coda di topo* Targ. Tozz. Diz. bot. tom. 2. p. 166.

Perenn. Legi Sarzanæ in monte *Darme*, Bononiæ *a Gesso, a Cerretolo*, et in palustribus *di S. Gabriele al Camerone*, in apennino Florentino in verticibus dictis *Monte Beni*, et *Monte Sasso Castro* prope *il Covigliajo*, in apennino Liguriæ orientalis *alle Cento Croci*. Habui ex *Montobolo* in districtu Bononiensi ab herborario Fabrio, ex agro Clavarensi prope *Carasco* a Turio, ex thermis Valderiis in Pedemontio a Bertero, ex alpibus *della Zeda* in valle *Intrasca* ad Verbanum a De Notaris, ex agro Mantuano a Barbierio, ex collibus Euganeis, et ex agro Tarvisino *a Mogliano* a Mayero, ex montibus Nursinis ab Eq. Petruccio, ex monte *De' fiori* in Piceno, et ex *Pizzo di Sivo* in Prætutiis ab Orsino, Româ a Prof. Maurio, ex Siciliæ pratis montanis, et ex valle *Chiarina* ab Eq. Gussonio, ex pascuis Sardiniæ a Prof. Morisio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, et sæpe supra fibras bulbosa, bulbo ovato, solitario, vel duobus superimpositis, nunc plus, nunc minus turgidis, vaginis emarcidis tunicatis. Culmus teres, nodosus, erectus, vel ascendens, aut ad nodos, præsertim inferiores, refractus, glaber, striatus vaginatus, superne nudus; variat plurimum longitudine, scilicet a paucis pollicibus ad duos, vel tres pedes, subinde inferne ramosus. Folia linearia, acuminata, in siccis angusta, striata, margine scabra, basi obliqua, superiora breviora. Vaginæ striatæ, glabræ, arctæ, suprema excepta, quæ paululum laxior, et subinflata. Stipula albo-membranacea, obtusa, vel acuta, integra, aut erosa, lineam, aut paulo ultra longa. Racemus compositus, spiciformis, densissimus,

cylindraceus, utrinque angustior, præsertim inferne, a flosculis abortivis, mire varians longitudine a tribus quatuorve lineis, ad tres vel quatuor pollices; cum minimus, assumit formam ovatam; habitu semper gracilis. Rachides angulatæ, scabriusculæ, partiales brevissimæ. Locustæ minutæ, compressæ, unifloræ. Calyx gluma bivalvis, valvis æqualibus, carina ciliatis, apice truncatis, indivisis, hinc nervo carinali producto mucronatis, mucrone crassiusculo, scabrido, in latus recurvulo, ideo utroque mucrone divergente, tertiam, vel quartam partem longitudinis valvæ æquante. Nervus carinalis crassus, striatus, sive triplex, confluens in mucronem, viridis; latera valvarum membranacea, alba, sub lente punctato-scabra, sæpe pubescentia. Cilia carinæ patentia, inter se remotiuscula, alba, inferiora interdum decrescentia, modo totam carinam occupantia, et numerosiora, modo carinam superiorem, aut mediam tantum, et pauciora. Gluma corollina bivalvis, membranacea, alba, truncata, et apice crenata, calyce dimidio minor, valva exteriore latiore, quinquenervi, interiorem amplexante. Antheræ albidæ, interdum purpurantes.

Phleum Bertolonii De Cand. l. c. certissime pertinet ad hanc speciem, et innititur lusui ciliorum calycis numero minorum, mucronique calycino breviori, quas res omnino inconstantes observavi tum Sarzanæ, tum alibi. Distinxi plantam in speciem, et in varietatem β, ut morem Botanicorum sequerer; at hæc distinctio omnino inutilis, cum racemus longus occurrat in culmo brevi, et brevis in longo, cum longitudo, et directio culmi mire variet in quacunque forma racemi, cum turgescentia internodiorum imorum culmi, sive bulbus, aut bulbi adsint, vel non in quovis culmi, et racemi statu.

2. PHLEUM *alpinum:* racemo spiciformi, oblongo-cylindraceo; gluma calycina truncata, aristam rectam æquante, lateribus pubescente, carina ciliata.

Ph. alpinum *Sp. pl.* 88. *Smith. Engl. Fl.* 1. *pag.* 76., *et Engl. bot. v.* 8. *tab.* 519. excl. locusta laterali. *Hook. Brit. Fl. p.* 29. *Fl. Dan. tab.* 213. *Svensk. bot. tab.* 414. excl. spic. sejuncta. *Host. Gr. Austr.* 3. *p.* 8. *tab.* 10., *et Fl. Austr.* 1. *pag.* 81. *Trin. Spec. gram. fasc.* 2. *ic. Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 232. *n.* 2134. *Re Fl. Segus. p.* 11. *Birol. Flor. Acon.* 1. *p.* 22. *Balb. Misc. bot.* 1. *pag.* 8.* *Nocc. et Balb. Flor. Ticin.* 1. *p.* 29., *et p.* 318. *Comoll.*

Prodr. Fl. Com. p. 12. n. 76. Pollin. Fl. Ver. 1. p. 79. α. Bert. Amœn. Ital. p. 327. n. 12. Sav. Due cent. p. 20., et Bot. Etr. 1. p. 39. Ten. Fl. Nap. 3. p. 64., et Syll. p. 34. n. 3. De Candoll. Flor. Franç. 3. p. 7. n. 1484. Schrad. Fl. Germ. 1. p. 184. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl. 1. p. 490. α, β. Scop. Fl. Carn. edit. 2. tom. 1. p. 54. Gaud. Fl. Helv. 1. p. 165. Wahlenb. Fl. Lap. p. 20., et Fl. Suec. 1. p. 36.

Ph. alpinum tenue *Trin. Spec. gram. fasc. 2. ic.*

Ph. commutatum *Gaud. Flor. Helv. tom. 1. pag. 166. De Cand. Fl. Franç. 5. p. 248. n. 1484.*[a]

Ph. Gerardi *Sturm. Deutschl. Flor. 1. abth. 29. heft.* non Willd. &c.

Ph. n. 1529. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv. 2. p. 245.*

Gramen typhoides alpinum, spica brevi densa et veluti villosa *Scheuchz. Prodr. p. 17. tab.* 3. bona. *et Agrost. p. 64. n.* 5. *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 50. herb. Mont. *Seguier. Sup. p.* 155. *n.* 15.

Ital. *Codolina violetta*.

Perenn. Legi in monte *Gottro* Liguriæ orientalis, in valle *Catino* montis *Sagro* alpium Apuanarum, et in monte *Beni* apennini Florentini prope *il Covigliajo*. Filius attulit ex *Pisanino* earumdem alpium Apuanarum. Iterum habui ex apennino Liguriæ orientalis lectum in pratis *di S. Stefano d'Aveto* a Turio, præterea ex thermis Valderiis a Bertero, ex summis alpibus Pedemontanis, et ex Cenisio a Prof. Balbisio, ex monte *Speluga* a De Notaris, ex montibus ad Larium ab Odescalchio, ex *Vallazza*, et *Marsopian* alpium Feltrinensium ab Eq. Contareno, ex Prætutiis *al Pizzo di Sivo* ab Orsino, et *a Monte Costone*, *Valle Chiarina*, et *Monte Corno* ab Eq. Gussonio, ex *Monte Grosso* Corsicæ a Soleirolio. Floret ab Junio in Augustum.

Radix subrepens, firma, subinde subtuberosa. Culmus ascendens, subsolitarius, teres, tenuis, striatus, articulatus, superne demum longo tractu nudus, a spithama ad duos pedes longus. Folia linearia, acuminata, angusta, striata, glabra, margine plus minus scabra. Vaginæ striatæ, arctæ, suprema quidquam inflata. Stipula brevissima, lata, erosula, in foliis inferioribus obtusa, in superioribus acutiuscula. Racemus spiciformis, arctissimus, ovatus, vel oblongo-cylindraceus, a paucis lineis ad pollicem, et duos pollices longus, totus fertilis. Locustæ uniflorae, paulo

longiores, quam in specie præcedente. Calyx gluma bivalvis, valvis truncatis, carinatis, nervo carinali striato, sive triplici, confluente in aristam, longitudinis, aut fere longitudinis valvæ, ciliato, ciliis crebris, nunc in tota, nunc in inferiore arista continuatis, subinde in arista deficientibus, patulis. Arista recta, scabra. Cæterum valvæ hæ lateribus membranaceæ, pubescentes, plerumque cærulescentes, quandoque albidæ. Gluma corollina bivalvis, membranacea, calyce dimidio brevior, valva exteriore grandiore, multistriata, apice eroso-denticulata; valva interiore paululum breviore, apice bidentata, nervo tenuissime ciliolato utrinque prope marginem inflexum instructa.

3. Phleum *echinatum:* spica subovata, locustis patentibus, imis deflexis; valvis calycinis truncatis, carina inferne ciliatis, arista subbrevioribus.

Ph. echinatum *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 381. *n.* 8., *et Mant.* 3. *p.* 575. *Spreng. Syst. veget.* 1. *p.* 241. *n.* 3. *Trin. Spec. gram. fasc.* 1. *ic. Host. Gr. Austr.* 3. *p.* 8. *tab.* 11., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 81. *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 25. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 420. *Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 491. *Link. En. alt.* 1. *p.* 66., *et Hort. reg. Berol. descr.* 1. *pag.* 67. *n.* 140. *Vis. Stirp. Dalm. specim. p.* 43.*

Ph. felinum *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 380. *n.* 4., *et Mant.* 2. *p.* 206., *et Mant.* 3. *p.* 575. *Spreng. Nov. prov. p.* 33., *et Syst. veg.* 1. *p.* 242. *n.* 7. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 42. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 74.* *Link. En. alt.* 1. *p.* 67.

Ph. alpinum *β Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 80.*

Ital. *Codina Riccio de' prati.*

Ann. Habui ex pratis montis *Bolca* in agro Veronensi a Pollinio, et ex pratis montosis Siciliæ ab Eq. Gussonio. Obtinueram quoque ex insulis Joniis ab egregio Talbotio, et ex agro Sibenicensi Dalmatiæ a Visianio. Floret Majo, Junio, et in monte *Bolca* Augusto.

Radix fibrosa. Culmi solitarii, vel cæspitosi, erecti, aut ascendentes, graciles, nodosi, a paucis pollicibus ad sesquipedem longi, apice longo tractu nudi. Folia linearia, acuminata, angusta, striata, scabra, vel glabra, præcipue margine; supremum abbreviatum. Vaginæ arctæ, striatæ, glabræ, breviusculæ, extima paululum inflata. Stipula albo-membranacea, in foliis

superioribus longior, acutiuscula, in reliquis obtusa, integra, vel erosa. Spica terminalis, ovata, densiflora, locustis undequaque divergentibus, summis erectis, lateralibus patentibus, imis deflexis. Gluma calycina bivalvis, valvis truncatis, carinatis, in parte inferiore carinæ, rarius etiam in superiore, ciliatis, ciliis albis, patentibus. Carina striata, seu triplinervis, nervis protractis in aristam, plus minus scabram, valvâ longiorem, præsertim in calycibus supremis, in reliquis subæqualem. Harum valvarum latera albo-membranacea, interdum cum lævi tinctura cærulea, sub vitro punctata, aut tenuissime puberula. Gluma corollina bivalvis, membranacea, calyce fere dimidio brevior; valva exteriore grandiore, quinquenervi, pilosula, apice truncata, denticulata, subinde nervo medio in setulam producto; valva interiore longe angustiore, et quidquam breviore, acuta, bidentata, binervi. Caryopsis libera, tota punctis prominulis sub lente scatens.

Exemplaria *Phlei felini*, quæ habui ex Sicilia, et ex insulis Jonicis, adamussim conveniunt cum exemplaribus Veronensibus, et Dalmaticis *Phlei echinati*, ut plenissime adsentiar tum Mertensio et Kochio, tum Trinio et Linkio, qui l. c. utramque plantam jure merito conjunxerunt. Prætuli vero nomen specificum Hostianum, quia anterioritate sancitum, et longe melius Sibthorpiano.

4. Phleum *Gerardi:* racemo spiciformi, subovato, obtuso; valvis calycinis carina dense ciliatis, latere villosis, arista longioribus; valva corollina externa infra medium aristata.

Ph. Gerardi *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 355. *n.* 3. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 79. *n.* 6. *Röm. et Schult. Syst. veget.* 2. *pag.* 380. *n.* 5., *et Mant.* 2. *p.* 206., *et Mant.* 3. *p.* 575. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 241. *n.* 6. *Jacq. Ic. rar.* 2. *p.* 9. *tab.* 301. spica globosa. *Allion. Fl. Pedem.* 2. *p.* 232. *n.* 2135. *Balb. Misc. bot.* 1. *p.* 8.* *Re Fl. Segus. p.* 11. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 22. *Comoll. Prodr. Flor. Comens. p.* 12. *n.* 77. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 82. *Tenor. Viagg. in Abruzz. p.* 45. *n.* 70.*, *et Fl. Nap.* 3. *p.* 64.*, *et Syll. p.* 34. *n.* 4.* *De Candoll. Flor. Franç.* 3. *p.* 7. *n.* 1485. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 189. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 492. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 85.

Ph. capitatum *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 56. descriptione floris erronea.

Ph. n. 4. *Ger. Gallopr. p.* 78.
Chilochloa Gerardi *Trin. Fund. agrost. p.* 59.
Alopecurus Gerardi *Vill. Dauph.* 2. *p.* 66. *tab.* 2. *fig.* 6. *Trin. Spec. gram. fasc.* 1. *ic.*
A. capitatus *Enc. méth. bot. édit. de Pad. tom.* 8. *part.* 2. *p.* 330. *n.* 11.
Colobachne Gerardi *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 74. *n.* 156.
Gramen montanum spicatum tuberosa radice *Tourn. Inst. rei herb. p.* 519.
Ital. *Codina. Capolino bianco.*
Perenn. Habui ex alpibus Pedemontanis a Prof. Balbisio, et ex *Vallasco* alpium Valderiarum a Bertero, ex *Pizzo di Sivo* in Prætutiis ab Orsino, ex monte *Pollino* Calabriæ a Bergero. Floret ab Junio in Augustum.
Radix ætate indurata, oblonga, subtuberosa, subrepens, firma. Culmus erectus, vel ascendens, a paucis pollicibus ad pedem, aut paulo ultra longus, teres, striatus, glaber, nodosus, superne demum longo tractu nudus. Folia linearia, acuminata, striata, brevia, tota glabra, aut margine scabriuscula. Vaginæ striatæ, vel omnes, vel superiores inflatæ. Stipula albo-membranacea, brevis, truncata, erosa, vel lacera. Racemus spiciformis, terminalis, densus, globosus, vel ovatus, obtusus, albo-villosus. Gluma calycina bivalvis, valvis lanceolatis, concavo-compressis, oblique truncatis, seu margine oblique curvo utrinque apice instructis, albo-membranaceis, trinerviis, nervis remotis, viridibus, carinali dense barbato, producto in aristulam vel ipsa valva breviorem, vel æquantem, lateribus sursum villosis, villis canescentibus. Gluma corollina bivalvis, valva exteriore grandiore, calyce paulo breviore, oblonga, concavo-compressa, apice rotundata cum mucronulo in medio, subintegra, quinquenervi, nervis viridibus, exterioribus duobus remotioribus, margine ciliolata, infra medium nervi carinalis aristam setiformem ipsa valva breviorem gerente; valva interiore longe angustiore, lanceolata, acuminata, carina obsolete ciliata.
Forma glumæ calycinæ, et affinitas cum *Phleo alpino* L. jubent retinere speciem hanc inter *Phlea*. Errat profecto Allionius, qui in Auct. p. 38. trahit eamdem ad *Phleum alpinum* L., et verum *Phleum alpinum* L. ad varietatem *Phlei pratensis*, quacum majori rerum

confusione jungit synonymon Scheuchzerianum Agr. p. 65., quod pertinet ad *Phleum Michelii* suum.

5. Phleum *asperum:* racemo spiciformi, cylindraceo, gracili; gluma calycina obovato-cuneata, compresso-turgida, valvis mucronulatis, undique scabris.

Ph. asperum *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 79. *n.* 2. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 242. *n.* 9. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *pag.* 69. *n.* 144. *Jacq. Collect.* 1. *p.* 110., *et Icon. rar.* 1. *p.* 2. *tab.* 14. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 76. *Hook. Brit. Fl. p.* 29. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 55. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 30., *et* 319.* *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 12. *n.* 79. *Pollin. Flor. Veron.* 1. *p.* 80. *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 65. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 74.* *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 7. *n.* 1483. *Vill. Dauph.* 2. *p.* 61. *n.* 2. *tab.* 2. *fig.* 4. *Schrad. Flor. Germ.* 1. *p.* 185. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abt.* 26. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 493. *Host. Flor. Austr.* 1. *p.* 84. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 167. *Schleich. Pl. sicc.**

Ph. viride *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 232. *n.* 2133.*, *et Auct. p.* 38.* *Morett. Notiz. in Mem. ed osserv.* 1. *p.* 247.

Ph. paniculatum *Ait. Hort. Kew. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 145. *Engl. bot. v.* 15. *tab.* 1077. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 39.

Phalaris aspera *Vahl. Symb.* 3. *pag.* 9. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *pag.* 328. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 28. *tab.* 37. *Balb. Fl. Taur. p.* 11.* *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 19. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 52.

Chilochloa aspera *Röm. et Schult. Syst. veget.* 2. *p.* 409., *et Mant.* 2. *p.* 218. *Presl. Cyper. et Gram. Sicul. p.* 26. *Ten. Syll. p.* 35. *n.* 3.

Parvus culmus non excedens dodrantem, spica tenui et longa, nequaquam lanuginosa, sed veluti ex minutissimis granis constante, dura, ac rotunda *Cæsalp. De plant. lib.* 4. *cap.* 58. *p.* 185.

Gramen typh. paniceum utriculat. amplo utric. *Barrel. Ic.* 28. *fig.* 2.

Gr. typhinum, asperum, spica longissima, ex aliis minoribus composita *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 49. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 53. herb. Mont.

Gr. spicatum, annuum, glabrum, spica cylindracea, tenuiori, aspera, longa, locustis tumidioribus, bicornibus *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 72.

Gr. typhoides asperum, primum *Seguier. Ver.* 1. *p.* 349. *n.* 2. excl. syn.

Ital. *Codolina Lima*.

Ann. Observavi Bononiæ ad murum oppidi, tum in collibus *di Cerretolo*, et ad muros campestres extra portam *di Castiglione*, Sarzanæ in hortis. Habui ex viciniis *di Moncalieri* in Pedemontio a MOLINERIO, et ex agro Taurinensi prope *la Molinetta* a Prof. BALBISIO, ex agro Mantuano extra portam *Pusterla* a BARBIERIO, ex Sicilia septentrionali ab Eq. GUSSONIO. Floret Junio.

Radix fibrosa. Culmi cæspitosi, raro solitarii, ascendentes, vel erecti, simplices, vel inferne ramosi, in eodem cæspite valde inæquales, scilicet in hoc a pollice ad spithamam, in illo a spithama ad pedem, et sesquipedem longi, graciles, striati, superne demum tractu plus minus extenso nudi. Folia lanceolato-linearia, acuminata, brevia, striata, margine scabra. Vaginæ striatæ, glabræ, vel scabriusculæ, suprema vix inflata. Stipulæ membranaceæ, albæ, a linea dimidia ad sesquilineam longæ, superiores acutæ, inferiores obtusæ, integræ, aut erosæ. Racemus compositus, spiciformis, terminalis, densiflorus, in anthesi tantum laxiusculus, cylindraceus, gracilis, modo brevissimus, modo longissimus, et etiam quadripollicaris, virens, scaber, apice parum attenuatus, raro subinterruptus. Locustæ minutæ, compresso-turgidulæ. Gluma calycina bivalvis, obovato-cuneata, valvis plus minus transverse truncatis, trinerviis hinc mucronulatis, æqualibus, viridibus, totis scabris, margine albo-membranaceis. Gluma corollina calyce minor, bivalvis, valva exteriore majore, oblonga, obtusa, integerrima, pilosula, virente; valva interiore angustiore, et paulo breviore, utrinque ad nervum prope marginem inflexum ciliolata. Antheræ minutæ, albæ.

6. PHLEUM *Boehmeri:* racemo composito, spiciformi, superne attenuato; locustis oblongis; valvis calycinis oblique truncatis, acuminato-mucronatis, mucrone longioribus, carina scabris.

Ph. Boehmeri *Willd. Enum. hort. Berol.* 1. *p.* 85. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 68. *n.* 143. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 77. *Hook. Brit. Fl. p.* 30. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 55. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 30., *et p.* 319. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 81. excl. syn. Mont. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 46. excl. syn. Mont. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 186. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 494. *Host. Fl. Austr. tom.* 1. *p.* 82.

Ph. Böhmeri *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 242. *n.* 8.

Ph. Phalaris *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 18.
Ph. phalaroideum *Svensk. bot. tab.* 396.
Ph. phalaroides *Gaud. Fl. Helv. tom.* 1. *p.* 168.
Ph. n. 1531. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 246.
Phalaris phleoides *Sp. pl.* 80. *Engl. bot. v.* 7. *tab.* 459. *Fl. Dan. tab.* 531. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 26. *tab.* 34. *Röm. Fl. Europ. fasc.* 9. *Allion. Fl. Pedem.* 2. *p.* 233. *n.* 2140. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 33. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 41. non Fl. Pis. *Ten. Fl. Nap.* 1. *p.* 20. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 9. *n.* 1488.
Chilochloa Boehmeri *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 408., *et Mant.* 2. *p.* 218. *Ten. Syll. p.* 35. *n.* 1.
Gramen typhoides asperum primum *C. B. Theatr. p.* 51. *Scheuchz. Agr. p.* 61. *n.* 2.
Gr. typh. spica conoide striata cul. violac. *Barrel. Icon.* 21. *fig.* 1.
Gr. typhinum asperum, spica longissima ex aliis minoribus composita *Seguier. Ver.* 1. *p.* 349. excl. syn.
Ital. *Codolina nuda.*

Perenn. Nascitur in agro Bononiensi *al Sasso*, unde attulit filius. Habui ex Pedemontio a Prof. Balbisio, et a Bonjeanio, ex collibus Euganeis a Mayero, ex agro Clodiensi *a Brondolo* a Prof. Naccario, ex Corsica *a Bonifacio* a Seraffinio, et *a Calenzana* a Soleirolio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa. Culmi solitarii, vel parce cæspitosi, basi turgescentes, erecti, vel ascendentes, tenues, fere toti tecti, aut altiores tantum superne longo tractu nudi, ibique interdum purpurascentes, etiam sesquipedales, glabri, striati, subinde ramosi. Folia linearia, acuminata, striata, scabra, brevia, glauca, angusticra, quam in præcedente specie, prædita vaginis longis, striatis, scabriusculis, omnibus arctatis, aut superiore vix turgescente, ipsis quoque glaucis. Stipula albo-membranacea, brevissima, obtusa, integra. Racemus compositus, spiciformis, densiflorus, terminalis, gracilis, utrinque attenuatus, etiam tripollicaris, ex viridi albens, aut ex viridi purpurascens, raro subinterruptus; una tantum vice vidi racemum triplicem in apice culmi. Rachides scabræ. Locustæ oblongæ, totæ compressæ. Gluma calycina bivalvis, valvis oblique truncatis, angulo ad apicem plus minus rotundato, dorso trinerviis, nervis viridibus, scabris, confluentibus in mucronem ipsâ valvâ breviorem, rectum, scabrum, lateribus membranaceis, albis, glabris,

aut subglabris. Gluma corollina cartilaginea, calyce dimidio brevior, bivalvis, valva exteriore majore, oblongo-lanceolata, obtusiuscula, integerrima, obsolete quinquenervi, subpilosula; valva interiore, ut in *Phleo aspero*.

7. Phleum *Michelii:* racemo spiciformi, composito, cylindraceo, superne attenuato; locustis oblongis; valvis calycinis lanceolatis, acuminato-aristatis, arista longioribus, carina dense ciliatis.

Phl. Michelii *Willd. Enum. hort. Berol.* 1. *p.* 85. *Link. Hort. reg. Berol. descr. tom.* 1. *p.* 67. *n.* 141. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 380. *n.* 7., *et Mant.* 2. *p.* 207., *et Mant.* 3. *p.* 575. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 241. *n.* 4. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 78., *et Engl. bot. v.* 32. *tab.* 2265. macrior. *Hook. Brit. Fl. p.* 30. *Allion. Flor. Pedem.* 2. *p.* 233. *n.* 2138.*, *et Auct. p.* 38.* *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 55. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 29., *et p.* 318.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 81. *Bert. Amœn. Ital. p.* 327. *n.* 13. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 34. *n.* 85.* *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 25. *Tenor. Syll. p.* 34. *n.* 5. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 187. *tab.* 1. *fig.* 2. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 495. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 83. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 169.

Phl. phalarideum *Vill. Dauph.* 2. *p.* 60. *tab.* 2. *fig.* 3.

Phl. ambiguum *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 64. *tab.* 103. *fig.* 2.*, *et Syll. p.* 34. *n.* 6.* *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 75.*

Phl. n. 1532. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 246.

Phalaris Michelii *Sav. in Nuov. giorn. de' letterat. ann.* 1806. *tom.* 4. *p.* 230. *tab.* 1. *fig.* 7., *et Bot. Etr. tom.* 1. *p.* 36.

Ph. phleoides *Sav. Fl. Pis.* 1. *pag.* 58. ex ipso Savio in Nuov. giorn. de' lett. l. c. p. 228.

Ph. alpina *Hænk. in Jacq. Collect.* 2. *p.* 91. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 26. *tab.* 35. *Bivona-Bern. Sic. pl. cent.* 2. *p.* 46. *n.* 63. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 9. *n.* 1489.

Gramen typh. junceum perenne *Barrel. Icon.* 21. *fig.* 2. *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 49. herb. Mont.

Gr. typhinum spica conoide, striata, culmo violaceo *Mont. l. c.* herb. Mont.

Gr. spicatum, saxatile, glabrum, perenne, spica cylindracea, rufescente, longa, locustis acutis, cilii instar pilosis *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 72.

Gr. typhoides, alpinum, spica graciliori, delicata et villosa *Scheuchz. Agrost. p.* 65. *n.* 6.

Ital. *Codolina*.

Perenn. Legi in vertice *Sagro* alpium Apuanarum, in monte *Caprione* ad amnem Macram prope Sarzanam, in vertice montis *Fasce* prope Genuam, et in apennino Florentino in monte *Beni* prope *il Covigliaio*. Habui ex monte *Comarella* agri Clavarensis in Liguria orientali a Turio, ex siccis sylvaticis *di Pegli* in Liguria occidua a Vincentio, ex montanis Nicæensibus a Prof. Morisio, ex pascuis editis *di Borgomasino*, et *di Borgo d'Ale* in Pedemontio a Molinerio, et a Prof. Balbisio, ex montibus Forojuliensibus a Prof. Brignolio, ex monte *Birro* agri Maceratensis a Prof. Utili, ex montanis agri Romani a Prof. Maurio, ex regno Neapolitano *a Castellamare* ab Eq. Prof. Tenorio, et ex *Majella* in Prætutiis ab Eq. Gussonio, ex Nebrodibus Siciliæ ab eodem Eq. Gussonio. Floret Majo, et Junio, in alpinis Julio, et Augusto.

Radix repens. Culmi, et folia radicalia cæspitem faciunt. Culmi erecti, vel geniculis inferioribus infractis ascendentes, teretes, striati, glabri, superne demum tractu plus minus longo nudi, ibique in aprico subrubidi, etiam bipedales. Folia linearia, acuminata, striata, glabra, margine scabriuscula, nec cartilaginea, angusta, imo in siccis angustissima. Vaginæ striatæ, glabræ, arctæ, suprema tantum laxiuscula. Stipula albo-membranacea, in foliis inferioribus brevior, obtusa, in superioribus lanceolata, acuta, et unam-duas lineas longa. Racemus compositus, spiciformis, terminalis, cylindraceus, utrinque attenuatus, densiflorus, in anthesi laxiusculus, a pollice ad dodrantem longus, et, cum longior, sæpe interruptus. Locustæ oblongæ, angustæ, compressæ, incurvulæ, viridi-albidæ, subinde rubescentes. Gluma calycina bivalvis, valvis subæqualibus, lanceolatis, acuminatis, mucronatis, margine apicillari valde obliquato, mucrone scabriusculo, valvis multo breviore, nervo carinali crasso, viridi, continuo, at in arefactione valvæ triplici, in mucronem confluente, tota carina crebre ciliata, interdum basi nuda, ciliis albidis, patulis, lateribus valvarum albo-membranaceis. Præterea hæ valvæ ludunt glabræ, vel punctis prominulis, aut pilulis adspersæ, vel etiam hirsutæ, aut margine ciliatæ. Gluma corollina calyce paulo brevior, bivalvis; valva exteriore latiore, ovato-lanceolata, obtusiuscula, subinde cum mucronulo in medio, integerrima, obsolete quinquenervi, viridi, adpresse pilosula, margine

albo-membranacea; valva interiore subæquali, aut quidquam breviore, ovato-oblonga, obtusa, integra, aut bidentata, membranacea, margine albo-hyalina, nervis duobus viridibus, ciliatis, ad apicem ejus confluentibus dorso instructa. Subinde occurrit seta basilaris contra valvam corollinam breviorem. Stigmata duo, superne plumosa. Caryopsis libera.

8. Phleum *arenarium:* racemo spiciformi, composito, obverse oblongo; valvis calycinis lanceolatis, acuminatis, mucronatis, scabris, carina ciliatis, gluma corollina fortiter nervosa triplo longioribus; culmis abbreviatis.

Phl. arenarium *Sp. pl.* 88. *Fl. Dan. tab.* 915. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 78. *Hook. Fl. Londin. edit. Grav. v.* 4. *tab.* 13., *et Brit. Fl. p.* 30. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 233. *n.* 2136., *et Auct. p.* 38. *Pollin. Flor. Veron.* 1. *p.* 81. *Nacc. Flor. Ven.* 1. *p.* 46. *Suffr. Forojul. p.* 113. *Bert. Amœn. Ital. p.* 238. *n.* 3. *Gusson. Pl. rar. p.* 26., *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 75. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 189. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abtheil.* 29. *heft. Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 496. *Host. Fl. Austr. tom.* 1. *p.* 84.

Phalaris arenaria *Willd. Sp. pl.* 1. *par.* 1. *pag.* 328. *n.* 8. *Engl. bot. v.* 4. *tab.* 222. *Röm. Flor. Europ. fasc.* 10. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 17. *Moric. Flor. Ven.* 1. *p.* 32. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 34. *Sebast. et Maur. Flor. Rom. prodr. p.* 32. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 61. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 8. *n.* 1486.

Crypsis arenaria *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 63.

Chilochloa arenaria *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 409. *n.* 2., *et Mant.* 2. *p.* 218. *Ten. Syll. p.* 35. *n.* 2.

Acnodon arenarius *Link. Hort. reg. Berol. descr. tom.* 1. *p.* 65. *n.* 136.

Gramen typhinum marit. minus *Pluk. Phyt. tab.* 33. *fig.* 8. *Zannich. Istor. delle piant. pag.* 122. *tab.* 168. *Scheuchz. Agrost. p.* 63. *n.* 4.

Gr. phalaroides, maritimum, minimum *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. pag.* 48. *tab. ic. locust. et spic. gram. fig. n.* 47. herb. Mont.

Gr. spicatum, typhoides, maritimum, glumis longioribus, acuminatis, et pilosis *Ponted. Compend. tab. bot. p.* 48. *n.* 5.

Ital. *Code di topo* Targion. Tozz. Diz. bot. 2. p. 166.

Ann. Legi in litore Ravennati. Habui ex litore ad Fossam Clodiam a Prof. Naccario, ex ora maritima ad

Tergestum a Prof. **Brignolio**, et a **Brumattio**, ex agro Mantuano *a Migliaretto* a **Barbierio**, ex litore Massensi a Guidonio, ex maritimis Pisanis, et Liburnensibus ab Eq. Prof. Savio, Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, Neapoli in arenis *del Fusaro*, et ex ora maritima inter Crotonem, et Hydruntum ab Eq. Gussonio. Floret Junio.

Radix fibrosa, fibris longis, ramulosis, sæpe lanugineis. Culmi passim cæspitosi, ascendentes, vel erecti, simplices, aut ex imo ramosi, a pollice ad pedem, et paulo ultra longi, teretes, læves, glaberrimi, nunc toti tecti, nunc superne tractu plus minus longo nudi, ibique subinde purpurascentes. Folia linearia, acuminata, striata, brevia, interdum latiuscula, tota glabra, vel margine scabra. Vaginæ laxæ, quidquam inflatæ, præcipue suprema, striatæ, glabræ. Stipulæ albo-membranaceæ, inferiores breves, obtusæ, superiores etiam bilineares, acutæ, quandoque laceræ. Racemus compositus, spiciformis, terminalis, multiflorus, densus, obverse oblongus, aut obovatus, idest multo magis attenuatus basi, quam apice, obtusus, a tribus, quatuorve lineis ad pollicem, et sesquipollicem longus, albo-virens, vel ex viridi-purpurascens, in anthesi laxiusculus, post siccationem persistens intactus longo tempore. Locustæ oblongæ. Gluma calycina bivalvis, valvis ovato-lanceolatis, vel oblongo-lanceolatis, acutis, brevissime mucronulatis, margine apicillari leniter curvulo, dorso trinerviis, nervis in mucronulum confluentibus, scabriusculis, carina ciliata, ciliis remotiusculis, patentibus, albis, lateribus membranaceis, albis, vel violaceis, glabris, aut sub vitro scabriusculis, marginibus sæpe ciliolatis. Gluma corollina calyce triplo, vel quadruplo brevior, fortiter nervosa, nervis hispidulis, subinde glabratis, valvis longitudine vix inæqualibus, exteriore latiore, multinervi, apice denticulata, interiore binervi, bidentata; utraque albo-membranacea, nervis viribus. Caryopsis libera, ovoidea, utrinque acuta, matura fusca.

9. Phleum *tenue:* racemo composito, spiciformi, cylindraceo, gracili; locustis ovatis, brevissime mucronatis, scabris, carina nuda; gluma corollina calycibus dimidio breviore, fortiter nervosa, apice denticulata.

Phl. tenue *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 241. *n.* 5. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 191. *Röhl. cum Mertens. et Koch Deutschl. Fl.* 1. *p.* 488. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 83.

Phl. Bellardii *Willd. Enum. hort. Berol.* 1. *p.* 85. *Link. En. alt.* 1. *p.* 67. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 82.
Phalaris bulbosa *Lin. Amœn. Acad.* 4. *p.* 264., *et Sp. pl.* 79. *Bell. App. ad Fl. Ped. in Acad. de Tur.* 5. *p.* 213.
Ph. subulata *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 57.*. *et in Nuov. giorn. de' letter. ann.* 1806. *tom.* 4. *p.* 225. *tab.* 1. *fig.* 1-3.*, *et Bot. Etr.* 1. *p.* 35.* *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 32. *n.* 82. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 62.
Ph. sativa *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 78. *n.* 4. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 61.
Ph. tenuis *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 27. *tab.* 36.
Ph. cylindrica *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 11. *n.* 1493., *et* 5. *p.* 249.
Achnodonton Bellardii *Röm. et Schult. System. veget.* 2. *p.* 381. *n.* 1. *Ten. Syll. p.* 35. *n.* 1.
A. tenue *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 382. *n.* 2., *et Mant.* 2. *p.* 207., *et Mant.* 3. *p.* 575. *Tenor. Viagg. in Abruzz. p.* 45. *n.* 74., *et Syll. p.* 35. *n.* 2. *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 25. *Palis. de Beauv. Ess. d'une nouvel. Agrost. explic. des planch. p.* 6. *tab.* 7. *fig.* 5.
Achnodon Bellardi *Link. En. Hort. Berol. alt.* 1. *p.* 65. *n.* 137.
Gramen typhinum longiss. spica phalaridis molli albic. *Barrel. Ic.* 14. *fig.* 1.
Gr. spicatum, annuum, glabrum, spica cylindracea, longiore et tenuiore, locustis phalaridis, versicoloribus *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 72.

Ital. *Codino Scagliola*.

Ann. Habui ex Istria a Biasoletto, et a Visianio, ex viciniis Aquilejæ *a Belvedere* a Brumattio, et a Prof. Brignolio, ex collibus Pisanis ab Eq. Prof. Savio, ex agro Viterbiensi ab illustrissima Principe De Canino, et a Prof. Oriolio, ex monte Malo Romæ *(monte Mario)* a Barbierio, ex maritimis ad Centumcellas ab Eq. Bivona-Bernardio, Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, ex *Mola di Gaeta* a Prof. Vanderlindenio, Neapoli *al Fusaro* ab Orsino, ex Calabria ulteriori ad Jonium in campis cultis ab Eq. Gussonio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris ramulosis, sæpe lanugineis. Culmi cæspitosi, tenues, erecti, vel geniculis inferioribus infractis ascendentes, simplices, aut ex imo ramosi, a paucis pollicibus ad duos etiam pedes longi, superne demum tractu plus minùs longo nudi, læves, glaberrimi, sæpe purpureo-maculosi. Folia linearia, acuminata,

striata, angusta, brevia, margine scabra. Vaginæ laxiusculæ suprema quidquam inflata. Stipula oblonga, obtusa, etiam sesquilinearis. Racemus terminalis, compositus, spiciformis, cylindraceus, gracilis, utrinque attenuatus, sed magis inferne, albo-virens, scaber, ab uno ad quatuor, vel quinque pollices longus. Locustæ ovatæ, compressæ, acutæ. Gluma calycina bivalvis, valvis æqualibus, semiovatis, acutis, brevissime mucronulatis, punctato-scabris, trinerviis, nervis inter se se remotis, pallidis, fasciis inter nervos, præsertim superne, viridibus, margine albo-membranaceis, ciliis omnino nullis. Gluma corollina calyce circiter dimidio brevior, fortiter nervosa, scabriuscula, præcipue in nervis, bivalvis, valva exteriore oblonga, apice truncata, et argute denticulata, multinervi, nervis viridulis, reliqua parte membranacea; valva interiore paulo angustiore, sed fere æqualis longitudinis, dorso binervi, apice bidentata. Caryopsis libera.

CRYPSIS.

Schreb. in Lin. Gen. pl. 2. *p.* 785. *n.* 1710. *Ait. Kew. edit.* 2. *tom.* 1. *pag.* 68. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 42. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 167. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 97. *Palis. de Beauv. Ess. d'une nouvel. Agrost. p.* 22. *tab.* 6. *fig.* 12.

Antitragus *Gærtn. De fruct. et semin.* 2. *pag.* 7. *tab.* 80.

Heleochloa *Host. Gram. Austr.* 1. *p.* 23. *Palis. de Beauv. l. c. p.* 23. *tab.* 7. *fig.* 3.

Calyx gluma bivalvis, uniflora, mutica, valvis compressis, carinatis, inæqualibus. Corolla bivalvis, inæqualis, mutica, calyce longior. Caryopsis libera.

Habitus. Gramina humilia. Inflorescentia spicata ex racemo contractissimo, densissimo, approximate, vel remote involucrato. Locustæ minutæ.

1. Crypsis *aculeata:* culmo procumbente, compresso, ramosissimo; capitulis hemisphæricis, sessilibus; involucris divaricatis, mucronatis.

C. aculeata *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 158. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 79. *n.* 1. *Röm. et Schult. System. veget.* 2. *p.* 376. *n.* 5., *et Mant.* 2. *p.* 204. *Spreng. Syst. veget.* 1. *p.* 265. *n.* 5. *Vahl. Symb.* 2. *p.* 17. *Ait. Kew. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 68. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 70. *n.* 145. *Host. Gr. Austr.* 1. *p.* 24. *tab.* 31. bona. *Lamk. Ill.* 1. *tab.* 42. *fig.* 2. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 56. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 30., *et p.* 319. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 77., *et* 3. *p.* 771.* *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 12. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 18. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 71.*, *et Bot. Etr.* 1. *pag.* 41.* *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. pag.* 29. *n.* 73. *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 63.*, *et Syll. p.* 36. *n.* 1.*, *et Viagg. in Abruzz. pag.* 45. *n.* 84.* *Gusson. Pl. rar. p.* 25.*, *et Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 72.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 50.* *Desfont. Flor. Atl.* 1. *p.* 62. *De Candoll. Flor. Franç.* 3. *p.* 3. *n.* 1475. *Schrad. Flor. Germ.* 1. *p.* 169. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abtheil.* 26. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 474.

C. schœnoides *Palis. de Beauv. Ess. d'une nouvel. Agr. expl. des pl. p.* 6. *tab.* 6. *fig.* 12. non Willd.

Schœnus aculeatus *Sp. pl.* 63. *Schreb. Gram.* 2. *p.* 62. *tab.* 32. optima.

Anthoxanthum aculeatum *Lin. fil. Suppl. p.* 89.

Agrostis aculeata *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 62. *Allion. Fl. Pedem.* 2. *p.* 237. *n.* 2164.

Phleum schœnoides *Jacq. Flor. Austr.* 5. *pag.* 29. *app. tab.* 7. optima. *Cav. Icon. et descr. tom.* 1. *p.* 39. *n.* 58. *tab.* 52. excl. fig. V.

Heleochloa diandra *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 77.

Antitragus aculeatus *Gærtn. De fruct. et semin.* 2. *p.* 7. *tab.* 80.

Gramen album capitulis aculeatis italicum *C. B. Prodr. pag.* 7. *n.* 3., *et Theatr. pag.* 108. fig. bona. *Scheuchz. Agrost. p.* 85. *n.* 1. *tab.* 2. *fig.* 9. *C.* planta capitulo breviore.

G. supinum aculeatum *J. Bauh. Hist. pl.* 2. *lib.* 18. *p.* 461.

G. aculeatum *Camer. Epit. p.* 745. fig. bona.

G. typhinum aculeatum, spica ex utriculo vix prodeunte *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. pag.* 50. herb. Mont. *Zannich. Istor. delle piant. p.* 121. *tab.* 69. ruditer.

G. minus, repens, typhoides, capitulo oblongo, minori, foliis culmos amplexantibus, veluti in aculeum desinentibus *Cup. Hort. Cath. p.* 73.

Ital. *Gramigna spinosa*.

Ann. Habui ex agro Mantuano in valle *di Sermide* a Barbierio, et a Felisio, ex agro Patavino ad thermas Aponis a Visianio, ex *Monfalcone* prope Tergestum a Berinio, et a Brumattio, Ravennâ ad fossas prope S. Severum a Dallagata, et ex pineto a Fusconio, ex agro Pisano ab Eq. Prof. Savio, Neapoli *ai Bagnuoli* ab Eq. Prof. Tenorio, et ab Orsino, ex litore *di Pescara* ab Eq. Gussonio, ex Sardinia *a Capo-terra* a Prof. Morisio. Floret Julio, Augusto.

Radix fibrosa, tenuis, a qua culmi cæspitosi, e tereti compressi, crebre nodosi, glabri, nunc procumbentes, vel prostrati, nunc ascendentes, aut etiam erecti, a semipollice ad pedem, et ultra longi, passim toti ramosi, ramis brevibus, axillaribus, subinde iterum ramulosis. Folia linearia, acuminata, margine scabriuscula, internodio paulo longiora, breviter vaginantia. Vaginæ apertæ, fortiter striatæ, laxiusculæ, et subinflatæ, præsertim superiores. Stipulæ loco annulus pilorum. Flores in spica densissima, hemisphærica, latiore, quam longa, solitaria in apice culmi, ramorum, et ramulorum, involucrata, sessili. Involucrum e foliolis duobus-quatuor, basi concavo-dilatatis, conniventibus, reliqua parte divaricatis, patentibus, convoluto-subulatis, cum induruerint, pungentibus, interioribus brevius mucronatis. Locustæ minutæ, oblongæ, compressæ, acutæ, muticæ, viridi albentes, subinde viridi-purpurantes. Calyx gluma bivalvis, corolla paululum brevior, valvis quidquam inæqualibus, lanceolatis, acutis, carinatis, nervo carinali viridi, ciliolato, lateribus albo-membranaceis, vel purpurantibus, glabris. Gluma corollina bivalvis, valvis longitudine vix inæqualibus; altera majore, respondente valvæ calycinæ minori, nervo carinali viridi, sub fortiore lente scabriusculo, aut etiam glabro instructa, reliqua parte albo-membranacea; altera angustiore, et acutiore, vix breviore, tota albo-membranacea, glabra. Caryopsis libera, hinc linea laterali fusca, inde corneo-transparens, flavida.

2. Crypsis *schœnoides:* culmo procumbente, compresso, ramosissimo; spicis oblongo-cylindraceis, sessilibus; involucris subdiphyllis, strictis.

C. schœnoides *Willd. Enum. hort. Berol.* 1. *p.* 85. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 79. *n.* 2. excl. syn. Jacq. *Röm. et Schult. Syst. veget.* 2. *p.* 375. *n.* 3.*, et Mant.* 2. *p.* 204. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 42. *fig.* 1. *a, b, c.* mala. *Spreng. System.*

veg. 1. *p.* 264. *n.* 3. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 70. *n.* 146. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 76. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 17. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 18. *Sav. Flor. Pis.* 1. *pag.* 73., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 41. *Maur. Rom. pl. cent. XIII. p.* 5. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 62.*, *et Syll. p.* 36. *n.* 3.*, *et Viagg. in Abruzz. p.* 45. *n.* 83.* *Gusson. Pl. rar. p.* 25.*, *et Flor. Sic. prodr.* 1. *p.* 72.* *Moris. Stirp. Sard. elench.* 1. *p.* 51.* *Desfont. Flor. Atl.* 1. *p.* 62. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 3. *n.* 1474. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 168. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abtheil.* 26. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 475.

C. aculeata β *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 158.

Phleum schœnoides *Sp. pl.* 88. *Allion. Flor. Pedem.* 2. *pag.* 233. *n.* 2137. *Jacq. Collect.* 1. *p.* 111., *et Ic. rar. tom.* 1. *p.* 2. *tab.* 15. mediocriter.

Ph. schœnoides varietas *Cavanill. Ic. et descr.* 1. *p.* 39. *in adnot. tab.* 52. *fig. V.*

Phalaris vaginiflora *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 38.

Heleochloa schœnoides *Host. Gram. Austr. tom.* 1. *p.* 23. *tab.* 30. bene, *et Fl. Austr.* 1. *p.* 77.

Gramen aquat. typhinum supinum Italicum minus *Barrel. Ic.* 54.

Gr. typhinum maritimum quam brevi crassiore spica ad genicula prodeunte *Triumfet. Observ. de ort. et veg. pl. p.* 65. *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 50. *tab. ic. locust. et spic. gram. fig. n.* 55. herb. Mont. *Scheuchz. Agrost. p.* 86.

Ital. *Brignolo*.

Ann. Habui ex maritimis Nicæensibus a Prof. Balbisio, ex agro Mantuano in valle *di Sermide* a Barbierio, et a Felisio, ex thermis Aponis in agro Patavino, et ex litore Veneto a Visianio, Ravennâ *alle Bruciate*, et *alli Stabiadoni* a Dallagata, Neapoli *ai Bagnuoli* ab Eq. Prof. Tenorio, et ab Orsino, ex litore *di Pescara* ab Eq. Gussonio, ex Sicilia ad Oretum, *Milsimeri*, et *Termini* ab eodem Eq. Gussonio, ex Sardinia *a Capo-terra* a Prof. Morisio. Floret Julio, Augusto.

Tota planta paulo major, et robustior præcedente, hinc culmi rarius prostrati. Verum differentia essentialis stat in notis sequentibus. Spica terminalis oblongo-cylindrica, obtusa, magis longa, quam lata, sessilis intra involucrum uni-diphyllum, strictum. Locustæ angustiores, acutiores. Valvæ calycinæ carina dorsali

evidentius ciliatæ. Stamina tria. Reliqua omnia similia.

Figura Barelierii superius allata ob culmum ramosum, ob involucrum sæpius diphyllum, et ob spicas crasse cylindricas, nec basi attenuatas mihi omnino videtur pertinere ad hanc speciem.

3. Crypsis *alopecuroides:* culmis simplicibus; spica cylindrica, inferne attenuata; pedunculo subexerto; locustarum valvis lanceolatis, acuminatis; involucro monophyllo, stricto.

C. alopecuroides *Willd. En. hort. Berol.* 1. *p.* 86. *Röm. et Schult. System. veget.* 2. *p.* 375., *et Mant.* 2. *p.* 204. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 264. *n.* 1. *Link. Hort. reg. Berol. descr. tom.* 1. *p.* 70. *n.* 147. *Délil. Déscr. de l' Egypt. edit.* 2. *tom.* 19. *pag.* 151. *tab.* 9. *fig.* 1. *Re Fl. Torin.* 1. *pag.* 56. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 40. *Tenor. Fl. Napol.* 3. *p.* 62., *et Syll. p.* 36. *n.* 2., *et Viagg. in Abruzz. p.* 45. *n.* 82. *Guss. Pl. rar. p.* 24.*, *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 71.* *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 167. *Sturm. Deutschl. Flor.* 1. *abth.* 26. *heft. Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 476. *De Candoll. Fl. Franç.* 5. *p.* 248. *n.* 1475.[a]

Phleum alopecuroides *Pill. et Mitter. It. p.* 147. *tab.* 16. *Vitm. Sum. pl.* 1. *p.* 175. *Balb. Misc. bot. alter. p.* 7.*

Heleochloa alopecuroides *Host. Gram. Austr.* 1. *p.* 23. *tab.* 29. optima, *et Flor. Austr.* 1. *p.* 77.

Gramen spicatum, aquaticum, ramosum, annuum, glabrum, perhumisparsum, spica cylindracea, breviori *Till. Cat. hort. Pis. p.* 72.

Ital. *Brignolo Codino* Sav. Bot. Etr. 1. p. 40.

Ann. Habui lectam ad lacum *di Tarnavasio* in Pedemontio a Prof. Balbisio, ex valle *di Sermide* in agro Mantuano a Barbierio, ex ripa orientali Padi *a Bergantino* a Felisio, ex agro Bononiensi *alla Beverara* prope *Corticella* a Prof. Vanderlindenio, ex oris lacus Fucini ab Eq. Gussonio. Floret Augusto, Septembri.

Præcedentium duarum gracilior. Culmi simplices, licet plures ex eadem radice, procumbentes, ascendentes, vel erecti, ad summum spithamæi, vel dodrantales. Folia angustiora. Vaginæ arctæ, vix suprema paululum laxior. Spica terminalis, cylindrica, obtusa, gracilis, inferne attenuata, sæpe pedunculo extra vaginam folii involucrantis exerto suffulta, ludit virens, vel viridi-purpurascens, aut ex viridi fusca. Involucrum monophyllum, strictum. Locustæ minutæ, lanceolatæ,

acuminatæ. Glumæ calycinæ nervo carinali pilosæ. Gluma corollina exterior carina obsolete ciliata. Stamina tria. Caryopsis ovoidea. Reliqua communia cum superioribus.

4. CRYPSIS *nigricans:* culmis simplicibus, brevissimis; spica obovata, basi laxiuscula, exerte pedunculata; locustarum valvis ovato-lanceolatis, obtusis; involucro monophyllo, stricto.

C. nigricans *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 72.*, *et in addend. et emend. p.* 3.*, *et Suppl.* 1. *p.* 18.*

C. sicula *Jan. Elench. p.* 1.*

Vilfa brachystachys *Presl. Fl. Sic.* 1. *p. XLIV.*

Agrostis brachystachys *Röm. et Schult. Mant.* 3. *p.* 569.

Ital. *Brignolo minuto.*

Ann. Nascitur in Sicilia *a Marsala, Trapani, Mazzara, Girgenti, Terranova*, et *Mondello*, unde habui ab Eq. GUSSONIO, et a Prof. Janio. Floret Octobri, Novembri.

Valde affinis *Crypsidi alopecuroideæ* W., at differt culmis vix pollicaribus, et reliquis herbæ partibus eadem proportione minoribus. Præterea spica minuta, obovata, inferne floribus laxiusculis prædita, plumbeo-fusca, et fere nigricans. Glumarum valvæ ovato-lanceolatæ, obtusæ, paululum, quam in præcedente latiores, calycinæ, et corollina exterior carinâ scabræ.

ALOPECURUS.

Lin. Gen. pag. 33. *Juss. Gen. p.* 29. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 97. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 42. *Gærtn. De fruct. et semin.* 1. *p.* 2. *tab.* 1. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 79. *Palis. de Beauv. Ess. d' une nouvel. Agrost. p.* 4. *tab.* 4. *fig.* 5. 6.

Tozzettia *Sav. Societ. Ital. tom.* 8. *part.* 2. *p.* 477.

Calyx gluma bivalvis, uniflora, valvis subæqualibus, compressis, inferne connatis, aut liberis. Corolla gluma univalvis, concava, apice integra, basi dorso aristata, arista geniculata. Caryopsis libera.

Habitus. Gramen erectum, vel fluitans. Folia longe vaginantia. Flores in racemo spiciformi,

denso. Arista corollina sæpius extra calycem producta, articulata, ariditate refracta, infra geniculum contorta, supra geniculum scabrida.

1. Alopecurus *pratensis*: racemo spiciformi, cylindrico, crasso, obtuso; valvis calycinis lanceolatis, acutis, pubescentibus, carina ciliatis, arista corollina dimidio brevioribus; culmo erecto.

A. pratensis *Sp. pl.* 88., *et Mant. alt. p.* 323. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 79., *et Engl. bot. v.* 11. *tab.* 759. *Hook. Brit. Fl. p.* 27.* *Curt. Fl. Lond. edit. Grav. v.* 3. *tab.* 11. optima. *Schreb. Gram.* 1. *p.* 133. *tab.* 19. *fig.* 1. bona. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 24. *tab.* 31. bona, *et Flor. Austr.* 1. *p.* 78. *Svensk. bot. tab.* 14. *Leers. Herb. p.* 15. *tab.* 2. *fig.* 4. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 42. *Flor. Dan. tab.* 1985. *Kops. et van Hall. Fl. Bat. tab.* 416. *Trin. Fund. Agr. p.* 58. *n.* 4., *et Spec. gram. fasc.* 4. *ic. All. Fl. Ped.* 2. *p.* 234. *n.* 2145. *Balb. Fl. Taur. p.* 13.* *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 57. *Birol. Flor. Acon.* 1. *p.* 22. *Nocc. et Balb. Flor. Ticin.* 1. *p.* 31., *et p.* 319.* *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 12. *n.* 80. *Lanfoss. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *pag.* 53. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 69. *Suffr. Forojul. p.* 113. *Ten. Fl. Napol.* 3. *p.* 65., *et Syll. p.* 33. *n.* 5. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 77.*, *et Suppl.* 1. *p.* 19.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 64. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 4. *n.* 1476. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 170. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abt.* 8. *heft. Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *pag.* 478. *Hoffm. Fl. d'Allem. ann.* 1804. *tom.* 1. *part.* 2. *tab.* 3. *fig.* 1. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 145.

A. n. 1539. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 248.

Gramen myurum, spica molli candicante villosa *Sch. Agrost. p.* 70. *n.* 2.

Gr. alopecurum spica glumosa lut. villis crisp. *Barrel. Icon.* 124. *fig.* 1.

Gr. phalaroides majus sive Italicum *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 47. herb. Mont.

Ital. *Coda di topo. Coda di volpe. Codino di prato. Gramigna de' prati* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 12.

Perenn. Habui ex pratis agri Taurinensis a Prof. Balbisio, ex Siciliæ sylvaticis *di Caronia* ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Girolata* a Soleirolio. Floret Majo.

Radix fibrosa. Culmus erectus, vel brevissimo arcu facto ascendens, teres, striatus, inferne crassiusculus, superne gracilis, etiam bi-tripedalis, glaber, simplicissimus. Folia linearia, acuminata, striata, plus minus margine scabra, sesquilineam, vel duas lineas lata, longe vaginantia. Vaginæ striatæ, glabræ, arctæ, suprema quidquam inflata. Stipula brevissima, obtusa, integra, aut erosa. Racemus spiciformis, terminalis, cylindricus, crassiusculus, obtusus, uni-bipollicaris, mollis, ex albo virens, subinde subpurpurascens, aut subcærulescens. Locustæ uniflοræ, ovato-lanceolatæ, acutæ, compressæ. Gluma calycina bivalvis, valvis æqualibus, concavo-lanceolatis, acutis, compressis, basi connatis, trinerviis, albentibus, vel albo-purpurantibus, tenuiter pubescentibus, nervis viridibus, aut ex viridi cærulescentibus, dorsali villis longiusculis dense ciliato. Gluma corollina univalvis, calycem subæquans, valva ovato-lanceolata, concava, compressa, acuta, vel obtusiuscula, quinquenervi, nervis viridibus, superne scabriusculis, reliqua parte alba, dorso prope basim instructa arista duplo longiore, in medio geniculata, infra geniculum subcontorta, supra scabra, arefactione refracta. Stili duo, connati. Stigmata distincta. Caryopsis ovata, libera.

2. Alopecurus *agrestis:* racemo spiciformi, cylindrico, gracili, utrinque attenuato; valvis calycinis ad medium connatis, nervo carinali superne alato, tenuissime ciliato; culmo scabrido.

A. agrestis *Sp. pl.* 89., *et Mant. alt. pag.* 324. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 80., *et Engl. bot. v.* 12. *tab.* 848. *Curt. Fl. Lond. edit. Grav.* 3. *tab.* 13. *Hook. Brit. Fl. p.* 27. *Fl. Dan. tab.* 697. *Leers. Herb. pag.* 16. *tab.* 2. *fig.* 5. *Schreb. Gram.* 1. *pag.* 140. *tab.* 19. *fig.* 2. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 9. *tab.* 12., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 79. *Svensk. bot. tab.* 432. *Trin. Fund. Agr. p.* 58., *et Spec. gram. fasc.* 4. *ic. All. Fl. Pedem.* 2. *p.* 234. *n.* 2146. *Balb. Fl. Taur. p.* 13. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 57. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 23. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 31., *et p.* 320. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 12. *n.* 81. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 68. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 18. *Moric. Flor. Ven.* 1. *p.* 34. *Nacc. Flor. Ven.* 1. *p.* 47.* *Suffr. Foroj. p.* 113. *Sav. Flor. Pis.* 1. *pag.* 78. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 29. *n.* 74. *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 66., *et Syll. p.* 33. *n.* 1. *Guss. Pl. rar. p.* 27. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 64. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 4. *n.* 1477. *Schrad. Flor.*

Germ. 1. *p.* 71. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 479. *Hoffm. Fl. d'Allem. ann.* 1804. *tom.* 1. *par.* 2. *tab.* 3. *fig.* 2. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 144.

A. n. 1540. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 249.

Gramen typhin. plantaginis spica, aristis geniculatis *Barrel. Ic.* 699. *fig.* 2. bona.

Gr. spicatum, spica cylindracea, tenuissima, longiore *Scheuchz. Agrost. p.* 69. *n.* 1. *tab.* 2. *fig.* 6. *A. B.*

Gr. alopec. spica longa tenuiore *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 4. *fig.* 12. bona.

Gr. typhoides, spica angustiore, longiore *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 49. *tab. ic. locust. et spicar. gram. fig. n.* 51. herb. Mont. *Zannich. Istor. delle piant. p.* 122. *tab.* 66. *fig.* 3. mala. *Seguier. Veron.* 1. *p.* 350. *n.* 4.

Gr. spicatum, spica tenuissima, longiore, staminibus albis *Ponted. Comp. tab. bot. p.* 52. *n.* 11. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 350. *n.* 5.

β corollis muticis.

Gramen typhoides, spica angustiore, longiore, minime aristata *Mont. l. c. p.* 50. herb. Mont.

Gramini caudæ muris purpurascenti aliquatenus simile *J. Bauh. Hist. pl.* 2. *lib.* 18. *p.* 473.

Ital. *Codolina. Erba codina. Erba topina. Gramigna de' greppi* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 12.

Ann. Legi Sarzanæ, et Bononiæ *agli Arienti* inter sata. Habui ex agro Ticinensi a Prof. Morettio, ex agro Mantuano a Barbierio, ex agro Tarvisino *a Mogliano* a Mayero, ex litore Fossæ Clodiæ *alla Ca-rossa* a Prof. Naccario, ex agro Ferrariensi a Felisio, ex viciniis *di Loreto* a De Christophoris, ex portu Asculi in Piceno ab Orsino, ex agro Camerinensi a Prof. Octavianio, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio. Varietas *β* non infrequens in agro Bononiensi, ubi reperi in collibus *di Casalecchio* prope *la Madonna di S. Luca*, in pratis palustribus S. Gabrielis *al Camerone*, et ad marginem viæ inter amnem *Idice*, et castrum Butrii. Floret Junio.

Culmi passim ex radice cæspitosi, erecti, vel ascendentes, debiles, qua parte extra vaginam supremam exeruntur scabriusculi, pedales, sesquipedales, vix ultra. Folia quam in præcedente breviora. Stipula grandior, lineam circiter longa, puberula, saltem sub lente. Vaginæ superiores paululum inflatæ, scabridæ. Racemus spiciformis, cylindraceus, gracilis, utraque

extremitate attenuatus, flexilis, etiam tripollicaris. Locustæ oblongo-obovatæ, acutæ, variant albo-virides, vel albo-cærulescentes, aut purpurantes. Calyculus membranaceus, urceolatus, in apice pedicelli excipit singulam locustam, et post ejus lapsum persistit. Valvæ calycinæ æquales, acutæ, trinerviæ, a basi fere ad medium connatæ, nervo dorsali huic parti respondente nequaquam alato, sed evidentius ciliato, parte reliqua alato-naviculari, tenuissime ciliolato; cæterum hæ valvæ lateribus utrinque nudæ, sub lente punctatæ. Gluma corollina univalvis, calyci subæqualis, trinervis, nuda, dorso prope basim aristata, arista duplo longiore, et ejusdem formæ ac in præcedente specie. Stili breves, connati. Stigmata longissima, plumosa. Reliqua ut in *Alopecuro pratensi* L.

Varietas *β* differt tantum defectu aristæ corollinæ.

3. Alopecurus *bulbosus:* racemo spiciformi, cylindrico, gracili, æquali, obtuso; valvis calycinis acutis, liberis; aristis corolla triplo longioribus; radice bulbosa.

A. bulbosus *Sp. pl.* 11., *et* 1665. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 356. *n.* 2. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 268. *n.* 1., *et Mant.* 2. *p.* 153. *Trin. Fund. Agrost. p.* 58. *n.* 2., *et Sp. gram. fasc.* 4. *ic. Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 81., *et Engl. bot. v.* 18. *tab.* 1249. *Hook. Brit. Fl. p.* 28. *Allion. Fl. Pedem.* 2. *p.* 234. *n.* 2144. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 70. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 35. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 48. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 78.* *Maur. Rom. pl. cent.* XIII. *p.* 6. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 65., *et Syll. p.* 33. *n.* 4. *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 24. *Gusson. Pl. rar. p.* 28.*, *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 76.* *De Candoll. Flor. Franç.* 3. *pag.* 5. *n.* 1479.

Gramen typhinum, phalaroides, pilosa spica, aquaticum, bulbosum *Barrel. Ic.* 699. *fig.* 1. *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 50. *tab. ic. locust. et spic. gram. fig. n.* 54. herb. Mont.

Gr. typhoides spica angustiori *Cup. Hort. Cath. p.* 88.

Ital. *Codino bulboso* Sav. Fl. Pis. l. c.

Perenn. Legi Sarzanæ ad fossas secus viam Romanam. Habui ex agro Ferrariensi transrhenano a Felisio, et ex cisrhenano ad Tiberiacum *(Bagnacavallo)* a Bubanio, ex agro Crotoniensi in Calabria ab Eq. Gussonio, ex humentibus Pisanis ab Eq. Prof. Savio, ex Corsica ad S. Florentium a Soleirolio. Floret Majo, Junio.

Radix bulbus ovoideus, solidus, subtus fibrosus, sæpe cum aliis bulbis similibus cæspitosus. Culmus e singulo bulbo solitarius, gracilis, erectus, vel nodis inferioribus infractis ascendens, variæ longitudinis, in maxima sesqui-bipedalis, glaber, simplex. Folia linearia, angusta, longiora, quam in præcedente. Vaginæ glabræ, superiores quidquam inflatæ. Stipula longiuscula, ovato-lanceolata, acuta, integra, vel fissa, circiter bilinearis. Racemus spiciformis, terminalis, cylindricus, tenuior quam in *Alopecuro agresti* L., obtusus, æqualis, subinde inferne a flosculis abortivis angustior, uni-bipollicaris, viridi-luridus, seu viridi-cærulescens. Locustæ oblongæ. Gluma calycina bivalvis, valvis totis distinctis, æqualibus, oblongis, acutis, trinerviis, nervis, præsertim carinali, inferne longius, superne minute ciliatis, valvis reliqua parte nunc puberulis, nunc nudis, nitidulis. Gluma corollina univalvis, calyce tertia parte brevior, apice truncata, integra, aut erosa, trinervis, nuda, prope basim gerens aristam tenuem, ipsâ triplo longiorem. Herba glauca. In reliquis planta convenit cum specie ante descripta, qua tamen semper gracilior.

4. Alopecurus *geniculatus*: racemo spiciformi, cylindrico, gracili, æquali, obtuso; valvis calycinis obtusis, basi connatis, dense ciliatis; aristis corollinis exertis, inclusisque; radice fibrosa.

A. geniculatus *Sp. pl.* 89. *Spr. Syst. veg.* 1. *p.* 240. *n.* 8. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 82., *et Engl. bot. v.* 18. *tab.* 1250. *Hook. Brit. Fl. p.* 28. *Curt. Fl. Lond. edit. Grav. tom.* 3. *tab.* 12. *Leers. Herb. p.* 16. *tab.* 2. *fig.* 7. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 24. *tab.* 32., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 78. *Svensk. bot. tab.* 333. *Kops. et van Hall. Fl. bat. tab.* 402. *Trin. Fund. Agr. p.* 58. *n.* 3., *et Spec. gram. fasc.* 4. *ic. All. Fl. Ped.* 2. *p.* 235. *n.* 2147. *Balb. Fl. Taur. p.* 13.* *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 57. *Birol. Flor. Acon.* 1. *p.* 23. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 31., *et p.* 319.* *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 12. *n.* 82.* *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 53.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 68. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 42. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 76.* *Ten. Syll. p.* 33. *Desfont. Fl. Atl.* 1. *p.* 65. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 4. *n.* 1478. *Schrad. Flor. Germ.* 1. *pag.* 173. *Hoffm. Fl. d'Allem. ann.* 1804. *tom.* 1. *part.* 2. *tab.* 3. *fig.* 3. *Mert. et Koch. Deutschl. Fl. tom.* 1. *p.* 480. *Scopol. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 58. *Lois. Deslongch. Fl. Gall. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 40. *n.* 2.* *Gaud. Fl. Helv. tom.* 1. *p.* 143.

A. paniceus *Fl. Dan. tab.* 861.

A. fulvus *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 83., *et Engl. bot. v.* 21. *tab.* 1467. *Hook. Brit. Fl. p.* 28. *Flor. Dan. tab.* 1804. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 142. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 274. *n.* 13., *et Mant.* 2. *p.* 155., *et Mant.* 3. *p.* 553.

A. paludosus *Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *pag.* 481. *Röm. et Schult. Mant.* 3. *p.* 552.

A. n. 1541. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 249.

Gramen aquaticum geniculatum spicatum *C. B. Theatr. pag.* 42. *Scheuchz. Agrost. p.* 72. *n.* 2. *tab.* 2. *fig.* 6. *C. D. E.*

Gr. typhinum, aquaticum, molle, spica glauca *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 49. herb. Mont. *Seguier. Suppl. p.* 153. *n.* 13.

Ital. *Codolina*. *Strozza ranocchie* Targ. Tozz. Diz. bot. tom. 2. p. 12.

Perenn. Legi Bononiæ in canaliculis prope oppidum inter vias, quæ ducunt ad portas S. Donati, et S. Vitalis. Habui ex Pedemontio a Prof. Balbisio, ex agro Comensi a Comollio, ex valle *di Melara* in agro Mantuano a Barbierio, et a Felisio, ex fossis agri Tarvisini *a Mogliano* a Mayero, ex lacu *di Castelluccio* in Piceno ab Orsino, ex pratis inundatis Siciliæ prope *le Ficuzze* ab Eq. Gussonio. Floret Junio, Julio.

Herba præcedentis. Radix simpliciter fibrosa. Culmus ad nodos inferiores radicans, in limosis procumbens, nodisque infractis ascendens, in aquosis fluitans. Vaginæ foliorum magis inflatæ. Stipula circiter lineam longa, ovata, obtusa, erosa, vel lacera. Racemus spiciformis, gracilior, pallide virens, raro subpurpurascens. Locustæ admodum parvæ, oblongæ, obtusæ. Gluma calycina bivalvis, valvis subæqualibus, ovatis, obtusis, basi connatis, trinerviis, pubescentibus, nervo carinali insigniter, et dense ciliato. Gluma corollina longitudine calycis, obtusa, trinervia, glabra, circiter ad medium dorsi, vel paulo infra aristata, arista tenui, nunc calycem æquante, nunc vix exerta, nunc duplo longiore. Antheræ semper parvæ, oblongæ, vel globulosæ, demum xiphoideæ, initio luteæ, aut fulvæ, post effusum pollinem albidæ. Stigmata longe pubescentia.

Quod specimen obtinui ex lacu *di Castelluccio* habet aristas calyce duplo longiores, reliqua præstant aristis brevioribus, sæpe vix exertis, aut etiam inclusis.

Hinc forma *Alopecuri fulvi* Smithii frequentior in Italia est, nec tamen adeo solemnis, ut in speciem, imo ne in varietatem quidem, recipi possit, cum ab arista longiore ad breviorem transitus sit per gradus fere innumeros. Quare non immerito Hookerus de *Alopecuri geniculati* L., et *fulvi* Sm. diversitate dubitavit: *If there be any decisive mark of distinction, it must exist in comparative length of the awn, should that prove constant* Brit. Fl. p. 28.

5. Alopecurus *utriculatus:* racemo spiciformi, ovato; valvis calycinis acuminatis, dorso medio callosis, infra callum carina alata, dense villosa; gluma corollina longe aristata; vagina suprema utriculoso-inflata.

A. utriculatus *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 43., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 47. *tab.* 63. *Willd. En. hort. Berol.* 1. *p.* 87. *Röm. et Schult. Syst. veget.* 2. *p.* 274. *n.* 15., *et Mant.* 2. *p.* 155. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 240. *n.* 3. *Trin. Fund. Agr. p.* 58. *n.* 6., *et Sp. gram. fasc.* 4. *ic. Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 72. *n.* 153. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 58. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 32., *et p.* 320. *Pollin. Flor. Veron.* 1. *p.* 69. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 35. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *pag.* 48. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 29. *n.* 75. *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 66., *et Syll. p.* 33. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 24. *Guss. Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 77. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 174. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 482. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 79. *Gaud. Fl. Helv. tom.* 1. *p.* 146.

A. utriculata *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 80. *n.* 9.

Phalaris utriculata *Sp. pl.* 80. *Scop. Del. Fl. et Faun. Insubr.* 1. *p.* 28. *tab.* 12. bona. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 6. *tab.* 7. optima. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 234. *n.* 2141. *Balb. Fl. Taur. p.* 11. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 20. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 52. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 56. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 10. *n.* 1491.

Tozzettia pratensis *Sav. in Mem. della Soc. Ital. delle scienz. tom.* 8. *part.* 2. *p.* 477., *et Due cent. p.* 18.

Gramen pratense spica purpurea, ex utriculo prodeunte *C. B. Theatr. p.* 44. fig. bona.

Gr. pratense, spica purpurea, ex utriculo prodeunte, vel Gramen folio spicam amplexante *Scheuchz. Agr. p.* 55. *tab.* 2. *fig.* 3. *B. D. G. H.*

Gr. phalaroides, spica ex squamis duriusculis aristatis congesta *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. pag.* 47. *tab. ic. locust. et spicar. gram. fig. n.* 46. herb. Mont. *Seguier. Suppl. p.* 152. *n.* 11.

Gr. spicatum, alterum, spica ex utriculo prodeunte *Ponted. Comp. tab. bot. p.* 52. *n.* 10.

Ital. *Borsette* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 165. et 226.

Ann. Observavi copiosum Sarzanæ in pratis, etiam in illis *di Pennola* prope litus Lunense *alla Marinella*, tum in semita inter *Viareggio*, et Pisas. Habui ex Pedemontio a Prof. Balbisio, ex agro Mantuano prope *Pusterla* a Barbierio, ex agro Ferrariensi cisrhenano prope Tiberiacum *alla Cagnazza* a Bubanio, Româ a Mayero, itidem ex Monte Malo ab Orsino, et ex valle *dell' Inferno* a Masquillierio, Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia. Floret Aprili, Majo.

Radix fibrosa. Culmi cæspitosi, ascendentes, vel erecti, tenues, debiles, ad summum pedales, aut sesquipedales, nunc toti tecti, nunc apicem versus exerti, glabri. Folia angusta, brevia, præsertim supremum. Vaginæ inferiores arctæ, successivæ laxiusculæ, ultima valde inflata, clavæformis. Stipula vix lineam longa, obtusa, integra, vel erosa, senio lacera. Racemus spiciformis, ovoideus, vel ovoideo-oblongus, obtusus, brevis, albo-virens, subinde ex viridi-purpurascens. Gluma calycina bivalvis, valvis æqualibus, in medio dorsi calloso-geniculatis, infra callum semiovatis, aut triangulis, compresso-turgidulis, carina dense villosis, longo tractu connatis, albentibus, supra callum rostratis, rostro recto, carina tenuiter ciliolato, viridi, margine angusto, albido-membranaceo. Cæterum hæ valvæ lateraliter sunt vel piloso-scabræ, vel nudæ, et sub vitro tenuissime punctatæ. Gluma corollina calyci subæqualis, ovato-lanceolata, acuta, concavo-compressa, obsolete quinquenervis, dorso prope basim gerens aristam semetipsa duplo, vel triplo longiorem. Antheræ, et stigmata elongata. In reliquis stirps convenit cum speciebus præcedentibus.

KNAPPIA.

Smith. Engl. bot. v. 16. *pag.* 1127., *et Engl. Flor.* 1. *p.* 83. *Hook. in Curt. Fl. Lond. edit. Grav. tom.* 4., *et Brit. Fl. p.* 56.

Mibora *Adans. Famil. des pl. tom.* 2. *append. p.* 495. *Palis. de Beauv. Ess. d'une nouvel. Agrost. p.* 29. *tab.* 8. *fig.* 4.

Chamagrostis *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 158.
Sturmia *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 76. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abth.* 7. *heft.*
Agrostidis species *Lin. Gen. pl. p.* 33.
Locustæ minutæ, uniflora. Calyx gluma bivalvis, apice truncata, dentata. Corolla gluma bivalvis, calyce minor, pilis arrectis hirsuta, apice fimbriato-barbata. Caryopsis libera, scabrida.
Habitus. Gramen pusillum, elegans. Racemus simplicissimus e locustellis solitariis, alternis.

1. Knappia *agrostidea*.
K. agrostidea *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 264. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 84., *et Engl. bot. v.* 16. *tab.* 1127. *Hook. Flor. Lond. edit. Grav. tom.* 4. *tab.* 12. optima, *et Brit. Fl. p.* 57.
K. verna *Trin. Spec. gram. fasc.* 2. fig. bona.
Agrostis minima *Sp. pl.* 93. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 238. *n.* 2168. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 25. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 74.
Chamagrostis minima *Röm. et Schult. System. veget.* 2. *p.* 389., *et Mant.* 3. *p.* 577. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 158. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 69. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 77. *n.* 1650.
Sturmia verna *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 76.
S. minima *Hop. in Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abth.* 7. *heft. Gaud. Fl. Helv. tom.* 1. *p.* 148. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 89. *n.* 188.
Mibora verna *Palis. de Beauv. Ess. d' une nouvel. agr. explic. des planch. p.* 7. *tab.* 8. *fig.* 4. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 477.
Gramen minimum paniculis elegantissimis *C. B. Theatr. p.* 26. fig. rudis. *Scheuchz. Agrost. pag.* 40. *n.* 1. *tab.* 1. *fig.* 7. *I.*
Gr. loliaceum, minimum, elegantissimum *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 43. herb. Mont.
Gr. minimum unciale aut biunciale *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 2. *fig.* 10.
Ital. *Capellini*.
Ann. Habui ex agro Nicæensi a Prof. Balbisio. Floret Martio.
Radix fibrosa. Culmi cæspitosi, setacei, erecti, a pollice ad palmum longi, glabri, maximam partem nudi. Folia convoluto-setacea, supra canaliculata, imum

culmum vaginantia, brevissima. Vaginæ laxiusculæ, albidæ. Stipula oblonga, acutiuscula, aut obtusa, ludit integra, erosa, aut lacera. Racemus simplicissimus, terminalis, linearis, e locustellis minutis, alternis, distinctis, secundis, brevissime pedicellatis. Rachis flexuosa, glabra. Gluma calycina bivalvis, valvis æqualibus, aut subæqualibus, oblongis, canaliculato-compressis, apice truncatis, et denticulatis, ex viridi violaceis, glabris, persistentibus. Gluma corollina calyce brevior, certissime bivalvis, valvis totis hirsutis villo arrecto, albo, nitido, seu argentino, apice fimbriato-laceris, longitudine æqualibus, et exteriore paulo latiore. Caryopsis ovoidea, libera, sub vitro scabrida, punctis ferrugineis, per lineas longitudinales seriatis. Paleolæ duæ minutissimæ, oblongæ, ferrugineæ, ad ejus basim, quarum altera latior, margine sublaceræ.

POLYPOGON.

Desf. Fl. Atl. 1. *p.* 66. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 192. *R. Brown. Prodr. p.* 173., *et edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 29. *Smith. Engl. Fl.* 1. *pag.* 85. *Palis. de Beauv. Ess. d' une nouv. Agrost. p.* 17. *tab.* 6. *fig.* 8.

Santia *Sav. Mem. della Societ. Ital. delle scienz. tom.* 8. *part.* 2. *p.* 479.

Alopecuri species *Lin. Gen. p.* 33.

Phlei species *Schreb. Gram.* 1. *p.* 151.

Agrostidis species *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 131.

Milii species *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 94.

Calyx gluma bivalvis, uniflora, valvis subæqualibus, integris, vel emarginatis, infra apicem, aut ex emarginatura aristatis. Corolla gluma bivalvis, minuta, inclusa, inæqualis, valva majore sub apice aristulata, aut mutica. Caryopsis libera.

Habitus. Culmi cæspitosi, vel solitarii, gregarii in arenis, aut locis palustribus, præsertim prope mare. Inflorescentia racemus spiciformis, compositus, densiflorus, ab aristis locustarum setosus. Locustæ minutæ.

1. Polypogon *monspeliensis:* racemo spiciformi, oblongo, lobato; valvis calycinis scabro-puberulis, apice integris, arista triplo brevioribus.

P. monspeliensis *Röm. et Schult. System. veg.* 2. *p.* 325. *n.* 1., *et Mant.* 2. *pag.* 181. *Willd. En. hort. Berol.* 1. *p.* 87. *Spreng. System. veg.* 1. *p.* 242. *n.* 1. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 85. *Hook. Brit. Fl. p.* 31. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 32., *et p.* 320. *Pollin. Flor. Veron.* 1. *p.* 82. *Nacc. Flor. Ven.* 1. *p.* 49.* *Bert. Amœn. Ital. pag.* 110. *n.* 18., *et Lucubr. p.* 15. *n.* 79. *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 21. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 66., *et Syll. p.* 34. *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 52.* *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 192. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl. tom.* 1. *p.* 497. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 193.

P. monspeliense *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 80. *n.* 1. *Desf. Flor. Atl.* 1. *p.* 67. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 19. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 36. *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *pag.* 77.*, *et Suppl.* 1. *p.* 19.* *De Candoll. Flor. Franç.* 3. *p.* 5. *n.* 1480.

Alopecurus monspeliensis *Lin. Sp. pl.* 89., *et Mant. alt. p.* 324.

A. agrestis *Ab Ucr. Hort. reg. Panorm. p.* 56.

A. paniceus *Lin. Sp. pl. p.* 90. *Sav. Fl. Pis.* 1. *pag.* 79. *Suffr. Foroj. p.* 113.

Agrostis panicea *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *pag.* 363. *n.* 5. *Engl. bot. v.* 24. *tab.* 1704. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 32. *tab.* 46. *Birol. Acon.* 1. *p.* 23.

Milium paniceum *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 94.

Phleum crinitum *Schreb. Gram.* 1. *p.* 151. *tab.* 20. *fig.* 3. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 42., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 46. *tab.* 62. *Bert. Pl. Gen. p.* 9. *n.* 18.

Santia plumosa *Sav. Mem. della Soc. Ital. delle scienz. tom.* 8. *part.* 2. *p.* 479., *et Due cent. p.* 21. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 28. *n.* 72.

Gramen alopec. mai. spica viresc. divulsa pilis longior. *Barrel. Ic.* 115. *fig.* 2.

Gr. spicatum, typhoides, maritimum, glumis longioribus, acuminatis, et pilosis *Ponted. Comp. tab. bot. p.* 48. *n.* 5.

Alopecurus maxima Anglica paludosa *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 4. *fig.* 3.

Panicum maritimum, spica longiore villosa *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 10. herb. Mont.

P. maritimum spica alopecuroide sericea, incana *Bonann. Panph. tab.* 51.

β valvis calycinis scabro-puberulis, arista dimidio brevioribus.

Polypogon monspeliense b *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 78.*, *et Suppl.* 1. *p.* 19.* in observ.

Gramen alopecurum minus spic. viresc. divulsa *Barrel. Ic.* 115. *fig.* 1. bona.

Ital. *Coda di lepre* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 211.

Ann. Legi Sarzanæ ad fossas viæ Romanæ, et in palustribus litoris Lunensis *alla Marinella*, Genuæ ad aquæductum *del Zerbino*. Habui ex agro Nicæensi a Prof. BALBISIO, et a COLLA, ex agro Ferrariensi in viciniis *di S. Giovanbattista* a FELISIO, ex thermis Aponis in agro Patavino a VISIANIO, ex udis *di Monfalcone* a BRUMATTIO, ex agro Clodiensi *a Valdario* a Prof. NACCARIO, Româ ad Ostiam a BARBIERIO, ex paludibus Pontinis a FIORINIA-MAZZANTIA, ex viciniis *di Pescara* ab ORSINO, ex insula Capreanım a Prof. GIRALDIO, ex pratis maritimis Siciliæ ab Eq. GUSSONIO, ex palustribus maritimis Sardiniæ a Prof. MORISIO, et a BADAROO, ex Corsica *a Bonifacio* a SERAFFINIO, et *a Calvi* a SOLEIROLIO. Varietatem β habui ex inundatis Siciliæ ab Eq. GUSSONIO. Floret Aprili, Majo.

Radix fibrosa. Culmus erectus, vel ascendens, a paucis pollicibus ad tres, quatuorve pedes longus, frequentius tamen subpedalis, simplex, aut uno alterove ramo brevi ad nodos imos instructus, teres, striatus, vaginatus, internodio supremo exerto, glabro, vel scabriusculo. Folia linearia, acuminata, longiuscula, etiam duas lineas lata, nunc tota superficie, nunc margine tantum scabra. Vaginæ striatæ, glabræ, aut scabridæ, superiores laxiusculæ, subinflatæ. Stipula oblonga, bi-trilinearis, extus puberula, apice erosa, vel lacera. Racemus spiciformis, compositus, terminalis, continuus, oblongus, lobatus, turgidus, densiflorus, ab ungue ad tres pollices longus, viridi-albicans, sursum strictu mollis, deorsum scaber, in anthesi laxiusculus, ante, et post anthesim coarctatus, in senio ex albo-flavicans. Locustæ minutæ. Gluma calycina bivalvis, valvis oblongis, æqualibus, extus scabro-puberulis, inferne turgidulis, carina dorsali virentibus, margine albo-membranaceo tenuissime, et dense ciliolatis, apice integris, obtusiusculis, aut vix acutis, nervo carinali infra earum apicem protracto in aristam tenuem, simplicem, scabriusculam, albicantem, ipsa valva triplo, vel quadruplo longiorem. Gluma

corollina calyce dimidio brevior, albo-membranacea, bivalvis, valvis longitudine subæqualibus, exteriore latiore, interiorem amplexante, apice argute denticulata, paululum infra apicem aristulata, aristula prætenui, alba, calycis fastigium æquante, aut paulo superante; valva interiore mutica, apice bidentata. Caryopsis ovoidea, libera.

Varietats *β* differt arista calycina valvas suas æquante, aut vix longiore, quod figura Barrelierii a nobis allata optime ostendit, et præterea dignoscitur apice libero valvarum calycinalium brevissimo, carinaque dorsali evidentius ciliolata. Culmus quandoque procumbens.

2. Polypogon *maritimus:* racemo spiciformi, oblongo-cylindraceo; valvis calycinis bifidis, margine exquisite ciliatis, e sinu aristatis, arista quadruplo brevioribus; corolla mutica.

P. maritimus *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 326. *n.* 3. *Willd. in Nov. act. nat. curos. tom.* 3. *p.* 443. *Spreng. System. veg.* 1. *p.* 242. *n.* 3. *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 52.* *Tenor. Syll. p.* 34. *n.* 2.*

P. maritimum *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 80. *n.* 2. *Guss. Pl. rar. p.* 28. *tab.* 5. *fig.* 2.* ubi male locusta seorsim posita, *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 78.*, *et Suppl.* 1. *p.* 19.* *De Cand. Cat. plant. hort. bot. Monsp. p.* 134., *et Flor. Franç.* 5. *pag.* 248. *n.* 1480.[a] *Lois. Deslongch. Fl. Gall. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 48. *n.* 2. *Badar. Osserv. nel Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 7. *p.* 363.*

P. subspathaceum *Requien. in Annal. des scienc. nat. tom.* 5. *p.* 386.* *Lois. Deslongch. Fl. Gall. l. c. p.* 48. *n.* 3.

Santia maritima *Fiorin. Append. al Prodr. della Flor. Rom. p.* 3., *et in Nuov. giorn. de' lett. di Pis. ann.* 1828. *part. scient. tom.* 17. *p.* 111.

β valvis calycinis brevius ciliatis, arista triplo brevioribus. Polypogon maritimum b *Guss. Suppl.* 1. *p.* 19.*

Ital. *Coda di lepre rossigna.*

Ann. Copiosissimum repereram jam ab anno 1805. in toto litore Lunensi *alla Marinella* prope Sarzanam. Habui ex Liguria occidua *a Pegli* a Grioleto, et a Vincentio, ex *Portella* inter Fundos, et Anxur ab Eq. Prof. Tenorio, iterum ex litoribus Anxuris a Fiorinia-Mazzantia, et a Prof. Maurio, ex litoribus maritimis Siciliæ *a Mondello*, *Boccadifalco*, *Spaccaforno*, et ex Cosyra ab Eq. Gussonio, ex maritimis

Sardiniæ a Prof. Morisio, et a Badaroo, ex Corsica *a Fiumorbo* a Prof. Requienio, et *a Calvi* a Soleirolio, ex insula *de' Cavalli* prope Corsicam ab eodem Soleirolio. Varietatem *β* obtinui ex Cosyra, et Ustica ab Eq. Gussonio. Floret Aprili, Majo.

Valde proximus speciei præcedenti. Differt notis sequentibus. Planta gracilior, humilior. Culmus simplex, passim subspithamæus, dum luxuriat etiam sesquipedalis, variat procumbens, ascendens, erectus. Folia breviora. Vagina suprema sæpe inflata. Stipula quatuor circiter lineas longa, truncata, lacera. Racemus spiciformis, compositus, oblongo-cylindraceus, raro sublobatus, in aprico ex albo-viridi purpurascens, alias albo-virens, senio plus minus subflavescens, interdum basi involutus vagina spathiformi, inflata folii supremi, alias vero internodio exerto suffultus. Locusta minutissima, ideo minor quam in præcedente. Valvæ calycinæ bifidæ, segmentis oblongis, obtusiusculis, vel subacutis, margine albo-membranaceæ, exquisite ciliatæ, idest præditæ ciliis crebris, et longiusculis, inferne hispidulæ setis brevissimis, præsertim in carina, reliqua parte nudæ, ex sinu divisionis emittunt aristam prætenuem, ipsa valva quadruplo longiorem. Gluma corollina calyce triplo brevior, mutica. Reliqua ut in *Polypogone monspeliensi* Röm. et Schult.

Varietas *β* vix bipollicaris. Racemus basi involutus vagina spathacea folii supremi. Valvæ calycinæ acute bidentatæ, multo brevius ciliatæ, inferne evidentius sub lente hispidulæ, arista propria circiter triplo breviores.

MILIUM.

Lin. Gen. pag. 33. *Juss. Gen. p.* 29. *Vent. Tabl.* 2. *pag.* 98. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 194. *R. Brown. Prodr. p.* 187., *et edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 43. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 86. *Palis. de Beauv. Ess. d' une nouvell. Agrost. p.* 12. *tab.* 5. *fig.* 5. 6.

Piptatherum *Palis. de Beauv. l. c. pag.* 17. *tab.* 5. *fig.* 10. 11.

Achnatheri' species *Palis. de Beauv. l. c. p.* 19. 20.

Gastridium *Palis. de Beauv. l.c. p.* 21. *tab.* 6. *fig.* 6. *Trin. in Röm. et Schult. Mant.* 3. *p.* 524.
Urachne *Trin. Fund. Agr. p.* 110. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 92.

Calyx gluma bivalvis, uniflora, acuta, mutica. Corolla gluma bivalvis, calyce inclusa, demum cartilagineo-indurata, lævissima, imberbis, valvis inæqualibus, externa subinde dorso aristata. Caryopsis induviata.

Habitus. Gramina annua, vel perennia. Culmi erecti, aut ascendentes. Inflorescentia paniculata, panicula ramosa, vel stricta. Locustæ minutæ. Singularis character in corolla demum cartilaginea, colorata, caryopsidem arctissime obvolvente.

1. Milium *effusum:* panicula patula; locustis muticis; corollis acutis; culmo glabro; foliis lanceolato-linearibus.

M. effusum *Sp. pl.* 90. *Smith. Engl. Fl.* 1. *pag.* 87., *et Engl. bot. v.* 16. *tab.* 1106. *Curt. Fl. Lond. edit. Grav. tom.* 2. *tab.* 9. *Hook. Brit. Fl. p.* 30. *Fl. Dan. tab.* 1143. *Leers. Herb. p.* 18. *tab.* 8. *fig.* 7. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 16. *tab.* 22., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 96. *Svensk. bot. tab.* 162. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 235. *n.* 2153. *Balb. Fl. Taur. p.* 14.* *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 60. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 23. *Nocc. et Balb. Flor. Ticin.* 1. *p.* 34., *et p.* 321. *Pollin. Flor. Ver.* 1. *p.* 83. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 28. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 26. *n.* 68. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 51.*, *et Syll. p.* 39. *n.* 2. *Gusson. Pl. rar. p.* 19.*, *et Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 55.* *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 197. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 500. *Gaud. Fl. Helv. tom.* 1. *p.* 175.
M. n. 1525. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 243.
Agrostis effusa *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 21. *n.* 1518.
Gramen sylvaticum panicula miliacea sparsa *C. B. Th. p.* 140. 141. *Scheuchz. Agrost. p.* 133. *n.* 1. *tab.* 3. *fig.* 6. *Ponted. Anthol. lib.* 3. *p.* 192. *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 5. *fig.* 10.
Gr. sylvaticum et montanum, panicula miliacea, sparsa *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 51. *tab. ic. locust. et spicar. gram. fig. n.* 61. herb. Mont. *Seguier. Suppl. p.* 155. *n.* 17.

Ital. *Gramigna cedrata*: *Grano salvatico* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 145.

Perenn. Legi in sylvis alpinis montis *Gottro* in Liguria orientali. Habui ex sylvaticis Taurinensibus a Prof. BALBISIO, et ex sylvaticis thermarum Valderiarum in Pedemontio a BERTERO, ex agro Mantuano *al Bosco* a BARBIERIO, ex valle *Canetra*, et ex monte *De' fiori* in Piceno a Prof. OCTAVIANIO, et ab ORSINO, ex pascuis Lucaniæ a GASPARRINIO, ex Nebrodibus Siciliæ ab Eq. GUSSONIO, ex Corsica in sylva *di Pertuato* a SOLEIROLIO. Floret Junio, et in alpinis Julio, et Augusto.

Radix fibrosa, et insuper stolonifera. Fibræ ejus villosæ. Culmus erectus, vel ascendens, etiam tri-quadripedalis, glaber, striatus. Folia lanceolato-linearia, acuminata, longa, et lata, margine scabra, reliqua parte, vaginisque glabris. Stipula oblonga, oblique truncata, erosa, circiter bilinearis. Panicula composita, elongata, laxa, rachide primaria glaberrima. Rami alterne fasciculati, semiverticillati, inæquales, breves, subdivisi, simplicesque, scabriusculi, in anthesi patuli, post anthesim deflexi, semiverticillis inferioribus quidquam inter se remotioribus, reliquis fere æque distantibus. Locustæ parvæ, ovatæ, turgidulæ, muticæ, alternæ, breviter pedicellatæ, pedicellis apice incrassatis, pallide virentes, aut ex viridi-purpurantes. Valvæ calycinæ subæquales, ovatæ, acutæ, trinerviæ, extus sub lente scabriusculæ, ex viridi purpureoque variæ, margine membranaceæ. Valvæ corollinæ tum calyci, tum inter se longitudine fere æquales, ovatæ, acutæ, enerviæ, cartilagineæ, concavæ, læves, nitidæ, glaberrimæ, initio pallide, deinde intensius flavæ, vel flavo-fuscæ, magis induratæ, corticantes. Harum exterior latior, interiorem amplectens. Caryopsis arcte induviata, et sic decidua.

2. MILIUM *scabrum*: annuum; panicula stricta; locustis muticis; corollis obtusis; culmo scabro; foliis anguste linearibus.

M. scabrum *Röm. et Schult. Mant.* 3. *p.* 561.

M. vernale *Röm. et Schult. Mant.* 2. *p.* 177. in observ. *Presl. Cyper. et Gram. Sic. pag.* 17. excl. syn. Marsch. *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 56.* *Tenor. Syll. p.* 532.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 2. *p.* 11.* *Duby. Bot. Gall. edit.* 2. *tom.* 2. *p.* 1035.* *Lois. Deslongch. Nouv. not. p.* 6.*, *et Fl. Gall. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 50. *n.* 5.*

M. confertum *Gusson. Suppl.* 1. *p.* 14.* *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 91. *n.* 192.

Ital. *Miglio salvatico*.

Ann. Habui ex Calabria *ad Aspramonte*, et ex Nebrodibus Siciliæ ab Eq. GUSSONIO, iterum ex Nebrodibus a Prof. JANIO, ex pascuis montanis Sardiniæ a Prof. MORISIO, ex Corsica *a Liza* a SOLEIROLIO. Floret Aprili, Majo.

Affine præcedenti, a quo differt notis sequentibus. Radix fibrosa, annua. Culmus erectus, parce cæspitosus, tenuis, pedem, vel sesquipedem ad summum longus, scaber. Folia brevia, angusta, omnino linearia, scilicet lineam dimidiam circiter lata, minora unguem, majora duos pollices longa. Vaginæ variant glabræ, aut scabræ. Stipula oblonga, obtusa, unam, vel duas lineas longa, integra, aut erosa. Panicula brevis, semper stricta, licet paululum laxetur in anthesi, virens, nec colorata. Ejus rami alterne fasciculati, pauci in quovis fasciculo, supremi solitarii, abbreviati. Valvæ calycinæ subinæquales, acutæ. Gluma corollina calyce evidenter minor, obtusa. Reliqua omnia ut in *Milio effuso* L.

Milium confertum Willd. Sp. pl. 1. part. 1. p. 360., cui hic auctor Helvetiam pro patria assignat, ex observationibus Cl. Gaudinii in Fl. Helvet. 1. p. 175. 176. est varietas bicubitalis, et altior *Milii effusi* L., ut jam dixerat Hallerus in Hist. stirp. indig. Helv.. tom. 2. p. 243., et ipse Willdenowius suspicatus fuerat l. c.

3. MILIUM *paradoxum*: panicula elongata, pauciflora, nutante; gluma corollina longissime aristata; radice perenni.

M. paradoxum *Sp. pl. edit.* 2. *p.* 90. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 360. *n.* 10., *et En. hort. Berol.* 1. *p.* 93. *n.* 1. *Schreb. Gram.* 2. *pag.* 50. *tab.* 28. *fig.* 2. mediocr. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 16. *tab.* 23. bene, *et Fl. Austr.* 1. *p.* 95. *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 58. *tab.* 1. mediocr., sed rudit. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 84. excl. syn. Allion. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 196. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 501.

Agrostis paradoxa *Lin. Sp. pl. edit.* 1. *p.* 62. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 17. *n.* 1507.

Piptatherum paradoxum *Röm. et Schult. System. veg.* 2. *p.* 328. *n.* 1., *et Mant.* 2. *p.* 183.

Urachne virescens *Trin. Fund. agr. p.* 110.

U. paradoxa *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 92.

Gramen paniculat. Gallo-provinciale Aquilegiæ semine *Pluk. Phyt. tab.* 32. *fig.* 2.

Ital. *Scagliola* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 145.

Perenn. Habui ex collibus Tiburtinis inter *S. Polo*, et *Vitriano* a Prof. Maurio, et ex sylvis umbrosis Tergestinis a Biasoletto. Floret Majo.

Radix fibrosa, firma. Culmi parce cæspitosi, bi-tripedales, tenues, erecti, aut ascendentes, scabridi, vel glabri, basi subbulbosi. Folia linearia, longa, sæpe angusta. Vaginæ striatæ, glabræ, interdum margine ciliatæ. Stipula brevissima, truncata, erosula, utrinque ad oram vaginæ barbata. Panicula composita terminalis, longa, pauciflora, nutans, in anthesi patens, ante, et post anthesim contracta. Rachis flexuosa, scabra. Rami alterne fasciculati, pauci, 2-3. in quovis fasciculo, flexuosi, scabri, inferiores divisi, basi villosuli, supremi abbreviati, simplices, uniflori. Pedicelli longi, flore solitario onusti. Locustæ ovato-oblongæ, acutæ, turgidæ. Valvæ calycinæ longitudine æquales, ovato-oblongæ, acutæ, concavæ, glabræ, aut ad nervos scabræ, subinde apice fissæ, exterior latior, quinquenervis, interior trinervis. Corolla calyce brevior, enervis, valvis æque longis, exteriore latiore, pilosa, apice desinente in aristam circiter semipollicarem, idest quater, et quinquies ipsa valva longiorem, flexuosam, scabram, deciduam; cæterum valva hæc in maturitate fit coloris spadiceo-fusci, nitentis, et valvam interiorem fere totam obvolvit. Caryopsis arcte induviata. Herba ex viridi glaucescens. In reliquis convenit cum antecedentibus.

4. Milium *multiflorum:* panicula remote semiverticillata, elongata, patula; aristis corolla duplo longioribus; stipula abbreviata, truncata, lacera.

M. multiflorum *Willd. En. hort. Berol.* 1. *p.* 94. *Link. En. hort. Berol. alter.* 1. *pag.* 72. *n.* 620. *Cavanill. Demonstr. p.* 36. *Bert. Mant. pl. Flor. alp. Apuan. p.* 7. *n.* 10. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 84. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 51., *et Syll. p.* 583. *n.* 3. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 55., *et Sup.* 1. *p.* 14. *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 3. *p.* 12.* *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 195. *Röhl. cum. Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 501. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 95.

M. arundinaceum *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 45., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 50. *tab.* 66.

M. frutescens *Link. En. hort. Berol. alter.* 1. *pag.* 72. *n.* 623..

Agrostis miliacea *Sp. pl.* 91. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 31. *tab.* 45. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 236. *n.* 2156. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 31. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 19. *n.* 1511. *Gou. Ill. p.* 3.

A. Milium comosum *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 26.*

Piptatherum multiflorum *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 329., *et Mant.* 2. *p.* 183. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 17.

Urachne parviflora *Trin. Fund. agrost. p.* 40.

U. multiflora, et frutescens *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 93. *n.* 195. 196.

Gramen miliaceum maj. nutante panicula arundinaceum *Barrel. Ic.* 754. non Monti.

Gr. miliaceum, majus, nutante panicula, arundinacea *Till. Cat. hort. Pis. p.* 73.

Ital. *Pennacchini cascanti*.

Perenn. Legi Sarzanæ in colle *di Sarzanello* prope dirutum castrum hujus nominis, et Massæ ducalis in rupibus ad veterem pontem super Frigidam l. d. *il Ponte*. Habui Segestâ Tiguliorum in Liguria orientali a Turio, ex promontorio *delle Mele* in Liguria occidua a Badaroo, ex oris Nicæensibus a Prof. Balbisio, et a Prof. Morisio, ex Istria *alla Grotta d' Ospo* a Biasoletto, Româ, ubi vulgaris, a Prof. Maurio, et a Fiorinia-Mazzantia, ex insula Caprearum a Prof. Giraldio, ex Sardinia ad sepes prope Caralim a Prof. Morisio, ex Corsica *a Bonifacio* in dumetis a Seraffinio, et *ad Ajaccio* a Bubanio, et *a Calvi* a Soleirolio. Floret Junio, Julio.

Radix fibrosa, stolonifera, stolonibus foliosis, in novos culmos abeuntibus. Culmus erectus, a sesquipede ad duos cubitos longus, teres, striatus, glaber, duriusculus, subinde e nodis inferioribus ramosus. Folia linearia, acuminata, margine scabra, arefactione plus minus convoluta. Vaginæ breves, glabræ, striatæ. Stipula brevissima, truncata, lacera. Panicula composita, terminalis, prælonga, etiam pedalis, remote semiverticillata, multiflora. Rachis primaria inferne glabra, apice scabriuscula. Rami numerosi, alterne semiverticillati, divaricatione sua verticillum sæpe mentientes, inæquales, flexuosi, in anthesi patentes, nutantes, sursum hispiduli, in parte inferiore simplices, nudi, in superiore divisi, multiflori, raro toti simplices, uniflori. Verticilli fere æquidistantes. Locustæ

parvæ, ovoideæ, turgidæ. Valvæ calycinæ parum inæquales, ovato-lanceolatæ, concávæ, acuminato-mucronatæ, trinerviæ, glabræ, vel superne carina scabridæ, pallide virentes, aut ex viridi purpurantes, apice, et margine albo-membranaceæ. Corolla calyce brevior, bivalvis, valvis longitudine æqualibus, obtusis, glabris, nitidis, initio albentibus, senio subspadiceis, exteriore paulo latiore, trinervi, interiorem binervem amplexante, nunc mutica, nunc paulo infra summitatem gerente aristam simplicem, scabridam, ipsa valva circiter duplo longiorem. Caryopsis scabra, arcte induviata.

Hoc esse *Milium frutescens* Sieberi mihi constat tum ex plantis natis in horto botanico Bononiensi ex seminibus Sieberianis hujus nominis, tum ab exemplari, quod Panzerus f. r. ad me miserat hoc ipso nomine insignitum.

Montius non recte distinxit hanc speciem, imo eam confudit cum *Agrostide Spica venti* L. sub synonymo *Graminis miliacei majoris, glumis aristatis, spadiceis* Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p. 51. tab. ic. locust. et spic. gram. fig. n. 63., ut patet ex ejus herbario, in quo stant exemplaria commixta utriusque stirpis. Forte ipsemet, aut quis alius post illum, errorem cognovit, et synonyma Cat. stirp. l. c. lituris notavit in scheda, quæ eisdem exemplaribus apposita fuit.

5. Milium *cærulescens:* panicula laxa; arista corollina valvis breviore, fugaci; stipulis elongatis, erosis.

M. cærulescens *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 74. *n.* 12. *Sprengel. System. veget.* 1. *p.* 251. *n.* 17. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 66. *tab.* 12. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 45. *Link. Enum. pl. hort. Berol. alter.* 1. *pag.* 72. *n.* 622. *Bert. Amœn. Ital. pag.* 327. *n.* 14. *Vivian. Ann. bot. tom.* 1. *part.* 2. *p.* 138. *n.* 5.*, *et Fl. Lybic. specim. p.* 5.* *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 28. *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 55.*, *et Suppl.* 1. *p.* 14.* *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 84.

M. paradoxum *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 236. *n.* 2154. excl. syn. præter Michelianum.

Agrostis cærulescens *De Candoll. Fl. Franç.* 5. *p.* 250. *n.* 1507.[a]

Piptatherum cærulescens *Römer. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 328. *n.* 3., *et Mant.* 2. *p.* 183. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 17. *Palis. de Beauv. Ess. d'une nouv. Agr. expl. des planch. p.* 5. *tab.* 5. *fig.* 10.

Urachne cærulescens *Trin. Fund. Agrost. p.* 110. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 93. *n.* 197.

Gramen miliaceum, saxatile, angustifolium, glabrum, perenne, panicula fusca, semine nigro, splendente, non aristato *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 73.

Ital. *Scagliola nera*.

Perenn. Legi in rupibus calcariis *di Porti* inter Petram-sanctam, et Massam ducalem. Habui ex maritimis Nicæensibus a Prof. Balbisio, et a Prof. Morisio, ex *Capo S. Spirito* in Liguria occidua a Prof. Sassio, et a Badaroo, ex monte *di Portofino* in Liguria orientali ab Eq. Prof. Vivianio, ex collibus calcariis Siciliæ inter Syracusas, et *Montallegro* ab Eq. Gussonio, ex Corsica *ad Ajaccio* a Soleirolio. Floret Majo.

Radix fibrosa, firma. Culmi cæspitosi, teretes, striati, duri, erecti, vel ascendentes, bi-tripedales, glabri. Folia linearia, acuminata, angusta, longa, glabra, aut scabra, præsertim margine, arefactione convoluta. Vaginæ striatæ, glabræ, internodio plus minus breviores. Stipula elongata, obtusa, lacera. Panicula composita, terminalis, pauciflora, in anthesi patens, ante, et post stricta. Rami remoti, vel omnes solitarii, alterni, vel inferiores geminati, longo tractu simplices, nudi, deinde divisi, floriferi, glabri, aut scabridi, flexuosi. Locustæ oblongæ, acuminatæ, compresso-turgidæ, ex viridi purpureo-cæruleæ. Gluma calycina bivalvis, valvis nunc æqualibus, nunc parum inæqualibus, ovato-oblongis, acuminatis, concavis, compresso-turgidis, inferne obsolete quinquenerviis, glabris, ex viridi purpureo-cærulescentibus, superne albo-membranaceis, et arefactione flavidis, interdum carina, et margine scabriusculis. Corolla calyce dimidia, vel tertia parte brevior, bivalvis, valvis ovatis, glaberrimis, nitidis, longitudine æqualibus; exteriore latiore, obsoletissime quinquecostata, obtusa, basi utrinque ad marginem subbarbata, ferente in apice aristam ipsa valva paulo breviorem, crassiusculam, trigonam, acutam, secum articulatam, et facillime diffluam, sursum hispidulam; interiore angustiore, acuta, obsoletissime bicostata. Cæterum utraque valva marginibus involutis prædita, in anthesi hians, post anthesim arcte supra caryopsidem clausa, initio flavo-fulva, demum nigra, nitidissima. Caryopsis induviata. Tota planta glauca.

Caryopsis induviata, nigra passim ab auctoribus hactenus habita pro semine nudo, hinc sulcato. Non video tantam similitudinem cum *Milio paradoxo* L., quanta passim perhibetur.

6. Milium *lendigerum:* racemo spiciformi, in anthesi laxiusculo; calycibus acuminatis, basi ventricosis, corolla inclusa, hirsuta, aristata; arista geniculata.

M. lendigerum *Sp. pl.* 91. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 87., *et Engl. bot. v.* 16. *tab.* 1107. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 44., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 49. *tab.* 65. luxurians. *Schreb. Gram.* 2. *pag.* 14. *tab.* 23. *fig.* 3. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 17. *tab.* 24., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 94. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 235. *n.* 2152. *Bert. Pl. Gen. p.* 9. *n.* 19., *et Amœn. Ital. p.* 110. *n.* 19. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 84. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 30. *Fior. Append. al Prodr. della Flor. Rom. pag.* 3., *et in Nuov. giorn. de' Lett. Scienz. tom.* 17. *p.* 111. *n.* 3. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 51. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 54.*, *et Suppl.* 1. *p.* 14.* *Desfont. Fl. Atl.* 1. *p.* 65. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abtheil.* 26. *heft. Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 194.

Agrostis australis *Lin. Mant.* 1. *p.* 30.

A. ventricosa *Gouan. Hort. Monsp. p.* 39. *n.* 1. fig. mala.

A. panicea *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 83.

A. lendigera *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 18. *n.* 1508.

Gastridium australe *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 342. *n.* 1., *et Mant.* 2. *p.* 189. *Palis. de Beauv. Ess. d'une nouvel. Agr. explic. des planch. p.* 6. *tab.* 6. *fig.* 6. *a–e. Ten. Syll. p.* 36. *n.* 1. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 21. *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *pag.* 51.* *Rohl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 502.

G. lendigerum *Hook. Brit. Fl. p.* 31. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 76. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 176.

Gramen myurum spica e viridi albescente *Barrel. Ic.* 124. *fig.* 2.

Gr. alopecuro accedens ex culmi geniculis spicas cum petiolis longiusculis promens *Pluk. Phyt. tab.* 33. *fig.* 6.

Gr. serotinum, arvense, spica pyramidata *Tourn. Inst. rei herb.* 1. *p.* 515. *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 10. herb. Mont.

Gr. serotinum arvense, panicula contracta pyramidali *Scheuchz. Agrost. p.* 148. *n.* 1. *tab.* 3. *fig.* 11. *C.*

Ital. *Miglio Codino.*

Ann. Legi Genuæ in collibus *al Lagazzo,* et Sarzanæ in monte *Caprione*. Habui ex *Monfalcone* in litorali Austriaco a Brumattio, ex collibus agri Patavini *alla Battaglia* a Mayero, ex insulis Cosyra, *Maretimo,* Ustica ab Eq. Gussonio, ex insula Caprearum a Prof. Giraldio, ex Sardinia media a Prof. Morisio, ex Corsica *a Bonifacio* a Seraffinio, item *a Bonifacio*

loco dicto *Croce d' arbitro* a Bubanio, et *a Galeria* a Soleirolio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa. Culmi ascendentes, vel erecti, solitarii, vel cæspitosi, simplices, aut ex imis nodis ramosi, a paucis pollicibus ad pedem, et ultra longi, teretes, graciles, glabri. Folia linearia angusta, margine plus minus scabra. Vaginæ totum internodium vestientes, suprema subinde excepta; variant glabræ, vel scabriusculæ, modo omnes arctæ, modo superiores ventricosæ. Stipula breviuscula, oblonga, obtusa, integra, aut erosa, vel lacera. Racemus compositus, spiciformis, terminalis, densiflorus, cylindraceus, utrinque attenuatus, in anthesi laxiusculus, ante, et post anthesim strictus, argentinus. Pedicelli brevissimi, apice incrassati, scabri. Gluma calycina bivalvis, basi initio parum, mox evidentius ventricosa, ventre granuliformi, glaberrimo, nitido, flavido, valvis lanceolato-linearibus, acuminatis, canaliculatis, inæqualibus, supra ventrem dorso fascia angusta viridibus, scabridis, margine late albo-membranaceis, pellucidis, glabris. Corolla minutissima, in ventre calycis contenta, illique mole sua respondens, ideo quater, vel quinquies calyce brevior, bivalvis, valvis longitudine æqualibus, exteriore latiore, amplexante, plus minus hirsuta, et basi utrinque prope marginem barbata, pilis arrectis, apice argute dentata, e dorso superiore emittente aristam, extra calycem plus minus exertam, in medio articulatam, arefactione refractam, sub articulo crassiorem, contortam, flavam, supra articulum valde attenuatam, albidam, scabriusculam; valva interiore angustiore, occultata, pilosa, apice argute dentata. Caryopsis induviata. Tota herba viridi-glauca.

Non video, quomodo in ventre calycis esse possit essentia generis a *Milio* distincti, ut quidam e recentioribus contendunt, præsertim cum sequens species huic valde affinis nunc careat ventre calycino, nunc vix ostendat.

7. Milium *muticum:* racemo spiciformi, cylindrico, arctato; valvis calycinis falcatis, acutis, scabris, ventre baseos subnullo; corollis muticis, paucissimisve aristatis.

M. muticum *Jan. Elench. p.* 2. *n.* 8.*

M. scabrum *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 54.*, *et Suppl.* 1. *p.* 14.*

Gastridium muticum *Spreng. Nov. prov. p.* 20., *et Syst. veg.* 1. *p.* 250. *n.* 2. *Römer. et Schult. Mant.* 2. *p.* 189. *n.* 2. *Link. En. pl. hort. reg. Berol. alt.* 1. *pag.* 72., *et Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 76. *Tenor. Syll. p.* 32. *n.* 2.

G. scabrum *Presl. Cyper. et Gram. Sicul. p.* 21. *Morett. Dec.* 6. *p.* 3., *et in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 6. *p.* 139.

Ital. *Codino sbarbato*.

Ann. Habui ex Calabria *a Staiti*, ex campis cultis, et collibus Siciliæ, et ex Lipara insularum Eoliarum ab Eq. Gussonio, iterum ex Sicilia ad Agrigentum a Prof. Janio. Floret Aprili, Majo.

Valde proximum præcedenti, a quo differt notis sequentibus. Stipula longior, lacera. Racemus spiciformis, ob pedicellos brevissimos magis arctatus, et uniformiter cylindraceus. Calycis valvæ ovato-lanceolatæ, falcatæ, acutæ, canaliculato-compressæ, basi non, aut vix ventricosæ, dorso fascia lata viridi totæ scabræ, margine albo-membranaceo, angustiore. Gluma corollina obsolete denticulata, hirsuta, aut nuda, valva exteriore fere semper mutica, subinde tamen in uno alterove ex flosculis superioribus, semper paucissimis, dorso aristata. In reliquis adamussim convenit.

AGROSTIS.

Lin. Gen. pag. 33. *Juss. Gen. p.* 29. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 99. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 41. *R. Brown. Prodr. p.* 170., *et edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 26. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 88. *Palis. de Beauv. Ess. d'une nouv. Agr. p.* 21. *tab.* 6. *fig.* 10.

Vilfa *Palis. de Beauv. l. c. p.* 16. *tab.* 5. *fig.* 8.

Trichodium *Mich. Fl. Bor. Amer.* 1. *p.* 41. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *pag.* 198. *Palis. de Beauv. l. c. p.* 5. *tab.* 4. *fig.* 8.

Agraulus *Palis. de Beauv. l. c. p.* 5. *tab.* 4. *fig.* 7.

Apera *Palis. de Beauv. l. c. p.* 31. *tab.* 7. *fig.* 11.

Anemagrostis *Trin. Fund. Agrost. pag.* 28. *tab. XI. Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 85.

Podosemi species *Link. Hort. reg. bot. Berol. descript.* 1. *p.* 82.

Calyx gluma bivalvis, uniflora, mutica, persistens. Corolla gluma bivalvis, decidua, valvis inæqualibus, membranaceis, muticis, vel majore infra apicem aristata, subinde valva altera subnulla. Caryopsis libera.

Habitus. Gramina humilia, debilia, repentia, assurgentia, erecta. Panicula in anthesi patens, ante, et post contracta. Locustæ minutæ. Valvæ calycinæ sæpe dorso scabræ, in anthesi divaricatæ.

Observ. Genus hoc plantas omnino affines conjungit, ideo naturale; tamen artificio insigni, e minimis petito in genera non naturalia a recentiorum quibusdam nulla necessitate discerptum.

* *Aristatæ*.

1. Agrostis *Spica venti:* panicula patula, ramis inferne simplicibus, nudis, superne rarifloris; aristis valva corollina quinquies longioribus, strictis.

A. Spica venti *Sp. pl.* 91. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 89., *et Engl. bot. v.* 14. *tab.* 951. *Hook. Brit. Fl. p.* 33. *Leers. Herb. p.* 19. *tab.* 4. *fig.* 1. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 41. *fig.* 1. *Fl. Dan. tab.* 853. *Svensk. bot. tab.* 286. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 32. *tab.* 47., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 96. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 236. *n.* 2155. *Balb. Fl. Taur. p.* 14.* *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 60. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 23. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 35., *et p.* 321.* *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 13. *n.* 83. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 71. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 29. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 42. *Suffr. Forojul. p.* 113. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 67. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 18. *n.* 1509. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 203. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 504. *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 59. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 183.

Anemagrostis Spica venti *Trin. Fund. agrost. pag.* 129. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 85.

Apera Spica venti *Palis. de Beauv. Ess. d'une nouvel. Agr. explic. des planch. p.* 7. *tab.* 7. *fig.* 11.

Avena n. 1480. *α Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 228.

Gramen segetum altissimum panicula sparsa *Scheuchz. Agr. p.* 144. *tab.* 3. *fig.* 10

Gr. miliaceum segetale, majus *Seguier. Veron.* 1. *p.* 351. *n.* 2.

Gr. miliaceum majus, glumis aristatis spadiceis *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 51. partim. Herb. Mont., ubi confusa cum Milio multifloro W.

Ital. *Agrostide de' campi. Pennacchini. Spica venti.* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 9.

Ann. Nascitur copiose inter segetes in Pedemontio, unde habui a Prof. Balbisio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa. Culmus erectus, aut ascendens, bi-tripedalis, simplex, glaber, flexilis. Folia linearia, scabra, subinde supra pubescentia. Vaginæ glabræ. Stipula valde elongata, lacera. Panicula composita, terminalis, longa, erecta, vel nutans, in anthesi patula, ante et post stricta. Rami prætenues, alterne fasciculato-semiverticillati, in quovis fasciculo numerosi, valde inæquales, sursum hispiduli, scabri, flexuosi, inferne simplices, nudi, superne plurimum divisi, multiflori. Locustæ minutæ. Valvæ calycinæ inæquales, lanceolatæ, compresso-canaliculatæ, muticæ, carina scabræ, pallide virentes, aut ex viridi purpurantes; majore obsolete trinervi, acuta, minore uninervi, acuminata. Corolla circiter æquans, aut vix excedens valvam calycinam majorem, membranacea, valvis longitudine æqualibus, exteriore latiore, interiorem angustiorem, apice bidentatam amplexante, tota scabra, apice breviter bifida, et ex sinu divisionis emittens aristam tenuem, simplicem, strictam, leviter flexuosam, scabram, ipsa valva circiter quinquies longiorem. Penicillus pilorum brevissimorum utrinque in basi hujus valvæ prope marginem. Caryopsis minutissima, libera, glaberrima, acuta.

2. Agrostis *interrupta*: panicula elongata, coarctata, ramis a basi divisis, floriferisque; aristis valva corollina quinquies longioribus, strictis.

A. interrupta *Sp. pl.* 92. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 362., *et En. hort. Berol.* 1. *pag.* 94. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 86. *n.* 181. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 33. *tab.* 48. bona, *et Fl. Austr.* 1. *p.* 97. *Balb. Addit. ad Fl. Pedem. in Elenc. p.* 85.*, *et Fl. Taur. p.* 14.* *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 60. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 23. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 35., *et p.* 321.* *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 13. *n.* 84. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 72. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 15. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 29. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 43. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 19. *n.* 1510.

Schrad. Fl. Germ. 1. *p.* 204. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 504. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 184.

Anemagrostis interrupta *Trin. Fund. agr. p.* 129.

Apera interrupta *Palis. de Beauv. Ess. d' une nouvel. Agrost. p.* 31.

Avena n. 1480. *β Hall. Hist. stirp. indig. Helv. tom.* 2. *p.* 228.

Gramen capillatum paniculis interruptis angustioribus *Vaill. Bot. Paris. p.* 88. *tab.* 17. *fig.* 4. *a–d.* bona. *Seguier. Suppl. p.* 156. *n.* 18.

Gr. arvense, paniculatum, spica interrupta *Scheuchz. Agrost. p.* 146. *n.* 2.

Ital. *Spica venti sottile.*

Ann. Legi Bononiæ in collibus prope *le Grotte*. Habui ex Pedemontio ad Augustam Taurinorum secus Padum a Molinerio, et a Prof. Balbisio, tum ad Albam Pompejam secus Tanarum a Bertero, ex monte *Velino* in Prætutiis ab Orsino. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa. Culmi cæspitosi, vel solitari, ascendentes, aut erecti, a palmo ad sesquipedem longi. Folia linearia, angustissima, margine scabra. Panicula longa, coarctata, attenuata, ramis jam a basi subdivisis, et floriferis, semper strictis. Locustæ minutæ, tenuiores, quam in præcedente. Valvæ calycinæ inæquales, lanceolatæ, acuminatæ, concavo-compressæ, carinatæ, carina virenti, hispidula, margine subciliatæ. Corolla æquans, aut paululum excedens valvam calycinam minorem, infra apicem gerens aristam ipsâ sexies longiorem. In reliquis convenit cum *Agrostide Spica venti* L.

3. Agrostis *pallida:* panicula in anthesi patula, ramis inferne simplicibus, nudis, superne divisis, densifloris; valva corollina solitaria, glabra, apice quadridentata, supra medium aristata, arista geniculata, calycibus duplo longiore.

A. pallida *Spreng. System. veget.* 4. *part.* 2. *in addend. p.* 337. *n.* 35. *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 251. *n.* 1510.* *Guss. Pl. rar. p.* 20. *tab.* 5. *fig.* 1.*, *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 59.* *Jan. Elench. p.* 2. *n.* 22.* *Tenor. Flor. Nap.* 3. *p.* 52., *et Sup.* 1. *p.* 42. *n.* 7. *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 2. *p.* 11.* *Trin. Spec. gram. fasc.* 3. Fig. duplex.

A. canina *Ab Ucr. Hort. reg. Panorm. p.* 57.

Apera pallida *Röm. et Schult. System. veget.* 2. *p.* 370. *n.* 84.

Ital. *Capellini Scope.*

Ann. Habui ex Calabriæ, et Siciliæ locis humentibus, et inundatis ab Eq. Gussonio, iterum ex Sicilia *a Castelvetrano* a Prof. Janio, ex Sardinia *a Morgongiori* a Prof. Morisio, ex Corsica *a Croce d' arbitro* prope *Bonifacio* a Bubanio, iterum ex humentibus *di Bonifacio* a Seraffinio, et *a Porto vecchio* a Soleirolio. Floret Majo, Junio.

Culmus a palmo ad pedem, aut paulo ultra longus. Folia brevia. Stipula bifida, laciniataque. Panicula composita, mediæ longitudinis, in anthesi laxa, pallide virens, subinde ex viridi purpurascens. Rami ejus alterne fasciculati, flexuosi, scabri, quidquam inæquales, inferne simplices, nudi, superne divisi, densiflori. Locustæ minutæ. Valvæ calycinæ paulo inæquales, lanceolatæ, carinatæ, carina scabra, margine albo-membranaceo, hyalino. Corolla calyce dimidio brevior, membranacea, oblonga, glabra, univalvis, valva superne quadrinervi, nervis in denticulos setaceos in apice valvæ abeuntibus, qui denticuli nunc æquales, nunc duo longiores, ut valva videatur bifida; ex ejus dorso paulo supra medium prodit arista tenuis, scabriuscula, ipsâ valvâ triplo, vel quadruplo, calyce vero duplo longior, articulata. Penicillus pilorum brevissimorum utrinque unus in basi valvæ corollinæ prope marginem ejus. Caryopsis libera, minutissima, subrotunda, matura fulva. Reliqua omnia, ut in *Agrostide interrupta* L.

4. Agrostis *canina:* foliis primordialibus capillaceis, culmeis anguste linearibus, planis; culmo decumbente; panicula rariflora, in anthesi patula; valvis calycinis ovatis, acutis; gluma corollina univalvi, infra medium aristata; arista geniculata, arefactione recurva, calycibus sublongiore.

A. canina *Sp. pl.* 92. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 90., *et Engl. bot. v.* 26. *tab.* 1856. *Hook. Brit. Fl. p.* 32. *Leers. Herb. pag.* 19. *tab.* 4. *fig.* 2. *Hoffm. Fl. d'Allem. ann.* 1800. *vol.* 1. *part.* 1. *tab.* 6. *Host. Gr. Austr.* 4. *p.* 31. *tab.* 53., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 99. *Allion. Fl. Pedem.* 2. *pag.* 236. *n.* 2159.* *Balb. Fl. Taurin. p.* 15.* *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 13. *n.* 85.* *Ten. Syll. in Append.* 3. *p.* 584.* *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 81.* *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 20. *n.* 1513. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Flor.* 1. *p.* 512. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 181. *Wahlenb. Fl. Suec.* 1. *p.* 39.

A. rubra *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 61.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 74. *Trin. Spec. gram. fasc.* 3. Figura exactior.

A. vulgaris ε *Bert. Rar. Ital. plant. dec.* 3. *pag.* 8., *et Amœn. Ital. p.* 3. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 351., *et Mant.* 2. *p.* 193.

Trichodium caninum *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 198. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 277. *n.* 1., *et Mant.* 2. *p.* 156., *et Mant.* 3. *p.* 553.

Agraulus caninus *Palis. de Beauv. Ess. d' une nouv. Agrost. explic. des planch. p.* 5. *tab.* 4. *fig.* 7. locustis nimis grandibus.

Avena n. 1479. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv. tom.* 2. *p.* 227.

Gramen paniculatum, supinum, ad infima culmorum genicula foliorum capillarium fasciculis donatum *Scheuchz. Agrost. p.* 141. *n.* 3. *tab.* 3. *fig.* 9. *C.*

Ital. *Capellini* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 9.

Perenn. Habui ex pascuis humentibus Pedemontanis a Molinerio, et a Prof. Balbisio, iterum ex Pedemontii pratis uliginosis *della Venaria* prope Taurinum a Prof. Re, ex alpibus Valderiis a Prof. Morisio, ex *Lomellina* superiori *a Confienza*, et *a Carbonara* ab Eq. Cesate, et a De Notaris, ex pratis humidis Comensibus a Comollio, ex Piceno *al Piano grande di Castelluccio* ab Orsino, ex humentibus sylvæ Pisanæ ab Eq. Prof. Savio, ex Calabria *ad Aspramonte* ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio. Floret Junio, Julio.

Radix deorsum fibrosa, sursum stolonifera, stolonibus procumbentibus, articulatis, foliosis, interdum ad articulos cæspitulum brevem, densumque foliorum capillaceorum ferentibus, in culmos florigeros mox transeuntibus. Culmi florigeri tenues, debiles, passim decumbentes, superne surrecti, ibique tractu plus minus longo nudi, toti glabri. Folia radicalia capillacea, reliqua anguste linearia, plana, lineam semis, aut lineam lata, margine, vel etiam superficie scabra. Vaginæ passim glabræ. Stipula oblonga, sesqui-bilinearis, erosa, vel lacera. Panicula rariflora, in anthesi patens, ante, et post anthesim stricta, in humentibus, umbrosisque albo-virens, in apricis viridi-purpurascens, vel intense violaceo-rubens, idque etiam in ramis, et rachide. Rami ejus capillares, alterne fasciculati, flexuosi, scabri, inferne simplices, et nudi, superne trichotomi, et floriferi. Locustæ minutissimæ, passim lineæ longitudinem non attingentes. Valvæ calycinæ parum inæquales, ovatæ, acutæ,

concavæ, carinatæ; valvæ majoris carina superne longo tractu scabra, minoris vix tantum apice scabriuscula, aut etiam tota glabra. Gluma corollina univalvis, calyce paulo brevior, concavo-ovata, latiuscula, margine involuta, albo-membranacea, rarius colorata, apice truncata, et a nervis productis minute denticulata, infra medium dorsi gerens aristam articulatam, scabriusculam, sub articulo contortam, arefactione refractam, ipsa gluma sesquilongiorem, extra calycem quidquam porrectam. Penicillus pilorum minutissimorum utrinque in basi ejus prope marginem, subinde deficiens. Caryopsis libera, matura fulva.

Hæc species valde appropinquat *Agrostidem vulgarem β* Smith.; at distinguitur habitu graciliore, foliis radicalibus capillaceis, stipula semper elongata, paniculis rarifloris, locustis minoribus, gluma corollina univalvi, arista ejus fere ex basi, aut saltem infra medium orta. Smithius l. c., et Hostius l. c. exhibent in figuris suis glumam corollinam bivalvem, valva interiore minima, sed, ut verum fatear, nunquam illam videre potui in observationibus meis pluries repetitis.

5. Agrostis *alpina:* foliis convoluto-setaceis; culmo abbreviato, erecto; panicula in anthesi patente, rachide, ramisque glabris; calycibus acuminatis; gluma corollina univalvi, apice denticulis muticis crenulata, dorso infra medium aristata.

A. alpina *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 368. *n.* 47. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 80. *n.* 169. *Wahlenb. Fl. Lap. p.* 22., *et Fl. Suec.* 1. *p.* 39. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 34. *tab.* 49., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 97. excl. syn. Scheuchz. *Bert. Mant. pl. Fl. alp. Apuan. p.* 6. *n.* 9. *Morett. in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 8. *p.* 468. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 70. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 180.

A. rupestris *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 237. *n.* 2161.* *Re Fl. Segus. p.* 11.* *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 25. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 21. *n.* 1516. *Röhl. cum Merten. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 514.

A. setacea *Vill. Hist. des pl. de Dauph.* 2. *p.* 76.

Trichodium alpinum *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 200. *tab.* 3. *fig.* 4. *Röm. et Schult. System. veget.* 2. *p.* 278. *n.* 3., *et Mant.* 2. *p.* 156., *et Mant.* 3. *p.* 554.

Agraulus alpinus *Palis. de Beauv. Ess. d'une nouv. Agrost. p.* 5.

Avena n. 1477. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 227.

Gramen paniculatum, capillaceo folio, locustis parvis spadiceo-fuscis, aristatis *Scheuchz. Agrost. p.* 141. *n.* 2.
Ital. *Càpellini d' alpe. Capellini violetti.*
Perenn. Legi in summa *Tambura* alpium Apuanarum in locis herbidis Cafferonianam versus. Habui ex Cenisio a Prof. Re, ex pascuis alpinis Pedemontanis, præsertim ad thermas Valderias, a Prof. Balbisio, a Prof. Morisio, et a Bertero, ex alpibus maritimis *alle Finestrelle* a Prof. Morisio, ex montanis *della Zeda* in valle *Intrasca* provinciæ Novariensis a De Notaris, ex cacuminibus Baldi a Pollinio, ex pascuis *de' Monzoni* in valle *di Fassa* Tyrolis a Meneghinio, ex *Vallazza*, et *Marsopian* alpium Feltrinensium ab Eq. Contareno, ex monte *Grosso* Corsicæ a Soleirolio. Floret Julio, Augusto.
Radix fibrosa. Culmi cæspitosi, plerumque palmares, raro pedales, tenues, erecti, vel ascendentes, glabri. Folia lineari-angustissima, convoluto-setacea, glabra, culmea pauca, supremum brevius, longe vaginans. Vaginæ fortiter striatæ, glabræ. Stipula elongata, lanceolata, integra, vel lacera. Panicula composita, terminalis, in anthesi laxa, ante, et post anthesim stricta. Rami ejus alterne fasciculati, flexuosi, apice incrassati, una cum rachide glabri, superiores breviores. Calyx gluma bivalvis, valvis quidquam inæqualibus, vel etiam æqualibus, concavo-lanceolatis, acuminatis, lineam, aut paulo ultra longis, carinatis, carina hispido-ciliatis, et virentibus, latere purpureo-violaceis, glabris, totis valvis subinde violaceis, siccis margine, et apice stramineis. Gluma corollina univalvis, calyce brevior, albo-membranacea, ad lentem acutam scabriuscula, interdum colorata, ovato-oblonga, concavo-convoluta, apice denticulata, denticulis plus minus argutis, muticis, dorso paulo infra medium aristata, et infra aristam quinquenervis. Arista tenuis, scabra, ipsâ glumâ circiter duplo longior, articulata, sub articulo contorta, arefactione refracta. Penicillus pilorum brevissimorum utrinque unus ad basim valvæ corollinæ prope marginem, subinde deficiens. Antheræ grandes, pallidæ. Caryopsis oblonga, flava, libera.

6. Agrostis *rupestris:* foliis lineari-angustissimis, convolutis; culmo elongato; panicula in anthesi patente; rachide, ramisque scabris; calycibus acuminatis; gluma corollina bivalvi, valva majore apice denticulato-biseta, basi aristata.

A. rupestris *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 368. *n.* 18. excl. syn. All. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 81. *n.* 170. *Host. Gram. Austr.* 3. *pag.* 34. *tab.* 50., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 98. *Morett. in Giorn. di fisic. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 8. *p.* 469. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 178.
A. alpina *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 237. *n.* 2160. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 25. *Röhl. cum Merten. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 515. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 20. *n.* 1515. *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 60.
A. festucoides *Vill. Hist. des plant. de Dauph.* 2. *p.* 76.
A. flavescens *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 30. *tab.* 52.
Trichodium rupestre *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 201. *tab.* 3. *fig.* 5. *Röm. et Schult. System. veget.* 2. *p.* 279. *n.* 4., *et Mant.* 2. *p.* 156.
Avena aurata *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 255. *n.* 2254.
A. n. 1478. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 227.
Gramen alpinum paniculatum elegans, paniculis ex spadiceo viridi, et argenteo variegatis *Scheuchz. Agrost. prodr. p.* 20. *tab.* 3. fig. prima sinistrorsum.
Gr. parvum, paniculatum, alpinum, panicula spadicea, aristatum *Scheuchz. Agrost. p.* 140. *n.* 1.

Ital. *Capellini d' alpe dorati.*

Perenn. Legi in alpinis Liguriæ occiduæ *alla Scaggia* retro *Pegli* loco dicto *la Polla*. Habui ex Cenisio a Bonjeanio, ex alpibus Pedemontanis editioribus a Prof. Balbisio, et ex *Calla d'Agnon* supra *Preglio* a Prof. Morisio, ex *Odai* Tyrolis italici ab Eq. Petruccio, ex alpibus Feltrinis dictis *le Vette* a Visianio. Floret Julio, et Augusto.

Culmus altior, quam in specie præcedenti, plerumque inter spithamam, et sesquipedem longus. Folia quoque quidquam latiora; ideo, dum convolvuntur, crassiora. Rachis, et rami paniculæ scabri. Locustæ majores, scilicet sesquilineam, aut duas lineas longæ, viridi-purpureæ, vel e viridi-purpureo auratæ, rarius totæ purpureo-violaceæ. Calycis valvæ valde acuminatæ, quidquam inæquales, sub lente carinâ scabriusculæ, subinde etiam margine. Gluma corollina bivalvis, valva majore concavo-lanceolata, quadrinervi, apice denticulata, denticulo utrinque exteriore in setam brevissimam, scabram protracto, reliquis muticis, ex ipsissima basi, aut prope basim emittente aristam articulatam, tenuem, scabram, valvâ duplo longiorem, arefactione plus minus refractam; valva altera quintuplo breviore, angusta, lanceolata, binervi, apice

bidentata. Basis corollæ interdum obvallata circulo pilorum nitidorum, qui pone valvam majorem sunt brevissimi, at prope marginem ejus, et ad valvam minorem protrahuntur in penicillos duos longiusculos. Caryopsis libera, minutissima, ovata, matura fulva. Reliqua ut in *Agrostide alpina* W.

7. Agrostis *nitens:* vagina foliorum suprema subspathacea; racemo spiciformi, oblongo; continuo; calycibus corolla longioribus; valva corollina majore villosa, apice longe biseta, basi aristata.

A. nitens *Gusson. Ind. sem. hort. reg. in Boccadifal. ann.* 1825. *pag.* 1.*, *et Flor. Sicul. prodr. tom.* 1. *p.* 59.*, *et Suppl.* 1. *p.* 59.* *Reichenb. Cent.* 4. *p.* 75. *n.* 113.

Lachnagrostis Gussonis *Trin. Spec. gram. fasc.* 21. Figura non exactissima.

Ital. *Paleino gentile*.

Ann. Habui ex insulis maris Siculi Ægusa (*Favignana*), et Cosyra (*Pantellaria*) ab Eq. Gussonio, qui præterea illam reperit in Siciliæ maritimis prope Drepanum. Floret Aprili, Majo.

Radix fibrosa, fibris tenuibus, flexuosis, quandoque lanuginosis. Culmi cæspitulosi, vel solitarii, pellicares, palmares, decumbentes, ascendentes, ad genicula plus minus infracti. Folia anguste linearia, acuminata, striata, glabra, arefactione convoluta, ultimum brevissimum. Vaginæ striatæ, glabræ, superior inflata, subspathacea, reliquæ arctæ. Stipula lineam circiter longa, lacera. Racemus spiciformis, terminalis, continuus, oblongus, utrinque angustior, viridi-albens, nitens. Pedicelli scabriusculi, apice incrassato, glabro. Calycis valvæ longiusculæ, quidquam inæquales, lanceolatæ, acutæ, aut obtusiusculæ, concavo-compressæ, carinatæ, subinde a carina producta mucronulatæ, carina crebre ciliolato-scabra, lateribus glabris, margine albo-membranaceo. Gluma corollina tertiam partem valvæ calycinæ majoris longitudine æquans; ejus valva exterior oblonga, plus minus villosa, apice biseta, setis fere longitudine ipsius valvæ, dorso prope basim aristata, arista calycem subæquante, articulata, infra articulum contorta, fulva, supra articulum scabriuscula, albida. In basi valvæ prope oram ejus utrinque stat penicillus pilorum brevissimorum. Valva corollina interior longa ut exterior, sed angustior, inclusa, apice bidentata, nervo utrinque prope

marginem excurrente instructa. Caryopsis libera, oblonga, unisulcata, corneo-transparens.

Figura hujus speciei a Trinio data bona in genere est; at peccat, quia exhibet aristam corollinam ortam supra medium dorsi, dum reapse proficiscitur e basi valvæ.

. * * *Plerumque muticæ.*

8. Agrostis *vulgaris:* radice repente; culmo ascendente, erectove; floribus paniculatis; calycibus acuminatis, carina scabris; valvis corollinis inæqualibus, interiore dimidio breviore.

A. vulgaris *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 91, *et Engl. bot. v.* 24. *tab.* 1671. *Hook. Brit. Fl. p.* 34. *Link. hort. reg. Berol. descript. pag.* 78. *n.* 163. *Willd. En.* 1. *p.* 96. *n.* 9. *α*. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 75. *n.* 21. *α*. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 350. *n.* 18. *α, β, δ, et Mant.* 2. *p.* 192. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 257. *n.* 1. *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 34. *tab.* 59., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 101. *Kops. et van Hall. Fl. Bat. tab.* 407. *Bert. Pl. Gen. p.* 10. *n.* 20., *et Rar. Ital. pl. dec.* 3. *pag.* 7. *α, κ, et Amœn. Ital. p.* 2. *α, κ, et p.* 110. *n.* 20., *et p.* 238. *n.* 5. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin. tom.* 1. *p.* 36. *et p.* 321. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 72. *α, γ*. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 27. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 41.* *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 32.* *Sebast. et Maur. Flor. Rom. prodr. p.* 27. *n.* 70. *α, κ.** *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 52. *A., et Syll. p.* 41. *n.* 1. *A. B. C. Gusson. Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 56.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 49.* *De Cand. Fl. Franç.* 3. *pag.* 22. *n.* 1520., *et vol.* 5. *pag.* 252. *Loisel. Deslongch. Not. pag.* 14.*, *et Fl. Gall. edit.* 2. *tom.* 1. *pag.* 52. *α**, excl. syn. Villars. *Hoffm. Fl. d' Allem. ann.* 1800. *tom.* 1. *pag.* 36. *tab.* 7. *fig.* 1–7. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 206. *tab.* 2. *fig.* 3. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 505. *α*. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 190. *α*. *Wahlenb. Fl. Lap. p.* 24.

A. alba *Sp. pl.* 93. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 93., *et Engl. bot. v.* 17. *tab.* 1189. *Hook. Brit. Fl. p.* 34. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 76. *n.* 25. *α*. *Willd. En.* 1. *p.* 96. *n.* 10. *α*. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 346. *n.* 9. *α, β, γ, et Mant.* 2. *p.* 190. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 157. *n.* 2. *Leers. Herb. p.* 21. *tab.* 4. *fig.* 5. *Fl. Dan. tab.* 1623. *Allion. Flor. Ped.* 2. *p.* 238. *n.* 2166. *Balb. Fl. Taur. p.* 15. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 61. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 36. *et* 321. *Birol. Fl. Acon.* 1. *pag.* 25. *Ruching. Fl. dei lid. Ven.*

p. 16. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 27. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 41.* *Suffr. Forojul. p.* 113. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 33.* *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 57.*, *et Suppl.* 1. *p.* 15.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *pag.* 53., *et Syll. p.* 42. *n.* 2. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 22. *n.* 1521. *Loisel. Deslongch. Fl. Gall. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 52.* *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 209. *α*, *β*, *γ tab.* 2. *fig.* 1. 2. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 508. *α*, *β*, *γ*. *Gaud. Fl. Helv. tom.* 1. *p.* 187. *var.* I–IV.

A. stolonifera *Sp. pl.* 93. *Engl. bot. v.* 22. *tab.* 1532. planta luxurians. *Leers. Herb. tab.* 4. *fig.* 6. *Host. Gr. Austr.* 4. *p.* 32. *tab.* 56., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 100. *Fl. Dan. tab.* 564. *Svensk. bot. tab.* 581. *Allion. Fl. Pedem.* 2. *p.* 237. *n.* 2162. *α*. *Balb. Fl. Taur. p.* 15. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 25. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *pag.* 35., *et p.* 321. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 13. *n.* 86. *Lanfoss. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *pag.* 53.* *Suffr. Forojul. p.* 113. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 85. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 69. *De Cand. Flor. Franç.* 3. *p.* 23. *n.* 1522. *Vahlenb. Flor. Suec.* 1. *p.* 40.

A. capillaris *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 237. *n.* 2165. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 25. *Suffr. Foroj. p.* 113. *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 61. *Fl. Dan. tab.* 163. *Leers. Herb. p.* 20. *tab.* 4. *fig.* 3. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 69.

A. hispida *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 370. *n.* 23. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 13. *n.* 87.

A. sylvatica *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 33. *tab.* 58., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 101. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 15.

A. diffusa *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 22. *tab.* 55., *et Flor. Austr.* 1. *p.* 99. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 36.

A. patula *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 52.

A. frondosa *Ten. l. c. p.* 53.*, *et Syll. p.* 42. *n.* 3.* *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 77. *n.* 162.

A. dubia *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 21. *n.* 1317.

A. varia *Host. Gram. Austr.* 4. *pag.* 33. *tab.* 57., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 100.

A. decumbens *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 31. *tab.* 54., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 99.

A. compressa *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 368.

A. vinealis *β Willd. l. c. p.* 369.

A. maritima *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 28. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 42. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 23. *n.* 1524. *Loisel. Deslongch. Fl. Gall. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 52.

A. rubra *β Wahlenb. Fl. Suec.* 1. *p.* 40.

A. polymorpha *Trin. Spec. gram. fasc.* 3., *et varietates Ibid. fig. E. D.*
Vilfa frondosa, V. alba *α, β, γ, δ*, V. glaucescens *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 22. 23.
Poa n. 1473. *α, β Hall. Hist. stirp. indig. Helv. tom.* 2. *p.* 225.
P. n. 1475. *α, β, γ Hall. l. c. p.* 226.
Gramen radice repente, panicula delicata, spadiceo-viridi *Scheuchz. Agr. p.* 127. *n.* 1.
Gr. montanum panicula spadicea delicatiore *Scheuchz. l. c. p.* 129. *n.* 3. *tab.* 3. *fig.* 5. *B.*
Gr. alpinum, panicula fere arundinacea, spadiceo-viridi, locustis muticis *Scheuchz. l. c. p.* 131. *n.* 6.
Gr. miliaceum minus panicula rubente *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 52. *tab. ic. locust. et spic. gram. fig. n.* 64. Herb. Mont. etiam quoad varietates.
Gr. capitulo globoso foliaceo *Ambros. Hort. studios. p.* 76. 77., *et Phyt.* 1. *p.* 253. 254. Figura rudis culmi cæspitiferi, cujus archetypum stat inter Gramina Montiana.

β corollis muticis, aristatisque, arista dorsali, articulata.
Agrostis vulgaris *β Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 92. *Hook. Brit. Fl. p.* 34. *Röm. et Schult. System. veg.* 2. *p.* 351. *γ*, *et Mant.* 2. *p.* 193. *β*. *Bert. Rar. Ital. pl. dec.* 3. *p.* 7. *β*, *et Amœn. Ital. p.* 3. *β*. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 73. *β*. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 33. *β*. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 27. *n.* 70. *β*.* *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 52. *B.*, *et Syll. p.* 41. *n.* 1. *D*. *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 252. *n.* 1520. *δ*. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 206. *β*. *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 507. *β*.
A. rubra *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 82.* *Wahlenb. Fl. Lap. p.* 23., *et Fl. Suec.* 1. *p.* 40.
A. alpina *Sav. l. c. p.* 81.*
A. polymorpha var. *Trin. Spec. gram. fasc.* 3. *fig. B.*

δ corolla post anthesim elongata.
Agrostis vulgaris *δ Smith. Fl. Brit.* 1. *p.* 80. *Bert. Rar. Ital. pl. dec.* 3. *p.* 8., *et Amœn. Ital. pag.* 3. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 506. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 192. *Römer. et Schult. System. veget.* 2. *p.* 351. *δ*, *et Mant.* 2. *p.* 193. *δ*. *Hoffm. Fl. d' Allem.* 3. *ann.* 1800. *tab.* 7. *fig.* 8. vivipara.
A. vulgaris *ε Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 73. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 207. *tab.* 2. *fig.* 4.
A. vulgaris *γ Willd. En.* 1. *p.* 96. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 75. *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 252.

A. alba γ *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 93., *et Engl. bot. v.* 17. *tab.* 1189. *fig.* β. locustam exhibens. *Willd. En.* 1. *p.* 37.
A. sylvatica *Lin. Sp. pl. tom.* 2. *p.* 1665. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 371.
A. capillaris *Leers. Herb. tab.* 4. *fig.* 3. †.

γ caryopside ustilaginea, tumidula, nitida, mucronulata.

Agrostis vulgaris γ *Smith. Fl. Brit.* 1. *p.* 80., *et Engl. Fl. p.* 92. *Hook. Brit. Fl. pag.* 34. *Fl. Dan. tab.* 1802. *Bert. Rar. Ital. plant. dec.* 3. *p.* 8., *et Amœn. Ital. p.* 3. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 33.* *Schrad. Flor. Germ.* 1. *p.* 206. 207. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 506. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 191. *Loisel. Deslongch. Fl. Gall. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 52.* *Röm. et Schult. System. veget.* 2. *p.* 351. ζ, *et Mant.* 2. *p.* 193. γ.
A. vulgaris β *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 75. *Willd. En.* 1. *p.* 96. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 36. *b. Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 52. *C.*, *et Syll. p.* 41. *E. Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 74. ζ.
A. pumila *Lin. Mant.* 1. *p.* 31. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 371. *Sav. Due cent. p.* 24.* *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 22. *n.* 1519.
A. intermedia *Balb. Addit. ad Fl. Pedem. in Elench. p.* 85., *et Misc.* 1. *p.* 9.*
Gramen minimum, palustre, panicula spadicea, delicata, tenuifolium, semine exiguo rotundo *Scheuchz. Agrost. p.* 131. *n.* 5.

Ital. *Capellini* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 9.

Perenn. Planta vulgatissima in universa Italia. Legi Genuæ sub *lo Sperone*, in Lunæ portu in collibus inter *Lerice*, et *la Vàllata*, Sarzanæ in monte *Darme*, et in arenis Macræ, in alpibus Apuanis in verticibus *Sagro*, et *Tambura*, in valle *Catino*, et in Lunensium lapidicinis, in Apennino Florentino in vertice *Sassocastro* prope *il Covigliaio*, Bononiæ in collibus *di Paderno*, et in palustribus S. Gabrielis *al Camerone*, Ravennæ in litore maris, et in pineto, *a Lugano* in viis campestribus, et ad radices montis S. Salvatoris. Habui ex pascuis Pedemontanis prope thermas Valderias a Bertero, ex Cenisio a Bonjeanio, ex agro Mediolanensi in sylvis *della Merlata* a Prof. Balsamo-Crivellio, et a De-Notaris, ex agro Mantuano a Barbierio, et a Felisio, ex arvis Patavinis a Rev. Romano, et a Visianio, ex litore Veneto a Ruchingero, et ex *Brondolo* a Prof. Naccario, ex agro Urbinati *a Sascorbàro*, et ex *Varano* a Prof. Octavianio,

ex montibus Nursinis ab Eq. PETRUCCIO, ex Piceno ad portum Asculi, ex *Piano grande di Castelluccio*, ex *Cavaceppo*, et ex monte *d'Accumoli* ab ORSINO, ex valle *Canetra* iterum a Prof. OCTAVIANIO, ex monte *Corno*, et ex *Pizzo di Sivo* Prætutiorum ab Eq. GUSSONIO, et ab ORSINO, ex agro Pisano ab Eq. Prof. SAVIO, ex plebe S. Stephani *alla dogana di Viamaggio* in provincia Aretina ab AMIDEO, Româ a Prof. SEBASTIANIO, Tibure a FIORINIA-MAZZANTIA, Neapoli *ai Bagnuoli* ab Eq. Prof. TENORIO, et ab ORSINO, ex collibus, et ex Nebrodibus Siciliæ ab Eq. GUSSONIO, ex Sardinia a Prof. MORISIO, ex Corsica *a Bonifacio* a SERAFFINIO, ex viciniis *d'Ajaccio* sub *Mariucci* a BUBANIO, ex *Calvi*, *Orezzo*, et *Bastia* a SOLEIROLIO, Varietatem β legi Sarzanæ in collibus promiscue cum specie. Obtinui ex collibus Albingaunensibus in Liguria occidua a BADAROO, ex agro Mediolanensi secus torrentem *Seveso* a Prof. BALSAMO-CRIVELLIO, et a DE NOTARIS, ex monte Pisano ab Eq. Prof. SAVIO, Româ a Prof. SEBASTIANIO. Habui varietatem δ ex apennino Liguriæ orientalis *alle Giarre* a Turio, et varietatem γ ex humentibus *della Mandria*, et *Casalette* in Pedemontio a Prof. BALBISIO, ex Hetruria ad lacum *di Castiglione della Pescaia* ab Eq. Prof. SAVIO. Tum species, tum varietates florent Julio, Augusto.

Radix plus minus repens. Culmi cæspitosi. Ludunt erecti, decumbentes, ascendentes, nodis inferioribus sæpe radicantibus, item simplices, vel inferne ex articulis ramosi; cæterum graciles, glabri, uni-tripedales, superne demum nudi. Folia linearia, a linea dimidia ad tres lata, margine, subinde etiam superficie scabra, inferiora angustiora, nec tamen capillaria, ima brevissima. Interdum cæspituli foliorum prodeunt ex nodis inferioribus culmorum procumbentium. Vaginæ arctæ, striatæ, glabræ. Stipula mirimode varians longitudine, nunc fere obsoleta, nunc bilinearis, atque inter hæc extrema perpetuo ludibunda, extus striata, et tenuiter puberula, apice truncata, aut rotundata, integra, vel erosa, lacera, subinde etiam bifida. Panicula terminalis, in anthesi patens, ante, et post anthesim contracta, ramis alterne fasciculatis, semiverticillatis, trichotomis, scabris, inæqualibus, nunc rarifloris, nunc densifloris, plerumque in parte inferiori nudis, sed dantur jam ab exortu floriferi. Verticilli inferiores fere æque dissiti. Valvæ calycinæ vix inæquales,

ovato-lanceolatæ, concavæ, acuminatæ, aut acutæ, a linea dimidia ad sesquilineam longæ, carinatæ, carina viridi, aut tota, aut superne ciliato-scabra, raro nuda, lateribus glabris, aut sub fortiori lente minutissime puberulis, viridi-pallentibus, aut albido-purpurantibus. Gluma corollina bivalvis, membranacea, mutica, glabra, initio albo-viridula, demum dealbata. Valva exterior calyce quidquam brevior, oblonga, concava, quinquenervis, obtusa, atque a nervis productis plus minus manifeste denticulata, dentibus subinde brevissime setaceis, saltem uno alterove, et præsertim medio. Interdum quoque nervus medius hujus valvæ paulo infra apicem ejus sejungitur ab illa, et abit in setulam brevem, scabram, nullimode articulatam, prout aristæ Agrostidum est. Penicillus brevissimus pilorum utrinque unus ad basim hujus valvæ prope ejus marginem. Valva corollina interior dimidio brevior, angustior, binervis, apice bidentata. Caryopsis libera.

Varietas β differt tantum, quia flosculi aristati sunt intermixti flosculis muticis, scilicet gluma corollina major interdum ex dorso paulo supra basim emittit aristam articulatam, infra articulum contortam, superius scabram, ipsa valva circiter duplo longiorem, arefactione refractam.

Varietas δ fit vivipara, corollis in bulbillos elongatis, extra calycem productis.

Varietas γ nunc pumila culmo digitali, nunc plusquam pedalis, qui lusus subinde habentur in eodem cæspite. Caryopsis ejus corrumpitur ustilagine, et fit turgidula, nitida, mucronulata, at semper intra calycem continetur.

Nullum dubium est, *Agrostidem albam* L. esse levissimum lusum *Agrostidis vulgaris* Smith., ut jam innui in Amœn. Ital. p. 2. 3., ad quas lectorem nunc ammando. In eamdem sententiam nuperrime ivit etiam Linkius in Hort. reg. Berol. descript. 1. p. 78., et in illam pronus videtur Hookerus, cum ait: *I know not of any British awlness Agrostides, which may not be reduced either to* A. vulgaris *or* A. alba. *The two species are indeed very closely united* Brit. Fl. p. 34. Quod si Smithius pro speciebus diversis retinet: *I concur with Prof. Hooker ond M.r Bicheno in uniting* A. stolonifera *to* A. alba, *but by no means in perceiving any ambiguity between the latter and* vulgaris Engl.

Fl. 1. p. 93., vir clarissimus videtur non satis observasse in loco natali, quot quantisque permutationibus typus hujus stirpis subjaceat, quæ permutationes in Italia ubique obviæ. Ego autem retineo nomen Smithianum pro significanda specie, quia plantam in universa Europa apprime vulgarem indicat, dum Linnæanum *Agrostidis albæ* nomen lusum solummodo typi, et colore quidem inconstanti præditum, improprie exprimit.

9. Agrostis *verticillata:* culmis cæspitosis, ascendentibus; racemo composito, compacto, ramis semiverticillatis, totis dense locustiferis; calycibus obtusis, extus undique pubescentibus; valvis corollinis longitudine æqualibus.

A. verticillata *Vill. Hist. des plant. de Dauph.* 2. *p.* 74. *Bert. Rar. Ital. pl. dec.* 3. *p.* 10. *n.* 2. *Trin. Spec. gram. fasc.* 3. figurâ bona. *Balb. Misc. bot.* 1. *p.* 9. *Röm. et Schult. Mant.* 3. *p.* 567. in observ. ad Agrostidem stoloniferam. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *in addend. et corrig. p.* 140.1. *n.* 130. *b.*

A. stolonifera *Bert. Amœn. Ital. pag.* 111. *et* 328. excl. plerisq. synon. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 13. *n.* 86.* *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 28. *n.* 71.* *Gusson. Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 57. excl. syn. Hostii, *et Suppl.* 1. *p.* 15. *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 2. *p.* 11.* *Duby. Bot. Gall. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 503. *n.* 3. excl. fig. Engl. bot.

A. stolonifera β *Lin. Sp. pl.* 93. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 53. *n.* 1010. *B., et Syll. p.* 42. *n.* 4. *B.*

A. alba β verticillata *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 76. *n.* 25.

A. dulcis Sibthorpii *Hort. bot. Italic.*

Vilfa stolonifera *Presl. Cyp. et Gram. Sicul. p.* 22.

Gramen radice repente, panicula densa, spicata, spadiceo-viridi, locustis exiguis muticis *Scheuchz. Agrost. p.* 130. *n.* 4. ex loco.

Ital. *Miglio d' acquitrino.*

Perenn. Nascitur in aquitrinis Italiæ præsertim temperatioris, aut meridionalis. Legi Sarzanæ in fossis *al Fondamento, a Lerice* in litore *di Botri*, Massæ ducalis in palustribus ad S. Josephum prope litus maris, in lapidicinis Lunensibus *di Torrano* in canali secus viam, Genuæ prope *le Polveriere* sub *il Lagazzo*, Bononiæ in palustribus S. Gabrielis *al Camerone*. Habui ex litore Nicæensi a Prof. Morisio, ex agro Comensi a Comollio, Asculo ab Orsino, Româ a Prof.

Sebastianio, et a Prof. Maurio, ex insula Caprearum a Prof. Giraldio, ex Sicilia ab Eq. Bivona-Bernardio, ex Sardinia iterum a Prof. Morisio, ex Corsica prope *Aleria* a Soleirolio, et prope *Ajaccio* sub monte *Pozzo di borgo* a Bubanio. Floret ab Julio in autumnum.

Radix fibrosa. Culmi cæspitosi, decumbentes, ascendentes, paulo crassiores, quam in specie præcedente, longitudinis variæ etiam in eodem cæspite, scilicet a palmo ad duos pedes, interdum ad ima genicula radicantes: Folia linearia, acuminata, scabriuscula, pollicaria, sesquipollicaria, sed dantur longiora in plantis luxuriantibus. Stipula brevis, truncata, erosa, lineam dimidiam, aut integram lineam attingens. Flores in racemo terminali condensato. Ejus rami inæquales, alterne semiverticillati, iterum divisi, scabri, ab imo ad summum locustis densissime tecti, in anthesi laxiusculi, ante, et post anthesim stricti. Pedicelli proprii locustarum brevissimi, apice incrassati. Locustæ vix lineam longæ. Calycis valvæ æquales, ovatæ, obtusæ, concavo-carinatæ, facie externa undique tenuiter pubescentes, et carina ciliolatæ, passim ex atro-viridi purpurantes, interdum tamen carina virides, lateribus albentibus. Gluma corollina bivalvis, minuta, calyce circiter tertia parte brevior. Ejus valvæ longitudine æquales, albo-membranaceæ, apice denticulatæ, nunquam aristatæ, glabræ, nitidæ, exteriore latiore, interiorem angustiorem obvolvente. Caryopsis oblonga. Herba atro-virens.

Willdenowius in En. hort. Berol. I. p. 96., et Schraderus in Flor. Germ. I. p. 208. in adnotatione ad *Agrostidem vulgarem* perperam conjunxerunt *Agrostidem verticillatam* Villarsii cum *Agrostide stolonifera* Linnæi, et me, ne dicam de aliis, in eumdem errorem traxerunt in Amœn. Ital. p. III. Certum est, *Agrostidem stoloniferam* L. sistere lusum præcedentis speciei, et differe ab *Agrostide verticillata* Vill. culmo inferne procumbente radicante, floribus paniculatis, potius quam compacte racemosis, valvis calycinis acutis, plerumque carina tantum ciliatis, valvis corollinis longitudine inæqualibus.

10. Agrostis *pungens:* stolonibus sterilibus reptantibus; foliis distichis, canaliculatis, serrulatis; panicula densiflora, thyrsoidea, acuta; valvis calycinis inæqualibus, majore corollam æquante.

A. pungens *Vhal. Symb.* 1. *p.* 9. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 373. excl. syn. Scheuchz. *Römer. et Schult. System. veg.* 2. *p.* 355. *n.* 32., *et Mant.* 2. *p.* 195. *Sibth. et Smith. Flor. Græc. prodr.* 1. *pag.* 46. *Schreb. Gram.* 2. *p.* 46. *tab.* 27. *fig.* 3. *Cavanil. Ic. et descript.* 2. *p.* 7. *n.* 120. *tab.* 111. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 84., *et Bot. Etr.* 1. *pag.* 34. *Bivona-Bern. Sic. pl. cent.* 1. *pag.* 16. *n.* 2.* *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 54., *et Syll. p.* 42. *n.* 5. *Gusson. Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 58.*, *et Suppl.* 1. *p.* 15.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 49.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 68. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 23. *n.* 1523. *Lamk. Enc. méth. bot. edit. de Pad. tom.* 1. *p.* 59. *n.* 23. *Reich. Fl. Germ. excurs.* 1. *in addend. p.* 140.2. *n.* 139. *d.*

Vilfa pungens *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 23. *Trin. Spec. gram. fasc.* 4.

Podosemum pungens *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 84. *n.* 178.

Harundo tertia in maritimis *Cæsalp. De plant. lib.* 4. *cap.* 59. *p.* 186.

Gramen caninum maritimum spicatum *C. B. Prodr. p.* 2. fig. rudis, *et Theatr. bot. p.* 16. 17. ead. fig.

Gr. caninum, pumilum, spica compacta *Cup. Hort. Cath. p.* 89.

Gr. caninum, pumilum, spica compacta, in progressu dispersa *Cup. Suppl. alt. p.* 34.

Gr. spicatum, secalinum, maritimum, pumilum, repens, Arundinis folio, et facie, foliis superna parte villosis, spicâ laxâ, non aristata *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 72.

Ital. *Gramigna marina. Gramigna pungente.*

Perenn. Habitat litora marina Italiæ calidioris. Habui ex Sicilia prope Panormum ab Eq. Bivona-Bernardio, et ab Eq. Gussonio, ex Sardinia a Prof. Morisio, ex Corsica *a Bonifacio* a Seraffinio. Floret ab Julio ad Septembrim.

Radix fibrosa, emittens stolones reptantes steriles, a quibus postea culmi, aut rami florigeri exeunt. Stolones steriles crassi, sæpe prælongi, huc illuc ad nodos radicantes, subinde apicem versus innovationibus arcuato-convolutis instructi, tecti squamis oblongis, latis, concavis, amplexantibus, multistriatis, nunc distichis, nunc longo tractu unilateralibus, imis obtusis, reliquis obtuse mucronatis, mucronis marginibus inflexis. Surculo ulterius producto in culmum, aut ramos florigeros, hæ squamæ angustantur, elongantur, et

desinunt in verum folium. Culmi, ramique florigeri graciliores, ascendentes, spithamales, dodrantales. Internodia omnia semiteretia, brevia, dura, striata. Folia disticha, alterna, vel opposita, lineari-canaliculata, mucronata, margine serrulato-scabra, arefactione convoluta, extus glabra, intus sive in facie superiore exquisite striata, villosa, aut pubescentia, internodio longiora, superne crebriora. Vaginæ dimidiatæ, amplexantes, folio breviores. Stipulæ loco series stipata villorum. Panicula terminalis densiflora, thyrsoidea, acuta, in anthesi tantum laxiuscula, cæterum stricta. Rachides striatæ, flexuosæ, scabræ. Gluma calycina bivalvis, uniflora, mutica, valvis inæqualibus, oblongo-lanceolatis, concavo-canaliculatis, obtusiusculis, pallide virentibus, glabris, aut carina tantum scabriusculis, nitidulis, majore fere duplo longiore. Corolla longitudine valvæ calycinæ majoris, bivalvis, mutica, glabra, valvis æqualibus, concavo-lanceolatis, obtusiusculis, in reliquis valvas calycinas referentibus. Herba viridi-glauca, rigida.

Ex iis, quæ dixi in Lucubr. de re herb. p. 5. n. 1., patet, figuram Bonannii Panph. tab. 1. huc ab Eq. Bivona-Bernardio allatam pertinere ad *Dactylem litoralem* W.

CYNODON.

Richard. apud Pers. Syn. pl. 1. *pag.* 85. *R. Brown. Prodr. pag.* 187.*, et edit.* 2. *tom.* 1. *pag.* 43. *Palis. de Beauv. Ess. d' une nouv. Agrost. p.* 37. *tab.* 9. *fig.* 1. *Smith. Engl. Fl. p.* 94. *Trin. Fund. Agrost. p.* 123. *n.* 52. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 52. *n.* 25.

Digitaria *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 165. *n.* 37.

Panici species *Lin. Gen. pl. p.* 32.

Paspali species *De Candoll. Flor. Franç.* 3. *p.* 15. *n.* 162.

Calyx gluma bivalvis, uniflora, valvis carinatis, muticis, inæqualibus, in anthesi divaricatis, corollà brevioribus.

Corolla gluma bivalvis, compressa, carinata, mutica, cartilaginea, valvis longitudine æqualibus,

exteriore latiore, naviculari, interiorem canaliculatam amplexante. Caryopsis induviata. Nectaria paleolæ duæ minutæ.

Habitus. Culmi humiles, repentes, foliosi, floriferi assurgentes. Inflorescentia spicata, spicis filiformibus, digitato-fasciculatis, vel approximatis. Rachides latere plano floriferæ. Plantæ perennantes.

1. Cynodon *Dactylon:* spicis digitatis, basi intus barbatis; corollis glabris; stolonibus repentibus.

C. Dactylon *Pers. Syn. pl.* 1. *pag.* 85. *n.* 1. *R. Brown. Prodr. Fl. Nov. Holl. edit.* 1. *pag.* 187. *n.* 1., *et edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 43. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 95. *Hook. Brit. Fl. p.* 57. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 58. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 33., *et* 320. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 23. *Bert. Amœn. Ital. pag.* 109. *n.* 17., *et p.* 238. *n.* 4. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 36. *n.* 92. *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 70., *et Syll. p.* 40. *n.* 1. *Gusson. Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 84., *et Suppl.* 1. *p.* 20. *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 473. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 162.

Panicum Dactylon *Sp. pl.* 85. *Engl. bot. v.* 12. *tab.* 850. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 40., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 45. *tab.* 60. *Plenck. Ic. pl. med.* 1. *p.* 25. *tab.* 43. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 15. *tab.* 18. *Balb. Fl. Taurin. p.* 13. *Birol. Fl. Acon. p.* 21. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 11. *n.* 73. *Lanfoss. stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 52. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 68.

Digitaria Dactylon *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 238. *n.* 2170. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 75. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 56. *Suffr. Foroj. p.* 112. *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 53.

D. stolonifera *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 165. *tab.* 3. *fig.* 9. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 93.

Paspalum Dactylon *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 16. *n.* 1506. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 39.

Digitaria n. 1527. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv. tom.* 2. *p.* 244.

Gramen *Cæsalp. De plant. lib.* 4. *cap.* 57. *p.* 183.

Gr. Dactylon folio arundinaceo majus, et minus *C. B. Theatr. p.* 111-113. *Mont. Cat. stirp. agri Bonon. prodr. p.* 61. *tab. ic. locust. et spic. gram. fig. n.* 99. herb. Mont. *Cup. Hort. Cath. pag.* 88. *Zannich. Istor. delle piant. p.* 117. *tab.* 192. *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 3. *fig.* 4.

Gr. Dactylon, radice repente, sive officinarum *Scheuchz. Agrost. pag.* 104. *n.* 1. *tab.* 2. *fig.* 11. *I. Seguier. Veron. Suppl. p.* 163. *n.* 29.
Gr. Crucis seu cruciatum tetradactylon *Barrel. Ic.* 753. *fig.* 1.
Gr. legitimum *Ginann. Stor. delle pin. Ravenn. p.* 183. *n.* 2.
Ital. *Capriola*. *Gramigna* Targion. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 161.
Perenn. Nascitur in viis sterilibus, et in litoribus marinis Italiæ. Legi Genuæ *alla Foce* sub muro oppidi, Sarzanæ *alla Marinella*, Ravennæ in litore. Habui Fossâ Clodiâ a Prof. Naccario, Româ a Fiorinia-Mazzantia, ex insula Cosyra (*Pantellaria*) ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Bonifacio* a Seraffinio, et *a Calvi* a Soleirolio. Floret a Majo in æstatem.
Radix late repens, articulata, alba, dulcis, ad articulos squamata, squamis ovatis, acutis, striatis, alternis. Culmi late repentes, ramosi, propaginibus florigeris assurgentibus, gracilibus, a palmo ad pedem longis. Folia disticha, linearia, acuminata, striata, valde scabra, præsertim marginibus, subinde villosa, inferne crebriora, et brevius vaginantia. Stipula brevissima, lacera, utrinque pilis longis prope oram barbata. Spicæ filiformes, digitatæ, 4-7., in apice culmi, ramorumque, virides, aut ex viridi purpurantes, unum-duos pollices longæ, intus ad exortum barbatæ. Rachis leniter flexuosa, extus convexa, nuda, striata, margine utrinque ciliolata, altero latere plana, et florifera. Locustæ minutæ, alternæ, initio uniseriatæ, postea distichæ, rachidi adpressæ. Calycis valvæ ovato-lanceolatæ, acuminatæ, quidquam inæquales, compresso-carinatæ, carina serrulatæ, lateribus membranaceæ, plerumque purpurantes, in anthesi divaricatæ. Corolla calyce paulo longior, cartilaginea, obtusa, mutica. Ejus valva exterior late ovata, compresso-carinata, carina insigni, scabriuscula, vel villosula, lateribus glabris, enerviis, sæpe saturate purpureis, marginibus ciliatis. Valva interior ejusdem longitudinis, sed angustior, approximate binervis, nervis ciliolatis, et ad marginem inflexum excurrentibus. Stigmata duo, plumosa, purpurea.
Usus. Radix præstat equis saginandis. Medici utuntur in decoctionibus aperitivis ad obstructiones lienis, et hepatis solvendas. Felix remedium!

DIGITARIA.

Hall. Hist. stirp. indig. Helv. 2. *p.* 244. *Juss. Gen. pag.* 29. *Vent. Tabl.* 2. *pag.* 98. *Palis. Ess. d'une nouvel. Agrost. p.* 50. *tab.* 10. *fig.* 12. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 96. *Hook. Brit. Fl. p.* 57. *Willd. Enum. hort. Berol.* 1. *p.* 91. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 222. *n.* 110.

Syntherisma *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 160.

Panici species *Lin. Gen. pl. p.* 32.

Paspali species *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *pag.* 15. *n.* 162.

Calyx gluma uniflora, trivalvis, mutica, valvis inæqualibus, corollæ semper adpressis, exteriore minima, alteri superincumbente. Corolla gluma bivalvis, mutica, cartilaginea, valvis inæqualibus, exteriore concava, interiore plana. Caryopsis induviata.

Habitus. Plantæ annuæ, radice fibrosa. Spicæ filiformes, secundifloræ, approximato-digitatæ. Locustæ sæpe geminatæ, altera sessili, vel subsessili, altera evidentius pedicellata. Facies Cynodontis.

1. Digitaria *sanguinalis:* foliis, vaginisque subhirsutis; spicis filiformibus subdigitatis; locustis oblongis; valva calycina majore margine villosa.

D. sanguinalis *Willd. Enum. hort. Berol.* 1. *p.* 92. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 227. *n.* 505. *Römer. et Schult. System. veget.* 2. *p.* 469. *n.* 1. *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 52. *n.* 72. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 96. *Hook. Brit. Fl. p.* 57. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 239. *n.* 2171. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 59. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 33., *et* 320. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 75. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 22. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 55.* *Suffr. Foroj. p.* 112. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 36. *n.* 91. *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 69.*, *et Syll. p.* 40. *n.* 1.* *Presl. Cyper. et Gram. Sicul. p.* 18. *Guss. Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 85., *et Suppl.* 1. *p.* 20. *Reich. Fl. Germ. excurs.* 1. *pag.* 23. *n.* 122.

D. ciliaris *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 75. excl. syn.
Panicum sanguinale *Sp. pl.* 84. *Engl. bot. v.* 12. *tab.* 849. *Curt. Fl. Lond. edit. Grav. v.* 1. *tab.* 9. *Schreb. Gram.* 1. *p.* 119. *tab.* 16. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 14. *tab.* 17., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 92. *Balb. Fl. Taurin. p.* 12. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 21. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 11. *n.* 72. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 52.* *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 67. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 59. *Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 465. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 153.
Paspalum sanguinale *De Candoll. Flor. Franç.* 3. *p.* 16. *n.* 1506. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 40.
Syntherisma vulgare *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 161.
S. ciliare *Morett. in Mem.* 1. *p.* 246. *n.* 10.
Digitaria n. 1526. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv. tom.* 2. *p.* 244.
Gramen Dactylon esculentum *C. B. Theatr. p.* 118. 119. vaginis hirsutis.
Gr. Dactylon folio latiore *C. B. Theatr. p.* 114. vaginis glabris. *Scheuchz. Agrost. p.* 101. *n.* 1. *tab.* 2. *fig.* 11. *G. H. Mont. Cat. stirp. agri Bonon. prodr. p.* 62. Herb. Mont., excl. variet. *Cup. Hort. Cath. p.* 87. *Zannich. Istor. delle piant. p.* 117. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 359. *n.* 1. *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 3. *fig.* 2.
Sanguinella *Matth. edit. Valgr. ann.* 1585. *tom.* 2. *p.* 1054.

β valva calycina majore margine, nervisque dorsalibus hirsuta.
Digitaria ciliaris *Balb. et Nocc. Fl. Ticin.* 1. *p.* 33.
Panicum ciliare *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 250. *n.* 1524.[a]

ϰ valva calycina margine, nervisque proximis villosa, setis ciliaribus longioribus villo interjectis.
Digitaria ciliaris *Koel. Gram. pag.* 27. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 85. *n.* 7. *Willd. En. hort. Berol.* 1. *p.* 93. *n.* 4. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 226. *Römer. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 472. *n.* 11. *Reichen. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 23. *n.* 123.
Syntherisma ciliare *Schrad. Fl. Germ.* 1. *pag.* 160. *n.* 1. *tab.* 3. *fig.* 7.
Panicum ciliare *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 9. *tab.* 15., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 93. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 464. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 154.
Panici sanguinalis var. 3. A. *Trin. Spec. gram. fasc.* 12.

Ital. *Sanguinaria. Sanguinella. Sanguinello. Sanguinello maggiore* Targion. Tozzett. Dizionar. bot. tom. 2. pag. 91.

Ann. Copiosa in hortis, et campis Italiæ. Legi Sarzanæ in arenis Macræ, et Bononiæ in hortis. Habui ex agro Mantuano a Barbierio, Fossâ Clodiâ in agro Veneto a Prof. Naccario, ex fossis *di Brondolo* in eodem agro a Zanardinio, ex Piceno ad S. Benedictum ab Orsino, ex agro Viterbiensi a Rev. Fratre Mauritio de Brixia, Româ a Prof. Maurio, ex maritimis Neapolitanis *ai Bagnuoli* ab Eq. Prof. Tenorio, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio. Varietatem β obtinui ex agris vallis *Intrasca* in provincia Novariensi a De Notaris. Varietatem ϰ miserunt Berinius, et Brumattius ex litore Austriaco ad S. Crucem. Floret Julio, et per æstatem.

Radix fibrosa. Culmi decumbentes, simplices, vel ramosi, subinde inferne radicantes, crassiusculi, striati, uni-bipedales, glabri. Folia lato-linearia, acuminata, striata, margine subundulata, glabra, vel pilosa. Vaginæ striatæ, passim ludunt glabræ, pilosæ, hirsutæ. Pili foliorum, et vaginarum longi, patentes, orti e tuberculo. Stipula brevis, truncata, erosa, vel lacera. Spicæ filiformes, modo paucæ 3-7., modo numerosæ 12-13., digitatæ, vel approximato-digitatæ, oppositæ, aut alternæ, bi-quadripollicares. Rachis linearis, flexuosa, in exortu articulata, et pubescens, extus plana, nervoque depresso dirempta, utrinque ad nervum striata, virens, aut purpurascens, margine ciliolato-scabro. Locustæ minutæ, oblongæ, geminatæ, secundæ, distichæ, imbricatæ, virides, vel plus minus saturate purpureæ, exteriore suffulta pedicello brevi, scabroque, interiore sessili. Calycis valva exterior minima, ovata, obtusiuscula, vel acuta; huic subposita valva major, ovato-oblonga, acuta, fortiter multinervosa, nervis scabris, margine plus minus villosa; valva superior dimidio, et ultra brevior, lanceolata, acuta, margine subciliata. Gluma corollina cartilaginea, enervis, tamen tenuiter multistriata, glabra, nitida, spadicea, valva exteriore ovata, acuta, marginibus inflexis, interiorem angustiorem, vix breviorem amplectente. Stigmata duo, plumosa, purpurea.

In varietate β tota valva major calycis et margine, et nervis villosa, at dantur in eadem planta hujusmodi valvæ margine tantum villosæ.

In varietate ϰ eadem valva major calycis et margine, et nervis margini proximis est villosa, setis longis,

ciliaribus villo interjectis. In reliquis tum hæc, tum varietas *β* nihil differunt a specie.

2. Digitaria *glabra:* foliis, vaginisque glabris; spicis filiformibus subgeminatis; locustis ovatis; valvarum calycinalium majorum nervis glabris, valleculis interpositis pubescentibus.

D. glabra *Röm. et Schult. System. veget.* 2. *p.* 471. *n.* 7. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 229.

D. humifusa *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 85. *n.* 2. *Willd. En.* 1. *pag.* 93. *Hook. Brit. Fl. p.* 58. *Engl. bot. Suppl. v.* 1. *tab.* 2613. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 69., *et Syll. p.* 40. *n.* 3.

D. filiformis *Kœl. Gram. p.* 25. *Reich. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 23. *n.* 121.

Panicum sanguinale *Pollich. Fl. Palat.* 1. *p.* 57. *n.* 60. *Wahlenb. Fl. Suec.* 1. *p.* 34. *Fries. Novit. Fl. Suec. p.* 7.

P. lineare *Krock. Fl. Siles.* 1. *p.* 95. *n.* 98. excl. syn.

P. glabrum *Trin. Spec. gram. fasc.* 13. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deut. Fl.* 1. *p.* 466. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 155.

Paspalum ambiguum *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 16. *n.* 1505.

Syntherisma glabrum *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 163. *tab.* 3. *fig.* 6.

Ital. *Sanguinella sottile*.

Ann. Habui ex agro Mediolanensi, ubi copiosa in viciniis *di Furato*, a Prof. Balsamo-Crivellio, et a De Notaris, ex agro Mantuano a Barbierio. Floret Julio, Augusto.

Species præcedente gracilior omnibus partibus, et humilior, glabra, vix pilis paucis interdum huc illuc in foliis adspersa. Spicæ filiformes, 2-3, digitatæ, aut approximatæ, uni-bipollicares. Locustæ dimidio minores, exacte ovatæ, acutæ, superiores sæpe solitariæ. Valva calycina exterior minutissima, obtusissima. Reliquæ duæ longitudine æquales, altera latiore, quinquenervi, altera angustiore trinervi, utriusque nervis glabris, valleculisque interpositis pubescentibus. Planta plus minus atro-purpurascens, præsertim in spicis maturis.

PANICUM.

Lin. Gen. p. 32., *et edit. Schreb.* 1. *pag.* 46. *Adans. Famill. des plant.* 2. *p.* 35. *Juss. Gen. p.* 29. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 98. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 43. *Gærtn. De*

fruct. et sem. 1. *p.* 2. *tab.* 1. *Palis. de Beauv. Ess. d'une nouv. Agrost. p.* 45. *tab.* 10. *fig.* 1-5. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 239. *R. Brown. Prodr.* 1. *p.* 189., *et edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 45. *Smith. Engl. Fl.* 1. *pag.* 97. *Trin. Fund. Agrost. p.* 177. *n.* 147.

Pennisetum *R. Brown. Prodr. pag.* 195., *et edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 51. excl. syn. Rich. apud Pers.

Setaria *Palis. l. c. p.* 51. *tab.* 13. *fig.* 3. *Trin. l. c. p.* 171. *n.* 138.

Echinocloa *Palis. l. c. p.* 53. *tab.* 11. *fig.* 2.

Oplismenus *Palis. l. c. p.* 53. *tab.* 11. *fig.* 3.

Orthopogon *R. Brown. Prodr. pag.* 194., *et edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 50. *Trin. l. c. p.* 181. *n.* 153.

Calyx gluma bivalvis, biflora, flosculo hermaphrodito, masculoque, vel neutro, valvis nervosis, sæpe inæqualibus, quandoque aristatis.

Flosculus hermaphroditus. Corolla gluma cartilaginea, bivalvis, valva exteriore cymbæformi, interiore plana, cymbam claudente, margine inflexo. Caryopsis induviata.

Flosculus masculus, vel neuter. Corolla uni-bivalvis, membranacea; valva exteriore calycinis majoribus simili, subinde aristata.

Habitus. Gramina annua, vel perennantia, culmo erecto, aut decumbente. Inflorescentia variat paniculata, racemosa, spicata, setis scabris interdum interstincta.

* *Locustis vario setarum numero involucratis*. Setariæ.

1. Panicum *verticillatum:* racemo spicæformi, cylindrico, racemulis subverticillatis; involucellis unifloris, subbisetis, retrorsum aculeatis, scaberrimis.

P. verticillatum *Sp. pl.* 82. *Smith. Engl. Fl.* 1. *pag.* 98. *Engl. bot. v.* 13. *tab.* 874. *Curt. Fl. Lond. edit. Grav.* 3. *tab.* 14. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 11. *tab.* 13., *et Flor. Austr.* 1. *p.* 87. *Trin. Spec. gram. fasc.* 17. *Allion. Fl. Pedem.* 2. *p.* 240. *n.* 2176. *Balb. Fl. Taur. p.* 12. *Re Fl. Tor.* 2. *p.* 151. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 20. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 2. *p.* 211. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 11. *n.* 67. *Lanfoss. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di*

fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec. 2. *tom.* 10. *pag.* 52.* *Pollin. Fl. Veron.* 3. *p.* 208. *Roman. in Da Rio Giorn. dell' Ital. lett. tom.* 24. *pag.* 272. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 20. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 36. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 50. *Suffr. Foroj. p.* 112. *Bert. Pl. Gen. p.* 8. *n.* 14., *et Amœn. Ital. p.* 108. *n.* 14., *et Lucubr. p.* 26. *n.* 152. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 63., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 39. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 35. *n.* 87. *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 68. *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 79. *α*,* *et Suppl.* 1. *p.* 20.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 57. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 13. *n.* 1496. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 239. *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 468. *Gaud. Flor. Helv.* 1. *p.* 150.

P. n. 1543. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 250.

Setaria verticillata *Hook. Brit. Fl. p.* 39. *Tenor. Syll. p.* 40. *n.* 2. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 488. *n.* 3., *et Mant.* 2. *p.* 273. *α*. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 216. *n.* 477. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *pag.* 29. *n.* 167.

Gramen paniceum spica aspera *C. B. Theatr. pag.* 139. *Scheuchz. Agrost. p.* 47. *n.* 2. *Bonann. Panph. tab.* 131.

Panicum vulgare, spica simplici et aspera *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. pag.* 10. herb. Mont. partim, quia exemplar hujus mixtum cum exemplaribus sequentis.

Gramen paniceum spica aspera simplici *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 4. *fig.* 11.

Panicum vulgare spica simplici et aspera *Zannich. Istor. delle piant. p.* 202.

β floribus viviparis.

Ital. *Fieno stellino. Panicastrella* Targion. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 161.

Ann. Legi Genuæ, et Bononiæ in hortis tum speciem, tum varietatem *β*. Habui speciem ex agro Mantuano a Barbierio, ex campis cultis Panormitanis ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa. Culmi cæspitosi, inferne compressi, superne teretes, decumbentes, ascendentes, nodis imis infractis, a semipede ad duos pedes longi, subinde inferne ramosi, in parte summa nudi, scabri. Folia late linearia, acuminata, carinata, superficie, et præsertim marginibus deorsum strictu scabra. Vaginæ compressæ, carinatæ, striatæ, glabræ. Stipulæ loco series villorum brevium, in margines vaginæ quidquam

continuata. Racemus spicæformis, compositus, cylindricus, nunc continuus, nunc inferne aliquantisper interruptus, subverticillatus, in anthesi patens. Rachis sulcata, hispida. Racemuli partiales inferiores multiflori, floribus 5–9., superiores biflori, vel uniflori. Setæ ex basi pedicelli uniuscujusque floris ortæ geminatæ, vel solitariæ, retrorsum aculeatæ, digitis sursum ductis scaberrimæ, et vestibus admotis hærentes, persistentes, racemulo suo paulo longiores, vel æquales, aut breviores, subinde nullæ. Locustæ parvæ, semiovoideæ, turgidæ, maturitate deciduæ. Calyx glaber; valva altera minima, late ovata, acutiuscula, basi amplexante, sita contra flosculum sterilem; altera longitudine flosculi hermaphroditi, eique adposita, ovata, obtusa, quinquenervi. Flosc. hermaphr. Gluma cartilaginea, minutissime punctato-scabra, obtusa, valva exteriore concavo-ovata, interiorem planam, paulo angustiorem, at longitudine æqualem amplexante, obscurissime quinquenervi. Stigmata purpurea. Flosculus alter neuter, bivalvis; valva exteriore ejusdem magnitudinis, et formæ, ac valva calycina major; valva interiore albo-membranacea, dimidio breviore, et longe angustiore, lanceolata, emarginata, margine utrinque inflexo. Hæc in arefactione flosculi facile hæret flori hermaphrodito. Racemus et herba virent, aut ex viridi purpurascunt.

2. Panicum *viride:* racemo spicæformi, cylindrico, racemulis sparsis; involucellis unifloris, subbisetis, sursum aculeolatis; flosculo hermaphrodito punctato-scabro.

P. viride *Sp. pl.* 83. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 99. *Engl. bot. v.* 13. *tab.* 875. *Curt. Fl. Lond. edit. Grav. v.* 2. *tab.* 8. *Leers. Herb. p.* 13. *tab.* 2. *fig.* 2. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 12. *tab.* 14., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 88. *Trin. Spec. gram. fasc.* 17. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 240. *n.* 2178. *Balb. Fl. Taur. p.* 12. *Re Fl. Torin.* 2. *p.* 151. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 20. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 2. *p.* 211. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 11. *n.* 68. *Lanfoss. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 52. *Pollin. Fl. Ver.* 3. *p.* 209. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 20. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 37. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 50. *Suffr. Foroj. p.* 112. *Bert. Pl. Gen. p.* 8. *n.* 15., *et Amœn. Ital. p.* 109. *n.* 15. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 64., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 311. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 35. *n.* 88. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 68. *Guss. Fl. Sicul.*

prodr. 1. *p.* 80.*, *et Suppl.* 1. *p.* 20.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 58. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 13. *n.* 1497. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *pag.* 240. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deut. Fl.* 1. *p.* 469. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 152.

P. Crus galli *Fl. Dan. tab.* 852.

P. verticillatum b ambiguum *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 80.* racemulis multifloris. *Ten. Syll. p.* 532.

Setaria viridis *Hook. Brit. Fl. p.* 40. *Römer. et Schult. System. veg.* 2. *p.* 488. *n.* 4., *et Mant.* 2. *p.* 274. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 218. *n.* 483. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 29. *n.* 169. *Ten. Syll. p.* 40. *n.* 1.

Gramen paniceum, sive panicum sylvestre simplici spica *C. B. Theatr. p.* 138. *Scheuchz. Agrost. p.* 46. *n.* 1. planta tantum spica spadicea, vel atro-purpurea.

Panicum vulgare, spica simplici, vestibus non adhærente *Zannich. Istor. delle piant. p.* 202.

P. vulgare spica simplici et aspera *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 10. herb. Mont. partim, quia plura exemplaria hujus mixta cum exemplari præcedentis.

β viviparum.

Ital. *Panicastrella. Panico falso. Panico salvatico. Panico spurio* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 161.

Ann. Nascitur ubique in campis, et hortis Italiæ. Observavi copiosissimum Sarzanæ in arvis, vineis, glareis. Legi Genuæ ad fossas sub *Albaro*, Bononiæ in hortis, et vineis. Habui Mantuâ a Barbierio, Româ a Fiorinia-Mazzantia, Neapoli, et ex campis Siciliæ ab Eq. Gussonio. Varietatem β legi Sarzanæ locis humentibus. Hæc extat etiam in herbario Montiano. Floret ab Julio in Septembrim.

Simillimum speciei præcedenti, sed differt habitu paululum robustiore, et setis involucellorum sursum aculeolatis, ita ut hæ deorsum strictu scabridæ sint, nunquam tamen vestibus admotis hæreant. Præterea racemuli partiales sunt sparsi, nunquam verticillati, variant plurimum numero locustarum, 1-9., et cum pauciflori sunt, peculiarem quidem faciem induunt, at non ita peculiarem, ut gradatim non conjungantur cum planta racemulis multifloris pollente. Quidquid sit directio aculeolorum diversa in setis involucellorum alteram speciem ab altera facillime distinguit.

3. Panicum *glaucum*: racemo spicæformi cylindrico, racemulis sparsis; involucellis unifloris, multisetis; flosculo hermaphrodito transverse rugoso, superne exerto.

P. glaucum *Sp. pl.* 83. *Willd. En. hort. Berol.* 2. *p.* 1030. *Schreb. Gram.* 2. *pag.* 21. *tab.* 25. *Gærtn. De fruct. et sem.* 1. *p.* 2. *tab.* 1. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 13. *tab.* 16., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 88. *Trin. Spec. gram. fasc.* 17. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 240. *n.* 2177. *Balb. Fl. Taur. p.* 12. *Re Fl. Torin.* 2. *p.* 151. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 20. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 2. *p.* 211. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Consigl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 52. *Pollin. Fl. Ver.* 3. *p.* 208. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 20. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 37. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 51. *Suffr. Forojul. p.* 112. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 65., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 40. *Sebast. et Maur. Flor. Rom. prodr. p.* 35. *n.* 89. *Tenor. Flor. Nap.* 3. *p.* 68. *Bivona-Bern. Cent.* 1. *p.* 63. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 81. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 13. *n.* 1498. *Desfont. Fl. Atl.* 1. *p.* 57. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 241. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 470. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 151.

P. cynosuroides *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 50.

P. n. 1542. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 250.

Setaria glauca *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 490. *n.* 8. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 19. *Ten. Syll. p.* 40. *n.* 3. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 217. *n.* 480. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 29. *n.* 168.

Panicum vulgare, spica simplici, et molliori *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 10. herbar. Mont. *Zannich. Istor. delle piant. p.* 202. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 333. *n.* 2.

Gramen paniceum, spica longiori, ac rarioribus glumis fulvida *Cup. Hort. Cath. p.* 88.

Gr. paniceum, seu panicum sylvestre simplici spica *Scheuchz. Agrost. p.* 46. *n.* 1. planta spica ex viridi lutescente, luteis pilis donata.

Panicastrella *Cæsalp. De plant. lib.* 4. *cap.* 58. *p.* 185.

Ital. *Pesarone* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 151. *Panicastrella* Cæsalp. l. c.

Ann. Nascitur ubique in arvis Italiæ cum præcedente. Observavi passim in Liguria, Hetruria, in agro Bononiensi, et in Insubria. Habui ex Pedemontio a Prof. Re, ex agro Mantuano a Barbierio, ex Piceno ab Orsino, ex Sicilia ab Eq. Bivona-Bernardio, et ab Eq. Gussonio. Floret ab Julio in autumnum.

Herba *Panici viridis* L. Folia minus scabra, quam in *Panico verticillato* L., subinde marginibus prorsus glabra, aut ad oram vaginæ, vel etiam in imo folio pilis longis barbata. Culmus apice glaber. Racemus spicæformis, cylindricus, obtusus, uni-bipollicaris.

Rachis undique pubescens. Racemuli uni-biflori. Pedicelli brevissimi, apice scutellati ad excipiendam locustam. Involucella uniflora, multiseta, setis tenuibus, racemulo duplo longioribus, sursum minutissime aculeolatis, deorsum strictu scabridis, luteis, aut fulvis. Locustæ duplo majores, quam in duobus præcedentibus. Valvæ calycinæ flosculis dimidio breviores; quæ sita contra flosculum hermaphroditum late ovata, obtusa, vel acuta, basi amplexans, quinquenervis; quæ contra flosculum masculum angustior, ovata, acuta, trinervis. Valva corollina exterior flosculi hermaphroditi convexa, obtusa, transverse rugosa, rugis granulatis, superne denudata, et extra calycem exerta; valva interior tenuiter per longitudinem striata, tota minute granulata. Caryopsis duplo grandior, quam in præcedentibus. Flosculus masculus longitudine hermaphroditi; valva exteriore ovata, mucronulata, quinquenervi, margine inflexo; valva interiore fere longitudine exterioris, albo-diaphana, utrinque nervo viridi circa marginem inflexum circumdata, apice emarginata. Stamina tria in utroque flosculo. Antheræ purpurantes.

** *Racemo spicæformi, secundifloro. Flosculis nudis; masculo, vel neutro subinde aristato.* Echinocloæ.

4. Panicum *Crus galli:* racemo spicæformi, racemulisque compositis, erectis; rachidibus angulatis, hispidis; locustis secunde sparsis; flosculo neutro mutico, aristatove; foliis exstipulatis.

P. Crus galli *Sp. pl.* 83. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 99. *Engl. bot. v.* 13. *tab.* 876. *Curt. Flor. Lond. edit. Grav. v.* 1. *tab.* 8. *Hook. Brit. Fl. p.* 39. *Leers. Herb. p.* 13. *tab.* 2. *fig.* 3. *Host. Gram. Austr.* 2. *pag.* 15. *tab.* 19.*, et Flor. Austr.* 1. *p.* 90. *Trin. Spec. gram. fasc.* 14. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 240. *n.* 2179. *Balb. Fl. Taur. p.* 12. *Re Fl. Tor.* 2. *p.* 152. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 20. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 2. *p.* 212. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 11. *n.* 70. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 52.* *Pollin. Fl. Ver.* 3. *p.* 210. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 21. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 38. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 52. *Suffr. Foroj. p.* 112. *Bert. Pl. Gen. p.* 8. *n.* 16.*, et Amœn. Ital. p.* 109. *n.* 16.*, et Lucubr. p.* 7. *n.* 20.*, et p.* 23. *n.* 130. *Sav. Fl.*

Pis. 1. *p.* 65., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 41. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 36. *n.* 90. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *pag.* 48. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 68., *et Syll. p.* 40. *n.* 1. *Bivona-Bern. Cent.* 1. *p.* 64. *Ab Ucr. Hort. reg. Panorm. p.* 54. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 81. *Desfont. Fl. Atl.* 1. *p.* 58. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 14. *n.* 1501. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 243. *tab.* 3. *fig.* 8. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 467. *Scopol. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *pag.* 51. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 157.

P. stagninum *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 35. *tab.* 51., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 89.

P. oryzoides *Ard. Specim. alt. p.* 16. *tab.* 5.

P. Crus corvi *Sp. pl.* 84.

P. n. 1544. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 250.

Echinocloa Crus galli *Röm. et Schult. System. veget.* 2. *p.* 478. *n.* 6., *et Mant.* 2. *p.* 268. *Palis. de Beauv. Ess. d'une nouv. Agr. expl. des pl. p.* 8. *tab.* 11. *fig.* 2. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 203. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 23. *n.* 126.

Gramen paniceum, sive Panicum sylvestre spica divisa *C. B. Theatr. p.* 136. *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 4. *fig.* 15.

Gr. paniceum, sive Panicum sylvestre aristis armatum *C. B. Theatr. p.* 137.

Gr. paniceum, spica aristis longis armata *Scheuch. Agr. p.* 48. *n.* 1. *tab.* 2. *fig.* 2. *F. Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 4. *fig.* 16.

Gr. paniceum spica divisa *Scheuchz. Agr. p.* 49. *n.* 2.

Panicum vulgare, spica multiplici asperiuscula *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 9. herb. Mont.

P. vulgare, spica multiplici longis aristis circumvallata *Mont. l. c.* herb. Mont. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 333. *n.* 1.

Gramen palustre arundinaceum Milii panic. semine Phalaridis *Barrel. Ic.* 8.

Gr. panicea rariore spica compressa: seu Panicastrellum iners rarius complanatum; aut etiam Gramen Phœniceum minime glabrum *Bumald. (Ovid. Montalb.) Biblioth. bot. p.* 187. *n.* 1.

Gr. paniceum, palustre, spicis multis, angustis, successivis, rubro nigricantibus *Cup. Hort. Cath. p.* 88.

Graminis genus Dens caninus 2. sive Panicum sylvestre panicula divulsa Chabr. *Bonann. Panph. tab.* 8.

Gramen paniceum seu Panicum sylv. palustre spicis e viridi-atrorubentibus Cupani *Bonann.-Panph. tab.* 93.

Panico salvatico *Matth. edit. Valgr. ann.* 1585. *tom.* 1. *p.* 431.

Panicum sylvestre *Camer. Epit. p.* 196.
Ital. *Panicastrella. Panico salvatico* Targion. Tozz. Diz. bot. 2. p. 161.
Ann. Nascitur ubique in canaliculis, et aquitrinis Italiæ. Legi in Liguria occidua inter *Pegli,* et *Sestri di ponente,* Sarzanæ, et Bononiæ ad fossas. Habui ex oryzetis, et palustribus Mantuanis *a Pradellà* a BARBIERIO, ex Corsica *a Bonifacio* a SERAFFINIO. Floret ab Junio in autumnum.
Radix fibrosa. Culmi cæspitosi, crassi, tereti-compressi, ad genicula inferiora tumiduli, et infracti, decumbentes, ascendentes, sæpe ramosi, ex viridi rubentes, aut purpurantes, striati, glabri, etiam tripedales. Folia lato-linearia, acuminata, carinata, striata, margine plus minus scabra, et interdum undulata, utraque superficie glabra, vel superiore deorsum strictu scabriuscula. Vaginæ compressæ, uniangulatæ, striatæ, glabræ. Stipula nulla; loco stipulæ macula callosa, alba, vel rubida. Racemus terminalis, compositus, spicæformis, dense, et inordinate secundiflorus. Racemuli primarii alterni, erecto-patuli, inferiores elongati, et fere semicylindracei, inter se se quidquam remotiores, superiores sensim sensimque breviores, approximati; omnes iterum alterne, breviterque racemuliferi, racemulis secundariis nunc plurifloris, nunc paucifloris. Rachis trigona, aut pentagona, flexuosa, striata, angulis, præsertim superne, hispidula, ad divisiones, et subdivisiones barbata pilis albis, numero variis, e callo profectis, subinde deficientibus. Pedicelli apice scutellati. Locustæ parvæ, semiovoideæ, acutæ, virides, vel purpurascentes. Gluma calycina bivalvis, valvis plus minus acuminatis; altera æquante flosculos, quinquenervi, scabro-hispida, apposita flosculo hermaphrodito; altera multo minore, cordato-ovata, trinervi, late amplexante, scabro-pilosa, sita juxta flosculum neutrum. Flosc. hermaphr. Corolla generis, glaberrima, nitida, interdum apice puberula; valva exteriore acuminata, obsoletissime quinquenervi, sub lente per longitudinem tenuissime striata. Stigmata plumosa, rosea. Flosc. neuter ejusdem longitudinis, aut paululum longior, inæquivalvis; valva exteriore majore, membranaceo-viridi, aut membranaceo-purpurascente, ovata, margine inflexa, apice subseptemnervi, scabro-hispida, nunc mutica, nunc desinente in aristam variæ longitudinis, subinde

longissimam, semper scabram, et plus minus flexuosam; valva interiore multo minore, ovata, emarginata, membranaceo-alba, vel rubida, utrinque nervo viridi, et ciliolato prope marginem inflexum instructa.

Arista flosculi neutri adeo ludit, ut nullum certum characterem ne varietatibus quidem sistendis præbeat. Adest, aut deest; modo brevissima, modo prælonga; alias longitudinis inter hæc extrema mirimode variæ. Hæc autem omnia non solum in racemis diversis, verum in diversis flosculis ejusdem racemi passim occurrunt.

5. Panicum *zonale:* racemo spicæformi, composito, racemulis simplicibus, remotis, erectis; locustis muticis, inordinate secundis; rachide trigona, foliis exstipulatis.

P. zonale *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 82.*, *et Suppl.* 1. *p.* 20.* *Ten. Syll. p.* 40. *n.* 2.

P. numidianum *Presl. Cyper. et Gram. Sicul. p.* 19., non Desf.

P. hæmatodes *Presl. Fl. Sic.* 1. *p.* XLIII.

P. colonum *Morett. Dec.* 2. *p.*7., *et in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 5. *p.* 42.

P. Crus galli varietas, foliis rubro maculatis *Bivona-Bern. Cent.* 1. *p.* 65. in adnotat.

Gramen paniceum, tenellum, spicis cristatis, angustis successivis, obscure virentibus *Cup. Hort. Cath. Suppl. alt. p.* 34.

β foliis immaculatis.

Panicum colonum *Jacq. fil. Eccl.* 2. *p.*47. *tab.* 32.* *Trin. Spec. gram. fasc.* 14.

Ital. *Raspellone macchiato*. Var. β *Raspellone senza macchie*.

Ann. Habui tum speciem, tum varietatem ex arvis Siciliæ prope Panormum, et *Boccadifalco* ab Eq. Gussonio. Floret Augusto, Septembri.

Herba præcedentis, sed folia angustiora, et æqualibus, remotisque intervallis maculata zonis transversis, atro-rubentibus. Racemus laxior, et gracilior, quam in illo. Rachis trigona, striata, glabra, vel superne tantum, ramisque scabriuscula. Racemuli lineares, simplices, inordinate secundiflori, fere semicylindracei, flosculis brevissime pedicellatis, sessilibusque, duobus, tribus ex eodem puncto instructi, inferiores longiores, inter se se remoti, supremi abbreviati, proximiores. Pedicelli scabridi, apice scutellati. Pili nulli,

aut unus, alterve tantum ad divisiones racemi, aut ad basim flosculorum. Locustæ dimidio minores, et minus hispidæ, quam in præcedente, nunquam aristatæ. Stigmata atro-purpurea. Flosculi neutri gluma corollina bivalvis, valvis longitudine subæqualibus, exteriore latiore. Varietas β differt tantum foliis immaculatis. In reliquis hæc species omnino convenit cum *Panico Crure corvi* L.

Trinius l. c. ait, *Panicum zonale* Guss. pertinere ad *Panicum colonum* suum, et tantum differre valva calycina inferiore paulo majore, laminisque foliorum per distantias subregulares atropurpureo zonatis. Reapse planta Trinii respondet varietati nostræ β *Panici zonalis*, quæ varietas cum vix distet a specie defectu zonarum in foliis, et ludat in magnitudine valvæ calycinæ inferioris, ut ab ipsis exemplaribus Gussonianis eruere potui, facile in sententiam Trinii descendi, et synonymon Trinianum ad stirpem nostram adduxi. At hæc erit eadem cum *Panico colono* L. Sp. pl. 84., ut Cl. Morettius jam ante dixerat de planta Gussonii, et Trinius de sua? Id mihi non videtur. Etenim stirps Linnæana juxta descriptionem Linnæi l. c. habet culmum spithameum, teretem, maculas foliorum ferrugineas, rachidem teretem, racemulos ovatos, vel oblongiusculos, flosculos substriatos, pistilla alba, mox purpurascentia, patriam Indias, quæ omnia desiderantur in planta Gussonii, et Trinii.

6. Panicum *eruciforme:* racemo spicæformi, composito; racemulis simplicibus, erectis, approximatis; locustis secundis, biseriatis, muticis; corollis hermaphroditis obtusissimis; stipula barbata.

P. eruciforme (*error.* cruciforme) *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 426. *n.* 7., *et Mant.* 2. *p.* 227. *Sprengel. Syst. veg.* 1. *p.* 309. *n.* 26. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 40., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 44. *tab.* 59. *Gusson. Pl. rar. p.* 29.* *Ten. Syll. p.* 40. *n.* 3.

P. caucasicum *Trin. Spec. gram. fasc.* 22.

Ital. *Raspellone sottile*.

Ann. Habui Loreto in Piceno, et ex *Civita di Penne* in Prætutiis ab Eq. Gussonio, ex *Chieti* ab Orsino. Floret ab Augusto in Octobrim.

Radix fibrosa. Culmi cæspitosi, tenues, decumbentes, nodisque infractis ascendentes, inferne compressi, superne teretiusculi, nudi, striati, glabri, vel pilosuli, a digito ad pedem, et paulo ultra longi, simplices,

ramosive. Folia linearia, acuminata, brevia, tenuiter striata, pilosa, aut pubescentia, margine deorsum scabra. Vaginæ striatæ, pilosæ, vel pubescentes, laxiusculæ, præsertim superiores. Stipulæ loco series densa pilorum. Racemus terminalis, compositus, spicæformis, racemulis simplicibus, linearibus, secundifloris, alternis, approximatis, inferioribus sæpe breviter pedunculatis. Rachis striata, flexuosa, primaria inferne glabra, superne, ramisque subvillosa. Locustæ minutæ, ovoideæ, alternæ, vel oppositæ, distichæ, biseriatæ, brevissime pedicellatæ, pedicellis villosis, apice scutellatis. Gluma calycina villosa, inæquivalvis; valva majore ovato-oblonga, acutiuscula, quinquenervi, flosculum hermaphroditum, cui adpressa, paululum superante; valva altera minima, ovata, acuta, late amplexante. Corolla flosculi hermaphroditi, ut in genere, oblonga, obtusissima, glaberrima, nitida, pallide flavicans. Flos neuter bivalvis; valva exteriore majore, planiuscula, ovata, acuta, margine inflexa, quinquenervi, villosa, fere longitudine valvæ calycinæ majoris; valva interiore plana, paulo angustiore, et breviore, oblonga, obtusissima, emarginata, albo-membranacea, nervo viridi utrinque ad marginem inflexum instructa, glabra.

*** *Racemo spicæformi, calycibus aristatis*. Oplismeni.

7. Panicum *undulatifolium:* foliis ovato-lanceolatis, undulatis; racemo composito, laxo, paucifloro, rachide hirsutissima; aristis calycinis glutinosis.

P. undulatifolium *Ard. Spec. alt. pag.* 14. *tab.* 4. *Re Fl. Tor.* 2. *p.* 152. *Pollin. Fl. Ver.* 3. *p.* 210. *Rom. Piant. fan. Eugan. p.* 8.* *Trin. Spec. gram. fasc.* 16. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 14. *n.* 1499. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 462. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 158.

P. hirtellum *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 240. *n.* 2180.* *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 121. *Suffr. Foroj. p.* 112. *Wulf. in Jacq. Collect.* 1. *pag.* 263. *Scop. Delic. Fl. et Faun. Ins.* 3. *p.* 72. *Host. Gr. Austr.* 3. *p.* 36. *tab.* 52., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 91. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 242.

P. Burmanni *Balb. Misc. bot.* 1. *pag.* 8.*, *et Fl. Taurin. p.* 12.* *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 21. *Comoll. Prodr. Flor. Com. p.* 11. *n.* 71. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 2. *p.* 212. *Roman. Cat. pl. Italic. p.* 11.*

Oplismenus undulatifolius *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 482. *n.* 4.

Orthopogon undulatus *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 203.

Or. undulatifolius *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 23. *n.* 124.

Gramen supinum, brevi, hirsuto folio, paniculis echinatis singularibus *Bocc. Mus. di piant. p.* 66. *tab.* 55.

Ital. *Raspellone irsuto*.

Ann. Habui ex Pedemontio a Molinerio, et a Prof. Balbisio, ex locis humidis prope Mediolanum *a S. Giovannino alla paglia*, et ex nemoribus Ticinensibus prope *Buffalora* a Prof. Balsamo-Crivellio, et a De Notaris, ex viciniis *di Chiasso* prope Comum a Rev. Odescalchio, ex umbrosis ad Larium inter *Argegno*, et S. Fidelem a Badaroo, ex sylvis Euganeorum a Rev. Romano, et ex eisdem collibus prope *Torreglia* a Visianio, ex umbrosis collium Vicetinorum, et ex *Valsugana* Tyrolis a Pollinio, ex agro Forojuliensi a Cernazajo. Floret ab Julio in autumnum.

Radix fibrosa, fibris ramulosis. Culmus debilis, decumbens, apice florifero surrecto, semipedalis, pedalis, striatus, simplex, vel ramosus, inferne nodis radicantibus repens. Folia brevia, ovato-lanceolata, acuminata, undulata, tenuiter striata, margine deorsum scabra. Vaginæ striatæ, compressæ, arctæ. Stipula brevissima, truncata, ora dense villosa. Flores in racemo terminali, spicæformi, composito, laxifloro, racemulis parvis, oblongis, alternis, brevissime pedunculatis, inferioribus inter se se valde remotis, plurifloris, superioribus approximatis, paucifloris. Rachis primaria triquetra, striata, flexuosa, hirsutissima. Locustæ parvæ, oblongæ, basi villo brevi stellatim cinctæ. Valvæ calycinæ oblongæ, longitudine subæquales, plus minus villosæ, flosculis dimidio breviores; altera paulo latiore, quinquenervi, sita ad flosculum hermaphroditum, infra apicem obtusum, aut emarginatum brevius aristata; altera quidquam angustiore, trinervi, sita ad flosculum neutrum, ex apice longius aristata. Aristæ crassiusculæ, flexuosæ, glutinosæ, pilis denudatæ, fuscæ. Flosc. hermaphr. Corolla generis, glaberrima, nitida, maturitate fusca, valvis ovato-oblongis, acutis, muticis. Flosc. neuter. Gluma corollina bivalvis; valva exteriore oblonga, obtusiuscula, apice ciliolata, vix infra apicem breviter

mucronulata, quinquenervis, cæterum glabra, flosculum hermaphroditum æquante, aut paululum superante; valva interiore minima, vix quartam longitudinis valvæ exterioris partem attingente, longe angustiore, lanceolata, obtusa, subemarginata, albo-membranacea, pellucida, glabra. Tota planta plus minus hirsuta pilis patentibus, subinde hirsutissima.

**** *Inflorescentia paniculata, floribus nudis, muticis*. Panica proprie dicta.

8. Panicum *repens:* radice perenni, stolonifera; culmo basi incrassato, squamoso; panicula virgata, locustis geminatis.

P. repens *Sp. pl.* 87. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 41., *et Fl. Græc.* 1. *pag.* 45. *tab.* 61. *Cavanill. Ic. et descript.* 2. *p.* 6. *n.* 119. *tab.* 110. *Bivona-Bern. Cent.* 1. *p.* 63.* *Presl. Cyp. et Gram. Sicul. p.* 18. *Gusson. Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 83.* *Moris. Stirp. Sard. elen. fasc.* 1. *p.* 52.* *Bert. Lucubr. p.* 6. *n.* 8. *Tenor. Flor. Nap.* 3. *p.* 69., *et Syll. p.* 40. *n.* 5. *Fiorin. in Giorn. de' letterat. di Pisa scienz. tom.* 17. *ann.* 1828. *p.* 111.* *Sav. Cat. di piant. Egiz. in Rad. mem. p.* 24.* *Desfont. Fl. Atl.* 1. *p.* 60. *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 250. *n.* 1502.[a] *Loisel. Deslongch. Not. pag.* 11., *et Flor. Gall. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 74. *n.* 9. *Duby. Bot. Gall. edit.* 2. *tom.* 1. *pag.* 506. *n.* 2. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 210. *n.* 463.

Gramen palustre juba et raro semine Sorghi, foliis anguste intra se collectis *Cup. Hort. Cath. pag.* 90., *et Suppl. alt. p.* 33.

Gr. arundinaceum Sorghi panicula sparsa *Bonann. Panph. tab.* 4.

Ital. *Panico delle arene*.

Perenn. Habui ex Liguriæ occiduæ litore *del Ceriale* a Prof. Sassio, Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, Panormo ab Eq. Bivona-Bernardio, item ex Sicilia, ubi frequens ad ripas fluminum, et rivulorum ab Eq. Gussonio, ex maritimis Sardiniæ *a Capo-terra* a Prof. Morisio. Floret ab Junio in autumnum.

Radix fibrosa, fibris ramulosis, crassiusculis, villosulis, perennans, stolonifera, stolonibus repentibus. Culmus teres, striatus, basi bulboso-incrassatus, obductusque squamis imbricatis, striatis, imis brevibus, obtusis, successivis elongatis, acutis, plus minus villosis, decumbens, ascendens, uni-tripedalis, simplex,

vel inferne ramosus. Folia linearia, angusta, acuminata, striata, glabra, vel in pagina superiore præsertim basim versus villosa, margine deorsum scabra, arefactione convoluta, ima crebriora, et fere disticha. Vaginæ striatæ, laxiusculæ, glabræ, margine sæpe ciliatæ, subinde in parte superiore hirsutæ. Stipula brevissima, subnulla, truncata, ciliata. Panicula composita, terminalis, virgata, in anthesi erecto-patens. Rachis tenuis, angulata, striata, deorsum strictu scabriuscula. Rami paniculæ alterni, remoti, laxiflori. Locustæ parvæ, ovoideæ, geminatæ, altera longius, altera brevius pedicellata. Valvæ calycinæ glabræ, valde inæquales; valva majore longitudine flosculi masculi, ovato-oblonga, acuta, septemnervi, apposita flosculo hermaphrodito; valva minore tertiam, vel quartam partem longitudinis flosculorum attingente, subrotunda, obtusa, late amplexante, pallida, multinervi, sita ad flosculum masculum. Flosc. hermaphr. Gluma corollina generis, glaberrima, nitida, maturitate flava, flore masculo paululum brevior. Stigmata plumosa, pulchre purpurea. Flos masculus. Gluma corollina bivalvis, valva exteriore majore, et valvam calycinam majorem omnino referente; valva interiore paulo breviore, tamen lata, apice erosa, emarginataque, albo-membranacea, nervo viridi, et glabro utrinque ad marginem inflexum instructa. Antheræ tres in utroque flosculo, coloris aurantii, aut ex aurantio-purpurascentis. Herba glaucescens.

Species probe distincta a *Panico colorato* L., quod annuum, nec radice perennante, stolonifera præditum.

9. Panicum *compressum:* foliis, vaginisque molliter villosis; culmo compresso; panicula erecto-patula, ramis inferioribus fasciculato-subverticillatis, locustis oblongis, ciliatis, muticis.

P. compressum *Röm. et Schult. Mant.* 2. *p.* 232. *n.* 26.[a] *Spreng. System. veget.* 1. *p.* 319. *n.* 164. *Bivona-Bern. Manip.* 4. *p.* 6. *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 83.* *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *pag.* 208. *n.* 458. ubi male descript.

Ital. *Panico tardivo*.

Perenn. Habui ex monte Peregrino prope Panormum ab Eq. Gussonio, et iterum ex Sicilia ab Eq. Tenorio. Floret Novembri.

Radix fibrosa, fibris crassiusculis, puberulis. Culmus erectus, totus compressus, striatus, uni-bipedalis, et

quidquam ultra, inferne pilosus, superne glaber, vel etiam totus glaber, simplex, aut ramosus. Folia linearia, acuminata, plana, nervo medio carinata, striata, molliter villosa, et intus ad basim interdum barbata, margine undulata, et deorsum ductis digitis scabra. Vaginæ compressæ, hinc carinatæ, totæ striatæ, et molliter villosæ; ludunt glabræ. Stipulæ loco series densa pilorum brevium. Panicula terminalis, composita, erecto-patula, ramis inæqualibus, multifloris, alterne fasciculatis, inferioribus numerosis, et fere verticillatis, ad quorum exortum aliqua pubescentia. Rachides striatæ, exquisite flexuosæ, scabræ. Locustæ parvæ, oblongæ, vix acutæ, rachidi adpressæ, mediocriter pedicellatæ, passim ex viridi violaceæ. Valvæ calycinæ inæquales; altera majore ovato-oblonga, margine inflexo piloso-ciliata, apice convoluta, acutiuscula, obscure quinquenervi, longitudine flosculi masculini, flosculo hermaphrodito apposita, ludit tota pilosa; altera minore, $\frac{1}{3}$, concavo-ovata, obtusissima, late amplexante, sita ad flosculum neutrum. Flosc. hermaphr. Corolla valva calycina majore paulo brevior, glabra, instructa valvis longitudine æqualibus, ovatis, obtusiusculis, transverse ruguloso-tuberculatis, exteriore paulo latiore, obsolete quinquenervi, interiore planiuscula, utrinque margine inflexo, lævi. Antheræ sordide fulvæ, aut rubidæ. Stigmata plumosa, purpurea. Reliqua generis. Flos neuter. Corolla bivalvis; valva exteriore ejusdem magnitudinis, et formæ, ac valva calycina major; valva interiore paulo angustiore, et vix breviore, oblonga, apice bidentata, albo-membranacea, utrinque nervo viridi prope marginem inflexum instructa. Herba glauco-virens.

Vix concipi potest, quomodo Preslius in Cyper. et Gram. Sic. addend. et emend. plantam tam diversam confuderit, et consociaverit cum *Panico numidiano* suo, sive cum *Panico zonali* Guss.!

10. Panicum *capillare:* foliorum vaginis calloso-hispidis, scabris; panicula capillari, ramosissima, erecto-patula; locustis acuminatis, glabris.

P. capillare *Sp. pl.* 86. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 549. *n.* 53. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 211. *n.* 466. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 435. *n.* 39., *et Mant.* 2. *p.* 235., *et Mant.* 3. *p.* 586. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 320. *n.* 171. *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 10. *tab.* 16. bene, *et Fl. Austr.* 1. *p.* 92. *Balb. Misc. bot.* 1. *p.* 8.* *Pollin. Flor.*

Ver. 3. *p.* 212. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 15. *n.* 1503. *Lois. Deslongch. Fl. Gall. edit.* 2. *tom.* 1. *pag.* 74. *n.* 8. *Duby. Bot. Gall. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 506. *n.* 1.

Ital. *Panico ispido*. *Panico capillare*.

Ann. Habui ex agro Nicæensi a Prof. Balbisio. Floret æstate.

Radix fibrosa. Culmus teres, striatus, erectus, plus minus villosus, sesqui-bipedalis. Folia late linearia, elongata, acuminata, striata, margine deorsum scabra, utraque superficie varie villosa, villis patulis, et insuper inferne ciliata. Vaginæ striatæ, hispidæ, villis patentibus, e tuberculo profectis, unde scabrities. Stipulæ loco barba brevis, densa. Panicula composita, terminalis, ramosissima, capillaris, erecto-patula, laxiflora, ramis paucifloris, inferioribus pluribus, alterne fasciculatis, supremis solitariis. Rachides flexuosæ, scabræ, striatæ, ad divisiones intus calloso-turgidæ, callo breviter piloso. Locustæ parvæ, ovoideo-oblongæ, acuminatæ, glabræ, mediocriter pedicellatæ, inter se se remotæ. Valvæ calycinæ inæquales; majore flosculum neutrum subæquante, ovato-oblonga, apice convoluto-subulata, quinquenervi; minore ovata, acuta, late amplexante, dimidiam, aut tertiam longitudinis partem flosculi neutri, cui apponitur, attingente. Floscul. hermaphr. Corolla generis, flosculo neutro paululum brevior; valva exteriore oblonga, obtusa, glaberrima, lævissima, obscure quinquenervi. Flosc. neuter omnino univalvis, valva ejusdem magnitudinis, et formæ, ac valva calycina major, subinde etiam paululum longiore.

Hæc species non minus reperta est in agro Nicæensi, quam in Gallia meridionali; hinc mihi videtur habenda pro planta Europæ indigena, nec advena.

Panicum Italicum L., *Panicum germanicum* L., *Panicum miliaceum* L. passim coluntur in Italia, sed sunt exotica. Hæc seminibus suis cibum suppeditant hominibus, et avibus, herba vero pabulum jumentis, et bobus. Eisdem adjungi potest *Panicum virgatum* L. Trin. Spec. gram. fasc. 19., quod cultum in agro Mantuano nunc ibi occurrit spontaneum *al Bosco fontana*, unde exemplaria ad me misit Barbierius.

AIRA.

Lin. Gen. p. 34. *Juss. Gen. p.* 31. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 44. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 104. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 100. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *pag.* 254. *Gærtn. De fruct. et semin.* 1. *p.* 4. *tab.* 1. *Palis. Ess. d' une nouv. Agrost. pag.* 89. *tab.* 18. *fig.* 4. *Trin. Fund. Agrost. p.* 143. *n.* 91.

Airopsis *Desv. in Journ. de bot.* 1. *p.* 200. *Palis. l. c. p.* 71. *tab.* 14. *fig.* 8. *Trin. l. c. p.* 135. *n.* 75.

Corynephorus *Palis. l. c. pag.* 90. *tab.* 18. *fig.* 2. *Trin. l. c. p.* 158. *n.* 118.

Deschampsia *Palis. l. c. p.* 91. *tab.* 18. *fig.* 3.

Catabrosa *Palis. l. c. p.* 97. *tab.* 19. *fig.* 8. *Trin. l. c. p.* 136. *n.* 77.

Campella *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 122. *n.* 64.

Airochloa *Link. l. c. p.* 126. *n.* 69.

Kœleriæ species *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 97. *n.* 173.

Calyx gluma biflora, vel triflora, bivalvis, valvis carinatis, muticis. Flosculi hermaphroditi; sessilis, pedicellatusque, vel uterque sessilis; tertius sæpe abortivus. Corolla gluma bivalvis, valva exteriore latiore, mutica, vel dorso aristata, arista articulata; subinde villi brevissimi circa basim glumæ corollinæ. Caryopsis libera.

Habitus. Gramina culmo gracili, erecto, et foliis anguste linearibus prædita. Inflorescentia racemoso-spicæformis, vel paniculata. Locustæ parvæ, nitidæ.

* *Corolla mutica*.

1. Aira *cristata:* parviflora; racemo composito, interrupto, in anthesi pyramidato-patulo; glumis acuminatis; calyce flosculis subbreviore.

Aira cristata *Sp. pl.* 94. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 101., *et Engl. bot. v.* 9. *tab.* 648. *Allion. Fl. Pedem.* 2. *p.* 242.

n. 2188. ***Re Fl. Tor.*** 1. *p.* 62. ***Nocc. et Balb. Fl. Tic.*** 1. *p.* 37., *et* 322. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 255. *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 65.

Airochloa cristata *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 127. *n.* 271.

Poa cristata *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 402. *Leers. Herb. p.* 31. *tab.* 5. *fig.* 6. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 54. *tab.* 75., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 152. *Balb. Fl. Taur. p.* 17. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 29. *Suffr. Foroj. p.* 114. *Krock. Fl. Siles.* 1. *p.* 130. *tab.* 26. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 65. *n.* 1621. *α*.

Festuca cristata *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 121. excl. plur. syn. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 74.* excl. plur. syn.

Kœleria cristata *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 33. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 60. *De Candoll. Fl. Franç.* 5. *p.* 268. *α*. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl. tom.* 1. *p.* 580. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 265.

K. parviflora *Bert. in Röm. et Schult. Mant.* 2. *p.* 344. in observ. 1. ad Kœleriam cristatam.

Festuca n. 1444. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv. tom.* 2. *p.* 217.

Gramen spica cristata subhirsutum *C. B. Prodr. p.* 8. *n.* 19. *Scheuchz. Agr. p.* 166. *n.* 1. *tab.* 13. *fig.* 15. *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 4. *fig.* 7.

Gr. pumilum, hirsutum, spica purpuro-argentea molli *Scheuchz. l. c. p.* 167. *n.* 2.

Gr. avenaceum, speciosum, purpuro-argentea collecta panicula *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. pag.* 56. *tab. ic. locust. et spic. gram. fig. n.* 78. herb. Mont.

Ital. *Palèo argentino gentile*.

Perenn. Legi Genuæ in pratis collinis *al Zerbino*, Bononiæ in pascuis collium *di Montecastello, di Barbiano, di Paderno,* et secus canalem Rheni prope *la Bastia*. Habui ex Cenisio a Bonjeanio, ex Pedemontio a Molinerio, ex *Lomellina* superiori *a Confienza* ab Eq. Cesate, ex valle *Intelvi* ad Larium supra *Pellico inferiore*, et ex nemoribus *di Torre d' isola* supra Ticinum oppidum a De Notaris, ex agro Mantuano extra portam *Ceresa* a Barbierio, ex portu *di Brondolo* ad Fossam Clodiam a Prof. Naccario, ex pascuis Tergestinis a Biasoletto, ex monte Velino, et ex S. Marco in Prætutiis ab Orsino, ex plebe S. Stephani in provincia Aretina ab Amideo, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio. Floret Junio.

Radix fibroso-ramulosa, villosa. Culmi cæspitosi, graciles, erecti, vel ascendentes, teretes, leviter striati,

glabri, apice tantum tenuissime puberuli, a palmo ad unum, duosve pedes longi. Folia linearia, acuta, angustissima, brevia, striata, plus minus pubescentia, margine scabra, et subinde ciliata, plana, arefactione convoluta, supremum cæteris brevius, interdum glabrum. Vaginæ striatæ, glabræ, vel pubescentes. Stipula brevissima, truncata, erosa, aut lacera. Racemus compositus, terminalis, interruptus, præsertim inferne, densiflorus, etiam quadripollicaris, in anthesi pyramidato-patulus, ante, et post anthesim strictus. Rachides dense, et tenuiter sursum villosæ. Locustæ parvæ, bifloræ, lanceolatæ, mucronulatæ, duas lineas, vix ultra, longæ, tamen pedicello proprio longiores, viridi-argentinæ, aut ex viridi, purpureoque argentinæ, nitidæ. Valvæ calycinæ parum inæquales, concavo-lanceolatæ, compressæ, acuminatæ, carina asperiusculæ, dorso virides, vel viridi-purpureæ, lateribus albo-membranaceis, argentinis, nitidis, glabris, vel tenuissime puberulis; majore trinervi, nervis lateralibus superne evanidis. Flosculi calycem paululum superantes, alter sessilis, alter brevissime pedicellatus. Valvæ corollinæ quidquam inæquales, exteriore longiore, glabra, vel tenuissime puberula, margine albo-membranacea, ciliolata, in reliquis simili valvæ calycinæ majori; valva interiore tota albo-membranacea, apice acute bifida, utrinque ad marginem inflexum nervo virenti, et ciliolato instructa, nervis inter se approximatis.

Hæc species prædiligit loca sicca, et frigida, et magis obvia in Italia septentrionali.

2. Aira *grandiflora:* racemo composito, cylindraceo, inferne subinterrupto, ramisque abbreviatis; locustis ovato-oblongis, glumis acuminatis; calyce flosculis subbreviore; culmo basi bulboso.

Kœleria grandiflora *Bert. in Römer. et Schult. Mant.* 2. *p*. 345.

K. cristata *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 60. *n.* 144.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 93., *et Syll. p.* 38. *n.* 1.

K. gracilis *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 121.*, *et Suppl.* 1. *p.* 29.*

K. splendens *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 34. ex specim. a Gussonio misso.

K. setacea *Morett. Dec.* 5. *p.* 5., *et in Giorn. di fisic. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 5. *p.* 323. *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 269. *n.* 1597.c

Poa cristata *Sav. Fl. Pis.* 1. *pag.* 103.*, *et Bot. Etr.* 2. *p.* 50.*
P. nitida *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 51.
Poa *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 45. *fig.* 4. vix bona.
Airochloa valesiaca *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 127. *n.* 272. excl. nonnull. syn.
Gramen spicatum, perenne, angustifolium, glabrum, spica cylindracea, crassiore, flavescente, non aristata *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 71.
Gr. spicatum, spica purpuro-argentea molli, Tournefortii, alterum, locustis majoribus *Mich. in Till. l. c. p.* 72.

Ital. *Palèo argentino cipolloso*.

Perenn. Legi Sarzanæ in monte *Nuda* prope castellum *di Ponzano*. Habui ex monte *Birro* agri Maceratensis a Prof. Utili, ex monte *De' fiori* in Piceno ab Orsino, et pariter ex monte *Vettore*, et ex *Portella di Norcia* a Prof. Octavianio, ex agro Pisano ab Eq. Prof. Savio, ex Sabinis a Prof. Sebastianio, ex pascuis montosis Lucaniæ a Gasparrinio, ex Sicilia in Nebrodibus, et in collibus calcariis prope *S. Cataldo*, et *Caltanisetta* ab Eq. Gussonio. Floret Junio, et Julio.

Radix fibrosa. Culmi cæspitosi, basi bulbosi, crassiores, quam in præcedente specie, apice pubescentes, vel puberuli. Folia sæpe latiora, quam in illa, basim versus margine longe ciliata, reliqua parte plus minus pilosa; variant glabra, margine tantum deorsum strictu scabra. Vaginæ villosæ, vel pilosæ; ludunt hæ quoque glabræ, saltem superiores. Stipula lineam semis longa, erosa, vel lacera. Racemus compositus, spicæformis, terminalis, in anthesi laxiusculus, semper tamen cylindraceus, ab uno ad tres, quatuorve pollices longus, subinde inferne interruptus. Rami ejus omnes brevissimi. Locustæ ovato-oblongæ, duplo, aut fere duplo grandiores, quam in *Aira cristata* L., bifloræ, rarius trifloræ, plerumque magis pubescentes, et præsertim in valvarum carina pilis longiusculis ciliatæ, at id non semper. Valva corollina interior nunc obtusiuscule, nunc acute bidentata, dentibus subinde laceris, nervo evidentius ciliolato utrinque ad marginem inflexum instructa. Reliqua, ut in specie præcedente.

Hæc apud nos prædiligit loca sicca calcaria ad meridiem versa. Linkius l. c. perperam habuit pro sequente, ut

liquet ex characteribus datis, et ex confusione synonymorum prolatorum.

3. Aira *valesiana:* racemo spicæformi, cylindraceo, compacto; locustis lanceolatis, acutis; calyce flosculis subæquali; culmo inferne vaginis aphyllis imbricatis crasse obvallato; foliis glabris.

A. valesiana *All. Auct. p.* 40.* *Re Fl. Segus. p.* 12.

Kœleria valesiaca *Römer. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 622. *n.* 6.*, *et Mant.* 2. *p.* 346.* *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 266. *De Candoll. Cat. pl. hort. bot. Monsp. pag.* 117. *n.* 5. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 49. *n.* 330.

Poa cristata γ *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 65. *n.* 1621.

Festuca n. 1445. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 217.

Gramen Valesianum, tenuifolium, panicula spicata, viridi-argentea, splendente *Scheuchz. Agrost. p.* 169. *n.* 4.

Ital. *Palèo argentino spicato.*

Perenn. Habui ex Pedemontio a Molinerio. Floret Aprili, Majo.

Radix fibrosa. Culmus erectus, vel ascendens, basi cylindro crasso, e vaginis aphyllis, numerosis, imbricatis, successive longioribus facto obductus *Sesleriæ cæruleæ* instar, quæ vaginæ senio in fibrillas fatiscunt. Cæterum culmus teres, gracilis, læviter striatus, glaberrimus, aut vix prope racemum puberulus, etiam sesqui-bipedalis, superne longo tractu nudus. Folia radicalia angustissime linearia, culmea paulo latiora, omnia striata, acuta, margine scabra, reliqua parte glaberrima, quidquam longiora, quam in duabus præcedentibus, arefactione involuta, præsertim radicalia. Vaginæ striatæ, glabræ. Stipula semilinearis, truncata, lacera, vel erosa. Racemus spicæformis, cylindraceus, continuus, et compactus, pollicaris, sesquipollicaris, ramulis brevissimis. Locustæ pedicellis propriis multo longiores, lanceolatæ, compressæ, bifloræ, viridi-argentinæ, puberulæ, tres fere lineas longæ, scilicet magnitudinis mediæ inter lucustas duarum præcedentium. Calycis valvæ oblongæ, acutæ, aut obtusæ cum mucronulo in medio, totæ tenuiter puberulæ, et carina ciliatæ, pallide virentes, margine argentino plus minus lato, glabras nunquam vidi. Flosculi vix calycem excedentes. Valva corollina exterior interiore sublongior, concavo-lanceolata, compressa, acuta, subinde mucronata, tota puberula, et carina ciliata, dorso viridis, margine argentina. Valva interior apice bidentata, nervo ciliato utrinque ad marginem inflexum

instructa. Reliqua, ut in præcedentibus. Herba glauca.

Descriptio Scheuchzeriana exactissima. Mertensius et Kochius, qui in Deutschl. Fl. 1. p. 581. trahunt hanc plantam ad *Kœleriam setaceam* De Cand., sive ad præcedentem speciem, profecto errant.

4. Aira *pubescens:* racemo oblongo-cylindraceo, compacto, villoso; flosculis calyci subæqualibus; foliis, vaginisque molliter pubescentibus; stipula barbata.

Aira pubescens *Vahl. Symb.* 3. *pag.* 9. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 377. *n.* 5. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 57. *Jan. Elench. p.* 2.*

Phalaris pubescens *Lamk. Enc. méth. bot. édit. de Pad. tom.* 1. *p.* 92. *n.* 3. *Desfont. Fl. Atl.* 2. *pag.* 446. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *pag.* 8. *n.* 1487. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 59.*

Ph. Barrelieri *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 61.*

Ph. n. 4. *Gerar. Fl. Gallopr. p.* 77. *fig.* 1.

Alopecurus litoreus *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 235. *n.* 2151. ex Bellard.

Holcus arenarius *All. Auct. p.* 46. *n.* 2285.* *Bellard. Ap. ad Fl. Ped. in Academ. de Tur.* 5. *p.* 252.

Kœleria villosa *Pers. Syn. pl.* 1. *pag.* 97. *n.* 5. *Römer. et Schult. System. veg.* 2. *p.* 623. *n.* 9., *et Mant.* 2. *p.* 347. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 60. *n.* 145. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 93., *et Syll. p.* 39. *n.* 4. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 34. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 123.* *De Candoll. Cat. pl. hort. Monsp. p.* 118., *et Flor. Franç.* 5. *p.* 270. *n.* 1597.e

K. Barrelieri *Ten. Syll. p.* 39. *n.* 5.* *Gusson. Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 124.*

K. discolor, et K. intermedia *Guss. l. c. p.* 123.* 124.*

Airochloa villosa *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 128. *n.* 273.

Gramen typhinum maritimum longius radicatum *Barrel. Ic.* 717.

Gr. phalaroides maritimum, longius radicatum *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 47. herb. Mont.

Ital. *Scagliola pelosa* Sav. Fl. Pis. l. c.

Ann. Observavi copiosissimam in litore Lunensi *alla Marinella*, et in proximo litore Massensi, unde misit etiam Guidonius. Habui ex litore Nicæensi a Molinerio, ex arenis sylvæ Pisanæ ab Eq. Prof. Savio, ex portu Asculi in Piceno ab Orsino, ex litore Ostiensi, *di Fiumicino*, et Terracinensi a Prof.

Maurio, ex *Valcimara* a Masquillerio, ex litoribus Neapolitanis *al Fusaro*, et prope Garganum ab Eq. Prof. Tenorio, et ab Orsino, ex litoribus Siculis *a Caltanisetta, Palermo, Termini, Terranobile, Girgenti, Terranuova* ab Eq. Gussonio, et a Prof. Janio. Floret Majo, Junio.

Radix fibroso-ramulosa, fibris tenuibus, flexuosis, pubescentibus, ex albo flavidis. Culmi unus, plures ex eadem radice, simplices, vel inferne ramosi, tenues, teretes, striati, glabri, prope racemum tantum puberuli, inferne crebrius articulati, et foliosi, variant erecti, declinati, ascendentes, a pollice ad dodrantem longi, vel toti tecti, vel superne brevi tractu nudi. Folia linearia, acuta, brevia, striata, molliter pubescentia, subinde fere denudata. Vaginæ striatæ, molliter pubescentes, interdum ad oram ciliatæ, laxiusculæ, et præsertim extima superne subinflata, collo iterum arctato. Stipula brevissima, truncata, pubescens, ciliataque. Racemus terminalis, compositus, spicæformis, densiflorus, ovato-oblongus, vel oblongo-cylindraceus, obtusus, a paucis lineis ad duos pollices longus, ex viridi albens, ramis brevissimis, rachideque pubescentibus. Locustæ lanceolatæ, bifloræ, subinde unifloræ, omnes arcte imbricatæ, sesquilineam, aut duas lineas longæ. Valvæ calycinæ subæquales, concavo-lanceolatæ, acutæ, compressæ, carina ciliatæ pilis longiusculis, albidis, nitidis, reliqua parte pubescentes, dorso virides, margine, et apice albo-membranaceæ, interdum cum aliqua purpurascentia. Flosculi calycem subæquantes; nunc solitarius, sessilis, cum pedicello abortivo alterius flosculi; nunc duo, altero sessili, majore, altero brevissime pedicellato, minore. Valvæ corollinæ longitudine subinæquales; exterior forma valvarum calycinalium, subemarginata, variat obtusa, vel acuta, aut a carina paululum producta magis, vel minus evidenter aristulata, aristula ex sinu emarginaturæ plus minus profundo profecta, cæterum hæc valva carinâ tenuissime serrulato-scabra, lateribus glabra, aut sub lente punctis prominulis scabrida, dorso viridis, margine albo-membranacea. Valva interior tota albo-membranacea, apice bidentata, nunc fere ejusdem longitudinis, nunc brevior, nervo tenuissime ciliolato utrinque ad marginem inflexum instructa. Filamenta capillaria, primum brevissima, tandem exerta. Antheræ lineares, luteæ.

5. Aira *minuta:* culmo brevissimo; panicula divaricata; flosculis obtusis, muticis, calyce sublongioribus; valva corollina externa exquisite nervosa.

A. minuta *Sp. pl.* 95. excl. syn. Buxb. *Lœfl. It. p.* 117. *Schreb. Gram.* 2. *p.* 4. *tab.* 21. *fig.* 2. *Lois. Deslongch. Fl. Gall. edit.* 2. *tom.* 1. *pag.* 56. *n.* 1. non edit. primæ. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 130. *n.* 277.

Airopsis minuta *Röm. et Schult. System. veg.* 2. *p.* 578. *n.* 5., *et Mant.* 2. *p.* 321.

Catabrosa minuta *Trin. Fund. Agrost. p.* 136.

Gramen avenaceum, pratense, omnium minimum, locustis purpurascentibus non aristatis *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 56. *tab. ic. locust. et spicar. gram. fig. n.* 82. herb. Mont.

Ital. *Fienarola minuta*.

Ann. Habui ex vertice montis *Rinaldo* agri Florentini a Bubanio, ex collibus aridis ad lacum *di Patria* prope *Aversa* in regno Neapolitano ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio, qui misit sub nomine *Poæ corsicæ*. Floret a Februario in Aprilem.

Radix tenuis, fibrosa, brevis. Culmi cæspitulosi, tenues, erecti, aut ascendentes, brevissimi, bi-tripollicares, simplices, aut e basi ramosi, striati, glaberrimi, superne nudi. Folia brevissima, lineari-angustissima, obtusiuscula, canaliculata, arefactione convoluto-setacea, margine scabrida, reliqua parte glabra. Vaginæ laxiusculæ, fortiter striatæ, angulatæ, glabræ, superiore elongata. Stipula ovato-lanceolata, obtusa, sesquilineam, aut duas lineas longa, integra, vel lacera. Panicula terminalis, capillaris, trichotoma, bifida, divaricata, flexuosa, glabra, punctis purpurantibus subinde picta. Ramuli ejus extimi longiusculi, apice incrassati, unilocustiferi. Locustæ minutæ, compressæ, ovatæ, patulæ, bifloræ, muticæ. Valvæ calycinæ subæquales, oblongæ, canaliculatæ, acutæ, subinde apice erosulæ, carinatæ, glabræ, dorso virides, margine albo-membranaceæ, et apicem versus tenuissime ciliolatæ; variant ex albo-viridi purpurantes. Flosculi calyce sublongiores, inter se se parum inæquales; alter sessilis, alter brevissime pedicellatus. Valvæ corollinæ oblongæ, inæquales, fulvæ; exteriore majore, sulcata, multinervi, nervis extantibus, scabris, apice albo-membranacea, obtusa, aut eroso-crenulata; interiore angustiore, et paulo breviore, apice bidentata, aut erosula, nervo viridi, scabro ad marginem

inflexum instructa. Villi pauci, brevissimi sub flosculis.

Specimen hispanicum a Cl. Gussonio Matriti lectum, et mihi comiter impertitum omnino convenit cum italicis.

6. Aira *aquatica:* radice, culmoque inferne repente; panicula alterne semiverticillata, patente; flosculis calyce longioribus, glabris.

A. aquatica *Sp. pl.* 95. *Smith. Engl. Fl.* 1. *pag.* 101., *et Engl. bot. v.* 22. *tab.* 1557. *Curt. Fl. Lond. edit. Grav. v.* 3. *tab.* 16. *Fl. Dan. tab.* 381. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 30. *tab.* 41. luxur., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 114. *Allion. Fl. Pedem.* 2. *p.* 243. *n.* 2189. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 38., *et* 322. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 96. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 43. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. pag.* 38. *n.* 95.* *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 56., *et Syll. p.* 41. *n.* 1. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 61.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 49.* *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 256. *Scopol. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 66.

Poa airoides *De Candoll. Flor. Franç.* 3. *p.* 64. *n.* 1620. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 236.

Glyceria aquatica *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 689.

G. airoides *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 45. *n.* 296.

Catabrosa aquatica *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 696. *n.* 1., *et Mant.* 2. *p.* 388., *et Mant.* 3. *p.* 643. *Palis. Ess. d'une nouv. Agrost. expl. des pl. pag.* 13. *tab.* 19. *fig.* 8. *Hook. Brit. Fl. p.* 34.

Molina aquatica *Svensk. bot. tab.* 587.

Gramen paniculatum aquaticum miliaceum *Vaill. Bot. Paris. p.* 89. *tab.* 17. *fig.* 7.

Gr. miliaceum aquaticum *Scheuchz. Agrost. p.* 176. *n.* 1. *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 51. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 60. herb. Mont.

Ital. *Gramigna di padule* Targ. Tozzett. Diz. bot. tom. 2. p. 9.

Perenn. Habui ex aquosis, humentibusque agri Romani a Prof. Maurio, ex Pontinis a Fiorinia-Mazzantia, ex rivulis Siciliæ ab Eq. Gussonio, ex Sardinia a Prof. Morisio, ex Corsica *a Bonifacio* a Soleirolio. Floret a Majo in Julium.

Radix repens. Culmus inferne fluitans, aut procumbens, nodis radicantibus, superne ascendens, et parte libera etiam sesquipedalis, cæterum crassiusculus, teres, vel tereti-compressus, striatus, glaber, subinde e nodis

imis ramosus. Folia late linearia, obtusiuscula, carinata, multistriata, glabra, vel margine scabrida. Vaginæ laxæ, leviter compressæ, striatæ, glabræ. Stipula longiuscula, ovato-lanceolata, subacuta, integra, aut vix erosa. Panicula longa, dum luxuriat etiam sesquipedalis, in anthesi patens, alterne semiverticillata, semiverticillis inferioribus fere æqualiter remotis, superioribus proximioribus. Rami paniculæ inæquales, iterum divisi, laxiflori, flexuosi, glabri, vix ramulis extimis sub lente scabridis. Locustæ minutæ, oblongæ, compressæ, glabræ, bifloræ, flosculo altero sessili, altero pedicellato, utroque valvis calycinis multo longiore, viridi, aut ex viridi purpurascente; variant unifloræ. Calycis valvæ minutissimæ, inæquales; majore ovata, integra, aut apice subcrenata, trinervi; minore ejusdem formæ, uninervi, nervis in utraque vix ad medium pertingentibus, deinde evanescentibus. Valvæ corollæ oblongæ, obtusæ, æquales; exteriore trinervi, apice subcrenata, interiore binervi, emarginata, nervis prope marginem inflexum excurrentibus. Antheræ lineares, elongatæ. Caryopsis ovato-oblonga, acuta, glabra, matura fulva.

7. Aira *agrostidea:* panicula capillari, trichotoma, patente; locustis ovatis; gluma calycina flosculis duplo longiore, valvis in anthesi divaricatis; vaginis foliorum glabris.

A. agrostidea *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 276. *n.* 21. *Loisel. Deslongch. Not. p.* 16.* *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 130. *n.* 279. *Gusson. Fl. Sicul. prodr.* 1. *pag.* 61.*, *et Suppl.* 1. *pag.* 16.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 3. *p.* 12.*

A. minuta *Lois. Deslongch. Fl. Gall. edit.* 1. *tom.* 1. *p.* 45. *n.* 4.* excl. syn.

Airopsis agrostidea *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 579. *n.* 6., *et Mant.* 3. *p.* 618. *Loisel. Deslongch. Fl. Gall. edit.* 2. *tom.* 1. *pag.* 56. *n.* 2.* *Duby. Bot. Gall. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 510. *n.* 2. *De Candoll. Fl. Franç.* 5. *p.* 262. *n.* 1570.

A. Candollei *Desv. in Journ. de bot.* 1. *p.* 200.

Poa agrostidea *De Cand. Ic. pl. Gall. rar. fasc.* 1. *p.* 1. *tab.* 1.

Milium gallecicum *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 320. *n.* 8., *et Mant.* 3. *p.* 618.

Gramen palustre tenue, caryophylli arvensis glabri minimi facie *Cup. Suppl. alt. p.* 33.

Ital. *Capellini minuti*.

Ann. Habui ex pratis humentibus Siciliæ *a Bucheri* ab Eq. Gussonio, et ex palustribus *di Terranova* in Sardinia a Prof. Morisio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa. Culmus debilis, inferne decumbens, nodis infractis, sæpe radicantibus, superne ascendens, fere totus tectus, striatus, glaber, etiam dodrantalis, ex imis articulis passim ramosus. Folia linearia, acuta, plana, lineam semis, aut lineam lata, striata, scabriuscula. Vaginæ arcte amplexantes, striatæ, glabræ. Stipula lata, bi-trilinearis, acuta, integra, vel fissa, in vaginæ margines decurrens. Panicula terminalis, ramosissima, trichotoma, bifida, capillaris, subflexuosa, inferne glabra, superne scabriuscula, ramulis extimis brevibus, apice unilocustiferis. Locustæ minutissimæ, ovatæ, muticæ, bifloræ, ex viridi, et albo purpurantes. Valvæ calycinæ vix inæquales, flosculis fere duplo longiores, concavo-ovatæ, acutæ, compressæ, carinatæ, carina superiore scabræ, margine membranaceæ, in anthesi divaricatæ. Flosculus alter sessilis, alter brevissime pedicellatus. Valva corollina externa albo-membranacea, pellucida, concavo-ovata, compresso-carinata, apice oblique truncata, acutiuscula, aut obtusa, subinde erosula, trinervis, nervis viridibus. Valva interior exteriori longitudine subæqualis, sed angustior, emarginata, nervo glabro, viridi utrinque prope marginem inflexum instructa. Antheræ longæ, luteæ, vel ex luteo purpurascentes. Stigmata plumosa, alba. Caryopsis subrotunda, minutissima, fulva. Pili nulli in basi corollæ, nec in pedicello alterius flosculi.

8. Aira *Tenorii*: panicula capillari, ramosissima, trichotoma, divaricata, glabra; locustis ovatis, obtusis; gluma calycina flosculis subæquali; valvis in anthesi divaricatis; foliorum vaginis scaberrimis.

A. Tenorii *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 62.*, *et Suppl.* 1. *p.* 15.*

A. pulchella *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 130. *n.* 278.

Airopsis pulchella *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 56. *tab.* 102. *fig.* 2.

Gramen avenaceum, panicula sparsa, exillimum, pene invisibile. *Cup. Hort. Cath. p.* 91.

Ital. *Capellini sparpagliati*.

Ann. Habui ex insula Caprearum a Prof. Giraldio, qui primus omnium circa annum 1772. eam reperit, ex

collibus *di Castellamare*, ex *Monte nuovo* prope Puteolos, ex insulis Inarime *(Ischia)*, et Cosyra *(Pantellaria)* ab Eq. Gussonio, iterum ex *Monte nuovo* ab Orsino. Floret Aprili, Majo.

Radix fibrosa. Culmi cæspitosi, erecti, vel ascendentes, nodis inferioribus infractis, palmares, pedales, teretes, striati, glabri, firmuli, breviores tecti, longiores superne nudi. Folia radicalia convoluto-setacea, culmea lineari-angustissima, demum arefactione convoluta, omnia acutiuscula, striata, deorsum strictu scabra. Vaginæ striatæ, arctæ, sursum scaberrimæ. Stipula oblongo-lanceolata, acuminata, apice integra, vel fissa, sesquilineam, aut duas lineas longa, in vaginæ margines decurrens. Panicula capillaris, trichotoma, ramosissima, valde divaricata, glabra, flexuosa, ramulis ultimis bifidis, longis, apice unilocustiferis. Locustæ valde minutæ, vix quartam lineæ partem attingentes, ovatæ, bifloræ, ex viridi-albo, purpureoque variæ. Valvæ calycinæ concavo-ovatæ, compressiusculæ, obtusæ, apicæ integræ, aut erosulæ, carinatæ, vix carina superiore scabriusculæ, subæquales, margine albo-membranaceæ, flosculis sublongiores, in anthesi, et post divaricatæ. Flosculi minutissimi, subæquales, semiovoidei, fulvi. Valva corollina exterior concavo-ovata, cymbiformis, enervis, sub acuto vitro tenuissime scabrida, nitidula, apice breviter convoluto-mucronulata, integra, vel emarginata. Valva interior fere ejusdem longitudinis, sed angustior, cymbam claudens, apice bidentata. Pili vix lente distinguendi circa basim flosculorum. Caryopsis oblonga, hinc canaliculata.

** * Corolla aristata.*

9. Aira *spicata:* pumila; racemo spicæformi, ovato; flosculis calyce sublongioribus; valva corollina exteriore bifida, dorso aristata; arista articulata, exerta.

A. spicata *Fl. Suec. edit.* 2. *p.* 23. *n.* 69., *et Sp. pl.* 95. *Wahlenb. Fl. Lap. p.* 33. *Wulf. in Jacq. Collect.* 3. *p.* 32. *tab.* 19. *fig.* 3.

A. subspicata *Syst. nat. edit.* 12. *tom.* 2. *p.* 91. *n.* 7. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *pag.* 377. *n.* 6. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 33. *tab.* 45. opt., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 117. *Allion. Fl. Pedem.* 2. *p.* 243. *n.* 2190. *Re Fl. Segus. p.* 11. *Birol.*

Fl. Acon. 1. *p.* 25. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 96. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 264.
A. n. 65. *Lin. Fl. Suec. edit.* 1. *p.* 24.
Avena subspicata *Wahlenb. Fl. Suec.* 1. *p.* 73. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 339. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 117. *n.* 251.
A. airoides *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *pag.* 37. *n.* 1554. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 566.
A. n. 1490. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 231.
Trisetum airoides *Röm. et Schult. System. veg.* 2. *p.* 666. *n.* 27., *et Mant.* 2. *p.* 369. *Palis. Ess. d'une nouv. Agrost. p.* 88.
Gramen avenaceum paniculatum alp. humile, locustis in spicam collectis varicoloribus aristatis *Scheuchz. Agrost. Helv. prodr. p.* 24. *tab.* 6., *et Agrost. pag.* 221. *n.* 2.

Ital. *Avena dorata*.

Perenn. Habui ex alpibus Pedemontanis a Prof. Balbisio. Floret Julio, Augusto.

Radix fibrosa. Culmi cæspitosi, aut solitarii, erecti, vel ascendentes, digitales, palmares, teretes, striati, pubescentes, præsertim apice, superne quandoque longe nudi. Folia linearia, angusta, plus minus acuta, striata, plana, margine deorsum scabra, vix arefactione involuta. Vaginæ striatæ. Tum folia, tum vaginæ variant glabræ, vel pubescentes. Stipula brevis, lineam non attingens, truncata, erosa. Racemus spicæformis, terminalis, ovatus, vel oblongus, obtusus, brevis, crassus, densus, interdum tamen inferne laxiusculus, ex viridi-purpureo auratus, nitens. Rami inferiores parce divisi, et paucistachyi, reliqui, subinde etiam omnes, simplices, et monostachyi, in quocunque statu locusta breviores. Rachis, et rami hirsuti. Locustæ oblongæ, plerumque bifloræ, variant unifloræ, et trifloræ, flosculis calyce sublongioribus, altero sessili, altero pedicellato, pedicello subinde sterili. Calycis valvæ oblongo-lanceolatæ, canaliculato-compressæ, carinatæ, acutæ, aut acuminatæ, carina scabræ. Corollæ valva exterior forma valvarum calycis, apice bifida, acuminata, nervo carinali scabro, a medio dorsi, aut paulo supra medium abeunte in aristam longitudine totius valvæ, ideo ultra acumen ejus, et ultra calycem longe porrectam, articulatam, scabram, initio erectam, arefactione refractam, infra articulum contortam, fuscam, supra articulum

graciliorem, dilutiorem. Valva interior brevior, apice obtusa, et lacera, utrinque prope marginem inflexum nervo ciliolato instructa. Basis utriusque flosculi aucta circulo pilorum, qui brevissimi ad valvam corollinam majorem, elongantur ad minorem, et ascendunt in pedicellum sive locustiferum, sive sterilem.

10. Aira *cæspitosa:* culmo cæspitoso; foliis planis; paniculæ ramis alterne fasciculatis, in anthesi patulis; flosculis calycem subæquantibus; valva corollina externa truncata, quadrinervi, e basi breviter aristata.

A. cæspitosa *Sp. pl.* 96. *Smith. Engl. Fl.* 1. *pag.* 102., *et Engl. bot. v.* 21. *tab.* 1453. *Hook. Brit. Fl. p.* 35. *Leers. Herb. p.* 23. *tab.* 4. *fig.* 8. *Svensk. bot. tab.* 132. *Trin. Sp. gram. fasc.* 22. bene. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 31. *tab.* 42., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 114. *Allion. Fl. Pedem.* 2. *p.* 243. *n.* 2191. *Balb. Fl. Taur. p.* 15. *Re Fl. Segus. p.* 11., *et Fl. Tor.* 1. *p.* 62. *Birol. Fl. Acon.* 1. *pag.* 26. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *pag.* 38., *et p.* 322. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 13. *n.* 88. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 53.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 95. *Suffr. Foroj. p.* 114. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 51.* *Ten. Syll. p.* 41. *n.* 7. *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 63.* *Ab Ucr. Hort. Panorm. p.* 57. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 43. *n.* 1566. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 257. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 552. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 65. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 323.

Deschampsia cæspitosa *Röm. et Schult. System. veget.* 2. *p.* 685. *n.* 1. *Palis. Ess. d' une nuov. Agr. expl. des pl. p.* 12. *tab.* 18. *fig.* 3. parum exacte.

Campella cæspitosa *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 122. *n.* 261.

Avena n. 1487. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 230.

Gramen segetum panicula arundinacea *Scheuchz. Agr. p.* 244. *n.* 1. *tab.* 5. *fig.* 2. 3.

Gr. miliaceum, majus, nutante panicula, arundinaceum *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 51. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 62. herb. Mont.

Gr. miliaceum majus, glumis aristatis spadiceis *Seguier. Ver.* 1. *p.* 351. *n.* 3.

Ital. *Panico capellino. Migliarino. Nebbia* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 9.

Perenn. Filius attulit ex Apennino Bononiensi in pratis *di Scaffajolo*. Habui ex pratis Apennini Liguriæ

orientalis ad S. Stephanum de *Aveto* a Turio, ex pascuis montanis *di Levenso* in Pedemontio a Prof. Morisio, ex agro Mantuano *al Bosco fontana* a Barbierio, et a Felisio, ex sylvulis agri Veneti a Ruchingero, ex monte Pisano ab Eq. Prof. Savio, ex plebe S. Stephani in provincia Aretina prope *Viammaggio* ab Amideo, ex lacu *di Colfiorito* in Umbria ab Eq. Petruccio, ex monte *Canetra*, et *Vettore* in Piceno ab Orsino, ex Nebrodibus Siciliæ ab Eq. Gussonio. Floret in demissis Junio, in alpinis Julio.

Radix fibrosa, fibris crassis, flexuosis. Culmi cæspitosi, erecti, vel ascendentes, crassiusculi, teretes, striati, glabri, nodis paucis, duobus-tribus, etiam tri-quadripedales, at in alpestribus interdum multo breviores, superne longo tractu nudi. Folia linearia, potius angusta, acuminata, striata, margine, et facie superiore deorsum plus minus scabra, dorso glabra, arefactione convoluta, radicalia cæspitosa, et in umbrosis prælonga. Vaginæ striatæ, glabræ. Stipula oblonga, acuta, vel acuminata, integra, aut fissa. Panicula composita, terminalis, subinde in alpinis siccis contracta, et compacta, in anthesi patula, ramis alterne fasciculatis, a duobus ad decem in quovis fasciculo, inæqualibus, flexuosis, magis minusve scabridis, inferne simplicibus, nudis, superne divisis, locustiferis. Rachis primaria variat glabra, vel scabra. Locustæ parvæ, oblongæ, erectæ, compressiusculæ, bifloræ, in alpinis apricis ex atro-purpureo, et albo auratæ, vel variegatæ viridi-purpureo, aureo, et albo, in umbrosis planitiei pallidæ, aut flavido-virentes. Flosculi convoluti, calycem subexcedentes, altero sessili, altero pedicellato, unoquoque basi cincto barba brevi, alba, inæquali. Valvæ calycinæ parum inæquales, concavo-compressæ, oblongæ, aut oblongo-lanceolatæ, apice ut plurimum erosæ, aut saltem emarginatæ, nunc totæ glabræ, nunc carina superiore hispidulæ, margine membranaceo-pallentes. Valva corollina major oblonga, apice truncata, et crenulato-lacera, quadrinervis, nervis prope apicem membranaceum evanescentibus, glaberrima, nitida, e dorsi basi emittens aristam sibi subæqualem, scabram, fulvam, aut flavidam. Pili ambientes basim ejus pone dorsum sunt brevissimi omnium, elongantur utrinque ad marginem, et in pedicello alterius flosculi. Valva corollina interior longitudine exterioris, sed angustior, apice

bifido-erosula, binervis, nervis ciliatis, juxta marginem inflexum excurrentibus.

Ex diverso paniculæ colore hæc planta diversam induit faciem, at fabrica eadem, quod tyrones diligenter animadvertant, ne decipiantur.

11. Aira *media:* culmo, foliisque setaceis, scabris; stipula lanceolato-lineari, longissima; flosculis calyce subbrevioribus; valva corollina externa supra medium brevissime aristata.

A. media *Spreng. System. veget.* 1. *p.* 278. *n.* 40. *Gouan. Illustr. p.* 3. *De Cand. Cat. hort. Monsp. p.* 76., *et Fl. Franç.* 5. *p.* 261. *n.* 1569.[a] *Poir. Enc. méth. bot. suppl. tom.* 2. *p.* 77. *Duby. Bot. Gall.* 1. *p.* 51. *n.* 7. *Trin. Sp. gram. fasc.* 22. bene.

A. juncea *Vill. Hist. des plant. de Dauph.* 2. *p.* 86. *Lois. Deslongch. Fl. Gall. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 57. *n.* 8.

A. capillaris *Sav. Flor. Pis.* 1. *pag.* 86.* non Römer. et Schult.

A. alpina *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 52.* non Lin.

Deschampsia discolor, D. juncea, D. media *Römer. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 686. 687. *n.* 2. 5. 7., *et Mant.* 2. *p.* 381.

Campella media *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 123. *n.* 262.

Ital. *Migliarino scolorito*.

Perenn. Habui ex Hetruria, ubi reperta in *Montamiata* provinciæ Senensis, et in monte Pisano, ab Eq. Prof. Savio. Floret Junio.

Culmus scaber, etiam tripedalis. Folia setacea, convoluta, scabra, non, aut obscure striata. Vaginæ pariter scabræ. Stipula longissima, lanceolato-linearis, acuminata. Panicula floribus depauperata, in anthesi patentissima, ramis capillaribus, paucistachyis. Locustæ longiusculæ, angustæ, viridi-albidæ, vel flavidæ, subinde cum aliqua purpurascentia. Calyx flosculis sublongior. Ejus valvæ lanceolatæ, acutæ, vel retusæ, carina scabræ, margine membranaceæ, et albido-auratæ, vix inæquales. Flosculi duo, sæpe cum pedicello tertii flosculi abortientis. Valva corollina exterior supra medium dorsi aristata, arista brevissima, simplici, albida, recta, vix apicem valvæ attingente, aut superante. Reliqua, ut in *Aira cæspitosa* L., cui valde affinis.

Aira alpina L. ab hac profecto diversa, ut mihi patuit ex duobus speciminibus, altero ex alpibus Lapponicis

a Prof. Wahlenbergio profecto, et a Römero f. r. ad me misso, altero ex alpibus Norvegicis a Prof. Wahlbergio, cum per Italiam iter faceret, mihi impertito. Ejus statura longe minor, folia crassiora, rigidiora, subpungentia, glaberrima, item vaginæ, et culmi glabri. Stipula brevior, obtusa. Panicula brevior, strictior. Pedicelli locustarum glabri. Locustæ duplo longiores, sæpe viviparæ. Habetur figura ejus optima in *Wahlenb. Fl. Lap. tab.* 3., in Trin. Sp. gram. fasc. 22., et in *Aira lævigata* Engl. bot. vol. 30. tab. 2102.

12. Aira *flexuosa :* culmo, foliisque setaceis, glabris; panicula trichotoma, flexuosa, pauciflora; flosculis calyci subæqualibus; valva corollina externa e basi aristata, arista articulata, glumis duplo longiore.

Aira flexuosa *Sp. pl.* 96. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 104., *et Engl. bot. v.* 22. *tab.* 1519. *Hook. Brit. Fl. p.* 36. *Leers. Herb. pag.* 23. *tab.* 5. *fig.* 1. *Fl. Dan. tab.* 157. *Schreb. Gram.* 2. *p.* 57. *tab.* 30. *Host. Gram. Austr.* 2. *pag.* 32. *tab.* 43., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 115. *Kops. Fl. Batav. tom.* 3. *n.* 211. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 243. *n.* 2192. *Berg. Lett. in Giorn. di fisic. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 7. *p.* 215. *Birol. Fl. Acon.* 1. *pag.* 26. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 13. *n.* 89. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 94. *Bert. Amœn. Ital. p.* 328. *n.* 17. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 87.*, *et Bot. Etr.* 1. *p.* 53.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 54., *et Syll. p.* 41. *Presl. Cyp. et Gram. Sicul. p.* 28. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 63.*, *et Suppl.* 1. *p.* 15.* *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 43. *n.* 1567. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 259. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 324.

A. montana *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 243. *n.* 2193. *Re Fl. Segus. p.* 11. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 26. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 14. *n.* 90.* *Ab Ucr. Hort. Panorm. p.* 57.

Avena flexuosa *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 570.

A. n. 1486. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 229. 230.

Gramen nemorosum paniculis albis capillaceo folio *C. B. Theatr. p.* 97., *et Prodr. p.* 14. *n.* 45.

Gr. avenaceum paniculatum alpinum foliis capillaceis, locustis purpuro-argenteis splendentibus, et aristatis *Scheuchz. Prodr. p.* 23. *tab.* 4., *et Agrost. p.* 216. *n.* 2. *tab.* 4. *fig.* 16. *A. B. C. Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 55. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 74. herb. Mont. *Seguier. Ver. Suppl. p.* 159. *n.* 23.

Gr. alpinum nemorosum paniculatum, foliis angustissimis, locustis splendentibus aristatis *Scheuchz. Prodr. p.* 24. *tab.* 6., *et Agrost. p.* 218. *n.* 3. *tab.* 4. *fig.* 16. *D.*

Ital. *Panico capellino* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 9.
Perenn. Legi in montibus *del Bracco* Liguriæ orientalis, Massæ ducalis in sylvaticis *di Castagnetolo*, in alpibus Apuanis secus viam, quæ ex *Foce Orsara* ducit *alla Maestà di Vinca*. Filius attulit ex apennino Bononiensi *al Bagioledo di Corno alla scala*. Habui ex agro Clavarensi ad viam, quæ ducit *alla Madonna di Montallegro* a Turio, ex saxosis thermarum Valderiarum in Pedemontio a Prof. Morisio, et a Bertero, ex Cenisio a Bonjeanio, ex sylvis ad Larium *a Griante, Tramezzo*, et *Bellagio* a Comollio, et ibidem *a Barlassina* a De Christophoris, ex sylvaticis Tergestinis a Mayero, ex montibus *della Sibilla*, et Nursinis in Umbria ab Eq. Petruccio, ex valle *Canetra*, et ex monte *Vettore* in Piceno ab Orsino, et a Prof. Octavianio, ex montibus Pisanis ab Eq. Prof. Savio, ex *Vallombrosa* in Hetruria a Bubanio, ex Nebrodibus Siciliæ ab Eq. Gussonio, ex summitate montis *Coscione* in Corsica a Seraffinio, et ibidem ex monte *Grosso* a Soleirolio. Floret Junio, Julio.
Radix fibrosa, fibris crassiusculis, flexuosis, firmis. Culmi cæspitosi, decumbentes, ascendentes, erecti, tenues, teretes, leviter striati, glabri, dum bene evoluti multa parte superiore nudi, a spithama ad duos pedes longi. Folia radicalia cæspitosa, culmea pauca, remota, utraque setacea, obtusiuscula, glabra, aut scabriuscula, striata, longitudine varia. Vaginæ striatæ, glabræ, aut scabriusculæ. Stipula elongata, obtusa, integra, aut erosa, subinde bifida. Panicula composita, terminalis, pauciflora, in anthesi erecto-patens, ante, et post stricta. Rami inferiores geminati, remotiores, trichotomi, bifidi. Rachis primaria, et rami flexuosi, scabridi. Pedicelli apice incrassati, unilocustiferi. Locustæ oblongæ, bifloræ, erectæ, in umbra pallide virentes, in apricis montanis ex viridi-albo, et purpureo variæ, nitidæ. Flosculi circiter longitudine calycis, vel paulo longiores, sessiles, aut alter sessilis, alter brevissime pedicellatus, et quidquam altior. Valvæ calycinæ canaliculato-lanceolatæ, acutæ, vel acuminatæ, interdum apice erosulæ, parum inæquales, carinatæ, carina scabra, subinde in mucronulum setaceum producta, lateribus glabræ, aut sub vitro tenuissime puberulæ, in anthesi divaricatæ. Gluma corollina circa basim villo brevissimo, et inæquali barbata. Valvæ ejus longitudine subæquales,

canaliculato-lanceolatæ, in anthesi divaricatæ; exterior quinquenervis, puberula, apice obtusa, et erosula, e basi aristata, arista articulata, flosculis duplo, et ultra longiore, scabrida, infra articulum crassiuscula, fulva, contorta, supra attenuata, arefactione subrefracta. Valva interior paulo angustior, apice bifida, aut lacera, binervis, nervis ciliolatis, prope marginem inflexum excurrentibus. Vidi quandoque stipitulum villosum tertii flosculi abortivi intra calycem. Caryopsis minuta.

Valvæ corollinæ internæ utriusque flosculi, dum in anthesi recedunt ab externis, eriguntur, et se se mutuo tangunt.

13. Aira *canescens:* panicula densiflora, elongata, post anthesim stricta, ramis brevibus, fere totis locustiferis; calycibus acuminatis; flosculorum aristis inclusis, clavatis, medio barbatis; foliis setaceis.

A. canescens *Sp. pl.* 97. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 105., *et Engl. bot. v.* 17. *tab.* 1190. *Hook. Brit. Fl. p.* 36. *Fl. Dan. tab.* 1023. *Kops. Fl. Bat. tom.* 3. *n.* 171. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 38. *et* 322. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 96. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 44. *n.* 1569. *Lois. Deslongch. Fl. Gall. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 57. *n.* 5.* *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 554. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 322.

Corynephorus canescens *Röm. et Schult. Syst. veget.* 2. *p.* 688. *n.* 1. *Palis. Ess. d'une nouvel. Agr. explic. des planch. pag.* 12. *tab.* 18. *fig.* 2. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 123. *n.* 263.

Avena n. 1483. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 228.

Gramen junceum Dalechampii *Lugd. hist.* 1. *p.* 425.

Gr. foliis junceis oblongis, radice alba *Scheuchz. Agr. p.* 242. *n.* 1. *tab.* 4. *fig.* 29. 30.

Ital. *Panico bianco allungato*.

Perenn. Habui ex agro Ticinensi in viciniis Sanctæ Sophiæ a Badaroo, ex nemoribus *di Carbonara* in *Lomellina* a De Notaris. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris tenuibus, flexuosis, longis, plus minus pubescentibus. Culmi cæspitosi, teretes, levissime striati, erecti, vel ascendentes, spithamei, pedales, nunc toti tecti vaginis foliorum, nunc longo tractu nudi. Folia convoluto-setacea, obsolete striata, acuta, scabra, radicalia cæspitosa, passim brevia. Vaginæ striatæ, scabræ, laxiusculæ, præsertim suprema, quæ interdum spathacea ad paniculam. Stipula

longiuscula, lanceolata, acuta, fissa. Panicula composita, terminalis, in anthesi patens, ante, et post anthesim stricta, longa, densiflora. Ejus rami breves, flexuosi, scabri, inferne brevissimo tractu simplices, et nudi, mox divisi, et multis locustis onusti, imi geminati, reliqui solitarii, alterni. Locustæ parvæ, oblongo-lanceolatæ, compressæ, bifloræ, ex glauco-viridi, albo, et purpureo variæ. Flosculi minutissimi, alter sessilis, alter brevissime pedicellatus, sub utroque barba brevissima, inæqualis, in pedicello quoque sparsa. Valvæ calycinæ flosculis longiores, vix inæquales, canaliculato-lanceolàtæ, acuminatæ, apice integræ, aut levissime emarginatæ, uninerviæ, compressæ, carina scabræ, lateribus glabræ, aut sub vitro scabriusculæ, margine albo-membranaceæ. Valvæ corollinæ inæquales; exterior longior, ovato-lanceolata, concavo-canaliculata, acuminata, integra, glabra, dorso ad excipiendam aristam sulco excavata, fere ex basi aristata. Arista articulata, ipsâ valvâ duplo longior, tamen calyce inclusa, circa articulum villis brevibus, verticillatis barbata, infra articulum contorta, fulva, supra clavata, albida. Valva corollina interior paulo brevior, apice emarginata, tota glabra. Antheræ violaceæ. Herba glauca.

14. Aira *articulata:* panicula trichotoma, patente, ramis inferne longo tractu nudis, superne locustiferis; calycibus acuminatis, flosculorum aristis subexertis, clavatis, medio barbatis; foliis setaceis.

A. articulata *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 77. *n.* 16. *Desfont. Fl. Atl.* 1. *p.* 70. *tab.* 13. *Balb. Misc. bot.* 1. *p.* 10.* *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 96. *Tenor. Fl. Nap.* 3. *pag.* 55., *et Syll. p.* 41. *n.* 3. *Guss. Pl. rar. p.* 21.*, *et Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 65.*, *et Suppl.* 1. *p.* 17.* *De Candoll. Fl. Franç.* 5. *p.* 261. *n.* 1568.[a] *Loisel. Deslongch. Flor. Gall. edit.* 2. *tom.* 1. *pag.* 57. *n.* 6. *Poir. Enc. méth. Suppl. tom.* 2. *p.* 75.

A. canescens *Allion. Fl. Pedem.* 2. *p.* 244. *n.* 2195. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 88.*, *et Bot. Etr.* 1. *p.* 54.* *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. pag.* 37. *n.* 94.* *Bivona-Bern. Sic. pl. Cent.* 2. *p.* 1.

A. hybrida *Nocc. et Balb. Fl. Ticin. p.* 39., *et* 403. excl. fig. *Gaud. Agr. Helv.* 1. *p.* 124.

Corynephorus articulatus *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 27. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 689. *n.* 2., *et Mant.* 2. *p.* 381.

Gramen avenaceum, paniculis ex parvis locustis purpuro-argenteis compositis *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 56. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 80. herb. Mont.

Gr. avenaceum, maritimum, annuum, minus, panicula sparsa, locustis parvis, argenteis, aristis erectis, ad extremitatem latis, et complanatis *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 74.

Ital. *Panico bianco*.

Ann. Habui ex litore ad Segestam Tiguliorum (*Sestri a levante*) in Liguria orientali a Turio, ex maritimis *di Savona, Finale, Loano* in Liguria occidua a Prof. Balbisio, ex agro Ticinensi *alla Cava* a Badaroo, ex nemoribus *di Carbonara* in *Lomellina* a De Notaris, ex arenosis sylvæ Pisanæ ab Eq. Prof. Savio, ex maritimis ad Ostiam a Prof. Maurio, ex litore Terracinensi a Fiorinia-Mazzantia, ex arenis Bajarum ab Orsino, ex maritimis Siciliæ *di Vittoria*, et *Cinisi*, tum ex insulis Eoliis Ericusa (*Alicuri*), et Hicesia (*Panaria*) ab Eq. Gussonio, ex Sardinia ad Caralim a Prof. Morisio, ex Corsica *a Bastia* prope *la Mattoniera* a Bubanio, et *a Calvi* a Soleirolio. Floret Majo, Junio.

Valde proxima speciei præcedenti, a qua distinguunt notæ sequentes. Radix annua, plerumque pubescens. Culmi cæspitulosi, a palmo ad sesquipedem longi, subinde inferne ramosi. Folia anguste linearia, plana, arefactione convoluta, nunc extus glabra, nunc utraque facie, marginibusque deorsum scabra. Vaginæ glabræ. Panicula trichotoma, ante anthesim stricta, deinde patens; ramis capillaribus, leviter flexuosis, inferne longo tractu nudis, glabris, apicem versus locustiferis, scabridis. Flosculorum aristæ longius clavatæ, extra calycem subexertæ.

15. Aira *præcox*: cæspitosa, pusilla; foliis glabris; panicula pauciflora; valva corollina externa apice biseta, e dorso inferiore aristata; arista articulata, calycibus duplo longiore.

A. præcox *Sp. pl.* 97. *Smith. Engl. Fl.* 1. *pag.* 105., *et Engl. bot. v.* 18. *tab.* 1296. *Curt. Fl. Lond. edit. Grav. tom.* 3. *tab.* 17. optima. *Hook. Brit. Fl. p.* 86. *Fl. Dan. tab.* 383. *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 22. *tab.* 37., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 116. *Allion. Fl. Pedem.* 2. *p.* 244. *n.* 2196. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 26. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 96. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 44. *n.* 1570. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 262. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 328.

Avena præcox *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 573.

Gramen parvum præcox, spica laxa canescente *Pluk. Phyt. tab.* 33. *fig.* 9. *Raj. Syn. p.* 407. *tab.* 22. *fig.* 2.

Gr. minimum, spica brevi, habitiore, nostrum *Raj. Syn. edit.* 2. *p.* 253. *Scheuchz. Agrost. p.* 219. *n.* 4.

Ital. *Panico minuto. Panico primaticcio.*

Ann. Habui ex Pedemontio a Prof. Balbisio. Floret Aprili, Majo.

Radix fibrosa, capillaris. Culmi cæspitosi, erecti, vel ascendentes, subinde declinati, unciales, palmares, tenues, striati, glabri, aut tenuiter scabridi, nunc toti tecti, nunc superne nudi. Folia convoluto-setacea, obtusa, striata, glabra, brevissima. Vaginæ laxiusculæ, fortiter striatæ, seu angulatæ, glabræ, aut scabridæ, suprema laxior, interdum ad paniculam subspathacea. Stipula longiuscula, lanceolata, acuta, vel obtusa, integra, aut fissa. Panicula terminalis, brevissima, stricta, parce composita. Rami ejus tenues, flexuosi, scabriusculi, inferiores uni-trilocustiferi, superiores unilocustiferi. Locustæ præ plantula grandiusculæ, oblongæ, compressæ, ex viridi-albæ, subinde purpurantes, bifloræ, flosculis sessilibus, fere longitudine calycis, apice, et dorso aristatis, basi circumdatis pilis minutissimis. Valvæ calycinæ æquales, ovato-oblongæ, acutæ, vel acuminatæ, concavo-compressæ, carinatæ, carina asperiusculæ, apice integræ, subinde erosulæ. Valva corollina exterior canaliculato-lanceolata, compressa, apice bifida, et biseta, ibique tenuissime scabrida, reliqua parte glabra, paulo supra basim emittens aristam articulatam, glabram, aut vix scabridam, calyce duplo longiorem, tenuem, infra articulum contortam, flavam, vel fulvam, superne albidam. Valva interior angustior, paulo brevior, apice bidentata, albo-membranacea, nervo glabro, viridi utrinque prope marginem inflexum instructa. Antheræ parvæ, luteæ. Caryopsis oblonga.

16. Aira *caryophyllea:* panicula trichotoma, pauciflora, demum divaricata; calycibus oblongis, acutis, bifloris; utroque flosculo valva corollina externa apice biseta, dorso infra medium aristata; aristis exertis.

A. caryophyllea *Sp. pl.* 97. *Röm. et Schult. Syst. veget.* 2. *pag.* 681. *n.* 7. excl. var. *γ, et Mant.* 2. *p.* 377. *Smith, Engl. Fl.* 1. *p.* 106., *et Engl. bot. v.* 12. *tab.* 812. *Curt. Fl. Lond. edit. Grav. v.* 1. *tab.* 10. optima. *Hook. Brit.*

Fl. p. 36. *Fl. Dan. tab.* 382. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 33. *tab.* 44., et *Fl. Austr.* 1. *p.* 116. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 44. *fig.* 1. *Allion. Fl. Pedem.* 1. *p.* 244. *n.* 2197. *Balb. Fl. Taur. p.* 15.* *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 63. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 26. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *pag.* 39., *et p.* 322. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 14. *n.* 91. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 95. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 30. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 44. *Bert. Amœn. Ital. p.* 328. in observ. ad Airam capillarem. *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 55. *A., et Syll. p.* 41. *n.* 4. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 28. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 64.*, *et Suppl.* 1. *p.* 16.* *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 44. *n.* 1568. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 261. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 572. *Gaud. Fl. Helv. tom.* 1. *p.* 326. *Krock. Fl. Siles.* 1. *p.* 125. *tab.* 22.

A. canescens *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 21. *tab.* 36., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 115. planta paulo luxurians.

A. saburralis *Jan. Elench. p.* 2. *n.* 14.*

Avena n. 1482. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 228.

Caryophyllus arvensis, glaber, minimus *C. B. Prodr. p.* 105. fig. rudis. *Cup. Hort. Cath. p.* 41.

Gramen paniculatum, minimum, molle *Scheuchz. Agr. p.* 215. *n.* 1. *tab.* 4. *fig.* 15.

Gr. avenaceum, minimum, locustis tenuissimis aristatis *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 56. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 81. herb. Mont.

Gr. paniculatum argenteum locustis parvis, annuum *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 5. *fig.* 11.

β flosculo altero mutico, altero aristato *Bert. Amœn. Ital. l. c.*

Ital. *Pabbio* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 9.

Ann. Legi Sarzanæ in monte *Darme*, et in collibus *di Belvedere*. Habui ex Pedemontio a Prof. Balbisio, et ex collibus ad Albam Pompejam prope *S. Steffano-bello* a Bertero, ex montanis Comensibus a Comollio, ex agro Ticinensi a Bergamaschio, Asculo in Piceno ab Orsino, Româ a Prof. Maurio, Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, ex monte *della Stella* in Calabria citeriore, et ex insula Phœnicusa (*Felicuri*) ab Eq. Gussonio, ex Sicilia *a Terranuova* a Prof. Janio, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio. Varietas β mihi occurrit Sarzanæ promiscue cum specie. Floret Aprili.

Radix fibrosa, tenuis. Culmi solitarii, vel cæspitulosi, erecti, aut ascendentes, bipollicares, palmares, pedales, tenues, striati, glabri, vel scabriusculi, nunc

toti tecti, nunc superne tractu plus minus longo nudi, simplices, aut e basi ramosi. Folia setacea, acuta, striata, glabra, aut margine scabriuscula. Vaginæ striatæ, glabræ, vel scabridæ, suprema laxiuscula. Stipula elongata, lanceolata, acuminata, integra, vel fissa. Panicula terminalis, capillaris, parce ramosa, et pauciflora, trichotoma, subinde rubens. Ejus rami, ramulique flexuosi, superne scabridi, ante anthesim stricti, postea semper divaricati. Ramuli apice incrassati, unilocustiferi. Locustæ oblongæ, compressæ, bifloræ, ex viridi-albo, purpureoque variæ, lineam circiter longæ. Valvæ calycinæ æquales, aut subæquales, ovato-lanceolatæ, acutæ, aut acuminatæ, interdum apice erosulæ, concavo-compressæ, carina superiori remote, margine vero crebre, et minutissime ciliatæ, apice albo-membranaceæ, in anthesi paululum inter se divergentes. Flosculi sessiles, calyce quidquam breviores, aut subæquantes. Valva corollina exterior canaliculato-lanceolata, acuminata, apice bifida, et biseta, inferne scabra, superne hispidula, paulo infra medium dorsi aristata, arista sulco excepta, articulata, flosculis fere duplo longiore, extra calycem exerta, tota glabra, sub articulo contorta, flava, vel fulva, supra articulum tenuiore, alba. Valva interior paulo brevior, apice bidentata, nervo tenuissime ciliolato utrinque prope marginem inflexum excurrente instructa. Pili circa basim flosculorum, ut in præcedente. Flosculi maturi fulvi, decidui; tunc calyces persistentes albescunt. Varietas β distinguitur tantum flosculo altero mutico, altero aristato.

17. Aira *capillaris*: panicula trichotoma, ramosissima, demum divaricata; calycibus bifloris, apice erosulis; flosculis inclusis, mutico, aristatoque; valva corollina externa breviter bifida.

A. capillaris *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 277. *n.* 32. excl. syn. *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 20. *tab.* 35. *Bert. Amœn. Ital. p.* 328. *n.* 18., *et Lucubr. p.* 28. *n.* 165. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 39. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 96. *Maur. Rom. pl. cent.* 13. *p.* 6.* *Ten. Syll. p.* 41. *n.* 5. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *pag.* 64., *et Suppl.* 1. *pag.* 16. *Balb. Fl. Lyon. tom.* 1. *part.* 2. *p.* 806. *n.* 4. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 327. in calce observationis ad Airam caryophylleam L. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 50. *n.* 337.

Aira caryophyllea γ capillaris *Röm. et Schult. System. veget.* 2. *p.* 681.

A. elegans *Röm. et Schult. l. c. p.* 682. *n.* 8., *et Mant.* 2. *p.* 378.
A. pulchella *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 403. *tab.* 1. excl. syn. Willd.
A. caryophyllea variet. flosculo altero aristato, altero mutico *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 56. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 117.
A. caryophyllea B *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 55.
Avena capillaris *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 673.
Gramen phalaroides, sparsa panicula, minimum, angustifolium *Barrel. Ic.* 44. *fig.* 1.
Gr. paniculatum, purpuro-argenteis locustis, delicatissimis *Scheuchz. Agrost. p.* 233. *n.* 1. *tab.* 4. *fig.* 23.
Gr. tenue, avenaceum, versicolori panicula *Cup. Hort. Cath. p.* 244. *Bonan. Panph. tab.* 145.
β utroque flosculo aristato *Bert. Amœn. Ital. p.* 328.
Aira caryophyllea *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 37. *n.* 93.* *Sav. Flor. Pis. tom.* 1. *pag.* 89., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 56.
ϰ calycibus obtusis; flosculis turgidulis, altero, vel utroque mutico, altero e dorso aristato, arista brevissima, vix exerta.
Aira intermedia *Guss. Suppl.* 1. *p.* 16.*
A. pulchella *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 49.*
Ital. *Ghingola Nebbia* Sav. Fl. Pis. 1. p. 89.
Ann. Observavi copiosissimam Sarzanæ in arvis, et in collibus locis herbidis, et inter sata; legi quoque Massæ ducalis *a Castagnetolo*. Habui ex campis, et clivibus herbosis Tergestinis a Biasoletto, ex agro Camerinensi a Prof. Octaviano, ex agro Florentino prope *Careggi*, et ad ipsam Florentiam a Bubanio, ex agro Viterbiensi *a Canino* a Rev. Fratre Mauritio de Brixia, Româ, ubi copiosissima, a Prof. Maurio, et ad Albanum a Barbierio, Neapoli ad pontem *della Maddalena* ab Orsino, ex apricis Lucaniæ a Gasparrinio, ex Sicilia ad Panormum, et ex Ustica ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Bonifacio* a Seraffinio. Varietatem β legi Sarzanæ in eisdem locis cum specie. Habui Româ a Prof. Maurio, ex Corsica prope *Bastia alla Mattoniera* a Bubanio. Varietatem ϰ obtinui Panormo, et ex insula Ericusa *(Alicuri)* ab Eq. Gussonio, ex pascuis montosis Sardiniæ a Prof. Morisio, ex Corsica *a Bonifacio* a Soleirolio. Tum species, tum varietates florent Majo, Junio.

Radix fibrosa, capillaris, albida, fibris nonnullis ramulosis. Culmi cæspitosi, vel solitarii, erecti, aut ascendentes, tenues, teretes, superne evidentius striati, etiam sesquipedales, simplices, vel e basi ramosi, glabri, inferne crebrius geniculati. Folia tenuia, linearia, canaliculata, subacuta, striata, scabriuscula, in arefactione convoluto-setacea, superiora breviora, et longius vaginata. Vaginæ striatæ, sursum scabræ. Stipula acuminata, lineam, vel paulo ultra longa, in vaginæ margines decurrens. Panicula terminalis, ramosissima, primum contracta, deinde divaricata, ramis capillaribus, subflexuosis, trichotomis, apice bifidis, ad divisiones articulo albido, vel rubello distinctis, nunc glabris, nunc tenuissime scabridis. Locustæ minimæ, vix lineam semis sine arista longæ, solitariæ in apicibus ramulorum. Calyx biflorus, valvis æqualibus, ovatis, concavis, apice erosulis, obtusiusculis cum, vel sine mucronulo, flosculos excedentibus, in anthesi divergentibus, dorso viridi-rubellis, margine albido-membranaceis, nitidis, persistentibus, senio dealbatis. Flosculi subæquales, sessiles, altero mutico, altero aristato, demum decidui. Valva corollina exterior concavo-lanceolata, apice albido-membranacea, brevissime bifida, extus minutissime scabrida, prope dorsi basim emittens aristam setaceam, articulatam, infra articulum fuscam, supra albidam, calyce paulo longiorem, cæterum viridis, consistentiæ durioris, quam gluma calycina, demum fulva. Valva corollina interior paulo brevior, et angustior, apice bidentata, nervo glabro ad marginem inflexum excurrente utrinque instructa. Antheræ minimæ, luteæ. In varietate β uterque flosculus aristatus, cætera ut in specie. In varietate $\varkappa$ locustæ, et flosculi turgent; valvæ calycinæ sæpius sunt obtusiores, et eroso-denticulatæ, subinde tamen in medio mucronulatæ; valva corollina exterior minutius scabra, et brevius aristata, arista vix ultra calycem exerta. Reliqua conveniunt.

Hæc species est valde proxima præcedenti; at differt habitu altiore, panicula ramosiore, locustis, et partibus earum multo minoribus præter reliquas differentiæ notas, quas in descriptione attigimus.

HETEROPOGON.

Pers. Syn. pl. 2. *pag.* 533. *n.* 2031. *Palis. Ess. d'une nouvel. Agr. p.* 134. *tab.* 23. *fig.* 8. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 53. *n.* 382. *Trin. Fund. Agr. p.* 203. *n.* 183. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 543. *n.* 63. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 237. *n.* 120. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 54.
Andropogonis species *Lin. Gen. p.* 540.

Flores monoici triandri in spica androgyna, inferne mascula, superne mascula, et fœminea, Locustæ unifloræ. Flos masculus muticus. Calyx gluma bivalvis, cartilaginea; valva exteriore oblique carinata. Gluma corollina bivalvis, valvis quidquam inæqualibus, membranaceo-hyalina, inclusa. Stamina tria. Flos fœmineus aristatus. Calyx gluma cartilaginea, convoluto-teres, bivalvis, valvis subæqualibus, muticis. Gluma corollina membranaceo-hyalina, inclusa, bivalvis, valvis inæqualibus, exteriore mutica involvente interiorem minutissimam, lineari-angustissimam, facile diffluam ob basim attenuatam, nervo dorsali ex apice ejus continuato in aristam prælongam, articulatam contortam. Omnes aristæ ejusdem spicæ simul in fasciculum convolutæ. Stamina tria. Stigmata duo, plumosa. Nectarium squamulæ duæ truncatæ, superne crenulatæ.

Habitus. Gramina perennantia. Culmi erecti. Folia linearia. Flores in spica solitaria, secunda, disticha.

1. Heteropogon *Allionii:* floribus masculis, pedicellisque glabris, fœmineis calyce hirsutis; aristis infra articulum villosis, supra scabris.
H. Allionii *Römer. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 835. *n.* 1., *et Mant.* 2. *p.* 459. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 54. *Ten. Syll. p.* 57. *n.* 1. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 544. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 33. *n.* 203. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 238. *n.* 524.

H. glaber *Pers. Syn. pl.* 2. *p.* 533. *n.* 1. *Palis. Ess. d'une nuov. agr. expl. des planch. p.* 15. *tab.* 23. *fig.* 8.

Andropogon contortum *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 260. *n.* 2277. *tab.* 91. *fig.* 4. excl. syn. *Re Fl. Segus. p.* 82. *Desf. Fl. Atl.* 2. *p.* 377.

A. Allionii *Willd. Sp. pl.* 4. *part.* 2. *p.* 904. *n.* 5. *Spreng. System. veget.* 1. *p.* 283. *n.* 7. excl. syn. Brown. *Pollin. Fl. Veron.* 3. *p.* 202. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 97. *n.* 1692.* *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 212.

Ital. *Barbone attorcigliato*.

Perenn. Legi in insula Palmaria portus Lunæ ad fodinas marmoris, quod vulgo dicitur *Giallo e nero di Portovenere*. Habui ex Liguria occidua *al Ceriale* a Prof. Sassio, et *a Finale* a Bubanio, ex agro Nicæensi a Cl. Colla, ex rupibus *di Moltrassio* ad oram Larii ab Eq. Cesate, ex Tyroli italico *a Bolzano* a Currio. Floret Augusto, Septembri.

Radix fibroso-ramulosa, crassiuscula, firma. Culmi cæspitosi, erecti, sesqui-bipedales, et ultra, fere toti tecti, et glabri, inferne compressi, et crebrius articulati, superne teretes, et puberuli, simplices, vel ramosi. Folia linearia, acuminata, carinato-canaliculata, striata, scabra, superiora longius vaginantia. Stipulæ loco series densa pilorum brevium, pilis aliis longis utrinque ad oram extremam, et etiam in margine imo foliorum adjectis. Spica terminalis, solitaria, secundiflora, disticha, compresso-teres, sine aristis circiter pollicaris, cum aristis fere tripollicaris. Rachis articulata, sicca in articulis facillime secedens, ad flores inferiores masculos vix pilosa, ad superiores fœmineum, et masculum fulve villosa. Locustæ uniflorae, geminatæ, sessilis, et pedicellata; inferiores omnes masculæ, muticæ, extus, pedicelloque glabræ; superiores mascula subpedicellata, glabra, et fœminea sessilis, barbâ fulvâ extus basi suffulta. Flos masculus. Calyx bivalvis, contortus, valvis parum inæqualibus, lanceolato-linearibus, longis, cartilagineis, viridi-pallentibus, vel viridi-rubentibus. Valva exterior latior, et brevior, apice albo-membranacea, obtusiuscula, dorso multistriata, glabra, carinâ obliquatâ, tenuiter serrulatâ, versâ in latus valvæ, et ultra marginem ejus subpositum protensâ. Margo iste albo-membranaceus ob carinæ obliquitatem subtus videtur excurrere per valvam mediam, et cum margine altero parum inflexo ejusdem valvæ efficit canalem ad

excipiendam corollam. Valva calycina interior angustior, acuta, crasse trinervis, nervo carinali ciliato, lateralibus ad marginem inflexum excurrentibus subbarbatis. Gluma corollina bivalvis, calyce paulo brevior, albo-membranacea, hyalina, valvis inæqualibus, canaliculato-convolutis; exteriore lanceolato-lineari, acuta, margine ciliata; interiore angustiore, et paululum breviore, margine præcipue ad apicem ciliata. Flos fœmineus masculo brevior. Gluma calycina bivalvis, cartilaginea, mutica, valvis longitudine subæqualibus; exteriore fusca, scabra, et sursum fusce hirsuta, apice obtusa, et breviter albo-membranacea; interiore angustiore, obtusiuscula, integra, dorso plus minus scabra, et hirsuta, margine inflexo, glabro, nitido. Gluma corollina calyce brevior, bivalvis, albo-membranacea, hyalina, valvis inæqualibus; exteriore longiore, et multo latiore, mutica, obvolvente interiorem minutam, lineari-angustissimam, basi extenuatam, et facile diffluam, nervo carinali ex ejus apice producto in aristam longissimam, bipollicarem, articulatam, infra articulum fulve villosam, villis sursum versis, superne attenuatam, scabram. Stili duo filiformes, elongati, albi, exerti. Stigmata pariter elongata, plumosa, purpurea. Herba glauca.

POLLINIA.

Spreng. Pugil. 2. *p.* 10., *et System. veget.* 1. *p.* 134. *n.* 298. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 53. *n.* 380. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 243. *n.* 122.
Chrysopogon *Trin. Fund. Agrost. p.* 187. *n.* 171.
Phœnix *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 202.
Andropogonis species *Lin. Gen. p.* 540.
Apludæ species *Palis. Ess. d' une nouvel. Agrost. p.* 133.

Flores polygami monoeci. Locustæ unifloræ; hermaphrodita sessilis semper comitatur masculam solitariam, vel geminam, pedicellatam. Flos hermaphroditus sub basi barba involucratus. Calyx gluma cartilaginea, bivalvis, valvis plus minus inæqualibus; exteriore bifida, mutica, aut submutica; interiore apice aristata, arista

simplici. Corolla calyce brevior, membranaceo-hyalina, bivalvis, valvis plus minus inæqualibus; exteriore majore, interiorem amplectente, mutica; interiore minore, genitalia obvolvente, apice integra, vel bifida, nervo carinali producto in aristam longam, articulatam, liberam, arefactione refractam. Stamina tria. Stili duo. Stigmata plumosa. Flos masculus pedicello basi villis involucrato suffultus. Calyx gluma subcartilaginea, bivalvis, valvis plus minus inæqualibus; exteriore apice breviter aristata; interiore mutica. Corolla mutica, valva interiore integra, aut bidentata; in reliquis ut in hermaphrodito. Stamina tria.

Habitus. Gramina perennantia. Culmi erecti. Folia linearia. Inflorescentia terminalis, conjugato-spicata, aut paniculata.

1. Pollinia *distachya*: spicis conjugatis, glabris; culmo simplici.

P. distachya *Spreng. Pug.* 2. *p.* 12. *n.* 19. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 830. *n.* 6., *et Mant.* 2. *p.* 456.

P. distachys *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 288. *n.* 6. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 34. *n.* 207.

Andropogon distachyon *Sp. pl.* 1481. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 261. *n.* 2279., *et Auct. p.* 46. *Bert. Pl. Gen. p.* 134. *n.* 292. *Sav. Due cent. pag.* 209., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 47. *Desf. Fl. Atl.* 2. *p.* 377. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 96. *n.* 1690.

A. distachyos *Willd. Sp. pl.* 4. *part.* 2. *pag.* 917. *n.* 37. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 48., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 53. *tab.* 69. *Jacq. Collect.* 1. *pag.* 168., *et Ic. rar.* 3. *p.* 20. *tab.* 630. opt. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 2. *tab.* 2., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 74. *Pollin. Fl. Ver.* 3. *p.* 202. *Nacc. Fl. Ven.* 5. *p.* 77. *Bert. Amæn. Ital. pag.* 209. *n.* 293. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 232. excl. syn. Scheuchz. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 540. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 240. *n.* 531.

A. distachyus *Ten. Syll. p.* 58. *n.* 3. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 214. excl. syn. Hall., et Scheuchz.

A. n. 1. *Gerar. Fl. Gallopr. p.* 106. *tab.* 3. *fig.* 2.

Apluda distachya *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 55.

Gramen bicorne distachyophorum *Bocc. Sic. p.* 20. *tab.* 11. *fig.* 1. *A.*

Gr. dactylon, spica gemina, triunciali, glabra, et aristata *Till. Cat. hort. Pis. p.* 75.

Gr. distachyophoron, seu bicorne *Cup. Hort. Cath. p.* 90.

Gr. dactylon spica gemina *Tourn. Inst. rei herb.* 1. *p.* 521. excl. syn. Bauhinor. *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 63. herb. Mont.

Ital. *Gramigna forcuta*.

Perenn. Legi Genuæ in collibus *al Lagazzo*. Habui ex Liguria occidua a Badaroo, et ex agro Nicæensi a Prof. Balbisio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris crassiusculis, flexuosis, pubescentibus. Culmi solitarii, vel cæspitosi, simplices, erecti, aut ascendentes, tenues, teretes, leviter striati, glabri, a semipede ad duos pedes, et ultra longi, virides, vel purpurantes. Folia anguste linearia, acuminata, carinata, striata, glabra, vel pilosa, margine deorsum scabra. Vaginæ arctæ, striatæ, glabræ, vel hirsutæ, præsertim inferiores, subinde apice tantum villosæ, et margine ciliatæ, superiores longiores. Stipulæ obtusiusculæ, superiores in longa cilia sphacelatæ. Spicæ duæ terminales, conjugatæ, furcatæ, quarum altera sessilis, altera pedunculata, ad earum exortum pilis brevibus involucratæ, lineari-semicylindraceæ, latere invicem obverso planæ, circiter bipollicares. Flores geminati, hermaphroditus sessilis, et masculus pedicellatus. Rachis ad locustarum exortum sericea. Flos hermaphroditus. Calyx gluma bivalvis, valvis inæqualibus; exteriore lanceolata, multistriata, glabra, bifida, segmentis inæqualibus, muticis, dorso viridi, vel spadicea, præcipue ad apicem, margine albo-membranacea, et crebre ciliolata; interiore paulo breviore, et vix superante corollam, apice subtridentata, dente medio producto in aristam tenuem, simplicem, tres quatuorve lineas longam, minus dura, pellucida, trinervi, nervis lateralibus ciliolatis, prope marginem involutum excurrentibus, inter hos nervos lævissima, glabra. Gluma corollina inclusa, bivalvis, valvis vix inæqualibus, albo-membranaceis, hyalinis, angustis; exteriore majore, obtusiuscula, mutica, ciliata; interiore bipartita, laciniis acuminatis, margine vix, aut non ciliata, nervo carinali ex sinu divisionis laciniarum protracto in aristam pollicarem, liberam, articulatam, sub articulo crassiorem, contortam, fuscam, supra articulum attenuatam, et ex albido purpurantem, totam scabram, arefactione

refractam. Stamina tria. Antheræ lineares, primum purpureæ, postea luteæ. Stigmata duo plumosa, purpurea. Flos masculus suffultus pedicello compresso, superne latiore, lateribus, et sub basi villoso. Gluma calycina chartacea, bivalvis, valvis inæqualibus, corolla longioribus, lanceolatis; exteriore majore, dorso multistriata, viridi, vel spadicea, glabra, margine albo-membranacea, ciliata, apice tridentata, dente medio producto in aristulam setaceam, simplicem, bi-trilinearem; valva interiore minore, mutica, ciliata, cæterum glabra. Corolla gluma bivalvis, valvis parum inæqualibus, angustis, muticis, albo-membranaceis, hyalinis; exteriore paulo majore, obtusiuscula, crebre ciliata, interiore acuminata, vix ciliata, obvolvente stamina. Stamina ut in hermaphrodito.

2. Pollinia *Gryllus*: floribus paniculatis: masculis geminatis, pedicellatis; hermaprodito sessili, interposito.

P. Gryllus *Spreng. Pug.* 2. *p.* 10., *et Syst. veg.* 1. *p.* 289. *n.* 15. *Röm. et Schult. System. veget.* 2. *p.* 828. *n.* 1., *et Mant.* 2. *p.* 456. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 243. ●. 539. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *pag.* 34. *n.* 208. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abth.* 52. *heft.*

Chrysopogon Gryllus *Trin. Fund. Agr. p.* 188.

Apluda Gryllus *Palis. Ess. d' une nuov. Agr. expl. des pl. p.* 15. *tab.* 23. *fig.* 6. *Presl. Cyper. et Gram. Sicul. p.* 55.

Andropogon Gryllus *Sp. pl.* 1480. *Sibth. et Smith. Flor. Græc. prodr.* 1. *pag.* 46., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 51. *tab.* 67. *Lamk. Illustr. tom.* 9. *tab.* 840. *fig.* 1. *Host. Gr. Austr.* 2. *p.* 1. *tab.* 1., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 73. *Allion. Fl. Pedem.* 2. *p.* 260. *n.* 2278. *Balb. Fl. Taur. p.* 168.* *Re Fl. Tor.* 2. *p.* 150. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 139. *Nocc. et Balb. Flor. Tic.* 2. *p.* 210. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 189. *n.* 1269. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 428. *Pollin. Fl. Veron.* 3. *p.* 199. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 244. *Moric. Flor. Ven.* 1. *p.* 69. *Nacc. Fl. Ven.* 5. *p.* 74. *Bert. Pl. Gen. p.* 133. *n.* 291., *et Amœn. Ital. p.* 209. *n.* 292. *Sav. Due cent. p.* 203., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 46. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 70. *n.* 169. *Ten. Syll. p.* 57. *n.* 1.* *Desf. Fl. Atl.* 2. *p.* 378. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *pag.* 95. *n.* 1687. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 235. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 541. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 2. *p.* 273. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 210.

Phœnix n. 1412. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 202.
Festuca dumetorum utriculis lanugine flavescentibus: Ægilops Dioscoridis *C. B. Theatr. p.* 149. exclus. figur. locust. seorsim posit.
Ægilops bromoides juba purpurascente *Scheuchz. Agrost. p.* 267. *n.* 1. *tab.* 6. *fig.* 1. *A. B. C. a. b. c.*
Gramen sparteum festucaceum seu Ægilops spartea villosa *Barrel. Ic.* 18. *fig.* 2.
Gr. avenaceum, locustis gracilibus purpurascentibus, longissimis petiolis insidentibus *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 57. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 67. herb. Mont. *Zannich. Istor. delle piant. pag.* 123. *tab.* 135. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 355. *n.* 6.

Ital. *Erba da spazzole*.

Perenn. Legi Genuæ *al Lagazzo*, in Liguria occidua in collibus *di Pegli*, Bononiæ in collibus *di Montecastello*, *di Castiglione*, *di Roncorio*, *di S. Lucca*, et in monte *Mariano* prope *il Sasso*. Observavi quoque copiosissimam in pratis inter *Castelfranco*, et amnem Scultennam *(Panaro)*. Habui ex Pedemontio a Prof. Balbisio, et ex *Lomellina* superiori *a Confienza* ab Eq. Cesate, ex agro Mediolanensi in pratis, et ericeti *di Sesto Calende* a Prof. Balsamo-Crivellio, et a De Notaris, ex balneis Nuceriæ a Prof. Octavianio, ex regno Neapolitano ab Eq. Prof. Tenorio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, longa, fibris crassis, flexuosis, firmis. Culmi solitarii, vel cæspitosi, erecti, inferne subcompressi, superne teretes, striati, glabri, vel apice puberuli, bi-tripedales, aut quidquam ultra. Folia linearia, longa, acuminata, carinata, margine, et carina superiore scabra, plus minus villosa, præsertim basim versus. Vaginæ striatæ, arctæ, glabræ, vel pilosæ, superiores multo longiores. Stipula vix margo prominens, dense ciliatus. Panicula terminalis, in anthesi patens, pedunculis longis, inæqualibus, scabris, simplicibus, aut bifidis, alterne fasciculatis, apice incrassatis, trifloris, flore intermedio sessili, hermaphrodito, utrinque lateralibus pedicellatis, masculis. Villi aurei involucrant florem hermaphroditum, et pedicellos florum masculorum. Flos hermaphroditus. Calyx gluma cartilaginea, bivalvis, valvis vix inæqualibus; exteriore multinervi, breviter bifida, laciniis muticis, vel subaristatis, nervo utrinque ad marginem inflexum excurrente, et superne præcipue ciliato instructa;

interiore trinervi, apice aristata, arista simplici, quatuor-quinque lineas longa, sursum hispidula, nervo carinali superne ciliato. Gluma corollina calyce paulo brevior, albo-, vel purpureo-membranacea, hyalina, bivalvis, valvis vix inæqualibus; exteriore latiore, et paulo longiore, interiorem amplectente, mutica, ciliata; interiore breviore, et angustiore, genitalia obvolvente, nervo carinali ex apice ejus producto in aristam pollicem, et ultra longam, liberam, scabram, articulatam, infra articulum crassiorem, contortam, fuscam, supra articulum attenuatam, flavescentem, arefactione refractam. Flos masculus suffultus pedicello bi-trilineari, glabro. Calyx cartilagineus, corolla longior, bivalvis, valvis parum inæqualibus, glabris, acuminatis; exteriore longiore, margine superiore ciliata, apice aristata, arista simplici, setacea, scabra, ab una ad tres lineas longa, subinde fere nulla; interiore quidquam breviore, mutica, nervo carinali superne ciliato. Gluma corollina bivalvis, inclusa, valvis inæqualibus, angustis, muticis, exteriore ciliata, interiore apice bidentata, vix margine ciliata, in reliquis ut in hermaphrodito. Stamina tria. Flores in hac specie sæpe purpurascunt, subinde etiam culmi.

Usus. Radicibus hujus plantæ fiunt scopæ, quibus textores nostri utuntur ad stamen telæ poliendum.

ANDROPOGON.

Lin. Gen. p. 540. *Juss. Gen. p.* 30. *Vent. Tabl.* 2. *pag.* 101. *Lamk. Illustr.* 9. *tab.* 840. *fig.* 4. *R. Brown. Prodr. pag.* 200., *et edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 56. *Palis. Ess. d'une nouv. Agrost. pag.* 130. *tab.* 23. *fig.* 2. 3. 4. *Trin. Fund. Agrost. pag.* 185. *n.* 159. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 238. *n.* 121.

Flores polygami, monoeci. Locustæ uniflorae, geminatæ; hermaphrodita sessilis, aristata; mascula pedicellata, mutica. Flos hermaphroditus. Calyx gluma chartacea bivalvis; valvis subæqualibus, muticis, apice integris, vel erosulis, plus minus sericeo-villosis. Corolla membranaceo-hyalina, bivalvis, valvis inæqualibus;

exteriore majore, interiorem amplexante, mutica, ciliata; interiore breviore, lineari-angustissima, basi attenuata facile secedente, apice integra, vel bidentata, nervo carinali producto in aristam longam, liberam, articulatam, scabram, infra articulum crassiorem, contortam, supra articulum attenuatam, arefactione refractam. Stamina tria. Stili duo. Stigmata plumosa. Flos masculus. Calyx gluma bivalvis, chartacea; valvis subinæqualibus, acutis, exteriore multinervi, interiore trinervi. Corolla inclusa, uni-bivalvis, membranaceo-hyalina, ciliata. Stamina tria.

Habitus. Plantæ perennes. Culmi erecti, fistulosi, sæpe ramosi. Folia linearia. Flores in spicis linearibus conjugatis, vel pluribus fasciculatis. Locustæ geminatæ.

1. Andropogon *hirtum:* culmo ramoso; pedunculis apice crinitis; spicis conjugatis; floribus sericeis.

A. hirtum *Sp. pl.* 1482. *Allion. Flor. Pedem.* 2. *p.* 261. *n.* 2280. *Bert. Pl. Gen. pag.* 135. *n.* 293., *et Lucubr. p.* 6. *n.* 11. *Sav. Due cent. p.* 205. *Maratt. Fl. Rom.* 2. *p.* 367. *Bivona-Bern. Sic. pl. cent.* 1. *p.* 15.* *Desf. Fl. Atl.* 2. *p.* 378. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 96. *n.* 1691.

A. hirtus *Willd. Sp. pl.* 4. *part.* 2. *p.* 917. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 818. *n.* 28., *et Mant.* 2. *p.* 451. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 48. *Host. Gram. Austr.* 4. *pag.* 1. *tab.* 1., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 75. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 241. *Bert. Amœn. Ital. pag.* 210. *n.* 294., *et p.* 425. *n.* 323. *Pollin. Fl. Veron.* 3. *p.* 202. *Sav. Bot. Etr.* 1. *pag.* 44. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 69. *n.* 166. *Ten. Syll. p.* 57. *n.* 2. *Presl. Cyp. et Gram. Sicul. p.* 54.

A. n. 1415. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 203. ex evidenti descript., et synon.

Festuca junceo folio spica gemina *C. B. Theatr. p.* 145. *n.* 6.

Gramen dactylon, spica gemina *Scheuchz. Agr. p.* 95. *n.* 2.

Gr. dactylon, spicis ab eodem exortu geminis *Bocc. Mus. di fis. p.* 315. *tab.* 8. *fig.* 1.

Gr. dactylon, siculum, multiplici panicula, spicis ab eodem exortu geminis *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 75. *Pluk. Phyt. tab.* 92. *fig.* 1. *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 62. *tab. ic. locust. et spicar. gram. fig. n.* 97. herb. Mont.

Gr. polydistachyophoron, lanuginosum *Cup. Hort. Cath. p.* 90. *Bonann. Panph. tab.* 5.

Gr. dactylon, Messanense, panicula multiplici, spicis ab eodem exortu geminis *Cup. Sup. alt. p.* 33.

Ital. *Barbone pannocchiuto*.

Perenn. Legi in insula Tyro portus Lunæ, Massæ ducalis ad radices montis *Bruciana*, et in proximo monte *di Montignoso* sub arce diruta, in Liguria occidua *a Pegli*. Copiosum quoque observavi in Liguria orientali inter Genuam, et *Recco*. Habui ex agro Nicæensi a Prof. Morisio, Româ *alla Macchia de' Mattei* a Masquillierio, ex monte *Gennaro*, et Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, Puteolis a Mayero, ex insula Caprearum a Prof. Giraldio, Panormo ab Eq. Bivona-Bernardio, ex Corsica *a Bastia* prope arcem *del Segnale* a Budanio. Floret ab Aprili in autumnum.

Radix fibrosa, firma. Culmi cæspitosi, teretes, erecti, a sesquipede ad duos cubitos longi, superne ramosi. Folia linearia, angusta, striata, glauca, margine deorsum scabra, pilis longis, et raris, præsertim basim versus adspersa. Vaginæ breves, striatæ, glabræ, inferiores arctæ, quæ ad articulos ramiferos ventricosæ. Rami culmei quoque basi vaginati, vagina arcta, membranacea, pellucida, subrubida, glabra, sæpe lacera, intra vaginam culmeam latente; præterea iidem rami in longitudine instructi alia vagina, vaginis culmeis simili, sed aphylla. Inflorescentia a decompositione culmi superioris paniculata, ramis paniculæ simplicibus, apice distachyis, superne crinitis a pilis longis, patentibus. Spicæ conjugatæ, lineares, subpollicares, altera sessilis, altera pedunculata. Rachis pilosa. Locustæ geminatæ, viridi-purpurantes; hermaphrodita sessilis, aristata; mascula pedicellata, mutica. Flos hermaphroditus. Gluma calycina chartacea, bivalvis, valvis æqualibus, obtusis, muticis, apice erosulis; exteriore multinervi, villo sericeo, longo adspersa, interiore trinervi, denudata. Gluma corollina albo-membranacea, hyalina, bivalvis, valvis inæqualibus; exteriore majore, calycem subæquante, parce ciliata,

mutica; interiore angustissima, ex attenuata basi facile difflua, apice acute bidentata, nervo dorsali ex sinu dentium continuato in aristam articulatam, liberam, octo-decem lineas longam, infra articulum crassiorem, contortam, fuscam, sursum hispidulam, supra articulum attenuatam, flavidam, scabram, arefactione refractam. Stamina tria, antheris longis, flavis. Stili duo, stigmatibus plumosis, purpurascentibus. Flos masculus suffultus pedicello compresso, lateribus, et basi pilis sericeis villoso. Valvæ calycinæ paulo inæquales, acutæ, muticæ; exterior sericeo-villosa, multinervis; interior trinervis, nuda. Valvæ corollinæ membranaceo-hyalinæ, quidquam inæquales, margine parce ciliatæ; exterior acuta, calyci subæqualis; interior paulo brevior, apice sphacelata, pilosaque. Stamina ut in hermaphrodito.

2. Andropogon *angustifolium:* foliis anguste linearibus, carinato-canaliculatis; spicis coadunato-digitatis; valva calycina externa multinervi; flosculis sub basi, pedicelloque sericeo-villosis.

A. angustifolius *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 47. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 822. *n.* 40., *et Mant.* 2. *p.* 454., *et Mant.* 3. *p.* 667. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 239. *Bert. Amœn. Ital. pag.* 211. *n.* 295. *Morett. in Mem.* 1. *p.* 304. *Pollin. Fl. Veron.* 3. *p.* 201. *Nacc. Fl. Ven.* 5. *p.* 76.* *Maur. Rom. pl. cent.* 13. *p.* 11.* *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 54.

A. Ischœmum *Schreb. Gram.* 2. *p.* 66. *tab.* 33. *Jacq. Fl. Austr.* 4. *p.* 43. *tab.* 384. *Host. Gram. Austr.* 2. *pag.* 3. *tab.* 2. (in textu, et in Fl. Austr. per error. citatur tab. 3.), *et Fl. Austr.* 1. *p.* 76. *Allion. Fl. Pedem.* 2. *p.* 261. *n.* 2281. *Balb. Fl. Taur. p.* 168. *Re Fl. Tor.* 2. *p.* 150. *Birol. Fl. Acon.* 2. *pag.* 140. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 2. *p.* 201. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 189. *n.* 1270. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 428. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. pag.* 245. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 70. *Suffr. Forojul. p.* 193. *Bert. Pl. Gen. p.* 136. *n.* 294. *Sav. Fl. Pisan.* 2. *p.* 386. *Maratt. Fl. Rom.* 2. *p.* 368. *Sebast. et Maur. Flor. Rom. prodr. p.* 69. *n.* 167.* *Ten. Syll. p.* 58. *n.* 4. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 95. *n.* 1688. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 233. *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 359. *Scopol. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 2. *p.* 274. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 213.

A. n. 1414. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 203.

Herba Luciola *Cæsalp. De plant. lib.* 4. *cap.* 58. *p.* 185.
Gramen dactylum spicatum aristis geniculatis *Barrel. Ic.* 753. *fig.* 2.
Gr. dactylon spicis villosis *C. B. Theatr. p.* 117. fig. bona. *Scheuchz. Agrost. p.* 94. *n.* 1. *tab.* 2. *fig.* 11. *A. B. Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 62. herbar. Mont. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 359. *n.* 2. *Zannich. Ist. delle piant. p.* 117. *tab.* 194. *fig.* 2. pessime planta monostachya.
Gr. digitatum hirsutum *J. Bauh. Hist.* 2. *lib.* 18. *p.* 445. fig. rud.

Ital. *Erba Luciola* Cæsalp. l. c. *Fieno*. *Gramigna*. *Piè di pollo*. *Sanguinella* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 19.

Perenn. Commune in pascuis siccis, in ripis fluviorum, et in montibus totius Italiæ. Legi Genuæ in montibus inter *lo Sperone*, et *il Diamante*, Sarzanæ ad amnem Macram, et in collibus. Habui Albâ Pompejâ a Bertero, Tarvisio *a Mogliano* a Mayero, Fossâ Clodiâ a Prof. Naccario, ex agro Camerinensi a Prof. Octavianio, Româ a Prof. Sebastianio, ex montibus Tiburtinis a Fiorinia-Mazzantia, Panormo ab Eq. Gussonio. Floret Augusto, Septembri.

Radix fibrosa, crassiuscula, flexuosa, firma. Culmi cæspitosi, erecti, vel ascendentes, a palmo ad duos pedes longi, teretes, glabri, apice evidentius striati, et puberuli, sæpe ramosi, superne longo tractu nudi. Folia linearia, angusta, acuminata, carinata, striata; variant glabra, vel scabra, aut etiam pilis plus minus longis, rarisque adspersa. Vaginæ striatæ, glabræ, a folii carina decurrente angulatæ, suprema in evolutione inflorescentiæ inflato-subspathacea. Stipulæ loco series densa pilorum. Spicæ plures, lineares, coadunato-digitatæ, etiam viginti, raro solitariæ, sesqui-bipollicares, strictæ, breviter pedunculatæ, pedunculis basi superne callosis, et subvillosis. Rachis propria tenuis, compressa, sericeo-villosa, articulata, in articulis arefactione secedens. Locustæ uniflorae, oblongo-lineares, ex viridi purpurascentes, geminatæ, sub basi barbatæ; altera hermaphrodita, sessilis, aristata; altera mascula, pedicellata, mutica. Flos hermaphroditus. Calyx gluma bivalvis, chartacea, compressa, corollâ longior, valvis parum inæqualibus, oblongo-linearibus, acutis; exteriore multinervi, inferne sericeo-villosa, superne nuda, aut scabrida, nervo ad marginem inflexum utrinque excurrente ciliolata; interiore paululum longiore, angustiore, et acutiore,

trinervi, glabra, nitida, margine inflexa, subciliataque. Corolla gluma bivalvis, albo-membranacea, hyalina; valva exteriore oblonga, acuta, glabra, mutica, margine inflexa, ciliata; valva interiore longe breviore, lineari-angustissima, basi attenuata facile difflua, glabra, apice integra, nervo carinali ex apice continuato in aristam articulatam, liberam, locusta duplo, vel triplo longiorem, flavam, aut fulvam, scabriusculam, infra articulum contortam, crassiorem, supra articulum attenuato-setaceam, arefactione refractam. Antheræ flavæ, vel flavo-purpurantes. Stili duo. Stigmata plumosa, purpurea. Flos masculus. Pedicellus sustinens compressus, sericeo-barbatus, præsertim apice. Calyx gluma bivalvis, chartacea, valvis æqualibus, acutis; exteriore multinervi, glabra, vel nervis scabrida, præcipue in illis, qui marginem inflexum appropinquant; interiore angustiore, trinervi, glabra. Gluma corollina univalvis, albo-membranacea, hyalina, calyce paulo brevior, oblonga, acuta, vel apice erosula, margine inflexo ciliata. Stamina ut in flore hermaphrodito.

Nil mirum, Linnæum non cognovisse hanc plantam, cum in borealibus plagis non proveniat, quæ cum plurimam habeat similitudinem cum *Andropogone Ischæmo* L., sive cum *Andropogone provinciali* Lamk., quod tantum extat in herbario Linnæano, facile intelligimus, cur Linnæus synonyma plantæ nostræ traxerit ad suam.

Hic autem monere juvat tyrones, me sæpe reperisse super folia *Andropogonis angustifolii* ova cujusdam insecti, quod Entomologi dicunt *Hemerobium Perla*, quæ caveant, ne sumant pro fungillo, aut pro parte peculiaris graminis, ut olim contigit Bocconio, qui exhibuit plantam cum ovis istis in Mus. pl. p. 69. tab. 59. pro *Gramine omnium minimo loculis Lunariæ Græcæ*.

SORGHUM.

Pers. Syn. pl. 1. *pag.* 101. *n.* 180. *Palis. Ess. d'une nouv. Agrost. p.* 131. *n.* 116. *Trin. Fund. Agrost. p.* 188. *n.* 162. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 244. *n.* 123.

Holcus *R. Brown. Prodr. p.* 198., *et edit.* 2. *tom.* 1. *pag.* 54. *Gærtn. De fruct. et semin. tom.* 2. *pag.* 2. *tab.* 80.

Holci species *Lin. Gen. p.* 541.

Flores polygami, monoeci. Locustæ uniflοræ; hermaphrodita sessilis; mascula solitaria, vel duplex, pedicellata. Flos hermaphroditus. Calyx gluma cartilaginea, bivalvis, mutica, valva exteriore apice tridentata. Gluma corollina inclusa, membranaceo-hyalina, bivalvis, valvis inæqualibus; exteriore majore, mutica, ciliata; interiore multo minore, apice bifida, mutica, vel nervo carinali e sinu divisionis producto in aristam articulatam, liberam, infra articulum contortam, arefactione refractam. Stamina tria. Stili duo. Stigmata plumosa. Caryopsis intus niveo-farinacea, compresso-turgida, ovoidea, libera intra glumas persistentes. Flos masculus. Calyx gluma chartacea, bivalvis, valvis subæqualibus, muticis, exteriore tridentata. Corolla inclusa, membranaceo-hyalina, bivalvis, valvis subæqualibus, muticis, ciliatis. Stamina tria.

Habitus. Plantæ annuæ, vel perennes. Culmi proceri, crassi, intus farcti. Folia lata, arundinacea. Inflorescentia paniculata, vel racemosa, sæpe senio colorata. Perisperma farinaceum, aptum ad pultem, vel panem agricolarum.

Observ. Quidquid Palisotius l. c. dicat de summa proximitate hujus generis cum præcedente, *Sorghum* comprehendit plantas inter se apprime affines, et omnino recedentes ab *Andropogonibus;* illud autem optime sejungunt, et firmant valva calycina exterior tridentata, calyx hermaphroditi cartilagineus, corollæ arista vaga, caryopis turgida, perispermate niveo-farinaceo farcta.

1. Sorghum *halepense:* perenne, radice repente; foliis latis, longe acuminato-setaceis; panicula pyramidata, laxa, erecto-patula, locustis oblongis, mucronulatis; flosculi hermaphroditi arista vaga.

S. halepense *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 101. *n.* 3. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 839. *n.* 12., *et Mant.* 2. *p.* 462. *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 55. *Ten. Syll. in add. et emen. alt. p.* 558. *n.* 1. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 71. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 246. *n.* 546.

Andropogon halepensis *Willd. Sp. pl.* 4. *part.* 2. *p.* 932. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 47., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 52. *tab.* 68. *Bert. Amœn. Ital. p.* 211. *n.* 296. *Pollin. Fl. Ver.* 3. *p.* 200.* *Nacc. Fl. Ven.* 5. *p.* 75. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 542.

A. arundinaceum *Allion. Fl. Pedem.* 2. *p.* 261. *n.* 2282. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 70. *n.* 168.* *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 2. *p.* 274.

A. arundinaceus *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 237.

Holcus halepensis *Sp. pl.* 1485. *Willd. Sp. pl.* 4. *part.* 2. *pag.* 932. *Schreb. Gram.* 1. *pag.* 129. *tab.* 18. *Host. Gram. Austr.* 1. *pag.* 1. *tab.* 1. *Bert. Pl. Gen. pag.* 137. *n.* 295. *Balb. Flor. Taurin. p.* 169. *Re Flor. Torin.* 2. *p.* 153. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 2. *pag.* 213. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 189. *n.* 1271. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 429. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 32. *Suffr. Foroj. p.* 194. *Sav. Fl. Pis.* 2. *pag.* 388., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 49. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 98. *n.* 1693.

H. arundinaceus *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 246.

Gramen foliis acutis, duris, et ut parvæ arundinis latis, quæ depascuntur jumenta, et boves *Cæsalp. De plant. lib.* 4. *cap.* 57. *p.* 184.

Gramigna arundinacea *Anguill. Sempl. p.* 256.

Gramen arundinaceum halepense, tragopogonis folio, panicula miliacea *Pluk. Phyt. tab.* 32. *fig.* 1. *Zannich. Istor. delle piant. p.* 126.

Gr. palustre arundinaceum Milii panic. semine Phalaridis *Barrel. Ic.* 8.

Milium nodosa radice *Bocc. Mus. di piant. pag.* 137. *tab.* 87.

Gramen arundinaceum, paniculatum, locustis partim muticis, partim aristatis *Scheuchz. Agr. p.* 509. *tab.* 11. *fig.* 12-15.

Milium arundinaceum, perenne, minus, semine oblongo nigro *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 8. herb. Mont. *Seguier. Veron.* 1. *p.* 332. *Zannich. Opusc. bot. posth. p.* 85.

Ital. *Cannarecchia. Saginella salvatica* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 118., et p. 219.

Perenn. Povenit copiose in universa Italia in campis, vineis, et etiam in palustribus. Legi Sarzanæ, Genuæ, Bononiæ in collibus, et vineis, in campis, et in canalibus. Habui ex arvis Italiæ superioris a POLLINIO, Româ a Prof. SEBASTIANIO, ex paludibus Terracinensibus a FIORINIA-MAZZANTIA, Panormo ab Eq. BIVONA-BERNARDIO, ex Corsica *a Bastia* a SOLEIROLIO. Floret ab Augusto in serum Octobrem.

Radix tuberosa, repens, articulata, gemmipara, alba, articulis vagina brevi, lacera circumdatis, fibris descendentibus ramulosis, longis. Culmus erectus, compresso-teres, crassus, intus farctus medulla alba, spongiosa, cæspitosus, tenuissime striatus, glaber, superne demum nudus, in siccis bi-tripedalis, in palustribus etiam orgyalis. Folia late lanceolato-linearia, longissime acuminato-setacea, nervo carinali drempta, striata, margine, et carina suprema deorsum scaberrima, reliqua parte glabra, basi prope stipulam pubescentia. Vaginæ compressæ, striatæ, glabræ, superiores longiores. Stipula brevis, truncata, multistriata, in orâ dense ciliata, alba, rubroque maculata. Panicula terminalis, in anthesi erecto-patula, pyramidata, etiam semipedalis. Rami ejus modo cuncti alterni, modo inferiores duo-tres subverticillati; omnes inferne simplices, nudi, superne divisi, et locustiferi, tenues, flexuosi, striati, scabri. Rachis primaria multiangulata, scaberrima, præsertim superne. Flores geminati, vel summi ternati; hermaphrodito semper solitario, sessili; masculo solitario, vel geminis, pedicellatis. Locustæ in ramis paniculæ approximatæ, imbricatæ, secundæ, oblongæ, compressæ, acuminatæ, passim ex viridi purpurantes. Flos hermaphroditus sessilis juxta masculum, vel in summitate ramorum medius inter duos masculos. Calyx gluma cartilaginea, bivalvis, nitida, plus minus villosa, valvis longitudine subæqualibus, exteriore latiore, ovata, dorso complanata, margine inflexa, apice tridentata, dentibus acutis, medio aliquantisper longiore, superne quinquenervi, nervo utrinque prope marginem inflexum ciliato; valva interiore angustiore, oblongo-lanceolata, apice acuta, integra, vel erosula, margine inflexa, superne carinato-triquetra, et quidquam villosa. Gluma corollina inclusa, albo-membranacea, tenuissima, hyalina, inæquivalvis; valva exteriore majore, longitudine calycis, ovato-oblonga, acuta, apice

integra, aut erosula, margine inflexo ciliata; valva interiore multo minore, apice acute bifida, dentibus ciliatis, ex sinu divisionis subinde, non semper, emittente aristam, ter vel quater calyce longiorem, articulatam, infra articulum contortam, fuscam, glabram, supra articulum attenuatam, scabridam, flavescentem, aut fulvam, arefactione refractam. Stamina tria. Antheræ lineares, longiusculæ, flavæ, vel flavo-rubidæ. Stigmata duo, penicilliformia, purpurantia, lateraliter exerta. Caryopsis obovata, turgido-compressa, scilicet hinc convexa, inde planiuscula, extus ruffo-fulva.

Flos masculus pedicellatus, pedicello villoso, apice scutellato. Calyx gluma chartacea, bivalvis, valvis subinæqualibus, lanceolatis, acuminatis, muticis, subpilosis, ex viridi-purpurantibus; exteriore latiore, paululum breviore, subseptemnervi, apice subtridentata, margine utrinque inflexo, albo-membranaceo, vel rubido, subciliato; interiore angustiore, quinquenervi, margine inflexo, ciliato. Gluma corollina inclusa, membranaceo-alba, vel rubida, hyalina, tenuissima, valvis inæqualibus, quarum exterior calyce parum brevior, oblonga, obtusiuscula, margine ciliata, interior minor, apice bidentata, item ciliata. Stamina ut in flore hermaphrodito.

HOLCUS.

Lin. Gen. p. 541. *Juss. Gen. p.* 30. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 101. *Leers. Herb. tab.* 7. *fig.* 6. 7. *Scopol. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 2. *pag.* 275. *n.* 403. *Smith. in Rees's Cycl. v.* 18., *et Engl. Fl.* 1. *pag.* 107. non R. Brown., nec Gærtn. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 247. *sect.* 1. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 549. *n.* 66. *Palis. Ess. d'une nuov. Agr. p.* 87. *tab.* 17. *fig.* 10. *Trin. Fund. agrost. p.* 164. *n.* 128. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 125. *n.* 67.

Flores polygami, monoeci. Locustæ biflore; flosculo altero hermaphrodito, sessili; altero masculo, pedicellato. Calyx communis gluma bivalvis, valvis subinæqualibus. Flosculus hermaphroditus. Gluma corollina cartilaginea, bivalvis, mutica, valvis subinæqualibus; exteriore

latiore, carinata; interiore angustiore, binervi. Nectarium squamula membranacea, fissa, glabra. Samina tria. Stili duo, breves. Stigmata plumosa, longa. Caryopsis induviata, Flosculus masculus ejusdem fabricæ, ac hermaphroditus, valva corollina exteriore paulo supra medium dorsi breviter aristata, arista articulata. Stamina ut in hermaphrodito.

Habitus. Plantæ perennes. Culmi erecti. Folia angusta, villosa. Inflorescentia paniculata, glumis senio dealbatis. Locustæ bifloræ, flosculo hermaphrodito sessili in basi stipituli ferentis florem masculum. Pili pauci sub utroque flosculo.

1. Holcus *lanatus*: flosculo masculo breviter aristato, arista inclusa, arefactione hamata; herba molliter pubescente; radice fibrosa.

H. lanatus *Sp. pl.* 1485. *Smith. Engl. Fl.* 1. *pag.* 107., *et Engl. bot. v.* 17. *tab.* 1169. *Curt. Fl. Lond. edit. Grav. v.* 3. *tab.* 20. *Leers. Herb. p.* 219. *tab.* 7. *fig.* 6. *Hook. Brit. Fl. p.* 38. *Schreb. Gram.* 1. *p.* 145. *tab.* 20. *fig.* 1. *Fl. Dan. tab.* 1181. *Svensk. bot. tab.* 84. *Host. Gram. Austr.* 1. *p.* 2. *tab.* 2. opt., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 121. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 261. *n.* 2283. *Balb. Fl. Taur. p.* 169. *Re Fl. Tor.* 2. *p.* 153. *Birol. Fl. Acon.* 2. *p.* 140. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 2. *p.* 214. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 190. *n.* 1273. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *pag.* 429. *Pollin. Fl. Ver.* 3. *p.* 204. *Ruching. Flor. dei lid. Ven. p.* 247. *Moric. Fl. Ven.* 1. *pag.* 31. *Nacc. Fl. Ven.* 5. *p.* 78. 79. *Suffr. Forojul. p.* 193. *Bert. Pl. Gen. p.* 137. *n.* 296., *et Amœn. Ital. p.* 212. *n.* 297. *Sav. Fl. Pis.* 2. *p.* 387., *et Due cent. pag.* 210., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 49. *Maratt. Fl. Rom.* 2. *p.* 368. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 38. *n.* 96. *Ten. Syll. p.* 58. *n.* 3. *Ab Ucr. Hort. reg. Panorm. p.* 424. *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 27. *Desfont. Flor. Atl.* 2. *pag.* 381. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 251. *Hoffm. Fl. d'Allem. ann.* 1804. *vol.* 1. *sec. part. tab.* 12. *fig.* 1. *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 550. *Scopol. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 2. *p.* 275. *Gaud. Flor. Helv.* 1. *pag.* 343. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 125. *n.* 267.

Avena lanata *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 41. *n.* 1563.
A. n. 1484. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 229.
Gramen pratense paniculatum molle *C. B. Theatr. p.* 27. fig., *et Prodr. p.* 5. cum ead. fig. *Scheuchz. Agr. p.* 234. *n.* 2. *tab.* 4. *fig.* 24. *A. B. Zannich. Opusc. bot. posth. p.* 15.
Gr. miliaceum, pratense, molle *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. pag.* 52. *tab. ic. locust. et spicar. gram. fig. n.* 56. herb. Mont. *Zannich. Ist. delle piant. p.* 125. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 353. *n.* 6.
Ital. *Bambagiona. Fieno bianco. Segale salvatica. Spiga dei ragni. Spiga tonda* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 118.
Perenn. Planta obvia in omnibus graminosis Italiæ. Observavi Genuæ, Sarzanæ, Bononiæ. Habui ex agro Feltrinensi *alle Pezze* ab Eq. Contareno, ex agro Camerinensi *ad Arceria* a Prof. Octavianio, ex monte *Acuto* in Piceno ab Orsino, Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, ex Corsica *a Bonifacio* a Seraffinio. Floret Aprili, Majo.
Radix fibrosa, tenuis. Culmi cæspitosi, erecti, vel ascendentes, teretes, striati, inferne molliter villosi, villis deflexis, superne tantum puberuli, etiam bi-tripedales. Folia lato-linearia, acuminata, striata, molliter pubescentia. Vaginæ striatæ, pari pacto pubescentes, villis deflexis, suprema elongata, laxiuscula. Stipula lineam circiter longa, obtusa, integra, aut erosa, extus pubescens. Panicula composita, terminalis, multiflora, in anthesi patens, albo-virens, vel ex albo-viridi purpurascens, molliter villosa, senio dealbata. Rami ejus inferiores geminati. Locustæ ovatæ, compressæ, bifloræ. Flosculi pedicello columnari hærentes; hermaphroditus sessilis in basi pedicelli, muticus; masculus in apice pedicelli, aristatus. Pili pauci sub basi utriusque flosculi. Valvæ calycinæ parum inæquales, flosculis longiores; major, sive interior, ovato-oblonga, canaliculato-compressa, trinervis, nervo carinali ciliato, lateralibus a carina remotis, apice obtusa, bidentata, ex sinu emittens aristulam brevissimam, simplicem, scabridam, margine superiore ciliata; minor, sive exterior, angustior, lanceolata, canaliculato-compressa, uninervis, nervo carinali ciliato, apice obsolete emarginata, nunc mutica, nunc ex sinu brevissime aristulata. Flosculus hermaphroditus. Valvæ corollinæ longitudine subæquales, exterior ovata, concavo-compressa, obtusa, cartilaginea,

glaberrima, nitida, carinata, carina subscabra, margine angustissime membranacea; interior angustior, ovato-oblonga, acuta, albo-membranacea, nervo ciliato utrinque ad marginem inflexum instructa. Stamina tria, antheris flavis, vel flavo-purpurantibus. Stigmata duo, plumosa, alba. Flosculus masculus. Valvæ corollinæ inæquales; exteriore majore, oblonga, obtusa, vix emarginata, nitida, glabra, subspadicea, nervo carinali paulo supra medium abeunte in aristulam, sesqui-bilinearem, articulatam, primo rectam, arefactione recurvam, et hamatam, semper intra calycem inclusam, flavidam, inferne contortam; valva interiore $\frac{1}{3}$ breviore, ovato-oblonga, obtusiuscula, binervi, glabra. Stamina ut in hermaphrodito. Herba viridi-glauca.

2. Holcus *mollis:* calycibus acuminatis; flosculi masculi arista exerta, arefactione rectilineo-refracta; radice repente.

H. mollis *Sp. pl.* 1485. *Smith. Engl. Fl.* 1. *pag.* 108., *et Engl. bot. v.* 17. *tab.* 1170. *Curt. Fl. Lond. edit. Grav. v.* 3. *tab.* 19. opt. *Hook. Brit. Fl. p.* 38. *Leers. Herb. p.* 218. *tab.* 7. *fig.* 7. *Schreb. Gram.* 1. *p.* 149. *tab.* 20. *fig.* 2. opt. *Svensk. bot. tab.* 198. *Host. Gram. Austr.* 1. *p.* 3. *tab.* 3. opt., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 122. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 262. *n.* 2284. *Balb. Fl. Taur. p.* 169. *Re Fl. Tor.* 2. *p.* 153. *Birol. Fl. Acon.* 2. *p.* 140. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 2. *p.* 213. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 189. *n.* 1272. *Pollin. Fl. Ver.* 3. *p.* 205. *Sav. Due Cent. pag.* 211., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 48. *Ten. Syll. p.* 58. *n.* 2. *Desfont. Fl. Atl.* 2. *p.* 382. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 249. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *pag.* 551. *Hoffm. Flor. d'Allem. an.* 1804. *vol.* 1. *sec. part. tab.* 12. *fig.* 2. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 345.

Avena mollis *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 41. *n.* 1564.

A. n. 1485. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 229.

Gramen caninum paniculatum molle *Scheuchz. Agrost. p.* 235. *n.* 2. *tab.* 4. *fig.* 25.

Gr. miliaceum aristatum molle *Mont. Cat. Stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 53. *tab. ic. locust. et spicar. gram. fig. n.* 57. herb. Mont.

Ital. *Fieno canino* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 118.

Perenn. Habui ex Pedemontio a Molinerio, ex apennino Mutinensi ad radices *del Cimone di Fanano* a Prof. Janio, ex eodem apennino secus semitam *di S. Marcello* a Raddio, ex Corsica *a Bogomano* a Soleirolio. Floret Junio, et Julio.

Radix late repens. Herba gracilior, nudior, et viridior, quam in præcedente specie. Culmus in articulis barbatus. Panicula floribus pauperior, contractior. Rachis scabra. Rami paniculæ pilis rarioribus villosi. Locustæ paulo grandiores. Valvæ calycinæ parum inæquales, lanceolatæ, acuminatæ, canaliculato-compressæ, carinatæ, carina ciliatæ, lateribus scabræ, interiore majore, trinervi, nervis lateralibus a carina minus quam in præcedente remotis; interiore minore, uninervi. Flosculus hermaphroditus. Valva corollina externa lanceolata, apice obtusiusculo, sublacero, tota spadicea, nitida, carina superne ciliata. Valva interior exteriori longitudine æqualis, sed angustior, obtusa, apice ciliolata, subinde fissa, nervo ciliato utrinque ad marginem inflexum instructa. Pili sub basi hujus flosculi pauci. Flosculus masculus hermaphrodito minor, pedicello villoso suffultus, et villis numerosioribus, inæqualibus, ipso dimidio brevioribus sub basi barbatus. Valva corollina externa hirsuta, acutiuscula, e dorso paulo infra apicem aristata, arista longitudinem totius valvæ quidquam superante, extra calycem exerta, articulata, tota scabra, infra articulum crassiore, contorta, flavida, supra articulum attenuata, albida, arefactione plus minus rectilineo-refracta, nunquam hamata. Reliqua, ut in *Holco lonato* L.

HIEROCHLOE.

Gmel. Fl. Sib. 1. *p.* 100. *R. Brown. Prodr. p.* 208., *et edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 64. *Smith. in Rees's Cycl. v.* 18., *et Engl. Fl.* 1. *p.* 109. *Hook. Brit. Fl. p.* 38. *Trin. Fund. Agr. p.* 130. *n.* 66.

Hierochloa *Palis. Ess. d'une nouv. agr. p.* 62. *tab.* 12. *fig.* 5. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 29. *n.* 284. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 126. *n.* 68.

Holci species *Lin. Gen. p.* 541.

Flores polygami, monoeci. Locustæ trifloræ, flosculis stipitulo pedicellari brevissimo alterne hærentibus, subfastigiatis; terminali intermedio, minori, hermaphrodito, diandro; lateralibus maribus, triandris. Calyx communis gluma

bivalvis, membranacea, valvis subæqualibus, carinatis, muticis. Flosculus hermaphroditus. Gluma corollina bivalvis, chartacea, valvis subæqualibus, muticis, vel exteriore brevissime aristulata. Stamina duo. Stili duo, breves. Stigmata longe plumosa. Nectarium squamula bipartita. Caryopsis rostrata, libera intra corollam persistentem. Flores masculi corolla bivalvi, chartacea instructi, mutici, vel sub apice breviter aristulati, arista simplici, subinde altero e medio dorso aristato, arista articulata, exerta, aut subexerta. Stamina tria.

Habitus. Gramina perennantia. Culmus erectus. Folia linearia. Inflorescentia paniculata. Glumæ viridi-flavæ, demum fulvæ, nitidæ, subinde purpurantes. Herba sicca fragrantior, quam in *Anthoxantho*.

1. Hierochloe *australis:* pedicellis apice hirtis; valvis calycinis superne rotundato-mucronulatis; flosculo altero masculo sub apice brevissime aristato, altero e dorso medio longius aristato, arista articulata, subexerta.

H. australis *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 274. *n.* 3. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 53. *n.* 366.

Hierochloa australis *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 514. *n.* 2.*, *et Mant.* 2. *p.* 292., *et Mant.* 3. *pag.* 605. *Palis. Ess. d' une nuov. Agr. expl. des planch. pag.* 9. *tab.* 12. *fig.* 5. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 549. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 126. *n.* 270.

Holcus repens *Willd. En.* 2. *p.* 1035. *n.* 6.

H. odoratus *Host. Gram. Austr.* 1. *pag.* 4. *tab.* 4., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 122. *Pollin. Viagg. al lag. di Gar. pag.* 85. *Sturm. Deutschl. Flor.* 1. *abtheil.* 4. *heft. Svensk. bot. tab.* 168.

H. australis *Pollin. Fl. Veron.* 3. *pag.* 205. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 253. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 345.

Avena odorata *α De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 42. *n.* 1565. excl. syn.

A. n. 1496. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 233. excl. syn.

Gramen paniculatum odoratum *Seguier. Suppl. p.* 160. *n.* 24.

Ital. *Avena odorosa*.

Perenn. Habui ex collibus ad Benacum, et circa Veronam a POLLINIO, ex agro Forojuliensi a Prof. BRIGNOLIO. Floret Martio, Aprili.

Radix repens, fibris descendentibus tenuibus, firmiusculis, ramulosis, flexuosis, fuscis. Culmi cæspitosi, sesqui-bipedales, tenues, compresso-teretes, striati, glabri, basi obducti paucis squamis, brevibus, striatis, aphyllis, superne demum longo tractu nudi. Folia anguste linearia, acuminata, striata, glabra, marginibus scabridis, pauca, superiora decrescentia, supremum subinde nullum, aut subnullum. Vaginæ arctæ, striatæ, glabræ, suprema interdum folio carens. Stipula brevis, ad summum linearis, obtusa, lacera. Panicula terminalis, brevis, in anthesi laxiuscula, subsecunda, paucistachya. Rami ejus solitarii, alterni. Pedicelli, sive ramuli supremi, apice incrassati, ibique pilis hirti. Rachides flexuosæ, glabræ. Locustæ generis, viridi-flavæ, vel ex viridi-flavo purpurantes, demum fulvæ, glaberrimæ, nitidæ, ovatæ, compressæ, sesquilineam, vel duas lineas longæ. Valvæ calycinæ flosculos subæquantes, et inter se se fere æquales, ovato-oblongæ, canaliculato-compressæ, apice rotundatæ cum acuminulo, trinerviæ, nervis lateralibus superne evanescentibus, margine summo, apiceque albo-membranaceæ, diaphanæ, reliqua parte ex viridi purpurantes, totæ glabræ. Flosculi tres, hærentes stipitulo pedicellari brevissimo, fere fastigiati. Horum intermedius terminalis stipitulo, hermaphroditus, cæteris tenuior, basi pilis denudatus. Reliqui duo alterne, et distiche insidentes lateribus stipituli, paulo grandiores, masculi, sub basi pilulis brevissimis cincti. Flosculus hermaphroditus. Corolla bivalvis, chartacea, mutica; valvis lanceolatis, longitudine subæqualibus, acuminatis, canaliculato-compressis, glabris, vix interdum superne scabriusculis, aut ciliolatis, exteriore latiore, quinquenervi, interiore uninervi, nervo carinali. Nectarii segmenta obtusa. Reliqua generis. Flosculi masculi. Corolla bivalvis, valva exteriore chartacea, oblonga, apice breviter bifida, erosula, obtusiuscula, quinquenervi, toto margine ciliata, superne plus minus hispidula, demum undique fulva, in flosculo inferiore paulo infra apicem aristulata, arista brevissima, simplici, stricta, apicem valvæ vix, aut non superante, in

flosculo superiore e medio dorsi, aut parum infra medium dorsi aristata, arista longitudine totius valvæ, extra calycem quidquam exerta, articulata, infra articulum crassiore, et fusca, arefactione refracta; valva interiore ejusdem longitudinis, ac valva exterior, sed longe angustiore, albo-membranacea, apice bifida, nervo ciliato, colorato utrinque ad marginem inflexum instructa. Reliqua generis.

ARRHENATHERUM.

Palis. Ess. d'une nouv. Agrost. p. 55. *tab.* 11. *fig.* 5. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 27. *n.* 275. *Trin. Fund. agr. p.* 156. *n.* 115. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 124. *n.* 66. *Hook. Brit. Fl. pag.* 38. *n.* 29.

Avenæ species *Lin. Gen. p.* 37.

Flores polygami, monoeci. Locustæ bifloræ; flosculo altero hermaphrodito, breviter pedicellato; altero masculo, sessili; utroque basi barbato. Calyx communis gluma bivalvis; valvis inæqualibus, muticis; exteriore breviore, uninervi; interiore trinervi. Flosculorum gluma corollina bivalvis, valva exteriore septemnervi, apice integra, aut bifida; valva interiore apice bidentata, et ad marginem inflexum nervo ciliato utrinque instructa. Flosculus hermaphroditus valva corollina exteriore nunc mutica, nunc gerente aristam ludibundam loco, et forma, idest vel brevem, simplicem, ortam paulo infra apicem, vel longiusculam, articulatam, sitam fere ad medium dorsi. Stamina tria, antheris longis, linearibus, flavis. Stili duo, stigmatibus plumosis. Nectarium squamulæ duæ, lanceolatæ, integræ. Caryopsis longitudinaliter unisulcata, libera intra corollam chartaceam persistentem. Flosculus masculus triander, valva corollina exteriore ex dorso inferiore longius, quam in hermaphrodito, aristata, aristâ articulata.

Habitus. Radix perennans, nodosa. Culmus erectus. Panicula contracta, uniformis. Glumæ omnes chartaceæ. Facies *Avenæ*.

1. Arrhenatherum *avenaceum*.

A. avenaceum *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 496. *n.* 1., *et Mant.* 2. *p.* 281., *et Mant.* 3. *p.* 600. *Palis. Ess. d'une nouv. Agr. expl. des pl. p.* 9. *tab.* 11. *fig.* 5. *Hook. Brit. Fl. p.* 38. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 53. *n.* 363.

A. elatius *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 546. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 342.

A. bulbosum *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 29.

Holcus avenaceus *Willd. En.* 2. *p.* 1034. *n.* 1. non Sp. pl. *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 2. *pag.* 276. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 108., *et Engl. bot. v.* 12. *tab.* 813. *Curt. Flor. Lond. edit. Grav. tom.* 3. *tab.* 21. bulb. radic. concatenat. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 262. *n.* 2285. *Re Fl. Tor.* 2. *p.* 153. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 2. *p.* 213. *Pollin. Fl. Ver.* 3. *p.* 203. *Nacc. Fl. Ven.* 5. *p.* 78.* *Ten. Syll. p.* 58. *n.* 1. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 247. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 121.

H. bulbosus *Willd. En.* 2. *pag.* 1034. *n.* 2. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 248. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 121.

Avena elatior *Sp. pl.* 117. *Leers. Herb. pag.* 40. *tab.* 10. *fig.* 4. *Fl. Dan. tab.* 165. sine bulb. radic. *Schreb. Gr. tom.* 1. *pag.* 25. *tab.* 1. sine bulbis radic. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 36. *tab.* 49. sine bulb. radic. *Svensk. bot. tab.* 48. *Balb. Flor. Taurin. p.* 21. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 34. *Comoll. prodr. Fl. Comens. p.* 18. *n.* 122. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 64. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 129., *et Due cent. p.* 31., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 82. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. pag.* 44. *n.* 110. *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 97. *Guss. Suppl.* 1. *p.* 30. *Desfont. Fl. Atl.* 1. *p.* 100. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 41. *n.* 1562.[a]

A. bulbosa *Host. Gr. Austr.* 4. *p.* 18. *tab.* 30. cum bulb. radic. *Guss. Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 130. *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 261. *n.* 1562.[a]

A. n. 1492. *α, β Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 231. 232.

Gramen nodosum avenacea panicula *C. B. Theatr. p.* 18. fig., *et Prodr. p.* 3. fig. *Scheuchz. Agrost. p.* 237. *n.* 1. *tab.* 4. *fig.* 27. 28. *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 53. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 76. herb. Mont. *Seguier. Suppl. p.* 158. *n.* 21.

β utriusque flosculi arista articulata.
Ital. *Perlaria*. *Saggina cannaiola*. *Vena maggiore* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 32., et 118.
Perenn. Legi Sarzanæ in campis. Habui ex pratis prope *Mergozzo* in valle *d'Ossola* provinciæ Novariensis a De Notaris, ex pratis Baldi, et montium Tridentinorum a Pollinio, ex *Bolzano* in Tyroli Italico a Visianio, Fossâ Clodiâ a Prof. Naccario, ex *Sasso Borghese* in Umbria ab Eq. Petruccio, ex *Castelluccio* in Piceno ab Orsino, ex Corsica in monte *Grosso* a Soleirolio, et in monte *Cagna* a Burnanio. Varietatem β reperi ad oram Larii *alla Pliniana*. Floret Junio, et Julio.
Radix nodoso-fibrosa, nodis subinde exsuccis, subinde in tubera concatenata plus minus turgescentibus. Culmus teres, erectus, striatus, simplex, bi-tripedalis, glaber, aut ad articulos interdum villosus. Folia linearia, acuminata, striata, margine, et quandoque etiam in pagina superiore deorsum scabra, cæterum glabra. Vaginæ arctæ, striatæ, glabræ, vel leviter pubescentes, passim internodio breviores. Stipula brevissima, truncata, integra, vel erosa, aut lacera. Panicula composita, terminalis, uniformis, ramis brevibus, in anthesi erecto-patulis, subnutantibus, laxe locustiferis, sursum hispidulis, scabris, alterne fasciculatis, inæqualibus, fasciculis subsecundis, inferioribus remotioribus. Pedicelli apice incrassati, unilocustiferi, alii brevissimi, alii longiusculi. Rachis primaria inferne glabra, superne scabriuscula, et subflexuosa. Locustæ oblongo-lanceolatæ, acutæ, glabræ, tres circiter lineas sine aristis longæ, viridi-albæ. Calyx biflorus, bivalvis, valvis ovato-lanceolatis, acutis, canaliculatis, compressiusculis, valde inæqualibus, exteriore breviore, uninervi, nervo scabrido, interiore longiore, trinervi, nervis lateralibus superne evanescentibus, carinâ scabra, apice albo-membranacea. Flosculus hermaphroditus in apice stipituli pedicellaris brevissimi, masculus sessilis in basi ejusdem stipituli. Circa basim externam utriusque flosculi, et in stipitulo barba alba, e pilis inæqualibus, numerosis. Flosculorum gluma corollina chartacea, bivalvis, valvis vix longitudine inæqualibus; exteriore apice integra, vel bifida, septemnervi, nervis viridibus, scabris; valva interiore multo angustiore, albo-membranacea, apice bidentata, utrinque ad marginem inflexum nervo viridi, et dense ciliato instructa. Flosculus

hermaphroditus valva corollina exteriore vix margine, et apice albo-membranacea, nunc mutica, nunc paulo infra apicem gerente aristulam brevem, simplicem, tenuem, rectam, scabridam, quæ in varietate β fit longiuscula, articulata, et oritur paulo supra medium dorsi. Stamina tria, antheris linearibus, longis, flavis. Stili duo, stigmatibus plumosis. Caryopsis subcylindrica, unisulcata, libera intra corollam persistentem. Nectarium squamulæ duæ, longiusculæ, lanceolatæ, integræ. Flosculus masculus. Valva corollina exterior margine, et apice evidentius albo-membranacea, ex dorso inferiore gerens aristam semetipsa fere duplo longiorem, articulatam, scabridam, sub articulo contortam, crassiorem, fulvam, supra articulum attenuatam, albidam, arefactione refractam. Stamina ut in hermaphrodito.

Vidi radicem hujus speciei a nodis exsuccis gradatim transire in nodos tûberosos, et pariter vidi plantam radice tuberosa præditam gerere articulos culmeos glabros. Hinc retineo cum auctoribus gravissimis Smithio, et Hookero l. c., illam non posse discerpi in duas species, nisi vim naturæ velimus inferre. Observavi vero in Italia nostra hanc eamdem stirpem pollere nodis radicalibus tuberosis, turgidis in plagis calidioribus Italiæ inferioris, haberi contra nodis radicalibus magis, aut omnino exsuccis in plagis frigidioribus Italiæ superioris.

Usus. Gramen præstantissimum prato serendo, atque jumentis alendis.

MELICA.

Lin. Gen. p. 34. *Juss. Gen. p.* 31. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 44. *Vent. tabl.* 2. *p.* 104. *Gærtn. De fruct. et semin.* 2. *p.* 5. *tab.* 80. *Palis. Ess. d'une nouv. Agr. p.* 68. *tab.* 14. *fig.* 4. 5. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 111. *Trin. Fund. Agr. p.* 163. *n.* 126.

Calyx gluma chartacea, bivalvis, longitudine a flosculis parum differens, tri-quadriflora, valvis inæqualibus. Flosculi alterne, et distiche siti in stipitulo pedicellari; unus, duo ex inferioribus perfecti; reliqui duo abortivi, altero intra

alterum occluso, utroque simul sumpto sistente corpus turbinatum, sterile, superne situm. Flosculi perfecti gluma corollina bivalvis, mutica, valvis inæqualibus, exteriore majore, cartilaginea, multinervi, concava. Caryopsis libera, lævis, intra corollam persistentem. Nectarium squamulæ duæ, truncatæ.

Habitus. Gramina perennantia. Culmi erecti, vel ascendentes. Folia linearia. Inflorescentia laxe paniculata, aut racemosa, locustis erectis, vel nutantibus, sæpe coloratis.

* *Flosculo imo barbato*.

1. MELICA *ciliata*: racemo spicæformi; locustis trifloris; flosculi imi fertilis valva corollina externa prope marginem tota barbata, medio nuda, scabra.

M. ciliata *Sp. pl.* 97. *Röm. et Schult. System. veget.* 2. *p.* 522. *n.* 1. *α*, *β*, *et Mant.* 2. *p.* 294. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 50., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 54. *tab.* 70. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 10. *tab.* 12., *et Flor. Austr.* 1. *p.* 120. *Allion. Fl. Pedem.* 2. *p.* 254. *n.* 2250. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 63. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 26. *Bergam. Lett. in Giorn. di fisic. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 7. *p.* 214. *Comoll. Prodr. Fl. Com. pag.* 14. *n.* 92. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 97. *Suffr. Forojul. p.* 113. *Bert. Amœn. Ital. p.* 329. *n.* 19. *α*, *β*. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 91., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 47. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 38. *n.* 97. *Tenor. Flor. Napol.* 3. *pag.* 59., *et Syll. p.* 37. *n.* 1. *B. Ab Ucr. Hort. Panorm. p.* 58. *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 41. *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 66.*, *et Suppl.* 1. *p.* 17.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 71. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 32. *n.* 1541. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 266. *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 575. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 41. *n.* 266. *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 67. *Krock. Fl. Siles.* 1. *p.* 128. *tab.* 23. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 220.

Arundo n. 1517. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv. tom.* 2. *p.* 241.

Gramen avenaceum montanum lanuginosum *C.B. Theatr. p.* 156. fig. rud. *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 58. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 83. herb. Mont. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 356. *n.* 8.

Gr. avenaceum, spica simplici, locustis densissimis, candicantibus et lanuginosis *Scheuchz. Agrost. p.* 174. *n.* 1. *tab.* 3. *fig.* 16. *G. H. I. K.*
Gr. sparteum alopec. spica sericea grumosa *Barrel. Ic.* 3. *fig.* 1. racemo interrupte ramoso.
Gr. sparteum alopec. spica seric. glumos. typhyna *Barr. Ic.* 3. *fig.* 2. racemo continuo, cylindrico.
Gr. avenaceum, spicatum, spica, et ima parte caulis lanuginosa *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 329.
Gr. avenaceum, montanum, angustifolium, glabrum, glumis villosis, calycibus nitidis, purpureis et splendentibus *Mich. in Till. l. c. p.* 75.
Ital. *Gramigna barbuta.*
Perenn. Legi ad oram Larii *alla Pliniana*, Sarzanæ in summitate montis *Darme*, Massæ ducalis in via, quæ ducit *a Fornole*, tum in monte, ubi arx *di Montignoso* inædificatà est, Bononiæ in collibus *di Montecastello*. Habui ex thermis Valderiis in Pedemontio a Bertero, ex *Valtellina a Sondrio* in muro oppidi a Bergamaschio, ex monte Fesulano prope Florentiam a Baronio, ex *Civita Castellana* a Masquillierio, ex monte Malo Romæ a Barbierio, Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, ex monte *Marino* in Prætutiis a Cecchetto, ex insulis Sicilia, et Cosyra *(Pantellaria)* ab Eq. Gussonio, ex Corsica in monte *della Trinità* a Seraffinio, et *a Calvi* a Soleirolio. Floret Majo, Junio.

Radix repens, fibris descendentibus, firmiusculis. Culmi solitarii, vel cæspitosi, erecti, aut ascendentes, teretes, striati, glabri, vix apice interdum scabridi, superne nudi, a sesquipede ad tres, et quatuor pedes longi, basi obducti squamis aliquot oblongis, striatis, seu mavis vaginis aphyllis. Folia anguste linearia, acuminata, striata, margine, subinde etiam utraque pagina, deorsum scabra, arefactione convoluta, inferiora breviora. Vaginæ arctæ, striatæ, variant scabræ, pubescentes, glabræ; imæ sunt breviores. Stipula unam, vel duas lineas longa, integra, vel laciniata, in vaginæ margines decurrens. Racemus compositus terminalis, plerumque uniformis, cylindraceus, continuus, ramis brevibus, subinde inferne interruptus, ramis imis longioribus, a sesquipollice ad tres quatuorve pollices longus. Rami ejus alterne fasciculati, tenues, flexuosi, semper stricti, striati. Ramuli apice puberuli. Rachides scabræ. Locustæ initio tereti-subulatæ,

in anthesi, et post anthesim oblongæ, hiantes, semper erectæ, variant a sesquilinea ad duas lineas, et etiam paulo ultra longæ, bi-trifloræ. Calyx gluma bivalvis, valvis inæqualibus, chartaceo-membranaceis, tenuibus, quinquenerviis, viridi-stramineis, nitidis, sæpe cum aliqua purpurascentia; exteriore latiore, et fere dimidio breviore, concavo-ovata, acuminata, flosculos longitudine subæquante, glabra, nervis lateralibus superne evanescentibus; interiore angustiore, canaliculato-lanceolata, exquisitius acuminata, et nervosa, flosculis longiore, sub lente tenuissime scabra. Axis communis, seu pedicellus glaber attollitur intra calycem, et sustinet flosculos. Flosculus inferior sessilis in basi axeos communis, semper fertilis. Ejus gluma corollina bivalvis, valvis inæqualibus; exteriore paulo longiore, oblongo-lanceolata, concava, acuta, quinquenervi, scabra, nervisque duobus utrinque ad marginem in tota longitudine sua crebre barbata villis longis, rectis, sericeis, arefactione patentissimis; valva interiore angustiore, et quidquam breviore, albo--membranacea, apice bidentata, utrinque nervo minute ciliolato prope marginem inflexum instructa, reliqua parte glabra. Flosculus alter ex adverso situs in latere stipituli, priore minor, extus multinervis, scaber, prorsus imberbis, nunc fertilis, nunc omnino neuter, semper obvolvens, et intra se occultans flosculum tertium abortivum, omnium minimum, multinervem, scabrum, stipitulo terminalem. Caryopsis ovato-oblonga turgido-compressiuscula, corneo-transparens, nitida, libera.

2. Melica *Cupani:* racemo secundo, laxifloro, inferne subramoso; locustis trifloris; flosculi imi fertilis valva corollina externa tota barbata.

M. Cupani *Guss. Suppl.* 1. *p.* 17.*

M. Bauhini *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 66. excl. syn. præt. Cup.

Gramen tenue, avenaceis locustis uno versu dispositis *Cup. Hort. Cath. p.* 92.

Ital. *Gramigna barbuta di Sicilia.*

Perenn. Habui ex Nebrodibus Siciliæ ab Eq. Gussonio. Floret Majo, Junio.

Culmus subpedalis. Folia brevia, vaginæque glabræ. Stipula elongata, lanceolata, integra. Racemus terminalis, paucistachyus, laxiflorus, secundiflorus, superne simplex, inferne uno alterove ramo instructus.

Locustæ tres–quatuor lineas longæ. Pedicelli sub locusta puberuli. Valvæ calycinæ acuminatæ. Flosculus imus fertilis longitudine valvæ calycinæ brevioris; ejus valva exterior dorso tota barbata villis longis, sericeis, erectis. Reliqui flosculi neutri, et abortivi, leviter striati, vix scabridi, aut glabri. In cæteris convenit cum præcedente.

Melica ciliata β Röm. et Schult. Syst. veget. 2. p. 522., quam Gussonius suspicatus est pertinere ad hanc speciem, nullimode hujus loci est, ut mihi patuit ex speciminibus autopticis in monte Fesulano lectis, unde varietatem suam traxit Römerus. Planta Fesulana omnino sistit *Melicam ciliatam* L. luxuriantem, racemo inferne interrupto, et ramis imis longioribus prædito instructam.

3. Melica *Bauhini:* racemo secundo, laxo, inferne ramoso; locustis trifloris, elongatis; valvis calycinis parum inæqualibus; flosculi imi fertilis valva corollina externa prope marginem inferne barbata, superne, medioque nuda, scabra.

M. Bauhini *Willd. En. hort. Ber.* 1. *p.* 101. *n.* 2. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 525. *n.* 7., *et Mant.* 2. *p.* 296. (err. 269.) *Spreng. Syst. veget.* 1. *p.* 280. *n.* 18. *Host. Gram. Austr.* 4. *pag.* 14. *tab.* 23. opt., *et Flor. Austr.* 1. *p.* 120. *All. Auct. p.* 43. *n.* 2250.* *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 99. *Viv. Ann. bot.* 1. *part.* 2. *p.* 141. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 46.* *Ten. Viagg. in Abruzz. p.* 44. *n.* 49.* *De Cand. Fl. Franç.* 3. *pag.* 32. *n.* 1542.* excl. syn. Desf., *et* 5. *p.* 258.* *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *pag.* 41. *n.* 269. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 131.

M. setacea *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 78. *n.* 7.

M. ciliata A montana *Ten. Syll. p.* 37. *n.* 1.

Gramen avenaceum lanuginosum glumis rarioribus *C.B. Theatr. p.* 157. fig. rud.

Ital. *Gramigna di rupe*.

Perenn. Habui ex rupestribus Liguriæ occiduæ *a Laigueglia* a Badaroo, ex agro Nicæensi a Molinerio, a Prof. Balbisio, et a Prof. Morisio, ex monte Pisano ab Eq. Prof. Savio, ex monte *Velino* in Prætutiis ab Eq. Prof. Tenorio. Floret Majo.

Radix, culmus, et folia cum accessoriis, ut in *Melica ciliata* L., sed folia longiora, et in locis asperis tenuiora. Racemus longus, rariflorus, secundus, inferne ramosus, ramis solitariis, vel geminatis, in anthesi pyramidato–patens. Pedicelli prope florem villosi.

Locustæ trifloræ, oblongatæ, tres–quatuor lineas longæ, nutantes. Valvæ calycinæ parum inæquales; exterior brevior, late ovato–oblonga; interior ovato–lanceolata; utraque tenuissime scabrida. Flosculus imus fertilis, instructus valva corollina exteriore ovato–oblonga, acuta, multinervi, nervis duobus utrinque ad marginem in parte inferiore parce barbatis, in parte superiore, nervisque intermediis nudis, scabris; valva corollina interiore pubescenti–scabra, nervoque minutissime ciliolato utrinque ad marginem inflexum instructa. Flosculus alter in stipitulo altior, et ex adverso situs, sæpe fertilis, valva exteriore ovato–oblonga, apice albo–membranacea, obtusa, aut vix acuta, dorso multinervi, et scabra, barba marginali nulla; valva interiore nunc ejusdem longitudinis, nunc breviore, oblongo–elliptica, obtusa, tenuiterque bidentata, nervo utrinque prope marginem inflexum dense, et minute ciliolato instructa, reliqua parte scabro–puberula. Flosculus iste obducit flosculum tertium abortivum, minimum, multinervosum, scabrum. Reliqua, ut in præcedentibus.

* * *Corollis omnibus imberbibus.*

4. Melica *uniflora*: radice repente; panicula pauciflora; locustis erectis, trifloris; flosculo fertili solitario.
M. uniflora *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 383. *Retz. Obs. fasc.* 1. *p.* 10. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 112., *et Engl. bot. v.* 15. *tab.* 1058. *Curt. Fl. Lond. edit. Grav. v.* 2. *tab.* 10. *Hook. Brit. Fl. p.* 37. *Fl. Dan. tab.* 1144. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 9. *tab.* 11. opt., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 119. *Balb. Fl. Taur. p.* 16. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 64. *Birol. Fl. Acon.* 1. *pag.* 27. *Morett. in Mem.* 1. *p.* 248. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 40., *et* 323. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 96. *Viv. Ann. bot.* 1. *part.* 2. *p.* 140. *Sav. Fl. Pis.* 1. *pag.* 93., *et Bot. Etr.* 2. *pag.* 45. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. pag.* 39. *n.* 98. *Tenor. Flor. Napol.* 3. *pag.* 59., *et Syll. p.* 38. *n.* 2. *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 68. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 30. *n.* 1538. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 269. *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Flor.* 1. *p.* 577. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 41. *n.* 268. *Gaud. Fl. Helv. tom.* 1. *p.* 218. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 132. *n.* 284.
M. Lobelii *Vill. Hist. des pl. de Dauph.* 2. *p.* 89. *tab.* 3. *Allion. Auct. p.* 44. *n.* 2251.*

M. nutans *Pollich. Fl. Palat.* 1. *p.* 79. *n.* 84.
Gramen avenaceum locustis rarioribus *C. B. Theatr. p.* 155. *n.* 3. sine fig. *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 55. *tab. ic. locust. et spicar. gram. fig. n.* 75. herb. Mont.
Gramen montanum, avenaceum, locustis rubris *Cup. Hort. Cath. p.* 86.
Ital. *Vena rossa*.
Perenn. Legi Sarzanæ in colle *di Sarzanello,* et ad canales umbrosos montis *Caprione,* Bononiæ *in Montecastello* loco dicto *Spipla*. Filius attulit ex Apennino Bononiensi *alla Gata di Castiglione de'Pepoli*. Habui ex Pedemontio a Molinerio, ex agro Camerinensi *a Capodacqua* a Prof. Octavianio, ex montibus Prætutiorum ab Orsino, ex Corsicæ sylvis *di Perticato* a Soleirolio. Floret Junio, Julio.
Radix late repens, fibris descendentibus tenuibus, ramulosis, longis, huc illuc villosis. Culmi erecti, vel ascendentes, teretes, striati, glabri, a dodrante ad sesquipedem longi, solitarii, vel cæspitosi, nodis inferioribus approximatis, imis instructis squama vaginante, brevi, striata, aphylla. Folia linearia, acuminata, duas circiter lineas lata, margine, subinde etiam facie superiore, scabrida, striata, ascendendo longiora. Vaginæ arctæ, striatæ, glabræ, vel scabræ, ludunt quoque pilosæ, aut subhirsutæ. Stipula brevis, truncata, albo-membranacea, totum culmum ambiens, et ex folii adverso abiens in ligulam lanceolatam, acuminatam, sesquilineam, vel duas lineas longam, nervo carinali viridi diremptam, margine albo-membranaceam. Panicula terminalis, laxa, pauciflora, in anthesi, et post anthesim erecto-patens. Rami ejus capillares, pauci, imi geminati, conjugationibus inter se se valde distantibus, alternis, vel toti simplicissimi, nudi, vel in parte superiore parcissime divisi. Locustæ terminales, solitariæ, ovatæ, erectæ, triflora, flosculo fertili solitario. Valvæ calycinæ parum inæquales, oblongæ, acutæ, saturate purpureæ, subinde limbo pallentes, aut viridi-purpureæ; exteriore quidquam angustiore, et breviore, trinervi, interiore quinquenervi. Flosculi valvam calycinam longiorem subæquantes; fertilis more solito sessilis ad basim stipituli flosculigeri. Ejus valva corollina exterior subcartilaginea, ovato-oblonga, obtusa, concava, septemnervis, viridis, glabra, nitida. Valva interior vix brevior,

albo-membranacea, ovato-oblonga, obtusa, integra, nervo crasso, viridi, ciliatoque utrinque ad marginem inflexum instructa. Duo alii flosculi in stipitulo more præcedentium, glabri; altero bivalvi, valvis obtusis, interiore multo minore; altero intra illum occultato; utroque abortivo. Reliqua ut in præcedentibus.

5. Melica *nutans:* radice repente; racemo simpliciusculo, secundo, rarifloro; locustis nutantibus, subquadrifloris; flosculis fertilibus binis; valvis calycinis obtusis.

M. nutans *Sp. pl.* 98. *Smith. Engl. Fl.* 1. *pag.* 112., *et Engl. bot. v.* 15. *tab.* 1059. *Curt. Fl. Lond. edit. Grav. v.* 2. *tab.* 11. *Hook. Brit. Fl. p.* 37. *Leers. Herb. p.* 24. *tab.* 3. *fig.* 4. *Fl. Dan. tab.* 962. *Schreb. Gram.* 1. *p.* 62. *tab.* 6. *A-Q.* opt. *Host. Gr. Austr.* 2. *p.* 9. *tab.* 10. opt., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 119. *Allion. Fl. Pedem.* 2. *pag.* 254. *n.* 2251. *Balb. Fl. Taur. p.* 15. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 64. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 27. *Nocc. et Balb. Flor. Ticin.* 1. *p.* 40., *et p.* 322. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 14. *n.* 93. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 97. *Suffr. Forojul. p.* 113. *Viv. Ann. bot.* 1. *part.* 2. *p.* 139. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 267. *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *pag.* 576. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 41. *n.* 267. *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *pag.* 67. *Gaud. Fl. Helv. tom.* 1. *pag.* 219. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *pag.* 132. *n.* 283.

M. montana *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 31. *n.* 1539.

Poa n. 1472. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 225.

Gramen avenaceum locustis rubris montanum *C. B. Theatr. pag.* 155. fig., *et Prodr. pag.* 20. *n.* 71. fig. ead. *Scheuchz. Agrost. p.* 171. *n.* 1. *tab.* 3. *fig.* 16. *D. E. F. Seguier. Ver.* 1. *p.* 353. *n.* 1. non Monti.

Ital. *Melica penzola.*

Perenn. Filius attulit ex apennino Bononiensi lectam in vertice dicto *Corno alla scala*. Habui ex sylvis montanis Pedemontii a Molinerio, a Prof. Balbisio, et a Bonjeánio, ex agro Mediolanensi in sylvis *della Merlata*, et secus torrentem *Seveso* a Prof. Balsamo-Crivellio, a De Notaris, et a De Christophoris, ex *Valtellina a Sondrio* a Bergamaschio, ex sylvis *della Gorgona* a Soleirolio. Floret Aprili, Majo.

Præcedente altior, et robustior. Culmus inferne compresso-teres, superne striatus, scaber. Folia, vaginæque, quam in illa, asperiores. Stipula brevissima; ligula oppositifolia omnino nulla. Racemus terminalis,

simpliciusculus, rariflorus, secundiflorus, inferne tantum uno, alterove ramo bi-quadrifloro, nec semper, instructus, ramis reliquis simplicibus, brevibus, uniformibus, unilocustiferis. Locustæ oblongæ, nutantes, quadrifloræ, ex albo-viridi, et purpureo variæ. Flosculi duo fertiles, reliqui steriles. Calyx gluma bivalvis, flosculos æquans, aut paulo brevior. Ejus valvæ inæquales, ovato-oblongæ, obtusæ, concavæ, glabræ, margine, et apice albido-membranaceæ, reliqua parte ex viridi purpureæ; exterior paululum brevior, et angustior, utraque quinquenervis, nervis lateralibus, præsertim exterioribus, superne evanescentibus. Flosculi fertiles oblongati, virides, texturæ chartaceæ durioris; valva corollina exteriore longiore, apice nunc acuta, nunc erosula, septemnervi, striataque, glabra, sub vitro scabrida; valva interiore elliptica, breviore, et paulo angustiore, tenuiter striata, apice subemarginata, nervo minutissime, et dense ciliolato utrinque ad marginem inflexum instructa. Tertius flosculus et quartus abortivi. Reliqua ut in præcedente specie.

6. Melica *pyramidalis:* radice fibrosa, sursum surculosa; stipula abbreviata, truncata; panicula multiflora, inferne composita; locustis nutantibus, quadrifloris; calyce acuto, flosculis subbreviore.

M. pyramidalis *Bert. Amœn. Ital. p.* 329. *n.* 20. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 525. *n.* 8.* *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 39. *n.* 99.* excl. syn. Barrel. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 99. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 59., *et Syll. p.* 38. *n.* 3. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 41. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 67.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 51.*

M. major *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 51.

M. nutans *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 92., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 45. excl. syn.

M. *Bert. Rar. Ital. pl. dec.* 2. *p.* 7. sine nomine specifico.

Gramen avenaceum longa erectaque panicula violac. *Barrel. Ic.* 96. *fig.* 1.

Ital. *Melica pannocohiuta*.

Perenn. Legi Sarzanæ in summitate montis *Darme* inter saxa, et Massæ ducalis *a Castagnetolo* ad pistrina. Habui ex Liguria occidua *a Laigueglia* a Badaroo, ex Canino in agro Viterbiensi a Rev. Fratre Mauritio de Brixia, Româ, et Centumcellis a Prof. Maurio, ex sylvaticis montosis Siciliæ ad Carenim, et

Panormum ab Eq. GUSSONIO, ex Sardinia ad sepes a Prof. MORISIO, ex Corsica secus flumen *Miomo* inter pontem, et mare a BUBANIO. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris crassiusculis, ramulosis, flexuosis, pubescentibus, ex qua surculi steriles, et culmi florigeri. Surculi serius fiunt culmi veri. Culmi cæspitosi, ascendentes, vel erecti, etiam tripedales, teretes, striati, glabri, inferne crebrius articulati, ibique interdum ramosi, basi adspersi squamis brevibus, aphyllis, quæ ascendendo elongantur, et fiunt foliiferæ. Folia linearia, etiam bilinearis latitudinis, acuminata, striata, margine scabrida, reliqua parte glabra, aut deorsum scabriuscula, saltem in pagina exteriore, arefactione nunc plana, nunc involuta. Vaginæ arctæ, striatæ, glabræ, aut vix sursum scabridæ. Stipula lineam semis circiter longa, truncata, erosa, vel lacera. Panicula terminalis, multiflora, semipedem, et ultra sæpius longa, apice simplex, inferne ramosa, ramis geminatis, altero longiore, vel etiam solitariis, tenuibus, scabridis, flexuosis, ante anthesim strictis, in anthesi patentibus. Rachis inferne glabra, superne scabrida. Pedicelli apice pubescentes. Locustæ oblongæ, quadrifloræ, nutantes, ex viridi-albo purpureæ, nitidæ. Valvæ calycinæ ovato-lanceolatæ, concavo-canaliculatæ, acutæ, inæquales, neutra flosculos superante, inferne quinquenerviæ, nervis lateralibus superne evanidis, exteriore breviore, sub vitro evidentius scabriuscula. Flosculi duo ex inferioribus fertiles, reliqui duo abortivi, inclusi, corpus turbinatum formantes. Flosculorum fertilium valvæ corollinæ inæquales; exteriore ovata, concava, acutiuscula, vel erosula, septemnervi, striataque, sub vitro minute scabrida, viridi, aut ex viridi purpurante, apice albo-membranacea; interiore acuta, vel obtusiuscula, albo-membranacea, nervo viridi minute, et dense ciliolato utrinque ad marginem inflexum instructa. Antheræ lineares, effuso polline, xiphoideæ, primum virides, deinde purpurascentes. Stigmata plumosa, alba. Reliqua generis.

Melica pyramidalis Desf. Atl. 1. p. 72. est planta obscura, primo quia caret descriptione, secundo quia, Gussonio monente, deest archetypum ejus in herbario Cl. Desfontainesii.

7. MELICA *ramosa:* culmo tenui, foliis lineari-angustissimis, vaginisque scabris; stipula elongata; panicula

inferne composita, pyramidata; locustis quadrifloris, secundis; calycibus acutis, scabris, ciliolatis, valva altera flosculis longiore.

M. ramosa *Vill. Hist. des pl. de Dauph.* 2. *p.* 91. *Lois. Deslongch. Fl. Gall. ed.* 1. *tom.* 1. *p.* 47.*, *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 60.* *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 31. *n.* 1540. *Cambess. Baléar. in Mem. du Mus. d' hist. nat. tom.* 14. *p.* 325. *Sebast. Rom. pl. fasc. alt. p.* 58. *n.* 156.

M. aspera *Desfont. Flor. Atl.* 1. *p.* 71. *Viv. Ann. bot.* 1. *part.* 2. *p.* 138. *n.* 6. quoad plantam horti Farnesiani, et amphitheatri Flavii.

M. saxatilis *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 51., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 55. *tab.* 71.

M. minuta *Maur. Cent.* 13. *p.* 7.*

Gramen avenaceum angustifol. panic. pyramidali *Barrel. Ic.* 95. *fig.* 1. bene. *Scheuchz. Agrost. p.* 173. *n.* 3.

Gr. avenaceum montanum, locustis rubris *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 54. *tab. ic. locust. et spic. gram. fig. n.* 73. herb. Mont.

Ital. *Melica argentina*.

Perenn. Habui Româ a Prof. Maurio lectam inter portam Piam, et portam S. Laurentii, quo loco Barrelierius jam indicaverat, item ex ruderibus amphitheatri Flavii, et ex thermis Titi a Barbierio. Floret Majo, Junio.

Culmus erectus, vel ascendens, a spithama ad sesquipedem longus, tenuis, teres, inferne obsolete, superne exquisite striatus, apice brevi tractu nudus, et scaber. Folia angustissime linearia, acuminata, striata, subinde in pagina superiore puberula, carina et margine sursum strictu scabra, arefactione convoluto-filiformia. Vaginæ arctæ, striatæ, sursum scabræ, suprema omnium longiore. Folia, vaginæ, et culmi interdum scaberrimi. Panicula terminalis, inferne ramosa, superne simplex, in anthesi rectangule patens, et pyramidata, alias stricta. Rami ejus inferiores alterne fasciculati, subinde tantum geminati, inæquales, tenues, flexuosi, una cum rachide ab aculeolis retroflexis sursum strictu scaberrimi. Pedicelli sursum pilosuli, apice villosi. Locustæ longiusculæ, secundæ, nutantes, vel erectæ, convoluto-teretes, quadrifloræ, ex viridi-albentes, subinde cum aliqua purpurascentia. Valvæ calycinæ inæquales, quinquenerviæ, nervis lateralibus superne evanescentibus, dorso sub lente scabræ, margineque minute ciliolatæ; exterior ovato-oblonga, acuta, latior, et brevior, flosculos

subæquans; interior oblongo-lanceolata, subacuta, longior, et angustior, flosculos omnes excedens. Flosculi duo inferiores fertiles; imus longior, semper hermaphroditus. Ejus valvæ inæquales; exterior grandior, oblongo-lanceolata, subacuta, septemnervis, striataque, sub vitro scabra, viridis, margine, et apice albo-membranacea, pellucida; interior tertia parte brevior, angustior, subretusa, albo-membranacea, nervo viridi, tenuissime ciliolato utrinque ad marginem inflexum instructa. Flosculus fertilis alter brevior, obtusus, valvis magis inæqualibus. Reliqui duo abortivi, altero alterum occultante, et utroque simul corpus turbinatum formante. Reliqua generis.

8. Melica *minuta:* culmo tenui, ramoso, simplicique; foliis lineari-angustissimis, vaginisque scabridis; stipula mediocri; racemo subsimplici, secundo, paucifloro, locustis nutantibus; calyce acuto, flosculis subbreviore.

M. minuta *Lin. Mant.* 1. *p.* 32. *n.* 5. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 50. *Bert. Amœn. Ital. p.* 111. *n.* 22. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 99. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 67.*, *et Suppl.* 1. *p.* 17.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 51.*

M. nutans *Cav. Ic. et descr.* 2. *pag.* 58. *n.* 192. *tab.* 175. *fig.* 2. bona. *Bert. Pl. Gen. p.* 11. *n.* 22.

M. aspera *Viv. Ann. bot.* 1. *part.* 2. *pag.* 138. *n.* 6. quoad plantam Genuensem.

Gramen avenaceum tenui spicataque panicula albis utriculis *Barrel. Ic.* 96. *fig.* 2.

Ital. *Melica minuta*.

Perenn. Legi Genuæ in via, quæ ducit *al Lagazzo*. Habui ex agro Nicæensi a Prof. Morisio, Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, ex Sicilia, Ustica, Lopadusa, Insula sacra, et Cosyra ab Eq. Gussonio, ex Sardinia iterum a Prof. Morisio, ex Corsica a Thomasio, et *a Bastia* prope S. Luciam a Bubanio. Floret Aprili, Majo.

Radix fibrosa, tenuis, ramulosa, flexuosa, pubescens. Culmi cæspitosi, tenues, decumbentes, et e nodis inferioribus interdum radicantes, superne ascendentes, vel etiam omnino erecti, a duobus, tribusve pollicibus ad sesquipedem longi, ramosissimi, vel simplices, teretes, filiformes, striati, quandoque superne scabriusculi. Folia linearia, angustissima, acuta, arefactione cito convoluto-setacea, tenuiter striata, sursum scabriuscula, vel glabra. Vaginæ arctæ, striatæ, ipsæ

quoque sursum scabriusculæ, vel glabræ. Stipula sesquilineam ad summum longa, idest magnitudinis mediæ inter stipulam duarum præcedentium, truncata, lacera, sæpe bifida. Racemus nunc omnino simplex, nunc uno alterove ramo brevi instructus, in anthesi laxiusculus, cæterum strictus, pauciflorus, secundiflorus, locustis alternis, remotis, nutantibus, oblongis. Pedicelli apice pubescentes. Rachis scabriuscula, vel inferne glabra. Valvæ calycinæ paulo inæquales, utraque flosculis brevior, præsertim minor, acutiusculæ, sæpe dorso rubro-violaceæ, margine albidæ, nitidæ, vix nervo carinali scabridæ, cæterum glabræ, ciliolis marginalibus omnino destitutæ. Flosculi quatuor, duo inferiores fertiles, duo superiores steriles, et corpus turbinatum sistentes. Valva corollina exterior obtusiuscula, glabra, nitida, albida, vel superne rubro-violacea. Reliqua, ut in *Melica ramosa* Vill.

Species a præcedente profecto distincta habitu tenuiore, sæpe humiliore, et ramoso, minus scabro, stipula breviore, inflorescentia simpliciore, vere racemosa, locustis brevioribus, neutra valvarum calycinalium flosculos superante.

MOLINIA.

Schrank. Bayr. Fl. pag. 336. *Palis. Ess. d'une nouv. Agr. p.* 68. *tab.* 14. *fig.* 6. *Trin. Fund. agr. p.* 139. *n.* 82. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 583. *n.* 73. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 196. *n.* 99. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *pag.* 215. *n.* 48. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 117. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 44. *n.* 85.

Enodium *Gaud. Agr. Helv.* 1. *pag.* 145. *Römer. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 31. *n.* 291.

Airæ species *Lin. Gen. p.* 34.

Melicæ species *Lin. Mant.* 2. *p.* 325.

Festucæ species *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 45.

Locustæ conico-subulatæ, bi-quadrifloræ, flosculis in axi communi alternis, supremo abortivo. Calyx gluma bivalvis, flosculis multo brevior. Gluma corollina bivalvis, valvis lanceolatis,

acutis, exteriore trinervi, lævi. Nectarium squamulæ duæ, truncatæ, laterales. Caryopsis longitudinaliter unisulcata, libera intra corollam persistentem.

Habitus. Gramen perennans. Culmus erectus. Folia lato-linearia. Panicula composita, in anthesi ramis patentibus; ante et post anthesim strictis. Locustæ erectæ, cærulescentes.

1. Molinia *cærulea*.

M. cærulea *Schrank. Bavar. n.* 201. *Mænch. Meth. p.* 183. *Wahlenb. Fl. Suec.* 1. *p.* 49. *Palis. Ess. d'une nuov. Agr. expl. des planch. p.* 10. *tab.* 14. *fig.* 6. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *pag.* 583. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 117. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 216. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 44. *n.* 294. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 196. *n.* 432.

M. arundinacea *Schrank. Bayr. Fl. pag.* 336. pl. luxurians.

M. altissima *Link. l. c. p.* 197. *n.* 432. pl. luxurians.

Enodium cæruleum *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 531. *n.* 1., *et Mant.* 2. *p.* 297. *Gaud. Agr. Helv.* 1. *p.* 145.

Melica cærulea *Lin. Mant.* 2. *p.* 325. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 113., *et Engl. bot. v.* 11. *tab.* 750. *Curt. Fl. Lond. edit. Grav. v.* 3. *tab.* 18. *Host. Gram. Austr.* 2. *pag.* 7. *tab.* 8. opt. *Svensk. bot. tab.* 401. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 269. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 254. *n.* 2253. *Balb. Fl. Taur. p.* 16. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 64. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 27. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 40., *et* 323. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 98. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 16.* *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 44.* *Bert. Pl. Gen. pag.* 11. *n.* 23., *et Amœn. Ital. p.* 112. *n.* 23. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 44.

Aira cærulea *Sp. pl.* 95. *Leers. Herb. p.* 22. *tab.* 4. *fig.* 7. *Fl. Dan. tab.* 239. *Suffr. Foroj. p.* 114. *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 64.

Festuca cærulea *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 46. *n.* 1573.

Arundo n. 1518. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 241.

Gramen paniculatum autumnale, panicula ampliore, ex viridi nigricante *Scheuchz. Agr. p.* 207. *n.* 1. *tab.* 4. *fig.* 11. 12.

Gr. arundinaceum enode, montanum, panicula longissima, locustis angustissimis *Scheuchz. l. c. p.* 208. *n.* 2.

Gr. arundinaceum enode, minus, sylvaticum *Scheuchz. l. c. p.* 209. *n.* 3.

Gr. loliaceum, autumnale, panicula ampliore ex viridi nigricante *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. pag.* 37. *tab. ic. locust. et spicar. gram. fig. n.* 8. herbar. Mont. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 338. *n.* 11.

Gr. loliaceum autumnale, panicula angustiore *Mont. l. c.*

Gr. loliaceum autumnale, panicula angustiore, ex viridi nigricante *Seguier. Suppl. p.* 145. *n.* 1.

Gr. pratense, serotinum, panicula longa, purpurascente *Zannich. Istor. delle piant. p.* 130.

Ital. *Gramigna liscia* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 142.

Perenn. Legi Sarzanæ in sylvis *alle Fondachette*, in *Pratola*, et ad proximum sacellum Virginis Deiparæ *di Castiglione*, in Liguria orientali in montibus *del Bracco,* Genuæ in altiori jugo *de' Due fratelli*, et copiosam quoque observavi in Liguria occidua in sylvis Vulturiensibus supra *l'Acqua santa*. Habui ex agri Mediolanensis sylvis *della Merlata*, ubi vulgaris, a Prof. Balsamo-Crivellio, et a De Notaris, ex agro Mantuano *a Castellaro* a Barbierio, et *al Bosco fontana* a Felisio, ex pascuis *di Mogliano* prope Tarvisium a Mayero, ex agro Fossæ Clodiæ ad ripam *della Conca di Brondolo* a Prof. Naccario, Venetiis *ai Treporti* a Ruchingero, ex agro Camerinensi in Piceno in saxosis *di Pioraco* a Prof. Octavianio, ex plebe S. Stephani in provincia Aretina secus torrentes ab Amideo. Floret Augusto, Septembri.

Radix fibrosa, fibris crassis, longis, flexuosis, subramulosis, tomentosis. Culmus basi bulbosus, teres, erectus, striatus, glaber, uno, raro duobus articulis prope basim instructus, reliqua parte enodis, totus farctus, longo tractu nudus, mire apud nos ludens altitudine, scilicet a sesquipede ad orgyam. Folia plus minus lato-linearia, acuminata, striata, carinata, margine, et sæpe carina superiore deorsum scabra, cæterum glabra, culmum inferiorem tantum vestientia. Vaginæ breves, fortiter striatæ, glabræ, imæ aphyllæ, brevissimæ, dimidiatæ. Loco stipulæ series pilorum brevium, quibus pili alii longi exteriora versus intermiscentur, atque hi pili longiores subinde etiam in basi folii occurrunt. Panicula composita, terminalis, plus minus longa, aliquando pedalis. Rami ejus alterni, remoti, jam ab imo decompositi, laxe multiflori, subflexuosi, striati, angulati, florentes patuli, cæterum stricti, in inferiore panicula glabri, in

superiore scabri. Rachis quoque subflexuosa, striata, angulata, inferne glabra, superne scabra. Locustæ bi-triflora, rarius uniflora, conico-subulatæ, in apricis totæ cæruleæ, vel viridi-cæruleæ, in umbrosis virides. Valvæ calycinæ flosculis multo breviores, inæquales, lanceolatæ, canaliculato-compressæ, acuminatæ, nervo asperiusculo carinatæ, lateribus glabræ, margine angusto albo-membranaceæ. Axis pedicellaris villosus, basi articulatus, demum deciduus attollitur intra calycem, cui alterne, et distiche hærent flosculi canaliculato-subulati, imo longiore, sessili in basi axeos, successivis brevioribus, ultimo abortivo, subinde nullo, remanente stipitulo nudo. Sub basi flosculorum sæpe, non semper, extant pili pauci breves, ab axe pedicellari proficiscentes. Gluma corollina cartilaginea, bivalvis, valvis longitudine subinæqualibus, exteriore lanceolato-canaliculata, acuminata, trinervi, lævissima, et glabra; interiore ejusdem formæ, apice minute bidentata; dorso approximate binervi, nervo singulo glabro, viridi, ad marginem late inflexum apposito, extus inter nervum, et nervum canaliculata. Stamina tria, antheris purpurantibus. Stili duo, stigmatibus plumosis, purpureis, utrinque lateraliter exertis. Caryopsis oblonga, longitudinaliter unisulcata, glabra, apice a basibus stilorum persistentibus minutissime bispinulosa, libera intra corollam persistentem.

SESLERIA.

Scop. Fl. Carn. edit. 1. *p.* 189., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 63. *n.* 30. *Ard. Specim. alt. p.* 18. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 248. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *pag.* 217. *Juss. Gen. p.* 31. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 47. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 271. *n.* 56. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 114. *Palis. Ess. d'une nouv. Agrost. p.* 78. *tab.* 16. *fig.* 7. *Link. Hort. règ. Berol. descr.* 1. *p.* 200. *n.* 103.

Sesleria *Trin. Fund. Agr. p.* 154. *n.* 111.

Oreochloa *Link. l. c. p.* 44. *n.* 19.

Cynosuri species *Lin. Gen. p.* 36.

Calyx gluma bivalvis, chartacea, bi-triflora, valvis subæqualibus, acutis, aut breviter aristatis.

Corolla gluma bivalvis; valva exteriore chartacea, apice tri-quinquedentata, dentibus inæqualiter aristatis, vel lateralibus muticis; valva interiore apice bifurca, aut eroso-dentata. Stilus basi simplex. Stigmata duo, longa, pilosula. Caryopsis libera intra corollam membranaceam, persistentem. Locustæ imæ involucratæ bractea monophylla, subinde obsoleta.

Habitus. Gramina perennia. Culmi erecti. Folia linearia, obtusiuscula cum mucronulo, crasse vaginantia imum culmum. Flores spicati, sæpe cærulescentes. Locustæ pauciflorae.

1. Sesleria *cærulea*: spica oblongo-cylindracea, imbricata, locustis sparsis, inferioribus bractea involucratis; gluma calycina acuminata; valva corollina externa tri-quinquearistata.

S. cærulea *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 63. *Röm. et Schult. Syst. veget.* 2. *p.* 603. *n.* 4., *et Mant.* 2. *p.* 336. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 114., *et Engl. bot. v.* 23. *tab.* 1613. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 52. *Hook. Brit. Fl. p.* 39. *Fl. Dan. tab.* 1506. *Ard. Specim. alt. p.* 18. *tab.* 6. *fig.* 3. 4. 5. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 69. *tab.* 98. opt., *et Fl. Austr.* 1. *pag.* 139. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 200. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 248. *n.* 2221. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 101. *Bert. Pl. Gen. p.* 24. *n.* 24., *et Rar. Ital. pl. dec.* 3. *p.* 11. *n.* 1., *et Amœn. Ital. p.* 5. *n.* 1., *ibid. pag.* 113. *n.* 24., *ibid. p.* 330. *n.* 21. *Brign. Fasc. pl. Foroj. p.* 12. *n.* 6. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 66. *n.* 158. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 57., *et Syll. p.* 36. *n.* 1. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 76. *n.* 1647. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 273. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 626. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 35. *n.* 219. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 269.

S. mutica *Badar. Osserv. in Giorn. di fisic. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 7. *p.* 363.*

S. alba *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 52., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 56. *tab.* 72., *et Fl. Græc.* 2. *p.* 2.

S. n. 1446. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 217.

S. n. 1. *Scop. Fl. Carn. edit.* 1. *p.* 189.

Cynosurus cæruleus *Sp. pl.* 106. *Wulf. in Jacq. Misc.* 2. *p.* 66. *Jacq. Ic. rar. tom.* 1. *p.* 3. *tab.* 21. *Re Fl. Segus. p.* 12. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 16. *n.* 109. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abth.* 6. *heft.*

Gramen glumis variis *C. B. Theatr. p.* 158. fig. rud., *et Prodr. p.* 21. *n.* 73. ead. fig. *Scheuchz. Agrost. pag.* 83. *n.* 1. *tab.* 2. *fig.* 9. *A. B.*
Gr. phalaroides, montanum, spica versicolore *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 48. herb. Mont., ubi cum specie sunt mixta exemplaria varietatis *δ*, et *ε*.

β foliis omnibus convoluto-subulatis, subteretibus.
Sesleria tenuifolia *Schrad. Fl. Germ.* 1. *pag.* 272. *tab.* 6. *fig.* 4. *Römer. et Schult. Syst. veget.* 2. *p.* 603. *n.* 3., *et Mant.* 2. *p.* 355., *et Mant.* 3. *p.* 622. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 329. *n.* 8. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *pag.* 201. *n.* 441. *Brign. Fasc. pl. Foroj. p.* 13. *n.* 7.* *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 625. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 35. *n.* 221. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 138.
S. juncifolia *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 13. *tab.* 22., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 138. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 35. *n.* 222. *Suffr. Foroj. p.* 113.
S. cærulea *γ Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 102.

ϰ spica cylindrica, subsesquipollicari; glumis longiuscule aristatis.
Sesleria cylindrica *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 602. *n.* 1., *et Mant.* 2. *p.* 335. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 48. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 68. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 58., *et Syll. p.* 36. *n.* 3. *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 89. *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 279. *n.* 1647.[a]
S. cærulea *β De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 76. *n.* 1647. *Bert. Rar. Ital. pl. dec.* 3. *p.* 11. partim, *et Amœn. Ital. p.* 5. partim.
Cynosurus cylindricus *Balb. Addit. ad Fl. Ped. in Elench. p.* 86.*, *et Misc. bot.* 1. *p.* 12.* *Re Fl. Segus. p.* 12.
Festuca argentea *Sav. in Uster. Annal. ann.* 1800. *st.* 24. *tab.* 1. *fig.* 1.

δ spica elongata, etiam quinquepollicari, cylindrico-attenuata; glumis longius aristatis.
Sesleria elongata *Willd. En. hort. Berol.* 1. *p.* 112. *n.* 1. *Röm. et Schult. Syst. veget.* 2. *p.* 602. *n.* 1., *et Mant.* 2. *p.* 335. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 329. *n.* 9. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 200. *n.* 440. *Host. Gr. Austr.* 2. *p.* 69. *tab.* 97., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 139. *Schleich. Pl. sicc.** *Brign. Fasc. pl. Forojul. p.* 15 *n.* 9.* *De Candoll. Fl. Franç.* 5. *p.* 280. *n.* 1647.[b] *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 271. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *pag.* 624. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 35. *n.* 220. *Gaud. Agr. Helv.* 2. *p.* 319. *n.* 2. in append.
S. cærulea *β Bert. Rar. Ital. pl. dec.* 3. *p.* 11. part., *et Amœn. Ital. p.* 330. part.

Phleum autumnale *Scopol. Flor. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 56.

ε spica abbreviata, crasse cylindracea, locustis numerosis, densissimis; valva corollina exteriore subquinque-aristata; herba luxuriante.

Sesleria nitida *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 604. *n.* 7. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 329. *n.* 6. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 57. *tab.* 103., *et Syll. p.* 36. *n.* 2. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 33. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 88.*

S. cærulea *Bert. Lucubr. p.* 5. *n.* 2.

Gramen spica cærulea latifolium *Cup. Hort. Cath. p.* 88.

Gr. glumis variis *Bonanni Panph. tab.* 1.

Ital. *Codino azzurro. Codino argentino.*

Perenn. Legi in Liguria occidua in alpibus *della Scaggia* retro *Pegli*, et in monte *Ramazzo* retro *Sestri di ponente*, in Liguria orientali in apennino *delle Cento croci*, in Lunensi provincia *a Calice*, in alpibus Apuanis in vertice *Piano de' santi* supra *Fornole*, in *Sagro* secus viam inter *Fornole*, et *Vinca*, et in *Tambura*. Habui ex editis montis S. Calloceri vallis Albingaunensis in Liguria occidua a Badaroo, ex apennino Liguriæ orientalis ad S. Stephanum de *Aveto* a Turio, ex Comi viciniis a Comollio, et ab Eq. Cesate, ex editioribus *dell'Alvernia* in Hetruria a Bubanio, ex Sardinia a Prof. Morisio. Varietatem β obtinui ex rupestribus maritimis inter *Duino*, et Tergestum a Prof. Brignolio, a Cernazajo, a Brumattio, item ex monte majori ad Tergestum, et ex Istria a Biasoletto, ex monte *Vettore* in Piceno a Prof. Octavianio, ex *Corno grande*, et *piccolo* in Prætutiis ab Eq. Gussonio. Varietatem α legi Sarzanæ in summitate montis *Caprione*. Habui lectam in Liguria ab Eq. Prof. Vivianio, ex cultis *di Laigueglia* in Liguria occidua a Badaroo, ex pascuis *di Salese* prope S. Martinum *di Lantosca* in Pedemontio a Bertero, et ex valle *di Piso* a Prof. Balbisio, item ex monte *Boglelio* in apennino Bobbiensi a Bergamaschio. Varietatem δ legi in Lunensi provincia *a Calice* in monte *Cornoviglia*, *a Fosdinuovo* secus semitam, quæ ducit *a Tendola*, in alpibus Apuanis in Lunensium lapidicinis *di Miseja*, in alpe *Piano de' santi* prope *Fornole*, et in via, quæ ex vico *Fornole* Massam ducalem ducit. Habui ex collibus aridis a Sontio ad Tergestum a Prof. Brignolio, a Cernazajo, et a Brumattio, ex locis herbidis Tergestinis a Biasoletto. Varietatem ε

obtinui ex Nebrodibus, *Busambra*; et ex monte *di Cammarata* in Sicilia ab Eq. Gussonio. Tum species, tum varietates florent a Majo in Octobrem.

Radix descendens fibrosa, firma, fusca, fibris ramulosis, aliis crassiusculis, aliis tenuibus, glabris, sursum surculosa. Culmi erecti, vel ascendentes, teretes, glabri, striati, a digito ad duos pedes longi, superne maximam partem nudi. Folia linearia, firma, obtusiuscula, vel acuta, semper cartilagineo-mucronulata, carinata, striata, latitudinis diversæ etiam in eodem cæspite, idest nunc angustissima; et in arefactione convoluto-filiformia, aut subulata, nunc sesquilineam, et duas lineas lata, omnia glauco-viridia, margine, et subinde carina superiore deorsum scabra, reliqua parte glaberrima, basim culmi præcipue vestientia, ex quo fit, ut culmus inferne a numerosis, et approximatis foliorum vaginis obductus in cylindrum insignem crassescat; pauca ascendunt in culmum, eaque sunt successive breviora. Vaginæ striatæ, glabræ, imæ brevissimæ, una, duæ ex superioribus elongatæ. Stipula margo vix visibilis, minutissime ciliolatus. Spica terminalis, solitaria, variæ longitudinis, ludens oblonga, vel oblongo-cylindracea, a paucis lineis ad pollicem circiter longa, varians cærulea, aut albo-cærulea, aut tota alba, nitens, composita locustis ovatis, turgidis, bi-trifloris, sparsis, contiguis, quarum una vel altera ex inferioribus degit in sinu bracteæ late ovatæ, concavæ, sessilis, nunc integræ, acutæ, aut aristulatæ, nunc margine superiori erosæ, vel laceratæ, abruptæ, semper ipsa brevioris. Calyx gluma bivalvis, valvis æqualibus, flosculorum longitudinem circiter attingentibus, ovato-lanceolatis, concavis, acuminatis, a nervo carinali protracto subaristatis, vix margine, et carina subciliatis, reliqua parte lævibus, glabris. Gluma corollina bivalvis, valvis longitudine subæqualibus, lanceolatis, canaliculatis; exteriore quinquenervi, sæpe hirtula, apice eroso-dentata, rarius integra, dentibus tribus-quinque juxta numerum nervorum in illos procurrentium, et sæpe in aristulam fatiscentium, quarum aristularum media semper longior; valva interiore membranacea, alba, vel albo-cærulea, nervo viridi, ciliatoque utrinque ad marginem inflexum instructa, apice biaristata a nervis marginalibus productis, ora intermedia eroso-ciliata, latiuscula. Staminum filamenta capillaria, longe exerta.

Antheræ lineares, albæ. Stilus inferne simplex, superne abiens in stigmata duo, longa, exerta, pilosula. Genitalia obvolvuntur a valva corollina interna, quæ dum sicca caute examinanda, ne stigmata inter aristas ejus exerta sumantur pro aristis veris, et ideo valva hæc habeatur pro quadriaristata, quod esse nequit, cum sit tantum binervis.

Varietas β distinguitur habitu tenuiore, foliis omnibus angustissimis, convoluto-junceis. Dentes corollini modo obsoletissime, modo evidentius aristulati.

Varietas ϰ habet spicam cylindricam pollicarem, et sesquipollicarem, sæpe albam, vel ex albo cæruleam. Valva corollina exterior apice ut plurimum tridentata; aristæ corollinæ omnes longiusculæ, saltem magis, quam in duabus præcedentibus. Folia ut in specie.

Varietas δ luxuriat spica bi-quinquepollicari, tamen gracili. Aristæ calycinæ, et corollinæ longiores, quam in varietate ϰ, etiam bilineares. Valva corollina exterior sæpe quinquearistata. Folia ut in ϰ. Vidi in hac bracteam inferiorem foliaceam, etiam uncialem.

Varietas ε gaudet spica brevi, crassiore, quam in reliquis omnibus, et stipata locustis numerosioribus, densissimis. Valva corollina exterior quinquearistata, interior quam certissime biaristata tantum, ut repetito vidi in exemplaribus a Gussonio communicatis, nec non in aliis Dalmatinis a Visianio missis. Aristæ nunc ut in ϰ, nunc obsoletæ. Herba luxurians foliis duas lineas latis, acutius mucronatis; culmo bipedali, nunc glaberrimo, nunc superne scabro.

Ut morem aliquem gererem botanicis recentioribus, qui lusus hujus polymorphæ speciei pro distinctis speciebus habuerunt, ego in varietates recepi; invite, fateor, cum hæ ipsæ adeo multiplicentur, ut demum una in alteram quam certissime transeat; quare sententia mea rectius fuisset, si cunctæ in una, et generali speciei descriptione forent comprehensæ. Monitos autem velim tyrones, ut stirpem tam ludibundam, et montibus Italicis solemnem ex plantis vivis in loco natali, non ex siccis, dignoscere assuescant; tunc enim facile intelligent, nullam certam distinctionis notam in illa erui posse neque ex herba contractiore, aut luxuriante, neque ex spica brevi, aut longa, crassa, aut tenuiore, pauciflora, aut multiflora, neque ex numero, et longitudine dentium, et aristarum in valva corollina exteriore, neque ex forma, aut deficientia bractearum.

2. Sesleria *sphærocephala:* locustis oblongis, subtrifloris, coacervato-capitatis; valva corollina externa apice erosa, uniaristata.

S. sphærocephala *Ard. Specim. alt. pag.* 20. *tab.* 7. *Turr. Fl. Ital. prodr. p.* 62. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 102. *Brign. Fasc. pl. Forojul. p.* 14.* *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 70. *tab.* 99. opt., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 140. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 628. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 201. *n.* 443.

S. sphærocephala *α* cærulescens *Röm. et Schult. System. veg.* 2. *p.* 605. *n.* 9. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 275. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 271. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 35. *n.* 218.

Cynosurus sphærocephalus *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 414. *n.* 9. *Wulf. in Jacq. Miscel.* 2. *p.* 71. *Jacq. Ic. rar.* 1. *p.* 3. *tab.* 20. opt.

Ital. *Codino capolino*.

Perenn. Habui ex summitate montis *Cren* in alpinis Forojuliensibus a Prof. Brignolio. Floret Julio, Augusto.

Radix dense fibrosa, fibris tenuibus, longis, ramulosis, firmis, sursum surculosa. Culmi filiformes, erecti, vel ascendentes, teretes, prope basim uninodes, palmares, semipedales, glaberrimi, maximam partem nudi, superne striati, ex apice surculorum ascendentium profecti, qui surculi a multis vaginis obducentibus sunt crasse cylindracei. Folia radicalia e summo surculo cæspitosa, culmo multo breviora, alia filiformia, alia paulo latiora, etiam semilineam lata; omnia obtusiuscula cum mucronulo cartilagineo, striata, dura, glabra, aut vix marginibus scabrida. Folium in imo culmo unum, vel alterum tantum, cæteris brevius, et latius, in reliquis simile. Vaginæ striatæ, glabræ. Stipula brevis, vix semilinearis, erosa. Spica terminalis, globosa, densa, magnitudine pisi, ex albido cærulea, nitida, glabra. Bracteæ sub duabus, tribus ex imis locustis, ovatæ, concavæ, multistriatæ, superne inæqualiter eroso-dentatæ. Locustæ brevissime pedicellatæ, oblongæ, compressæ, bi-trifloræ. Valvæ calycinæ vix inæquales, ovato-lanceolatæ, concavæ, acuminatæ, raro apice aristulatæ, subintegræ, uninerviæ, flosculis subbreviores. Valvæ corollinæ inæquales; exteriore oblonga, uninervi, pilis adpressis, nitidis, præsertim inferne pubescente, apice erosa, subinde subtridentata, alias integra, nervo carinali in brevem

aristam producto, carina ciliolata; interiore albo-membranacea, a dentibus duobus remotis, brevissimis, muticis bifurca, ora intermedia erosula, nervo ciliato, viridi utrinque ad marginem inflexum excurrente.

3. Sesleria *disticha*: locustis racemosis, ovatis, flosculisque distichis; valva corollina externa uniaristata, interna apice eroso-dentata.

S. disticha *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 72. *n.* 4. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 400. *n.* 51. *Röm. et Schult. System. veget.* 2. *p.* 605. *n.* 11.* *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 329. *n.* 4. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 627. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 268.

S. n. 1447. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 217.

S. n. 30. *Hall. in Append.* 2. *ad Scheuchz. agr. p.* 47.

Poa disticha *Wulf. in Jacq. Misc.* 2. *pag.* 74. *Jacq. Pl. rar.* 1. *p.* 3. *tab.* 19. opt. *Host. Gram. Austr.* 2. *pag.* 55. *tab.* 76., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 152. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abth.* 6. *heft.* fig. bona. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 112. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 36. *n.* 1617. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 307.

P. seslerioides *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 246. *n.* 2208. *tab.* 91. *fig.* 1. pess., *et Auct. p.* 40.

Oreochloa disticha *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 44. *n.* 89. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 19. *n.* 89.

Ital. *Fienarola cerulea*.

Perenn. Habui ex alpibus maritimis a Molinerio, a Prof. Balbisio, a Prof. Morisio, et a Bertero ibi præsertim lectam *al Col delle finestre*, item ex Pedemontii montibus *di Giaveno* a Prof. Re, ex monte *Legnone* ad Larium a Comollio, ex monte *Braulio* in *Valtellina* a Bergamaschio, et ab eodem Comollio, ex monte *dei Monzoni* in *Val di Fassa* Tyrolis italici a Meneghinio. Floret Julio, Augusto.

Radix fibrosa, fibris tenuibus, ramulosis, fuscis. Culmi cæspitosi, ascendentes, bi-sexunciales, tenues, striati, glabri, aut superne pilosuli, inferne binodes, crassiuscule cylindracei a vaginis pluribus obducentibus, quarum imæ aphyllæ, successivæ breviter foliaceæ. Folia linearia, culmo breviora, acutiuscula, striata, glabra, alia angustissima, et fere filiformia, alia lineam semis, aut lineam lata, in imo culmo crebra, et numerosa, quæ in culmum ascendunt, pauca, remota, latiora, et breviora. Vaginæ striatæ, glabræ, aut pilosulæ, subcompressæ, superiores longiores. Stipula oblonga, acutiuscula, sesqui-bilinearis, integra.

Racemus terminalis, distichus, ovatus, brevis, cæruleus, vel ex albo, et aureo cæruleus, compositus locustis ovato-oblongis, compresso-turgidis, alternis, valde approximatis, et facie plana altera super alteram imbricatis, tri-sexfloris, inferioribus brevissime pedicellatis, superioribus sessilibus. Pedicellus locustæ infimæ prodiens ex sinu bracteolæ minutæ, obtusæ, aut acutæ, subinde oblongo-lanceolatæ, etiam lineam longæ, subinde marginem prominulum solummodo sistentis. Rachis communis insigniter flexuosa, puberula. Flosculi in locusta distichi. Valvæ calycinæ subinæquales, ovato-oblongæ, acutæ, uninerviæ, integræ, dorso pilosæ, cæruleæ, margine membranaceo-albidæ, interiore paululum longiore, subaristata. Valvæ corollinæ longitudine subinæquales; exteriore majore, lato ovata, concavo-compressiuscula, apice integra, vel obsolete tridentata, nervo carinali in aristulam brevissimam producto, denticulis lateralibus, ubi adsint, muticis, tota dorso pilis adpressis puberula; interiore albo-membranacea, apice lacero-dentata, mutica, nervo utrinque uno exquisite ciliato prope marginem inflexum instructa, cæterum glabra. Stamina filamentis albis, antheris pallide flavidis, subinde cærulescentibus. Stilus brevis, simplex, superne abiens in stigmata duo, longa, pilosula.

Sunt, qui hactenus disputant de genere, ad quod hæc planta pertinet; at quid illi deest pro demonstrando genere *Sesleriæ?* Non habitus, non inflorescentia, non forma glumarum, non stilus simplex, non stigmata pilosula, et ne bracteola quidem locustæ infimæ.

ECHINARIA.

Desfont. Fl. Atl. 2. *p.* 385. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 74. *n.* 180. *Palis. Ess. d'une nouv. Agr. p.* 83. *tab.* 17. *fig.* 2. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 53. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 50. *n.* 241. *Römer. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 37. *n.* 317. *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *pag.* 629. *n.* 78. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *pag.* 198. *n.* 101. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 35. *n.* 71.

Cenchri species *Lin. Gen. p.* 542.

Locustæ subbifloræ, in capitulum sphæricum coagmentatæ, nudæ, polygamæ, monoecæ, flosculo altero hermaphrodito, altero masculo, aut sterili. Calyx gluma bivalvis, membranacea, flosculis brevior; in locustis inferioribus utraque valva apice biloba, uninervia, unirostrata, vel exteriore binervia, birostrata; in locustis superioribus valva exteriore bi-sexnervia, bi-sexrostrata, interiore trinervia, trirostrata. Gluma corollina bivalvis, cartilaginea, valvis inæqualibus; exteriore majore, canaliculato-convoluta circa interiorem, quinque-septemnervata, apice truncata, quinque-septemrostrata, rostris digitatis; interiore minore, birostrata. Stamina tria. Stili duo. Stigmata pilosula. Nectarium squamulæ duæ truncatæ. Caryopsis libera, obverse ovoidea, obtusa, a basibus persistentibus stilorum birostellata, sulco nullo excavata.

Habitus. Planta annua. Culmus brevis. Folia brevissima, linearia, angusta. Inflorescentia capitata, capitulo demum a rostris glumarum rigescentibus, et recurvatis echinato. Locustæ omnes ebracteatæ. Cave, ne habeas pro bracteis calyces imos subinde sterilescentes.

1. Echinaria *capitata*.

E. capitata *Desf. Fl. Atl.* 2. *p.* 385. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 617. *n.* 1., *et Mant.* 2. *p.* 343. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 53.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 50.*, *et Syll. p.* 36. *n.* 1.* *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 74. *n.* 1644. *Palis. Ess. d'une nuov. Agr. explic. des planch. p.* 11. *tab.* 17. *fig.* 2. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 629. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 198. *n.* 434. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 35. *n.* 216.

Sesleria echinata *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 6. *tab.* 8., *et Fl. Austr.* 1. *pag.* 141. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 47. *fig.* 2. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 103. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 66. *n.* 159. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 277.

Cenchrus capitatus *Sp. pl.* 1488. *Vahl. En.* 2. *pag.* 394. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 75., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 81. *tab.* 100. opt. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 263. *n.* 2288.

Gramen echinatum tribuloides *Column. Ecphr. fig. p.* 338., *descr. p.* 339.

Gr. spica subrotunda echinata *C. B. Theatr. pag.* 106., *fig. p.* 107., *et Prodr. pag.* 16. *n.* 48. fig. ead. *Scheuchz. Agrost. p.* 74. *n.* 1. *tab.* 2. *fig.* 7. *A. B. Till. Cat. hort. Pis. p.* 70.

Gr. minimum spica globosa echinata *Barrel. Icon.* 28. *fig.* 1.

Gr. cap. globoso echinato minus *Barrel. Ic.* 863. *fig.* 2.

Gr. echinatum, spica subrotunda *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 64. *tab. ic. locust. et spicar. gram. fig. n.* 102. herb. Mont.

Ital. *Gramigna calcetreppola*.

Ann. Habui ex plebe S. Stephani in provincia Aretina ab Amideo, ex *Alba Fucense*, et ex monte *Priore* ab Orsino, ex arvis Neapolitanis, et Principatus citerioris ad Barium ab Eq. Prof. Tenorio, ex locis herbidis collium, et montium Siciliæ ab Eq. Gussonio. Floret Aprili, Majo.

Radix fibrosa, tenuis, flexuosa, huc illuc villosula. Culmi solitarii, vel cæspitulosi, a semidigito ad semipedem longi, erecti, vel ascendentes, crassiusculi, fortiter striati, inferne uni-binodes, et foliosi, reliqua parte nudi, glabri, vel puberuli, præsertim apice. Folia linearia, flexilia, brevia, mucronulata, striata, nunc angustissima, nunc lineam, aut sesquilineam lata; plus minus pubescentia. Vaginæ fortiter striatæ, pubescentes. Stipula brevissima, truncata, erosa, vel lacera, striata, pubescens. Inflorescentia capitulum terminale, stipatum, sphæricum, demum echinatum, omnino nudum. Locustæ parvæ, ovoideæ, uni-biforæ, multirostratæ, rostris in anthesi erectis, in fructu recurvatis, brevissime pedicellatæ, aut sessiles, virides, vel viridi-ruffescentes; dum bifloræ, flosculus alter hermaphroditus, alter masculus, vel cassus; dum unifloræ, hermaphroditus. Calyx gluma bivalvis, flosculis brevior, membranacea; pallide virens. Ejus valvæ in locustis inferioribus æquales, oblongæ, apice bilobæ, dorso medio diremptæ nervo crasso, in rostrum abeunte; in locustis superioribus inæquales; valva exteriore latiore, bi-sexnervi, bi-sexrostrata; interiore angustiore, trinervi, et trirostrata. Gluma corollina cartilaginea, bivalvis, valvis sine rostris longitudine æqualibus, sub lente scabris, aut hirtulis; exteriore multo latiore, ovata, concava, interiorem amplectente, apice truncata, et desinente in marginulum membranaceum, erosulum, dorso percursa nervis crassis

quinque-septem, totidemque striis interpositis, utrisque paulo infra marginulum terminalem abeuntibus in quinque-septem rostra, palmata, firma, subulato-aristata, crasse trinervia, post anthesim rigide recurva, intermedio longiore, lateralibus exteriora versus gradatim decrescentibus; valva interiore concavo-canaliculata, dorso binervi, et paulo infra marginulum membranaceum, obtusum, et involutum birostrata, rostris externe arista minore, subulata utrinque auctis, marginibus lateralibus membranaceis, planis. Stamina tria, antheris oblongis, mucronulatis, pallentibus. Stili duo, omnino divisi, stigmatibus simplicissimis, sub lente pilosulis, albis. Caryopsis libera, obverse ovoidea, obtusa, tenuissime puberula, præcipue in summitate, matura corneo-fusca, situ embryonis in latere baseos ejus maxime transparente, terminata mucronulis duobus brevissimis, qui sunt bases persistentes stilorum.

Palisotius l. c. minus fauste exhibuit partes floris hujus speciei, at exacte fructum.

POA.

Lin. Gen. p. 34. *Juss. Gen. p.* 32. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 45. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 108. *R. Brown. Prodr. p.* 179., *et edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 35. *Palis. Ess. d'une nouv. Agrost. p.* 70. *tab.* 14. *fig.* 10. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 120. *Hook. Brit. Fl. p.* 40. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 173. *n.* 96. *Trin. Fund. Agr. p.* 138. *n.* 81.

Glyceria *R. Brown. l. c. p.* 179., *et edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 35. *Palis. l. c. p.* 96. *tab.* 19. *fig.* 7. *Smith. l. c.* 1. *p.* 115. *Link. l. c. p.* 172. *n.* 94. *Trin. l. c. p.* 136. *n.* 76.

Hydrochloa *Link. l. c. p.* 173. *n.* 95. non Trin., nec Palis.

Eragrostis *Palis. l. c. p.* 70. *tab.* 14. *fig.* 11. *Link. l. c. p.* 187. *n.* 97.

Megastachya *Palis. l. c. p.* 74. *tab.* 15. *fig.* 5.

Sclerochloa *Palis. l. c. p.* 97. *tab.* 19. *fig.* 4. *Link. l. c. p.* 149. *n.* 80.

Sphenopus *Trin. l. c. p.* 135. *n.* 74.

Locustæ compresso-turgidulæ, multifloræ, muticæ. Calyx gluma bivalvis, flosculis brevior, aut locustam subæquans, gerens stipitulum axeum, in quo stant flosculi alterni, distichi, liberi, aut villo connexi, quorum supremus interdum abortivus. Corolla gluma bivalvis, valvis inæqualibus, exteriore nunc convexo-canaliculata, nunc carinata, margine membranacea. Stamina tria. Stigmata duo, decomposito-plumosa, vel simpliciter plumosa. Nectarium squamula bifida, aut squamulæ duæ approximatæ. Caryopsis libera intra corollam persistentem.

Habitus. Gramina annua, vel perennia. Culmi erecti, ascendentes, decumbentes. Inflorescentia paniculata, vel racemosa. Stipes axeus locustarum flexuosus, nunc articulatus, et in articulis secedens cum flosculo, nunc persistens.

* *Flosculis dorso convexo-canaliculatis, liberis, deciduis. Inflorescentia sparse paniculata*. Glyceriæ.

1. Poa *aquatica:* panicula composita, florente patula; locustis oblongis; valva corollina externa septemnervi, scabra; culmo orgyali; foliis lato-linearibus; radice repente.

P. aquatica *Sp. pl.* 98. *Engl. bot. v.* 19. *tab.* 1315. *Curt. Fl. Lond. edit. Grav. v.* 2. *tab.* 12. *Hook. Brit. Fl. p.* 40. *Fl. Dan. tab.* 920. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 44. *tab.* 60., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 142. *Leers. Herb. p.* 26. *tab.* 5. *fig.* 5. *Svensk. bot. tab.* 30. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 247. *n.* 2213. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 65. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 27. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 41., *et p.* 323. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 14. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 53.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 103. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 25. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 43. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 60. *Suffr. Foroj. p.* 114. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 65.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 75., *et Syll. p.* 43. *n.* 9. *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 42. *Ab Ucr. Hort. reg. Panorm. p.* 93. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 93. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 58. *n.* 1603. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 278. *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 73.

Gaud. Fl. Helv. 1. *p.* 233. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 2. *p.* 287.
P. n. 1454. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 220.
Glyceria aquatica *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 116. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 367.
G. spectabilis *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 586.
Hydrochloa aquatica *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 173. *n.* 378.
Gramen palustre paniculatum altissimum *C. B. Theatr. p.* 38. *Scheuchz. Agr. p.* 191. *n.* 3. *tab.* 4. *fig.* 1.
Gr. phalaroides, palustre, arundinaceum, panicula latissima *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 46. *fig. n.* 38. herb. Mont. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 348. *n.* 10.
Gr. paniculatum aquaticum latifolium *Moris. Ox. sect.* 8. *tab.* 6. *fig.* 25.

Ital. *Gramignone di padule.*

Perenn. Legi Bononiæ in paludibus S. Gabrielis *al Camerone*. Habui ex agro Ferrariensi, et ex agro Mantuano *a Melara* a Felisio, iterum ex agro Mantuano *a Ceresa* a Barbierio, ex Pedemontio a Prof. Balbisio, et ibidem *a Gravellona* in *Lomellina* ab Eq. Cesate, ex agro Pisano ab Eq. Prof. Savio. Floret Junio, Julio.

Radix repens, articulata, fibris descendentibus ad culmorum exortum, tenuibus, numerosis, brevibus. Culmus e tereti-compressus, erectus, circiter orgyalis, crassus, striatus, glaber. Folia lato-linearia, longa, acuta, striata, carinata, marginibus, vel etiam carina superiore deorsum scabra, cæterum glabra. Vaginæ subcompressæ, striatæ, glabræ. Stipula brevis, integra, rotundato-cuspidata. Panicula composita, terminalis, longa, ante et post anthesim erecta, in anthesi patens, ramis tenuibus, longis, striatis, scabris, flexuosis, alterne fasciculatis, et semiverticillatis, inferne simplicibus, nudis, superne divisis, et remote locustiferis. Rachis in parte ima teretiuscula, striata, in parte summa angulata, tota scabra. Locustæ erectæ, oblongæ, obtusæ, compresso-turgidulæ, quadri-decemfloræ, virides, vel viridi-purpurantes. Valvæ calycinæ inæquales, oblongæ, obtusæ, apice erosulæ, canaliculato-compressæ, uninerviæ, carinatæ, glabræ, persistentes. Flosculi liberi, canaliculati, ætate inter se se laxiusculi, maturitate difflui, superiores successive decrescentes. Valva corollina exterior oblonga, apice

obtusa, albo-membranacea, et erosula, dorso septemnervis, scabra, ecarinata; valva interior ejusdem longitudinis, et formæ, sed angustior, albo-membranacea, emarginata, nervo minute ciliolato utrinque ad marginem inflexum instructa. Stili stigmate longiores. Stigmata repetito ramosa, plumosaque, lateraliter exerta. Nectarium acute bilobum.

2. Poa *distans:* paniculæ fructificantis ramis patulis, reflexisque; locustis lanceolatis; valva corollina externa quinquenervi, basi puberula; foliis anguste linearibus, culmoque inferne subradicante glaucis.

P. distans *Lin. Mant.* 1. *p.* 32. *Engl. bot. v.* 14. *tab.* 986. *Curt. Fl. Lond. edit. Grav. v.* 3. *tab.* 22. *Hook. Brit. Fl. p.* 41. *Host. Gr. Austr.* 2. *p.* 46. *tab.* 63., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 149. *Guss. Pl. rar. p.* 31.*, *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 93.* *Ten. Syll. p.* 43. *n.* 12. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 58. *n.* 1602. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 282. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 234. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 175., *et* 2. *p.* 287.

Poa salina *Pollich. Fl. Palat.* 1. *p.* 89. *n.* 92.

Glyceria distans *Biasolet. in Ann. di stor. nat. tom.* 2. *p.* 225. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 118. *Wahlenb. Fl. Suec.* 1. *p.* 60. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 588. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 45. *n.* 298.

Festuca distans *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 393.

β major, locustis quinque-octofloris.

Poa maritima *Huds. Fl. Angl. p.* 42. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 396. *Engl. bot. v.* 16. *tab.* 1140. *Hook. Brit. Fl. p.* 40. *Fl. Dan. tab.* 251., *et tab.* 1626. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 112.* *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 25.* *Moric. Fl. Ven.* 1. *pag.* 44. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 62. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 52.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 52.* *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 57. *n.* 1601. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 281. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 175., *et* 2. *p.* 288.

P. aquatica *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 94.*

P. aquatica β minor *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 65.*

P. festucæformis *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 12. *tab.* 17., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 149. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 45. *n.* 297. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 175., *et* 2. *p.* 288.

Glyceria distans luxurians *Biasolet. in Ann. di Stor. nat. tom.* 2. *p.* 226.*

G. maritima *Smith. Engl. Fl.* 1. *pag.* 118. *Wahlenb. Fl. Suec.* 1. *p.* 61. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1.

p. 588., *et p.* 869. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 45. *n.* 299.
Festuca Hostii *Kunth. En.* 1. *p.* 393.
F. thalassica *Kunth. En.* 1. *p.* 394.
Ital. *Fienarola marina*. *Fienarola de' luoghi salmastri*.
Perenn. Habui ex maritimis *di Monfalcone* a Berinio, et Brumattio, ex locis salsis litoris Veneti a Pollinio, Ruchingero, et Zanardinio, ex maritimis inundatis Calabriæ ulterioris ad mare Jonium, et ex Sicilia ad aquas acidulas *di Palagonia* ab Eq. Gussonio, ex salinis Sardiniæ a Badaroo, ex Corsica in palustribus *di S. Fiorenzo* a Soleirolio. Varietatem β habui Tergesto, et ex salinis *di Servole*, et *Zaule* in Istria a Biasoletto, ex litore Veneto, et Venetiis *nelle barrene* a Pollinio, Ruchingero, et Cernazajo, ex *Brondolo* a Zanardinio, Fossâ Clodiâ a Beggiato, ex pineto Ravennati, et viciniis inter *Valle torta*, et pinetum a Fusconio, et Bubanio, ex agro Pisano ab Eq. Prof. Savio, ex pratis ad Ostiam a Prof. Maurio, ex Sardinia a Prof. Morisio, ex Corsica *a Bonifacio* a Seraffinio. Floret a Majo in autumnum.
Radix fibrosa, fibris numerosis, ramulosis, flexuosis, subinde villosulis, nonnullis crassiusculis. Interdum aliæ fibræ radicales prodeunt ex imis culmi nodis in arena, vel limo sepultis, ex quo oritur radix repens. Culmi cæspitosi, basi pluribus vaginis membranaceis tunicati, sæpe fere subbulbosi, decumbentes, ascendentes, vel erecti, a palmo ad quatuor pedes longi, teretes, striati, glabri. Folia anguste linearia, acutiuscula, mucronulata, striata, ludunt glabra, vel tenuissime puberula, vel pagina superiore, marginibusque scabra, arefactione convoluta, radicalia longiora, et angustiora. Vaginæ striatæ, glabræ, vel tenuissime puberulæ, superiores longiores. Stipula brevis, semilinearis, vel linearis, obtusa, aut acutiuscula, integra, aut vix erosa, striata. Panicula composita, terminalis, mire varians longitudine, scilicet a paucis pollicibus ad pedem, et ultra longa. Rami ejus alterne, et remote fasciculati, semiverticillati, in macrioribus exemplaribus inferiores geminati, reliqui solitarii, cæterum inæquales, striati, flexuosi, scabri, inferne brevi tractu simplices, et nudi, reliqua parte locustiferi, alii, vel omnes stricti etiam post anthesim, alii florentes, et fructificantes patuli, aut etiam retroflexi. Rachis

primaria striata, scabra, vel inferne glabra. Locustæ lanceolatæ, vel lanceolato-lineares, compresso-teretiusculæ, tri-octofloræ, virentes, aut e viridi purpurantes, erectæ, ante anthesim ramis adpressæ, a quibus in anthesi quidquam recedunt. Valvæ calycinæ inæquales, ovatæ, canaliculatæ, obtusæ, vel acutiusculæ, oris membranaceo-albis, vel coloris straminei, glabræ, nitidæ, persistentes, exteriore trinervi, interiore uninervi. Stipitulus communis flosculorum flexuosus. Flosculi in anthesi inter se se laxiusculi, maturitate decidui. Valvæ corollinæ longitudine æquales; exteriore oblonga, canaliculata, ecarinata, apice membranacea, alba, vel straminea, obtusa, erosula, et ciliolata, subinde acutiuscula, dorso obsolete quinquenervi, basi puberula, aut pilosula, presertim ad nervos, superne glabra; interiore angustiore, membranacea, alba, vel albo-purpurante, apice bidentata, nervo viridi, ciliatoque utrinque ad marginem inflexum instructa. Stigmata decomposito-plumosa, alba. Tota herba viridi-glauca.

Plura exemplaria hujus stirpis, quæ obtinui ex oris Adriatici sinus facile evincunt de gradato transitu a specie ad varietatem *β*. Sufficiat vero attendere ad characteres, quibus auctores distinxerunt lusus hujus plantæ in *Poam distantem* L., in *Poam maritimam* Huds., et in *Poam festucæformem* Host., ut de eorum infirmitate unicuique perpendenti cito constet. Fere omnes ponunt differentiam essentialem inter hasce species in radice fibrosa, aut repente, in statura, in proportione partium, in directione ramorum paniculæ, et in numero flosculorum in locustis. Verum radix aut in nulla, aut in omnibus repens est, tunc cum culmus inferne ad nodos radicat, quod etiam in *Poa distanti* L. contingere monuit Pollichius, ubi *Poam salinam* suam, quæ eadem est, describens ait: " Radix perennis, repens, fibrosa " Fl. Palat. 1. p. 90. Reliquæ vero differentiæ notæ petitæ a statura, et proportione individuorum, et partium, a ramis paniculæ diverso tempore strictis, vel patulis, aut retroflexis, et a numero flosculorum in locustis, qui numerus præsertim in *Pois* semper valde variabilis, adeo recedunt a philosophiæ, et critices botanicæ legibus, ut pudeat eas referre, ne dicam amplecti. Imo hæc species ita ludit in Italia, ut botanicus formas omnes ejus in una, et generali descriptione cogatur comprehendere.

3. Poa *fluitans:* paniculæ compositæ ramis in anthesi divaricatis; locustis lanceolato-linearibus, elongatis, ramo adpressis; valva corollina exteriore septemnervi, glabra; culmo inferne fluitante.

P. fluitans *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 73. *Smith. Fl. Brit.* 1. *p.* 96., *et Engl. bot. v.* 22. *tab.* 1520. *Hook. Brit. Fl. p.* 40. *Svensk. bot. tab.* 102. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 41., *et p.* 323. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 103. *Moric. Fl. Ven.* 1. *pag.* 44. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 61.* *Bert. Pl. Gen. p.* 12. *n.* 25., *et Amœn. Ital. p.* 113. *n.* 25. *Tenor. Syll. p.* 43. *n.* 10. *Bivona-Bern. Cent.* 1. *p.* 67. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 94. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 57. *n.* 1600. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 280. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 235.

P. n. 1453. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 219.

Glyceria fluitans *R. Brown. Prodr. p.* 179., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 35. *Röm. et Schult. Syst. veget.* 2. *pag.* 695. *n.* 1., *et Mant.* 2. *p.* 387., *et Mant.* 3. *p.* 642. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 116. *Curt. Fl. Lond. edit. Grav. v.* 3. *tab.* 23. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 35. *Palis. Ess. d' une nuov. Agr. expl. des pl. p.* 13. *tab.* 19. *fig.* 7. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 587. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *pag.* 172., *et* 2. *p.* 286. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 367.

Festuca fluitans *Sp. pl.* 111. *Leers. Herb. p.* 35. *tab.* 8. *fig.* 5. *Fl. Dan. tab.* 237. *Schreb. Gram.* 1. *p.* 37. *tab.* 3. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 55. *tab.* 77. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 253. *n.* 2249. *Balb. Fl. Taur. p.* 20. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 65. *Bir. Fl. Acon.* 1. *p.* 32. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 55. *Suffr. Foroj. p.* 115. *Bert. Lucubr. p.* 6. *n.* 12. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 119.* *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 52. *n.* 128. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 82. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 87.

Hydrochloa fluitans *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 141.

Gramen aquis innatans *Lob. Ic. p.* 12.

Gr. aquaticum fluitans multiplici spica *C. B. Theatr. p.* 41. fig. *Scheuchz. Agr. p.* 199. *n.* 1. *tab.* 4. *fig.* 5.

Gr. miliaceum aquat. Brizæ locustis, sem. rufo *Barrel. Ic.* 7.

Gr. phalaroides, aquaticum, fluitans, panicula multiplici *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 46. *tab. ic. locust. et spic. gr. fig. n.* 35. herb. Mont. *Segui. Ver.* 1. *p.* 347. *n.* 9.

Gr. palustre panicula polydactyla candida *Cup. Hort. Cath. p.* 90.

Gr. polydactyloides, candidum, palustre *Bonan. Panph. tab.* 5.

Gr. loliaceum fluviatile longissima panicula *Moris. Ox. sect.* 8. *tab.* 3. *fig.* 16.

Ital. *Gramigna olivella* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 101.

Perenn. Legi Sarzanæ in fossis *al Fondamento,* Bononiæ in canaliculis prope oppidum, Genuæ in vallo inter portam *Pila,* et amnem Feritorem *(Bisagno).* Habui Mantuâ ex viciniis lacus majoris *a Felisio,* Fossâ Clodiâ *alla Ca bianca* a Prof. NACCARIO, ex pineto Ravennati in canali pistrinorum a FUSCONIO, ex fossis agri Pisani ab Eq. Prof. SAVIO. Floret ab Junio in æstatem.

Radix repens, fibris tenuibus, repetitis, et verticillatis ad omnes nodos culmi fluitantis. Culmus bi-tripedalis, anceps, cavus, striatus, glaberrimus, crassiusculus, ex articulis inferioribus ramosus, totus, aut fere totus tectus, multa parte fluitans in aquæ superficie, apice florigero extra aquam porrecto, et oblique surrecto. Folia plerumque lato-linearia, sive duas-tres lineas lata, obtusiuscula, vel acuta, striata, margine, subinde etiam utraque superficie, scabra, plana, plura fluitantia. Vaginæ laxiusculæ, compressæ, longæ, striatæ, glabræ, vel scabridæ. Stipula oblonga, obtusa, vel acutiuscula, integra, vel erosa, aut laciniata, a linea dimidia ad sesquilineam longa. Panicula composita, terminalis, subinde longissima, etiam sesquipedalis, in anthesi divaricata, ante, et post anthesim strictissima. Rami ejus inæquales, alterne fasciculati, striati, scabriusculi, subinde jam a basi locustiferi, alias inferne brevi tractu simplices, nudi, reliqua parte divisi, et locustiferi. Rachis primaria striata, scabra, præsertim superne. Locustæ terminales ramis, ramulisque, lanceolato-lineares, elongatæ, subdecemfloræ, ramis adpressæ, pallide virentes. Flosculi in anthesi inter se se laxiusculi, liberi, maturitate decidui. Valvæ calycinæ inæquales, brevissimæ, ovatæ, obtusæ, glabræ, nervo viridi carinatæ, reliqua parte albido-membranaceæ. Valvæ corollinæ oblongæ, longitudine subæquales; exteriore canaliculata, ecarinata, apice albo-membranacea, obtusa, erosula, aut denticulata, interdum dente medio mucronulata, dorso septemnervi, glabra, nervis lateralibus prope apicem evanescentibus; interiore angustiore, et subinde paulo longiore, albo-membranacea, apice acutiuscule bidentata, nervo

viridi tenuissime ciliolato ad marginem inflexum utrinque instructa. Stigmata ramosa, plumosa, alba. Nectarium turgidulum, vix lobatum. Caryopsis elliptico-oblonga, profunde unisulcata, gustu dulcis præsertim ante perfectam maturitatem, unde illi nomen *Graminis mannæ* apud Germanos.

4. Poa *divaricata:* panicula trichotoma, divaricata; ramulis superne incrassatis; locustis teretibus, subtrifloris; glumis apice longe membranaceis.

P. divaricata *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *pag.* 402. *n.* 56. *Gouan. Illustr. p.* 4. *tab.* 2. *fig.* 1. excl. syn. Barrel. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 64.* *Guss. Pl. rar. p.* 32.*, *et Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 96.*, *et Suppl.* 1. *p.* 21.* *Ten. Syll. p.* 43. *n.* 8. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 75. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 65. *n.* 1632., *et* 5. *p.* 274.

P. expansa (*error.* expensa) *Gmel. Syst. veg.* 1. *p.* 181. *n.* 59. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 100.*

Sclerochloa divaricata *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 697. *n.* 1. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 151.

S. expansa *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 2. *p.* 274.

Sphenopus Gouani *Trin. Fund. Agr. p.* 135.

S. divaricatus *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 45. *n.* 302.

Festuca expansa *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 392.

Ital. *Fienarola Ghingola.*

Ann. Habui ex inundatis maritimis agri Pisani ab Eq. Prof. Savio, ex similibus locis in Calabria ulteriore, ex salinis Drepani, et ex insula Lopadusa ab Eq. Gussonio. Floret Aprili, Majo.

Radix fibrosa, tenuis, puberula, fusca. Culmi cæspitosi, ascendentes, simplices, vel ramosi, et subinde ramosissimi, a pollice ad pedem longi, teretes, leviter striati, glabri. Folia anguste linearia, obtusiuscula cum mucronulo, leviter striata, glabra, arefactione involuta, longiora vix pollicem attingentia. Vaginæ laxæ, striatæ, glabræ. Stipula unam-duas lineas longa, erosa, vel lacera, interdum integra. Panicula composita, terminalis, trichotoma, divaricata, ramis primariis capillaribus, glaberrimis, longo tractu simplicibus, nudis, deinde divisis, ramulis teretibus, superne incrassatis. Locustæ minutæ, teretes, subtrifloræ. Valvæ calycinæ brevissimæ, inter se recessæ, inæquales, ovatæ, obtusiusculæ, concavo-canaliculatæ, basi viridulæ, aut ex viridulo purpurantes, reliqua parte totæ albo-membranaceæ, diaphanæ. Axis communis flosculorum flexuosus, glaber, facillime maturitate secedens.

Flosculi demum difflui, calyce persistente. Valvæ corollinæ longitudine subæquales, oblongæ; exteriore canaliculata, obtusa, aut vix retusa cum mucronulo, quinquenervi, nervis, præsertim medio, sub forti vitro scabridis, lateralibus obsoletis, superne evanidis, basi viridula, aut ex viridulo purpurante, reliqua parte longe albo-membranacea, diaphana; interiore albo-membranacea, apice subretusa, nervo viridulo, scabrido utrinque ad marginem inflexum instructa. Caryopsis libera, ellipsoideo-oblonga, longitudinaliter unisulcata, corneo-transparens.

Poa divaricata Sav. Cat. di piant. Egiz. in Mem. di Rad. p. 24. juxta exemplaria a Raddio f. r. in Ægypto lecta, et ab ipso Savio mihi comiter impertita differt a planta Italica habitu tenuiore, scilicet culmo filiformi, foliis vere setaceis, locustis gracilioribus, præsertim vero valva corollina externa apice constanter emarginata, ex emarginatura breviter aristulata, et caryopside longiore, angustiore. Forte distincta species, aut saltem insignis varietas.

** *Panicula, vel racemo secundo, disticho, rigido; flosculis persistentibus, liberis.* Sclerochloæ.

5. Poa *procumbens:* panicula ovato-oblonga, secunda, disticha, acuta; rachide tereti, striata; locustis innuptis tereti-subulatis; valva corollina externa quinquenervi, glabra; tota planta glauca.

P. procumbens *Pers. Syn. pl. p.* 92. *n.* 78. *Willd. En.* 1. *p.* 107. *n.* 20. *Spr. Syst. veg.* 1. *p.* 339. *n.* 34. *Smith. Fl. Brit.* 1. *pag.* 98., *et Engl. bot. v.* 8. *tab.* 532. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. v.* 3. *tab.* 21. opt. *Hook. Brit. Fl. p.* 41. *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 275. *n.* 1623.[a]

Glyceria procumbens *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 19. excl. syn. Bocc.

Sclerochloa procumbens *Röm. et Schult. Syst. veget.* 2. *p.* 697. *n.* 2. *Palis. Ess. d'une nuov. Agr. p.* 98. *Reichenb. Fl. Germ. exc. in add. et corrig. p.* 140. *n.* 224.[a] *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 149., *et* 2. *p.* 273.

Festuca procumbens *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 393.

Ital. *Fienarola glauca.*

Ann. Habui ex litoribus Venetis a Ruchingero. Floret Junio, Julio.

Radix fibrosa, fibris tenuibus, albicantibus, ramulosis, plus minus pubescentibus. Culmi cæspitosi, decumbentes, ascendentes, nodis inferioribus infractis, vel erecti, a palmo ad semipedem longi, teretes, crassiusculi, fortiter striati, glaberrimi, tecti, aut vix apice exerti. Folia linearia, obtusa, aut submucronulata, striata, carinata, margine, et carina, subinde etiam facie superiore scabra, dorso semper glabra, sesquilineam ad summum lata. Vaginæ laxiusculæ, striatæ, glabræ, superiores multo longiores. Stipula truncata, erosa, lineam, aut paulo ultra longa. Panicula composita, terminalis, secunda, disticha, ovato-oblonga, utrinque acuta. Rami ejus crassiusculi, rigidi, striati, scabri, subflexuosi, plures, inæqualesque simul alterne fasciculati, multiflori, inferne brevissimo tractu nudi, reliqua parte locustiferi, qui in panicula medii longiores, utrinque extremi gradatim decrescentes, omnes ante anthesim stricti, in anthesi erecto-patuli. Rachis teres, striata, scabra. Locustæ erectæ, imbricatæ, crassiusculæ, ante anthesim tereti-subulatæ, in anthesi lanceolato-lineares, turgidæ, subquinquefloræ, brevissime, et crasse pedicellatæ. Valvæ calycinæ flosculo imo breviores, valde inæquales, oblongæ, obtusæ, canaliculatæ, margine albo-membranaceæ, majore quinquenervi, minore trinervi, utriusque nervis superne evanidis, glabris, vel minutissime scabridis. Flosculi oblongi, in anthesi inter se se remotiusculi, persistentes. Valvæ corollinæ longitudine æquales; exteriore oblongata, obtusa, canaliculata, ecarinata, apice albo- vel rubido-membranacea, dorso quinquenervi, nervo medio usque ad apicem producto, et subinde in mucronulum protracto, glabra; valva interiore angustiore, interdum etiam paulo longiore, albo-membranacea, acute bidentata, nervo crasso, viridi, setulisque ciliato utrinque ad marginem inflexum instructa. Stili brevissimi. Stigmata ramosa, plumosa, alba. Tota planta glauca, rigida.

6. Poa *rigida:* panicula lanceolata, secunda, disticha; rachide marginata; locustis innuptis tereti-subulatis; valva corollina exteriore oblongo-lanceolata, acuta, quinquenervi; tota planta viridi.

P. rigida *Sp. pl.* 101. *Engl. bot. v.* 20. *tab.* 1371. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. v.* 2. *tab.* 13. *Hook. Brit. Fl. p.* 41. *Host. Gram. Austr.* 2. *pag.* 53. *tab.* 74.*, et Fl. Austr.* 1.

p. 150. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 247. *n.* 2212. *Balb. Fl. Taur. p.* 16. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 67. *Birol. Fl. Acon. pag.* 28. *Morett. Dec.* 6. *p.* 3., *et in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 6. *p.* 139. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 44., *et* 324. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 15. *n.* 100. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 104. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 28. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 51. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 69. *Suffr. Foroj. p.* 114. *Bert. Pl. Gen. p.* 15. *n.* 26., *et Amœn. Ital. pag.* 113. *n.* 26. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 98., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 62. *α. Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 52. *n.* 127. *α. Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 76., *et Syll. p.* 43. *n.* 19. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 97., *et Sup.* 1. *p.* 22. *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 52.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 74. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 65. *n.* 1623. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 283. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 593. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 229.

Sclerochloa rigida *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 45. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 150., *et* 2. *p.* 273. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 36. *n.* 225.

S. patens *Presl. l. c. p.* 45.* ex specim. Gusson.

Megastachya rigida *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 591., *et Mant.* 2. *p.* 327., *et Mant.* 3. *p.* 620.

Triticum maritimum *Wulf. in Jacq. Collect.* 3. *p.* 34.

Festuca rigida *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 392.

Gramen panicula multiplici majus *Scheuchz. Agr. p.* 271. *n.* 1. *tab.* 6. *fig.* 2. 3.

Gr. arvense, filicina duriori panicula gracilius *Barrel. Ic.* 49.

Gr. filiceum rigidiusculum *Vaill. Bot. Paris. p.* 92. *n.* 73. *tab.* 18. *fig.* 4.

Gr. campestre angustifolium spicis duris viridibus, Musci filicini instar concinnatis *Triumfet. Observ. p.* 64.

Gr. loliaceum, exile, duriusculum, paniculis parum expansis *Mont. Cat. Stirp. agr. Bonon. prodr. pag.* 37. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 11. herb. Mont. *Segui. Ver.* 1. *p.* 338. *n.* 10.

Gr. loliaceum exile duriusculum *Zannich. Istor. delle piant. p.* 133. *n.* 41. *tab.* 123. *fig.* 2.

Gr. filicina panicula *Zannich. l. c. tab.* 126.

β panicula applanata; locustis innuptis lanceolato-linearibus; valva corollina exteriore submucronulata.

Poa rigida *β Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 62.* *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 52.*

Megastachya rigida *β Röm. et Schult. System. veget.* 2. *p.* 591.

Triticum hemipoa *Ten. Syll. p.* 56. *n.* 17. *Guss. Sup.* 1. *p.* 36.*
Gramen panicula multiplici *C.B.Theatr.p.* 31.*fig.p.* 32., *et Prodr. p.* 6. *n.* 11. cum ead. fig.

Ital. *Fienarola de' muri.*

Ann. Legi Sarzanæ, et Genuæ in muro oppidi, præterea ubique copiosam observavi præsertim ad muros campestres, et macerias, legi pariter in agro Bononiensi sub monte *Mariano al Battedizzo*. Habui ex sterilibus apricis *di S. Steffano-Belbo* in Pedemontio a Bertero, ex agro Mediolanensi secus *il Naviglio della Martesana* supra *Vagrio* a Prof. Balsamo-Crivellio, et a De Notaris, ex agro Ticinensi a Bergamaschio, Fossâ Clodiâ *a Sotto-marina* a Prof. Naccario, Anconâ a Marchisia, ex agro Viterbiensi *a Canino* a Rev. Fratre Mauritio de Brixia, Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, Neapoli a Brunnero, ex Sicilia *a Caltanisetta*, et in Nebrodibus ab Eq. Gussonio, ex Sardinia a Prof. Morisio, ex Corsica *a Bonifacio* a Seraffinio, et *a Calvi* a Soleirolio. Varietatem *β* legi in litore Lunensi *alla Marinella*, ubi copiosa, et in Liguria occidua in litore *di Sestri di ponente*. Habui Fossâ Clodiâ *a Sotto-marina* a Prof. Naccario, ex agro Ravennati in litore *della Monaldina* a Bubanio, ex maritimis Hetruriæ ab Eq. Prof. Savio, ex portu Asculi in Piceno ab Orsino, ex maritimis ad radices Circæi a Prof. Maurio, ex arenis *del Fusaro* prope Neapolim ab Eq. Gussonio. Tum species, tum varietas florent Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris tenuibus, ramulosis, pubescentibus, albidis. Culmi cæspitosi, erecti, vel, nodis inferioribus infractis, ascendentes, a pollice ad pedem, et quidquam ultra longi, glabri. Folia anguste linearia, acuminata, margine, et subinde etiam pagina superiore deorsum scabra. Vaginæ glabræ. Stipula sesquilinearis, truncata, eroso-lacera. Panicula composita, terminalis, secunda, oblongo-lanceolata, acuta, rigida, in anthesi erecto-patens. Rami multiflori, breves, crassiusculi, alterni, distichi, gradatim utrinque decrescentes, striati, angulati, angulis scabris. Rachis flexuosa, utrinque anguste marginata, striata, striis scabris. Locustæ tri-decemfloræ, ante anthesim tereti-subulatæ, acutæ, in anthesi lanceolato-lineares, compressiusculæ. Valvæ calycinæ lanceolatæ, acutæ, inæquales, carinatæ, glabræ, dorso virides, margine

albo-membranaceæ. Axis flosculorum communis hirtulus. Flosculi in anthesi inter se se laxiusculi. Valvæ corollinæ longitudine subæquales, exteriore oblongo-lanceolata, acutiuscula, compresso-canaliculata, dorso minutissime scabrida, et obsolete quinquenervi, margine, et præsertim apice albo-membranacea; interiore sæpe paululum breviore, albo-membranacea, utrinque nervo crasso, viridi, hirto-ciliolato ad marginem inflexum instructa, sub vitro tota scabrida. Planta virens, in siccis purpurascens, et in maritimis subinde leviter glaucescens, nunquam intense glauca, ut in præcedente.

Varietas *β* differt panicula ex locustis invicem adpressis magis applanata, locustis jam ante anthesim lanceolato-linearibus, compressiusculis, valvis calycinis, et corollina externa acutioribus, mucronulatis, carinatis, carina scabridis, margine albo-membranaceo subnullo. In reliquis omnino convenit cum specie.

7. Poa *dura:* culmis cæspitosis, abbreviatis, tectis; racemo semiovato, secundo, disticho; locustis compressis, obtusis; valva corollina exteriore carinata, fortiter quinquenervi-striata.

P. dura *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 70. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 53. *tab.* 73. opt., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 151. *All. Fl. Ped.* 2. *pag.* 246. *n.* 2211., *et Auct. p.* 41. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 44., *et* 324. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 104. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 51. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 69. *et* 70. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 102., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 61. *Maur. Rom. pl. cent.* 13. *p.* 9. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 75., *et Syll. p.* 43. *n.* 18. *Guss. Pl. rar. p.* 31. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 66. *n.* 1624. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 284. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 592.

Cynosurus durus *Sp. pl.* 105. *Balb. Fl. Taur. p.* 19. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 71. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 30. *Pollich. Fl. Palat.* 1. *p.* 98. *tab.* 1. *fig.* 1. *Krock. Fl. Siles.* 1. *p.* 152. *tab.* 28.

Sclerochloa dura *Röm. et Schult. Syst. veget.* 2. *p.* 698. *n.* 3., *et Mant.* 2. *p.* 388. *Palis. Ess. d' une nouv. Agr. expl. des pl. p.* 12. *tab.* 19. *fig.* 4. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 225. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 149., *et* 2. *p.* 273. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 36. *n.* 224.

Sesleria dura *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 323.

Lolium n. 1419. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv. tom.* 2. *p.* 205.

L, n. 24. *Hall. in Scheuchz. Agr. append.* 2. *p.* 46.

Gramen arvense Polypodii panicula crassiore *Barrel. Ic.* 50. *Zannich. Istor. delle piant. p.* 133.
Gr. phalaroides, humile, locustis uno versu dispositis *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 48. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 45. herb. Mont.
Ital. *Fienarola crestuta*.
Ann. Habui ex Pedemontio a MOLINERIO, ex litore Austriaco *a Monfalcone* a BRUMATTIO, ex agro Tergestino, et ex pascuis siccis Istriæ a BIASOLETTO, ex agro Tiberiacensi (*Bagnacavallo*) in provincia Ferrariensi cisrhrenana a BUBANIO, Româ *alla Tolfa* a Prof. MAURIO, et ex platea ad S. Mariam majorem a BARBIERIO, ex inundatis Calabriæ ulterioris ad mare Jonium ab Eq. GUSSONIO. Floret Majo, Junio.
Radix fibrosa, fibris capillaribus, ramulosis, albidis, huc illuc pubescentibus. Culmi cæspitosi, nunc omnino in orbem prostrati, nunc, nodis imis infractis, ascendentes, digitales, palmares, compressi, toti tecti, glabri, inferne sæpe ramosi. Folia linearia, obtusa, vel acutiuscula, striata, glabra, at margine, et carina superiore scabrida. Vaginæ compressæ, striatæ, glabræ. Stipula acuta, aut obtusiuscula, subintegra. Racemus terminalis, brevis, densus, secundus, distichus, semiovatus, obtusus, interdum incurvus. Rami ejus brevissimi simplices, vel parce divisi, alterni, crassi, paucistachyi, glabri. Rachis flexuosa, glabra. Locustæ oblongo-lineares, compressæ, obtusæ, basi cuneatæ, tri-quadrifloræ. Valvæ calycinæ chartaceo-membranaceæ, inæquales, oblongæ, obtusæ, majore quinquenervi, minore trinervi, nervis lateralibus superne evanidis, utraque instructa lato margine albo-membranaceo, diaphano. Flosculi firmissime hærentes stipitulo communi, persistentes, supremo interdum abortivo. Stipitulus communis crassus, prismaticus, glaber. Valvæ corollinæ inæquales; exteriore majore, cartilaginea, oblongo-lanceolata, obtusissima, et subinde retusa, carinata, carina scabrida, valde compresso-canaliculata, quinquenervi, et insuper fortiter striata; interiore breviore, albo-membranacea, nervo viridi, glabro, alâ albâ, serrulatâ instructo utrinque juxta marginem inflexum percursa, apice obtusa, et erosula. Tota planta virens.
Cave ne confundas strias prominentes glumarum cum nervis, ut passim factum est

*** *Inflorescentia sparsa, paniculata, vel racemosa. Locustæ compressæ, carinatæ*. Poæ genuinæ.

8. Poa *alpina :* panicula abbreviata, contracta, ramis geminatis; locustis ovatis, acutis, in anthesi cordatis; flosculis liberis, carina, nervisque ad marginem inferne sericeis; stipulis imis brevissimis, reliquis oblongis.

P. alpina *Sp. pl.* 99. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 121., *et Engl. bot. v.* 14. *tab.* 1003. *Hook. Brit. Fl. p.* 42. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 49. *tab.* 67. *fig.* 1-7. locustis nimis parvis, *et Fl. Austr.* 1. *p.* 145. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 246. *n.* 2209.* *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 27. *Re Fl. Seg. p.* 12. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 107. *Bert. Amœn. Ital. p.* 330. *n.* 22. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 73. *A., et Syll. p.* 43. *n.* 14. *Guss. Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 92. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 62. *n.* 1614. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 292. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 606. *α, γ, δ, ε. Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abth.* 29. *heft.* (figura est sub nomine Poæ badensis). *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 46. *n.* 308. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 244. cum omn. variet., excepta *β*. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 182., *et* 2. *p.* 291. *Wahlenb. Fl. Lap. p.* 39. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 350.

P. Molinerii *Balb. Addit. ad Fl. Ped. in Elen. p.* 85.*, *et Misc. bot.* 1. *p.* 12. *tab.* 5. *fig.* 1.* *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 721. *n.* 1616. *α*. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 543. *n.* 22., *et Mant.* 2. *p.* 302.

P. badensis *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 42.* *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 392. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 182., *et* 2. *p.* 291.

P. collina *Host. Gram. Austr.* 2. *pag.* 48. *tab.* 66., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 144. *Ten. Syll. p.* 43. *n.* 15. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 542. *n.* 20., *et Mant.* 2. *p.* 302.

P. brevifolia *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 274. *n.* 1614.[a]

P. brizoides *Wolleb. Suppl. p.* 5.

P. cenisia *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 422. *Host. Gr. Austr.* 3. *pag.* 11. *tab.* 16. planta luxur., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 147. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 46. *n.* 309. ab omnibus excl. syn. Allion.

P. apennina *Jan. Elench. p.* 2. *n.* 33.*

P. n. 1456. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 220.

Gramen alpinum paniculatum majus, panicula speciosa variegata *Scheuchz. Prodr. p.* 20. *tab.* 3., *et Agrost. p.* 186. *n.* 4.

Gr. loliaceum, panicula variegata, radicibus bulbosis *Seguier. Suppl. p.* 148. non Monti.

β vivipara *Sp. pl.* 99. *Fl. Dan. tab.* 807. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 49. *tab.* 67. *fig.* 7. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 122. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 107. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 62. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 292. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 607. *Gaud. Fl. Helv. tom.* 1. *p.* 244. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 351. *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 1. *p.* 182., *et* 2. *p.* 291. *var.* 1.

P. vivipara *Willd. En.* 1. *p.* 103. *n.* 4. *Balb. Elenc. recent. stirp. p.* 7.

P. n. 1456. β *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 221.

Gramen alpinum latifolium, panicula laxa foliacea, foliolis in panicula paucioribus et mage crispis *Scheuchz. Agr. p.* 212. *n.* 3. *tab.* 14. *fig.* 14.

Ital. *Fienarola alpina*.

Perenn. Legi in pascuis editioribus alpium Apuanarum *Sagro*, et *Tambura*. Filius attulit ex vertice *Pisanino* earundem alpium. Habui ex alpibus Pedemontanis a Molinerio, a Prof. Balbisio, a Bonjeanio, tum ex alpibus maritimis ad S. Martinum *di Lantosca* a Prof. Morisio, et ex thermis, et alpibus Valderiis a Bertero, ex monte Sempronii in provincia Novariensi, et ex monte *Speluga ne' Grigioni* a De Notaris, item ex monte *Braulio in Valtellina* a Bergamaschio, ex monte *Legnone* ad Larium a Badaroo, et a Rev. Odescalchio, ex alpinis Forojuliensibus a Prof. Brignolio, ex *Vallazza* alpium Feltrinensium ab Eq. Contareno, ex apennino Parmensi a Prof. Janio, ex montibus *dell'Alvernia* in Hetruria a Bubanio, et ex vertice dicto *il Fumaiolo* in provincia Aretina ab Amideo, ex *Sasso Borghese* in Umbria ab Eq. Petruccio, ex *Piano di Castelluccio* in Piceno a Prof. Octavianio, ex monte *Corno alla Conca d'oro*, et *a Poggio di croce* in Prætutiis ab Orsino, ex monte *Grosso* Corsicæ a Soleirolio. Varietatem β habui ex Cenisio a Bonjeanio, ex monte Sempronii a De Notaris, ex montibus *della Sibilla* in Umbria, et ex *Pizzo di Sivo* in Prætutiis ab Orsino. Floret Julio.

Radix fibrosa, fibris firmiusculis, parce ramulosis, huc illuc villosis. Culmi cæspitosi, ascendentes, vel erecti, teretes, leviter striati, glabri, superne nudi, a palmo ad duos pedes longi, in apricis rubidi. Folia linearia, nunc angusta, nunc etiam duas lineas lata, mucronulata, striata, glabra, margine, et sæpe carina

superiore scabrida, passim brevia, radicalia numerosa, cæspitosa. Vaginæ striatæ, glabræ, imæ latæ, dimidiatæ, laxæ, margine albo-membranaceæ. Stipula foliorum imorum brevissima, truncata, erosula, reliquorum oblonga, etiam bilinearis, variat integra, acuta, aut acuminata, vel obtusa, et erosa. Panicula composita, terminalis, brevis, contracta, in anthesi patula, ramis ut plurimum geminatis, inæqualibus, tenuibus, flexuosis, striatis, scabridis, in parte inferiore simplicibus, nudis, in superiore divisis, et locustiferis. Rachis flexuosa, striata, scabrida. Locustæ ovatæ, acutæ, compressæ, tri-octofloræ, rarius decemfloræ, variegatæ ex viridi, albo, et aureo, sæpe etiam violaceo, erectæ, in anthesi, flosculis; glumaque calycina laxatis, cordatæ. Valvæ calycinæ ovato-lanceolatæ, acuminatæ, parum inæquales, carinatæ, compresso-canaliculatæ, trinerviæ, nervo medio, præsertim superne, subciliato, margine late albo-, vel rubido-membranaceæ. Stipitulus communis flosculorum tenuis, flexuosus, glaber, in articulis arefactione secedens. Flosculi superiores in locusta minores. Valvæ corollinæ nunc longitudine æquales, nunc parum inæquales; exteriore late ovata, acuta, aut obtusiuscula, carinata, compresso-canaliculata, quinquenervi, inferne carina, et nervis, saltem nervo utrinque ad marginem, villo sericeo-argentino plus minus dense barbatis, flocco implicante in basi nullo; valva interiore albo-membranacea, angustiore, apice acute bidentata, nervo ciliato, viridi utrinque ad marginem inflexum instructa. Stigmata valde ramoso-plumosa.

Varietas β differt tantum, quia locustæ fiunt viviparæ, scilicet abeunt in bulbillos crasse, et breviter foliaceos.

9. Poa *annua*: panicula fructificante diffusa; locustis ovatis, obtusis; flosculis liberis, carina, nervisque ad marginem inferne sericeis; stipulis omnibus oblongis; culmo tereti-compresso.

P. annua *Sp. pl.* 99. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 127., *et Engl. bot. v.* 16. *tab.* 1141. *Curt. Fl. Lond. edit. Grav. v.* 2. *tab.* 16. *Hook. Brit. Fl. p.* 43. *Leers. Herb. p.* 29. *tab.* 6. *fig.* 1. *Fl. Dan. tab.* 1686. opt. *Svensk. bot. tab.* 126. luxur. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 46. *tab.* 64., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 144. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 245. *n.* 2202. *Balb. Fl. Taur. p.* 17. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 66. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 28. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 43., *et* 324. *Comoll. Prodr.*

Fl. Comens. p. 15. *n.* 98. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 54. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 111. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 26. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 48. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 66. *Suffr. Foroj. p.* 114. *Bert. Pl. Gen. p.* 15. *n.* 29., *et Amœn. Ital. p.* 115. *n.* 29. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 97. *Marat. Fl. Rom.* 1. *pag.* 61. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 49. *n.* 121. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 73., *et Syll. p.* 43. *n.* 5. *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 43. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 91., *et Sup.* 1. *p.* 21. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 72. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 59. *n.* 1606. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 304. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 598. *a*. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 46. *n.* 305. *a*. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 71. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 242. *n.* 1. *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 1. *p.* 181., *et* 2. *p.* 290. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 349.

P. n. 1466. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 223.

Gramen pratense paniculatum minus *C. B. Theatr. p.* 30. *fig. pag.* 31. *Scheuchz. Agrost. pag.* 189. *n.* 1. *tab.* 3. *fig.* 17. *E.*

Gr. loliaceum, paniculatum, minus, vulgatissimum *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 38. cum variet. Herb. Mont. *Seguier. Suppl. p.* 148. *n.* 4.

Gr. pratense paniculatum minus album *Zannich. Istor. delle piant. p.* 131.

Gr. pratense minimum album *Moris. Ox. sect.* 8. *tab.* 5. *fig.* 21.

β flosculis inferne nervis omnibus valde sericeo-villosis.

Poa n. 1456. *γ Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 221. excl. syn.

γ flosculis nudis, aut subnudis.

Poa annua *γ Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 599.

P. annua varia *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 243. *n.* 11. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 111.

P. annua *β* supina *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 349.

P. annua b *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 46. *n.* 305.

P. annua var. supina *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 181., *et* 2. *p.* 291.

P. alpina *γ Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 386.

P. supina *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 543. *n.* 23., *et Mant.* 2. *p.* 302., *et Mant.* 3. *p.* 613. *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 16. *tab.* 27., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 145. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 289. *Schleich. Pl. sicc.**

Gramen alpinum paniculatum elegans, paniculis ex spadiceo, viridi, et argenteo variegatis *Scheuchz. Prodr. p.* 20. *tab.* 3. optim.

Gr. pratense paniculatum, minus, rubrum *Scheuchz. Agr. p.* 190. *n.* 2.

Ital. *Gramigna delle vie* Targ. Tozz. Diz. bot. 1. p. 172.

Ann. Occurrit ubique in locis herbidis tam demissis, quam editis, in viis, hortis, campis totius Italiæ. Legi Genuæ, Sarzanæ, Bononiæ. Habui ex agro Nicæensi a Prof. Morisio, Mantuâ a Barbierio, Fossâ Clodiâ a Prof. Naccario, ex monte *Pelone* in Prætutiis ab Orsino, Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, ex Corsica *a Bonifacio* a Seraffinio. Varietatem β obtinui ex summo jugo *Pizzo marona* in alpibus *della Zeda* in valle *Intrasca* provinciæ Novariensis a De Notaris. Accepi varietatem γ ex monte *Grosso* Corsicæ a Soleirolio. Floret toto anno.

Radix fibrosa, tenuis, ramulosa, valde flexuosa, huc illuc villosula. Culmi cæspitosi, tereti-compressi, nunc in orbem obliquati, aut decumbentes, nunc ascendentes, a duobus, aut tribus pollicibus ad pedem longi, vel toti tecti, vel superne nudi, glabri, striati, interdum inferne ramosi. Folia linearia, acuta, et mucronulata, carinato-canaliculata, flexilia, striata, glabra, margine, et carina superiore deorsum scabrida, subinde undulata. Vaginæ striatæ, compresso-carinatæ, glabræ, imæ abbreviatæ, dimidiatæ. Stipula oblonga, integra, vel erosula. Panicula composita, terminalis, primum stricta, deinde florens, et fructificans diffusa, patentissima. Rami ejus inæquales, tenues, flexuosi, striati, glabri, vel solitarii, et alterni, vel alterne geminati, in parte inferiore simplices, nudi, in superiore divisi, et locustiferi. Rachis flexuosa, striata, glabra. Locustæ ovatæ, obtusæ, compressæ, subsexfloræ, albo-virides, vel ex albo-viridi rubentes, aut purpurantes. Valvæ calycinæ inæquales, locusta breviores, oblongæ, obtusiusculæ, glabræ, dorso virides, margine albo-membranaceæ, trinerviæ, nervis lateralibus in valva minore obsoletioribus. Stipitulus communis flosculorum flexuosus, glaber, demum in articulis secedens. Flosculi liberi, in anthesi inter se se remotiusculi, et, valvis laxatis, hiantes, maturitate decidui. Valvæ corollinæ longitudine subæquales; exteriore oblonga, obtusa, apice membranacea, integra, vel erosa, canaliculato-compressa, carinata, quinquenervi,

carina, et nervis, præsertim iis, qui utrinque ad marginem siti, inferne villis sericeis ciliato-barbata, flocco implicante in basi nullo; valva interiore angustiore, emarginata, nervo viridi, longiuscule ciliato utrinque ad marginem inflexum instructa. Stigmata ramoso-plumosa.

Varietas *β* differt a specie flosculis in parte inferiore carinæ, et nervorum omnium valde sericeo-villosis. Hæc probe descripta ab Hallero l. c., licet synonymis sequentis male insignita.

Varietas *γ* gaudet flosculis vel omnino glabris, vel uno alterove pilo tantum in carina inferiore, aut in nervis ad marginem instructis. Pulchre, et exactissime exhibita a Scheuchzero in Prodr. l. c., cui figuræ omnino respondet exemplar meum ex alpinis Corsicæ.

10. Poa *laxa:* panicula stricta, laxiflora, nutante; calycibus locustas ovatas, acuminatas subæquantibus; flosculis basi flocco lanugineo brevi complicatis; radice repente; stipulis acutis, lanceolatis omnibus.

P. laxa *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 386. *n.* 3. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 122. *Hook. Brit. Fl. p.* 42. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 11. *tab.* 15., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 146. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 27. *Balb. Elench. recent. stirp. p.* 7. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 112. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 291. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abth.* 29. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 599. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 46. *n.* 306. *Hænk. Sudet. p.* 118. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 252. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 183., *et* 2. *p.* 291. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 349.

P. flexuosa *Smith. Fl. Brit.* 1. *p.* 101., *et Engl. bot. v.* 16. *tab.* 1123. ubi calyx nimis brevis.

P. elegans *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 62. *n.* 1615.

P. n. 1457. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 221.

Gramen alpinum paniculatum minus, panicula spadiceo-viridi elegans *Scheuchz. Prodr. p.* 19. *tab.* 4. bona, *et Agrost. p.* 163. *n.* 5.

Ital. *Fienarola ciondola*.

Perenn. Habui ex monte *Rotondo* Corsicæ a Soleirolio. Floret Julio.

Radix repens, fibris descendentibus firmulis, fuscis. Culmi parce cæspitosi, quatuor-quinquepollicares, tenues, erecti, vel ascendentes, striati, glabri, superne aliquo tractu nudi. Folia anguste linearia, vix lineam dimidiam, ad summum lineam lata, acuminata, flexilia, striata, in facie superiore, et marginibus scabrida,

subtus glabra, superiora vaginà propria longiora. Vaginæ striatæ, glabræ. Stipulæ omnes oblongo-lanceolatæ, acutæ, integræ, aut apice erosæ, vel laceræ, sesquilineam, aut duas lineas longæ. Panicula composita, terminalis, longiuscula, debilis, nutans, ramis brevibus, paucifloris, remotis, strictis, flexuosis, glabris, aut vix scabridis, inferioribus geminatis. Rachis flexuosa, glabra. Locustæ ovatæ, acuminatæ, subtrifloræ, ex albo pallide virentes, sæpe cum aliqua purpurascentia. Flosculi basi flocco lanugineo copioso, nec valde longo, complicati. Valvæ calycinæ lanceolatæ, acuminato-mucronulatæ, compresso-canaliculatæ, subæquales, trinerviæ, nervo carinali scabrido, totam locustam fere æquantes, cæterum glabræ. Valvæ corollinæ parum inæquales; exteriore majore, ovato-lanceolata, acuta, compresso-canaliculata, quinquenervi, nervo carinali superne scabro, inferne, nervoque utrinque ad marginem albo-membranaceum dense sericeo-villosis, nervis intermediis obsoletis; valva interiore angustiore, et paulo breviore, lanceolata, apice acute bifida, nervo viridi, tenuiterque ciliato utrinque ad marginem inflexum instructa. Stigmata parce decomposito-plumosa.

11. Poa *cenisia:* panicula contracta, erecta; valvis calycinis locusta ovato-acuminata brevioribus; flosculis lanceolatis, flocco lanugineo longo complicatis; radice repente; foliis distichis; stipulis obtusis, laceris.

P. cenisia *All. Auct. p.* 40. *n.* 2209. *Re Fl. Segus. p.* 12. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 112. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 720. *n.* 1612.*, *et* 5. *p.* 274.* *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 350. non Schrad., nec Host.

P. stolonifera *Bell. App. ad Fl. Ped. in Acad. de Tur. tom.* 5. *p.* 215. *tab.* 3. vix bona.

P. distichophylla *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 250. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 603. non Host. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 46. *n.* 310., *et Add. p.* 140.* *n.* 310. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 539. *n.* 13., excl. syn. Host., *et Mant.* 2. *p.* 301., *et Mant.* 3. *p.* 611.

Ital. *Fienarola serpeggiante.*

Perenn. Habui ex Cenisio a Prof. Balbisio, et a Bonjeanio. Floret Julio.

Radix repens, fibris descendentibus firmiusculis, flexuosis, fuscis, huc illuc pubescentibus, sursum surculifera. Surculi bi-tripollicares, assurgentes, compressi, distichophylli, postea abeuntes in culmos

ascendentes, a spithama ad pedem, et ultra longos, inferne compressos, superne teretes, striatos, glabros, et longo tractu nudos. Folia linearia, obtusa cum mucronulo, brevia, disticha, erecto-patula, striata, glabra, margine, et carina superiore scabra, utrinque extrema breviora. Vaginæ striatæ, glabræ, imæ brevissimæ, dimidiatæ, albo-marginatæ; supremæ prælongæ, et proprium folium multo superantes. Stipula oblonga, obtusa, lacera, in foliis inferioribus circiter lineam dimidiam, in superioribus lineam, et etiam ultra longa. Panicula, ut in *Poa alpina* L., sed strictior. Locustæ paulo grandiores, ovato-acuminatæ, tri-sexfloræ, variegatæ albo, viridi, et violaceo cum aliqua glaucedine. Flosculi basi flocco lanugineo longo complicati, in anthesi valvis divaricati. Valvæ calycinæ lanceolatæ, acuminatæ, compresso-canaliculatæ, carinatæ, trinerviæ, nervo carinali superne hispidulo. Valva corollina exterior lanceolata, ludit acuminata, acuta, vel obtusiuscula, cæterum compresso-canaliculata, carinata, quinquenervis, nervo carinali, nervisque ad marginem inferne sericeo-villosis, nervis intermediis obsoletis. Valva interior nunc longitudine æqualis, nunc brevior, apice leviter bidentata. Reliqua ut in *Poa alpina* L., etiam stigmata longe decomposito-plumosa.

12. Poa *bulbosa:* panicula contracta, erecto-patula; valvis calycinis locusta ovata, turgidula brevioribus; flosculis flocco longissimo complicatis; culmo basi bulboso; stipulis acutis, lanceolatis omnibus.

P. bulbosa *Sp. pl.* 102. *α, γ*.

P. bulbosa *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 123., *et Engl. bot. v.* 15. *tab.* 1071. *Hook. Brit. Fl. p.* 42. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 47. *tab.* 65. *fig.* 1-6., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 144. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 145. *n.* 2205. *Balb. Fl. Taur. p.* 18. *Re Fl. Tor.* 2. *p.* 260.* *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 29. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 45., *et* 325. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 15. *n.* 102. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 54. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 107. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 26. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 45. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 62. *Suffr. Foroj. p.* 114. *Bert. Amœn. Ital. p.* 113. *n.* 27. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 104., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 51. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 50. *n.* 123. *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 73., *et Syll. p.* 43. *n.* 6. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 43. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 91., *et Suppl.* 1. *p.* 21. *Desf. Fl. Atl.* 1.

p. 73. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 61. *n.* 1613. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 294. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 609. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 45. *n.* 303. *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 71. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 246. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 183., *et* 2. *p.* 291. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 352.

P. bulbosa *γ Bert. Pl. Gen. p.* 13. *n.* 27.

P. n. 1461. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 222.

Gramen vernum radice ascalonica *Vaill. Bot. Paris. p.* 91. *tab.* 17. *fig.* 8.

Gr. xerampelinum, miliacea, prætenui, ramosaque sparsa panicula &c. *Scheuchz. Agr. p.* 185. *n.* 3.

Gr. loliaceum, panicula variegata, radicibus bulbosis *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 38. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 13. herb. Mont.

Gr. loliaceum xerampelinum, panicula sparsa *Seguier. Ver.* 1. *p.* 339. *n.* 14.

Gr. vernum radice ascalonitidis *Zannich. Istor. delle piant. p.* 131.

β floribus viviparis.

Poa bulbosa *β Sp. pl.* 102. *Bert. Pl. Gen. pag.* 13., *et Amœn. Ital. p.* 114., *et Lucubr. p.* 7. *n.* 15. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 108. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 26. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 45. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 50. *Bivona-Bern. Cent.* 1. *p.* 66. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 61. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 294. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 609. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 247. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 352.

P. bulbosa B *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 46. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 62.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 73., *et Syll. p.* 43.

P. bulbosa b *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 91. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 46.

P. bulbosa vivipara *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 48. *tab.* 65. *fig.* 7. *Balb. Fl. Taur. p.* 18. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 69. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 104., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 51. *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 72.

P. bulbosa A *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 74.

P. crispa *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 104., *et* 2. *p.* 291.

P. n. 1461. *β Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 222.

Gramen arvense panicula crispa *C. B. Theatr. p.* 32. fig., *et Prodr. p.* 6. fig. ead. *Cup. Hort. Cath. p.* 87. *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 5. *fig.* 14.

Gr. arvense, angustifolium, panicula densa foliacea, foliolis in panicula angustissimis *Scheuchz. Agr. p.* 211. *tab.* 4. *fig.* 13. *A. B. C.*

Gr. murale junceum min. Allii rad. panicula janthina non crispa *Barrel. Ic.* 272.

Gr. arven. panic. crispa janth. fol. genicul. minus *Barrel. Ic.* 703. *fig.* 1.

Gr. arv. panic. crispa pallida: seu majus *Barrel. Ic.* 703. *fig.* 2. huc certe ex loco.

Gr. loliaceum proliferum, panicula bulbulis foliaceis donata *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 38. herb. Mont. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 340. *n.* 15.

Gr. panicula prolifera crispa nutabunda *Bonann. Panph. tab.* 6. *fig. A. A.*

Gr. vernum radice ascalonitidis var. bulb. *Zannich. Istor. delle piant. p.* 132. in descript.

ϰ bulbo radicali sursum surculifero, surculis apice bulbiferis, culmiferisque.

Poa bulbosa *Krock. Fl. Siles.* 1. *p.* 138. *tab.* 25. vivipara.

Gramen loliaceum montanum, panicula magis foliacea *Mont. l. c. p.* 38. herb. Mont., ubi vivipara, et florifera simul.

Ital. *Fienarola Scalogna*. Varietas vivipara *Fieno tribolato*.

Perenn. Legi Genuæ in via *d' Oreggina*, et *del Lagazzo*, et *a Sestri di ponente* in pratis prope litus maris, ubi copiosissima, Sarzanæ in muro oppidi, et *al Paradiso*. Habui ex agro Taurinensi a Prof. Re, ex pineto Ravennati, et ex agro Tiberiacensi (*Bagnacavallo*) a Bubanio, ex *Ponte Maddalone* a Brunnero, ex Corsica *a Bonifacio* a Seraffinio. Varietatem β legi Genuæ, ubi passim occurrit cum specie, et Sarzanæ in pratis, et in summitate collium ad Macram, et Varam amnes prope castellum *di Vezzano*. Habui ex litore ad Fossam Clodiam a Prof. Naccario, ex monte Cornu Prætutiorum in pratis *della Pietra Camela* ab Orsino, ex *Canino* in agro Viterbiensi a Rev. Fratre Mauritio de Brixia. Varietatem ϰ obtinui ex pineto Ravennati *della Monaldina* a Bubanio. Floret Aprili.

Radix fibrosa, firmula, albida. Culmi cæspitosi, basi bulbosi, bulbo vaginis foliorum radicalium tunicato, erecti, teretes, tenues, striati, glabri, superne nudi, palmares, pedales, et etiam quidquam ultra. Folia linearia, plus minus angusta, subinde angustissima, canaliculato-compressa, obtusa cum mucronulo, unum-duos pollices longa, striata, glabra, margine, et

carina superiore tenuissime serrulato-scabra, radicalia cæspitosa, culmea pauca, breviora, et latiora. Vaginæ striatæ, glabræ; imæ brevissimæ, dilatatæ, dimidiatæ, albicantes, vel ex albido-fuscæ, bulbum tunicantes; culmeæ supremæ præ folio prælongæ. Stipula oblongo-lanceolata, acuminata, sesquilinearis. Panicula composita, terminalis, brevis, contracta, ovata, in anthesi patens. Rami ejus binati, vel solitarii, breves, tenues, striati, scabridi, subflexuosi, in parte inferiore simplices, nudi, in superiore divisi, locustiferi. Rachis striata, subflexuosa, scabrida. Locustæ parvæ, late ovatæ, acuminatæ, vel acutæ, compresso-turgidulæ, carinatæ, quadri-quinquefloræ, ex viridi, et albo purpurantes, in anthesi a valvis calycinis divaricatis subcordatæ. Valvæ calycinæ locusta breviores, æquales, aut subæquales, late ovatæ, acutæ, compresso-canaliculatæ, trinerviæ, nervo carinali crassiore, scabro, margine late albo-membranaceæ. Stipitulus communis flosculorum flexuosus, demum secedens. Flosculi in anthesi, valvis divergentibus, laxati, basi flocco lanugineo longissimo, crispo complicati, maturitate decidui, superiores minores. Valvæ corollinæ parum inæquales; exteriore late ovata, compresso-canaliculata, carinata, acuta, subinde obtusiuscula, et etiam erosula, quinquenervi, margine late membranacea, nervis lateralibus superne evanidis, inferne carina, et nervo utrinque ad marginem sericeo-villosis præter floccum in basi; valva interiore paululum breviore, oblonga, apice acute bifida, nervo viridi, apprime ciliato prope marginem inflexum instructa. Stigmata decomposito-plumosa. Tota planta subglaucescens, raro vere glauca.

Varietas *β* loco locustarum floriferarum fert locustas viviparas ex bulbillis foliaceis nunc crassiusculis, nunc attenuatis, brevioribus, vel longioribus, rectis, vel crispulis.

Varietas *κ* singularis, quia ex bulbo imo foliifero ad radicem emittit surculos teretes, crassiusculos, erectos, apice iterum bulbiferos, foliiferos, et mox culmiferos. Culmi isti ludunt floriferi, ut nostri sunt, vel vivipari, ut Krockeriani l. c.

Sæpe ex eodem cæspite habentur alii culmi floriferi, alii vivipari, id quod primus adnotavit Montius l. c., in cujus herbario adhuc asservatur exemplar spectans ad varietatem nostram *κ* utrumque istiusmodi inflorescentiæ

modum præ se ferens. Ad eumdem lusum pertinet specimen meum ex summitate collium ad Macram, et Varam. Quare Linkius in Hort. Berol. descr. 1. p. 186., et 2. p. 291. minus recte habet plantam bulbiferam veluti specie distinctam a planta florifera.

13. Poa *trivialis:* panicula diffusa; locustis subtrifloris; flosculis flocco pauco, longoque complicatis; valvis exquisite nervosis, calycina minore uninervi; stipulis superioribus elongatis, acutis.

P. trivialis *Sp. pl.* 99. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 124., *et Engl. bot. v.* 15. *tab.* 1072. *Curt. Fl. Lond. edit. Grav. v.* 2. *tab.* 14. opt. *Hook. Brit. Fl. p.* 42. *Fl. Dan. tab.* 1685. opt. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 352. *n.* 174. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 45. *tab.* 62., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 143. *Balb. Fl. Taur. p.* 16. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 66. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 27. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 42., *et p.* 324. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 14. *n.* 95. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 53. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 108. *Rom. in Da Rio Giorn. dell'Ital. lett. tom.* 24. *p.* 272. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 302. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 45. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 63. *Bert. Amœn. Ital. p.* 331. *n.* 23. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 57.* *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 49. *n.* 120. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 73., *et Syll. p.* 42. *n.* 1. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 43. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 89.*, *et Suppl.* 1. *p.* 21.* *Moris. Stirp. Sard. elen. fasc.* 2. *p.* 12.* *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 296. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 611. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 48. *n.* 318. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 257. *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 1. *p.* 177. *n.* 387.

P. pratensis *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 245. *n.* 2206. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 97.* *Svensk. bot. tab.* 88.

P. cilianensis *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 246. *n.* 2207. *tab.* 91. *fig.* 2. pl. luxur., panicula nondum tota evoluta. *Bellar. Ap. ad Fl. Ped. in Acad. de Tur.* 5. *p.* 214. excl. syn. Barrel. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 68.*, *et Append. p.* 10.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 113. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 388. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 89.* *n.* 13. *Röm. et Schult. System. veg.* 1. *p.* 556. *n.* 57. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 339. *n.* 32.

P. scabra *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 59. *n.* 1607. *Hoffm. Fl. d'Allem. ann.* 1800. *vol.* 1. *part.* 1. *tab.* 10.

P. dubia *Leers. Herb. p.* 28. *tab.* 6. *fig.* 5. *Suffr. Foroj. p.* 114.

Gramen pratense paniculatum majus *C. B. Theatr. p.* 28. fig. *Scheuchz. Agr. p.* 177. *n.* 2. *tab.* 3. *fig.* 17. *A*.

Gr. loliaceum, paniculatum, vulgare, locustis minoribus, radice nodosis bulbulis prædita *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 38. *tab. ic. locust. et spic. gram. fig. n.* 14. herb. Mont.

Gr. loliaceum, angustifolium, paniculis strigosioribus *Mont. l. c. p.* 38. planta macrior. Herb. Mont.

Ital. *Gramigna dei prati. Sciammica. Spannocchina* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 172.

Perenn. Nascitur ubique in pratis, et pascuis totius Italiæ. Legi Sarzanæ, et in lapidicinis Lunensibus prope *i Fanti scritti.* Habui ex agro Taurinensi secus *la Cerunda* prope *la Venaria* a Prof. Re sub nomine *Poæ cilianensis,* ex herbidis Tarvisinis, et Venetis a Mayerno, Fossâ Clodiâ *a Brondolo* a Prof. Naccario, ex agro Pisano ab Eq. Prof. Savio, ex pratis Terracinensibus a Fiorinia-Mazzantia, ex Sicilia ad Carenim ab Eq. Gussonio, ex pascuis montanis Sardiniæ a Prof. Morisio, ex palustribus Corsicæ a Soleirolio. Floret Majo.

Radix tenuis, fibrosa, flexuosa, ramulosa, subinde longa. Culmi plus minus cæspitosi, erecti, vel, nodis inferioribus infractis, ascendentes, a pede ad cubitum longi, inferne quidquam compressi, superne teretes, fortiter striati; variant scabri, vel glabri, toti tecti, vel superne nudi. Folia linearia, acuminata, carinata, striata, marginibus, facie, et carina superiore scabra, reliqua parte glabra, suprema longiora. Vaginæ laxiusculæ, compressæ, carinatæ, fortiter striatæ, scabræ, vel glabræ, supremæ longiores. Stipulæ superiores elongatæ, acutæ, vel acuminatæ, sesqui-trilineares, integræ, vel erosæ, imæ breviores, obtusiusculæ. Panicula composita, terminalis, multiflora, longa, laxa, primum stricta, in anthesi diffusa, ramis alterne fasciculatis, longis, inæqualibus, nunc fere a basi ramulosis, et locustiferis, ramulis brevibus, subuniformibus, uni-bilocustiferis, nunc in parte inferiore tractu longiusculo simplicibus, et nudis, cæterum striatis, scabris, flexuosis. Rachis pariter striata, scabra, flexuosa. Locustæ parvæ, ovatæ, acutæ, compresso-carinatæ, bi-quadrifloræ, plerumque tamen trifloræ, virentes, oris glumarum membranaceo-albidis, in apricis sæpe ex viridi purpurantes. Valvæ calycinæ quidquam inæquales, locusta breviores, lanceolatæ, acuminatæ, subinde mucronulatæ, compresso-canaliculatæ, carinatæ, exquisite nervosæ, carina, et interdum

etiam nervis scabræ, majore trinervi, minore uninervi, quod huic speciei solemne. Flosculi basi flocco lanugineo longo, sed pauco, complicati. Valvæ corollinæ parum inæquales; exteriore longiore, ovato-lanceolata, acuta, vel obtusiuscula, exquisite quinquenervi, compresso-canaliculata, carinata, nervo carinali, et duobus ad marginem inferne plus minus sericeo-villosis præter floccum lanugineum in basi; valva interiore apice bidentata, nervo viridi, sub lente scabrido utrinque ad marginem inflexum instructa.

Antequam obtinuissem exemplaria *Poæ cilianensis* Bell. et All. a Prof. Re f. 1., fretus figuræ Barrelierii Ic. 743., quam Bellardius in App. ad Fl. Pedem. l. c. veluti sat bonam attulerat ad hanc plantam, et quæ procul dubio pertinet ad *Poam Eragrostidem* L., putavi, hasce duas stirpes unam et eamdem speciem sistere, scilicet *Poam Eragrostidem* L.; quam rem cum ad Schultesium per litteras detulissem, ipse vulgavit in Syst. veg. mant. 2. p. 308., et 325., et a Schultesio hauserunt Reichenbachius in Adden. et corrig. ad Fl. Germ. exc. p. 140.[5] n. 324., et Kunthius in Enum. plant. 1. p. 334. sub n. 59. Verum exemplaria *Poæ cilianensis* a Prof. Re postea ad me missa, quæ exacte respondebant figuræ ejus, ut ut rudi, in Flor. Pedem. l. c. traditæ, statim ostenderunt, illam esse veram *Poam trivialem* L. luxuriantem, culmoque tecto, quia nondum bene evoluta, adhuc pollentem.

Usus. Hæc species præbet fœnum præstantissimum.

14. Poa *fertilis:* panicula laxa, diffusa; locustis subquadrifloris; flosculis flocco brevi complicatis; valvis calycinis trinerviis, corollina externa obsolete nervosa; culmo, vaginisque glabris; stipulis longiusculis, eroso-laceris, obtusis omnibus.

P. fertilis *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 353. *n.* 180. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 10. *tab.* 14., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 149. *Moret. Osserv. in Bibl. Ital. tom.* 12. *p.* 370.* *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 614.

P. palustris *Villars. Cat. méth. des pl. du jard. de Strasb. p.* 71. *tab.* 2. *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 1. *p.* 179., *et* 2. *p.* 289.

P. serotina *Willd. En.* 1. *p.* 105. excl. syn. Schrad. *Svensk. Bot. tab.* 502. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 43. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 113. *Ehr. Gram. n.* 82. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 256. *Fries. Novit. Fl. Suec. edit.* 2. *p.* 12.

P. angustifolia *Wahlenb. Fl. Suec.* 1. *p.* 58. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 47. *n.* 316.

P. pratensis *Leers. Herb. p.* 38. *tab.* 6. *fig.* 4.
Aira elodes *Brign. Fasc. pl. Foroj. p.* 10.
Catabrosa helodes *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 696. *n.* 3.

Ital. *Fienarola di padule.*

Perenn. Habui ex oryzetis *di Confienza* in *Lomellina* ab Eq. CESATE, ex locis palustribus Mantuanis prope arcem Attilæ, tum ad S. Georgium, et in fossis ad Mincium a BARBIERIO, ex palustribus di *Brazzà* in agro Forojuliensi, ubi eam repererat Prof. BRIGNOLIUS, a Prof. MORETTIO. Floret Julio, Augusto.

Radix fibrosa, vel subrepens ob nodos imos culmi approximatos sæpe radicantes. Culmus ludit decumbens, ascendens, erectus, a sesquipede ad duos cubitos longus, teres, striatus, glaber. Folia linearia, angusta, acuminata, facie superiore, et margine scabra, extus glabra, omnia fere æque longa. Vaginæ striatæ, glabræ. Stipulæ omnes oblongæ, obtusæ, eroso-laceræ, lineam, aut sesquilineam longæ, extus pilosæ. Panicula longa, laxa, ramis in parte inferiore plerumque longo tractu simplicibus, nudis, in reliquis ut in *Poa triviali* L., sed minori locustarum numero onustis. Locustæ ovato-oblongæ, acutæ, bi-quinquefloræ, plerumque tamen quadrifloræ, compressæ, carinatæ, virentes, apicibus glumarum membranaceo-albis, vel flavis. Valvæ calycinæ lanceolatæ, acuminatæ, et fere mucronatæ, parum inæquales, locusta breviores, compresso-canaliculatæ, carina scabridæ, cæterum glabræ, margine membranaceo angusto; utraque trinervis. Valvæ corollinæ longitudine subæquales, exteriore oblongo-lanceolata, obtusiuscula, apice membranaceo-alba, vel lutea, compresso-canaliculata, carinata, quinquenervi, basi flocco lanugineo brevi complicante instructa, subinde deficiente, carina scabrida, nervis lateralibus, et præsertim intermediis obsoletis, lateribus sub forti lente minutissime punctatis, inferne carina, et nervis ad marginem parce sericeo-villosis; valva interiore angustiore, apice vix bidentata, nervo viridi, sub forti lente scabro utrinque ad marginem inflexum instructa. Stigmata parce decomposito-plumosa.

Affinis præcedenti speciei, at distincta culmo, vaginisque glabris, stipula breviore, obtusa, eroso-lacera, panicula locustis pauperiore, utraque valva calycina trinervi, valva corollina externa in lateribus obsolete nervosa, habitu debiliore, et florendi tempore.

Synonymon Brignolianum profecto pertinet ad hanc speciem, etsi olim ex malo exemplari sicco referendum duxerim ad *Poam nemoralem* δ, ut ex litteris meis habet Schultesius in Mant. 2. p. 388.

15. Poa *pratensis:* panicula patente; locustis condensatis, subquadrifloris; flosculis flocco lanugineo copioso, longiusculo complicatis; valvis calycinis trinerviis, corollina externa nervis carinæ proximis obsoletis; culmo tereti, foliisque glabris; stipulis brevissimis, truncatis, obtusis.

P. pratensis *Sp. pl.* 99. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 125. *α, β, et Engl. bot. v.* 15. *tab.* 1073. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. v.* 2. *tab.* 15. fol. omn. æque lat. *Hook. Brit. Fl. p.* 43. *α, β. Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 44. *tab.* 61. fol. im. angustior., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 143. *Villar. Cat. méth. des plant. du jard. de Strasb. p.* 71. *tab.* 2. *Balb. Fl. Taur. p.* 16. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 66. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 28. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 42., *et* 324. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 14. *n.* 97. *Lanfoss. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 54. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 109. *α, β. Rom. in Da Rio Gior. dell'Ital. lett. tom.* 24. *p.* 273.* *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 26. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 46. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 64.* *Suffr. Foroj. p.* 114. *Bert. Amœn. Ital. p.* 115. *n.* 28. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 58. 59. *α, β.* *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 48. *n.* 119. *α, β. Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 72. *A. B., et Syll. p.* 43. *n.* 4. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 60. *n.* 1609. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 298. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 612. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 258. *n. I. II. Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 178., *et* 2. *p.* 289.

P. angustifolia *Sp. pl.* 99. *Leers. Herb. p.* 27. *tab.* 6. *fig.* 3. *Balb. Fl. Taur. p.* 16. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 66. *Rom. in Da Rio Giorn. dell'Ital. lett. tom.* 24. *pag.* 273. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 47. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 64.* *Bert. Pl. Gen. p.* 15. *n.* 28. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 96.

P. trivialis *Fl. Dan. tab.* 1444. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 252. *n.* 2203. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 95.*

Gramen pratense paniculatum medium *C. B. Theatr. p.* 30. fig. *Scheuchz. Agr. p.* 180. *n.* 5.

Gr. pratense paniculatum majus angustiore folio *Scheuchz. Agr. p.* 178. *n.* 3. *tab.* 3. *fig.* 17. *B.*

Gr. loliaceum paniculatum vulgare, panicula minus expansa *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 37. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 9. herb. Mont.

Ital. *Gramigna dei prati. Fienarola. Sciammica. Spannocchina* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 172.

Perenn. Nascitur in pratis, et pascuis totius Italiæ. Legi Genuæ in herbidis *all'Acquasola*, Sarzanæ in pascuis collinis *di Sarzanello*. Filius attulit ex collibus Bononiensibus *di Barbiano*. Habui ex agro Ticinensi *alla Cava* a Badaroo, ex agro Patavino a Rev. Romano, Tergesto a Visianio, et a Biasoletto, Fossâ Clodiâ *alla Ca bianca* a Prof. Naccario, ex monte *de' Fiori* in Piceno *a Perticara*, et *alla Cirella* ab Orsino, ex agro Florentino prope *la Petraja* a Bubanio, ex agro Pisano ab Eq. Prof. Savio. Floret Majo.

Radix horizontaliter repens, fibris descendentibus ramulosis, flexuosis, fuscis. Culmi cæspitosi, erecti, sesqui-bipedales, teretes, striati, glabri. Folia linearia, obtusiuscula cum mucronulo, striata, supra interdum pilosula, margine, et carina superiore scabrida, cæterum glabra, nunc omnia longitudine, et latitudine æqualia, sæpius vero apud nos inferiora angustiora, circiter dimidiam lineam lata, et superioribus multo longiora. Vaginæ striatæ, glabræ. Stipula semper brevissima, vix lineam dimidiam ad summum attingens, obtusa, truncata, plus minus erosa. Panicula in anthesi erecto-patens, ramis inferne longo tractu simplicibus, nudis, superne dense locustiferis, in reliquis ut in specie præcedente. Locustæ ovatæ, acutiusculæ, erectæ, tri-quinqueflloræ, virides, ora glumarum membranaceo-alba, vel flavida, subinde ex viridi-purpurantes. Valvæ calycinæ inæquales, locusta breviores, ovato-lanceolatæ, acutæ, vel acuminatæ, carina superne scabræ, utraque trinervia. Flosculi flocco lanugineo copioso, longiusculo complicati. Valvæ corollinæ longitudine subæquales, exteriore ovato-oblonga, acuta, vel obtusiuscula, compresso-canaliculata, carinata, quinquenervi, nervo carinali superne scabro, inferne, nervisque ad marginem plus minus sericeo-villosis præter floccum lanugineum in basi, nervis intermediis obsoletis, superficie sub acuto vitro tenuissime punctato-scabra; valva interiore apice bifida, nervo viridi, ciliatoque ad marginem inflexum instructa. Stigmata decomposito-plumosa.

Facile distinguitur a duabus præcedentibus habitu duriore, firmiore, radice longe, et horizontaliter repente, stipulis brevissimis, obtusis, panicula densiflora, minusque patula. Ante Schraderum, et Smithium auctores omnes decepti ab erroneis synonymis, quæ Linnæus attulit tum ad hanc speciem, tum ad *Poam*

trivialem, perperam sumpserunt alteram pro altera. Minus vero concordes fuerunt in sistenda *Poa angustifolia* L., pro qua alii habuerunt *Poam trivialem*, alii *Poam fertilem*, alii *Poam nemoralem*, alii *Poam pratensem* foliis angustioribus ludentem, atque horum novissimi tantum rem propius attigerunt, cum reapse *Poa angustifolia* L. a *Poa pratensi* L. nequeat dissociari, præmonstrantibus Smithio, Schradero, cæterisque.

Usus. Fœnum ex hac planta æque præstans, ac illud ex *Poa triviali* L.

16. Poa *nemoralis*: panicula elongata, laxiflora, stricta, nutante; valvis calycinis lanceolato-acuminatis, trinerviis, locustam subtrifloram subæquantibus; flosculis acutis, liberis, flocciferisque; stipulis obliteratis.

P. nemoralis *Sp. pl.* 102. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 129., *et Engl. bot. v.* 18. *tab.* 1265. *Hook. Brit. Fl. p.* 43. *Leers. Herb. p.* 30. *tab.* 5. *fig.* 3. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 51. *tab.* 71., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 148. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 244. *n.* 2198. *Balb. Fl. Taur. p.* 17.* *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 68. *Bir. Fl. Acon.* 1. *p.* 28. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 45., *et* 325. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 110. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 47. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 65.* *Bert. Mant. pl. Fl. alp. Apuan. p.* 8. *n.* 11. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 60. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 49. *n.* 122.* *Ten. Viagg. in Abruzz. p.* 44. *n.* 44., *et Fl. Nap.* 3. *p.* 74., *et Syll. p.* 42. *n.* 2. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 90.* *De Cand. Fl. Franç.* 3. *pag.* 61. *n.* 1611. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 301. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 615–617. *α, β, γ. Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 74. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 237–239. *n.* 1. 11. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 353. 354. *α, β, γ. Link. Hort. reg. Berol. descript.* 2. *p.* 290. *n.* 12. *α, et var.* 1. *arrecta*.

P. n. 1469. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 224.

Gramen paniculatum angustifolium alpinum, locustis rarioribus, et angustioribus, non aristatis *Scheuchz. Prodr. p.* 18. *tab.* 2., *et Agrost. p.* 164. *n.* 2.

Gr. loliaceum alpinum, paniculis ex rarioribus ac exiguis locustis compositis *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 39. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 12. herb. Mont. *Seguier. Ver. Suppl. p.* 149. *n.* 6.

δ calycibus locusta brevioribus; flosculorum valva externa oblongo-lanceolata, obtusa, superne aurata.

Poa nemoralis δ *Bert. Amœn. Ital. p.* 4. *n.* 1.

P. nemoralis β *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 110.
P. nemoralis coarctata *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 241. *n. VI.*
P. montana *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 245. *n.* 2199.*
P. coarctata *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 273. *n.* 1611.⁶
P. miliacea *Villar. Hist. des pl. de Dauph. tom.* 2. *p.* 81.
P. n. 1468. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 124.
Gramen paniculatum, angustifolium, montanum, panicula densa locustis parvis, muticis *Scheuchz. Agrost. p.* 180. *n.* 4.

Ital. *Fienarola de' boschi. Gramigna montana.*

Perenn. Legi in monte *Gottro* Liguriæ orientalis, in alpibus Apuanis in valle *Catino* prope verticem *Sagro*, in apennino Florentino in monte *Sassocastro* supra *il Covigliaio*, ad oram lacus Larii *alla Pliniana*. Filius attulit ex apennini Bononiensis vertice *Corno alla scala*, et ex monte *Barba bianca* prope *Castiglione de' Pepoli*. Habui ex sylvis Taurinensibus a Prof. Balbisio, et ex montanis thermarum Valderiarum a Bertero, ex *Confienza* in *Lomellina* ab Eq. Cesate, ex agro Mediolanensi secus torrentem *Seveso* a Prof. Balsamo-Crivellio, et a De Notaris, iterum ex oris Larii a Luykenio, Venetiis ad sepes *al Cavallino* a Prof. Naccario, ex montibus Vicetinis a Visianio, ex montibus Nursinis ab Eq. Petruccio, ex monte *Regnolo* agri Camerinensis a Prof. Octavianio, ex monte *di Accumuli*, ex monte *Vettore* in Piceno, et ex monte *Corno* in Prætutiis ab Orsino, iterum ex monte *Corno* ab Eq. Gussonio, ex apennino Hetruriæ in alpe *di S. Crispino a Biana* a Bubanio, ex montanis plebis S. Stephani in provincia Aretina ab Amideo, ex sylvis ad Albanum in ditione Romana a Prof. Sebastianio, et a Masquillierio, ex Nebrodibus Siciliæ ab Eq. Gussonio, ex monte *Cagna* Corsicæ a Bubanio, et ex monte *Grosso* ejusdem insulæ a Soleirolio. Varietatem γ habui ex montanis Pedemontii a Prof. Balbisio. Floret ab Junio in Augustum.

Radix nunc simpliciter fibrosa, nunc subrepens, fibris descendentibus flexuosis, ramulosis, longis, firmulis, huc illuc villosis. Culmi cæspitosi, ascendentes, vel erecti, nunc graciles, nunc firmiores, a sesquipede ad cubitum longi, teretes, striati, glabri, superne longo tractu nudi, nodis fuscis instructi. Folia anguste linearia, acuminata, striata, facie superiore, marginibusque scabriuscula, extus glabra, sæpe arefactione involuta, superiora in culmo prælonga. Vaginæ omnes

internodio breviores, arctæ, striatæ, glabræ. Stipula brevissima, erosa, subinde margo integer, vix sensibilis. Panicula composita, terminalis, longa, laxiflora, stricta, in anthesi tantum erecto-patens, nutans, sæpe depauperata, ramis alterne fasciculatis, inæqualibus, tenuibus, flexuosis, striatis, scabris, in parte inferiore nudis, in superiore parce divisis, et paucilocustiferis. Rachis striata, flexuosa, superne præsertim scabriuscula. Locustæ parvæ, erectæ, ovato-lanceolatæ, acuminatæ, compressæ, carinatæ, bi-quadrifloræ, in macrioribus speciminibus unifloræ. Valvæ calycinæ parum inæquales, et locustam subæquantes, lanceolato-lineares, acuminatæ, trinerviæ, compresso--canaliculatæ, carinatæ, margine, et apice albo-membranaceæ, reliqua parte virides, carina superiore scabridæ. Valvæ corollinæ longitudine æquales; exterior lanceolata, acuminata, aut acuta, rarius obtusiuscula, compresso-canaliculata, carinata, quinquenervis, nervis lateralibus intermediis obsoletis, carina tota, aut multa parte, et nervo utrinque ad marginem inferne sericeo-villosis. In basi ejus plerumque deest floccus complicans, subinde vero adest, licet breviusculus, aut pilis paucis longis interjectis auctus. Cæterum hæc valva sub acuto vitro minutissime punctato-scabra, dorso viridis, aut ex viridi purpurascens, ora anguste membranaceo-alba, vel flavicante. Valva interior apice bidentata, nervo viridi, et sub lente scabrido utrinque ad marginem inflexum instructa. Stigmata decomposito-plumosa. Herba virens cum aliqua glaucescentia, nunquam intense glauca, ita ut glaucedo superet virorem. Planta in umbra sylvarum gracilis, in aprico firmior.

Varietatem δ esse lusum speciei facile patet ex collatione characterum essentialium; vix enim differt locustis paululum minoribus, valvis calycinis locusta evidentius brevioribus, flosculorum valva externa obtusa, tantillum latiore, et superne tractu plus minus longo aurata. Reliqua similia. In Amœn. Ital. l. c. adhibui pro synonymo ejus *Poam glaucam* Smith. Fl. Brit. 3. p. 1388., et Smithius in Engl. Fl. 1. p. 128. ad hanc *Poam glaucam* adduxit *Poam montanam* All., sed, ut verum fatear, nunc cogor sejungere plantam Scoticam a Pedemontana, quia exemplaria illius a me postea obtenta, et bene exhibita a figura *Poæ glaucæ* Engl. bot. v. 24. tab. 1720. demonstrant

esse stirpem longe intensius glaucam stirpe nostra, id quod sensit etiam Smithius, qui comparans plantam suam cum Helvetica a Lachenalio ad eum missa, et varietati meæ δ respondente ait: "The wohle plant « is with us extremely and permanently glaucous; in « Lachenal 's specimen less so, especially the leaves" Engl. Fl. 1. p. 128. Præterea in planta Scotica locustæ sunt latiores, et breviores, idest magis ovatæ, glumarum valvæ pariter latiores, et breviores, seu ovatæ, aut ovato-lanceolatæ, et obsoletius nervosæ.

Exemplaria *Poæ montanæ* All., quibus varietatem δ *Poæ nemoralis* institui, jam ab anno 1803. habueram a Balbisio. Hæc bene conveniunt cum synonymis Halleri, et Scheuchzeri a me prolatis, quibus ipse Allionius in Fl. Ped. l. c. stirpem suam firmaverat. Verum Gaudinius in Fl. Helv. 1. p. 249. dicit, se pro *Poa montana* All. obtinuisse ex Allionii herbario *Poam cæsiam* suam Fl. Helv. l. c., sive *Poam asperam* Agr. Helv. 1. p. 198. Hæc planta optime repræsentatur a figura *Poæ cæsiæ* Engl. bot. v. 24. tab. 1719., atque ego possideo exemplaria ejus ex Helvetia a Gayo, et a Bonjeanio ad me benevole missa. Hac porro Smithius fecit varietatem suam β *Poæ glaucæ* Engl. Fl. l. c., invite quidem, et profecto minus bene, si recte video; sed quidquid sit, *Poa cæsia* Gaud. longe magis distat a mea *Poa nemorali* δ, quam ipsa *Poa glauca*, de qua supra loquutus sum. Quare suspicor, aliquem errorem fuisse in exemplari, quod Gaudinius habuit ex Pedemontio sub nomine *Poæ montanæ* All., præsertim cum ipse dicat, *Poam cæsiam* incolere rupes alpinas apricas, dum *Poa montana* effato Allionii Fl. Ped. l. c. passim occurrit in locis montanis ad oras sylvarum, et in pascuis sterilibus.

Poa nemoralis L. sæpe fit in nodis gallifera, galla fibris crassiusculis, radiciformibus, implexo-circumvolutis obtecta. Ex hoc lusu nata est

Poa nemoralis β *Sp. pl.* 102. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 47. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *pag.* 61. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 302. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 238.
P. nemoralis B *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 65.
P. nemoralis γ *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 110.
P. n. 1469. β *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 224.
Gramen cirrosa, et villosa spongia ad singula genicula donatum, paniculatum, minimum, alpinum *Bocc. Mus.* *p.* 70. *tab.* 59.

Gr. loliaceum alpinum angustifolium globulis ad genicula rufescentibus, brevi panicula sparsa *Triumf. Obs. p.* 64. *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 39. herb. Mont. *Zannich. Istor. delle piant. pag.* 132. *tab.* 204. *fig.* 2.

Gr. cirrosa et villosa spongia ad singula genicula donatum, paniculatum, alpinum *Scheuchz. Agrost. p.* 165. *n.* 3.

Plantas ita galliferas filius attulit ex monte *Barba bianca* prope *Castiglione de'Pepoli* in apennino Bononiensi, quo in apennino Bocconius jam repererat. Hic primus fuit, qui id operis receptaculum esse cujusdam insecti prænuntiavit: " Mi do a credere che quella « spongia villosa sia ricettacolo di qualche insetto " Mus. di piant. p. 70., remque postea confirmavit Gouanius, qui larvas mortuas insecti intra hujusmodi spongiolas deprehendit: " Scire cupiens undenam prove« niret fasciculus ille, scalpello detexi nodos plures et « vidi incisuram linearem ex internodii parte infima « usque ad nodum seu articulum subjacentem produ« ctam; diductis incisuræ labiis in conspectum venit « larva insecti mortua oblonga, mihi nondum visa, « crudelique fato in omnibus speciminibus quæ allata « fuerant ne unam quidem vivam reperire datum est " Gouan. Hort. Mons. p. 45. Filius autem meus a forma gallæ arguit, larvam hanc pertinere ad genus *Mantis*. Ex hisce colligimus, lusum istiusmodi in censu varietatis haberi non posse, cum varietas in plantis omnino stet in conditionibus plantæ, non in iis, quæ extrinsecus, ut hic, ex morsu animalis morbose accedunt. Quare exactissime pro more suo Smithius pronuntiavit: " It is rather an accident than a varietas " Engl. Fl. 1. p. 130.

17. Poa *compressa:* racemo subsecundo; locustis ovato-lanceolatis; flosculis liberis, floccove connexis; culmo compresso; stipulis brevissimis, rotundatis, obtusis; radice repente.

P. compressa *Sp. pl.* 101. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 121., *et Engl. bot. v.* 6. *tab.* 365. *Hook. Brit. Fl. p.* 41. *Leers. Herb. p.* 30. *tab.* 5. *fig.* 4. *Fl. Dan. tab.* 742. *Host. Gr. Austr.* 2. *p.* 51. *tab.* 70., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 148. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 246. *n.* 2210. *Balb. Fl. Taur. p.* 17.* *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 67. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 28. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 45., *et* 325. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 15. *n.* 101. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 110. *Moric. Fl. Ven.* 1.

p. 48. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 66.* *Rom. in Da Rio Giorn. dell'Ital. lett. tom.* 24. *p.* 274. *Bert. Amœn. Ital. p.* 238. *n.* 6. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 103., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 64. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 50. *n.* 124. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 74., *et Syll. p.* 43. *n.* 13. *Guss. Pl. rar. p.* 33. *a, b**, *et Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 93.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 2. *p.* 10.* *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 61. *n.* 1612. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 303. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 621. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 47. *n.* 314. *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 72. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 255. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *pag.* 178., *et* 2. *p.* 290. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 355.

P. anceps *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 43.

P. planiculmis *Presl. l. c. in Addend. et emend., et Fl. Sic.* 1. *p. XLV.*

P. n. 1455. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 220.

Gramen paniculatum radice repente culmo compresso *Vaill. Bot. Paris. p.* 91. *tab.* 18. *fig.* 5.

Gr. paniculatum, radice repente, culmo compresso, locustis distichis, pulchellis *Scheuchz. Agr. p.* 198. *n.* 1. *Zannich. Opusc. bot. posth. p.* 24.

Gr. loliaceum, procumbens, caulibus compressis, paniculis rigidiusculis *Mont. Cat. Stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 39. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 10. herb. Mont.

Ital. *Ruba lana* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 172.

Perenn. Legi Sarzanæ in campis *di Nave* inter sata, ubi copiosa, et in alveo Macræ sub *Trebbiano*, in Lunæ portu in summitate insulæ Palmariæ, Bononiæ in collibus *di Ronzano*, Ravennæ in litore marino. Habui ex Pedemontio a Prof. Balbisio, Mantuâ ad pontem S. Georgii a Barbierio, Fossâ Clodiâ prope portum *di Fossone* a Prof. Naccario, ex viciniis *della Cascata di Terni* iterum a Barbierio, ex Lucania ad margines agrorum a Gasparrinio, ex Ætna, et Nebrodibus ab Eq. Gussonio, ex Sardinia a Prof. Morisio. Floret Junio.

Radix repens, subinde longe, fibris descendentibus firmiusculis, ramulosis, sæpe villosis. Culmi decumbentes, nodisque infractis ascendentes, valde compressi, striati, glabri, a spithama ad duos pedes longi. Folia omnia brevia, linearia, angusta, mucronulata, carinata, striata, extus glabra, facie interiore, marginibus, et carina superiore scabrida. Vaginæ compressæ, ancipites, striatæ, glabræ, superiores longiores. Stipula

brevissima, rotundata, obtusa, integra, in vaginæ margines paululum decurrens, extus puberula. Racemus compositus, terminalis, subsecundus, densus, in anthesi patens, ante, et post anthesim strictus; dum luxuriat, ramosior, etiam tripollicaris, et præsertim inferne laxior; dum macrior, longe brevior, et simplicior. Rami ejus angulati, flexuosi, scabridi, inæquales, fasciculati, interdum solitarii, utrinque extremi in racemo breviores, medii longiores. Rachis statim ab exortu ejus contracta, et culmo angustior, flexuosa, angulata, vix angulis scabrida. Locustæ ovato-lanceolatæ, compressæ, acutæ, quatuor-octofloræ, virides oris albis, vel albo-purpurantibus. Axis communis flosculorum flexuosus, glaber, diutius persistens cum flosculis. Flosculi apud nos passim nudi, et liberi, interdum tamen vidi flocco lanugineo breviusculo, denso implicatos, in anthesi laxiusculi. Valvæ calycinæ quidquam inæquales, flosculis imis breviores, ovato-lanceolatæ, acuminatæ, compresso-canaliculatæ, trinerviæ, carinâ scabridæ, margine albo-membranaceo, angusto. Valvæ corollinæ parum inæquales, exteriore majore, ovato-lanceolata, acuta, vel obtusiuscula, compresso-canaliculata, carinata, quinquenervi, carina superne scabrida, inferne interdum villis longiusculis ciliata, lateribus sub vitro minutissime punctato-scabris, nervis lateralibus obsoletis, apice valvæ, vix margine, albo-membranaceo, interdum cum aliqua tinctura violacea; valva interiore minore, oblonga, apice bidentata, nervo viridi, crebre ciliato utrinque ad marginem inflexum instructa. Stigmata decomposito-plumosa. Herba ex viridi subglaucescens.

Smithius in Engl. Fl. 1. p. 121. dubitat de aliquo errore apud Schraderum, eo quod is in Fl. Germ. 1. p. 304. dixit, dari varietatem hujus speciei, in qua flosculi carent flocco lanugineo in basi. Verum id nullibi magis elucet, quam in plantis Italicis. Quare floccus lanugineus etiam in *Poa compressa* habendus pro re variabili, sicuti observavi de *Poa nemorali* L.

18. Poa *sudetica*: panicula florente diffusa; locustis subtrifloris, flosculis liberis, nudis; valva calycina minore uninervi, corollina exteriore exquisite quinquenervi; culmo inferne, vaginisque compressis; radice repente.

P. sudetica *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *pag.* 389. *n.* 13., *et Enum.* 1. *p.* 106. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 90. *n.* 28. *α, β. Röm.*

et Schult. System. veg. 2. *p.* 555. *n.* 52. *α, β*, excl. syn. Pursh. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 337. *n.* 3. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 351., excl. var. *β* Trinii. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 184., *et* 2. *p.* 292. *Fl. Dan. tab.* 1924. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 9. *tab.* 13., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 142. *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 272. *n.* 1605. *α, β. Lois. Deslongch. Fl. Gall. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 76. *α, β.* Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 295. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 609. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 48, *n.* 320. *a. b. Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 227. *α, β.*

P. sylvatica *Vill. Hist. des pl. de Dauph.* 2. *p.* 128. *tab.* 3. *All. Auct. p.* 40. *n.* 2207. *Re Fl. Segus. p.* 12. *Schleich. Pl. sicc.**

P. trinervata *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 58. *n.* 1604. excl. syn., ex ipso Auct. in tom. 5. p. 272.

P. rubens *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 389. *n.* 14. ex ipso Auct. in En. l. c. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 59. *n.* 1605. ex ipso Auct. in tom. 5. l. c.

Ital. *Fienarola grande.*

Perenn. Habui ex sylvaticis subalpinis Pedemontanis a Prof. Balbisio, et a Bonjeanio, et ex alpe Valderiensi dicta *la Stella* a Bertero. Floret Junio, et Julio.

Radix repens. Culmi a pede ad cubitum longi, erecti, compressi, præsertim inferne, ubi etiam magis foliosi, superne nudi, striati, glabri. Folia lato-linearia, brevia, obtusa cum mucronulo, striata, carinata, margine, et carina superiore scabrida, cæterum glabra, radicalia, et culmea ima distiche cæspitosa. Vaginæ striatæ, compressæ, angulo acuto longitudinaliter carinatæ, glabræ, imæ brevissimæ, dimidiatæ, superiores elongatæ. Stipulæ brevissimæ, ora rotundata, obtusa, integra. Panicula composita, terminalis, multiflora, et densiflora, ramis alterne semiverticillatis, inæqualibus, brevibus, tenuibus, subflexuosis, striatis, scabridis, in parte inferiore simplicibus, nudis, in superiore divisis, et locustiferis. Locustæ parvæ, oblongæ, acutæ, compresso-turgidulæ, tri-quinquefloræ, cum rudimento terminali flosculi abortivi, virides oris albis, vel ex viridi-purpurantes. Axis communis flosculorum flexuosus, glaber, demum in articulis cum flosculo secedens. Flosculi liberi, in anthesi valvis laxati, inter se se remotiusculi, maturitate decidui. Valvæ calycinæ inæquales, flosculis imis breviores, lanceolatæ, acutiusculæ, compresso-canaliculatæ, carinatæ,

majore trinervi, minore uninervi, carina superne scabrida. Valvæ corollinæ longitudine subæquales, oblongo-lanceolatæ, exteriore nunc obtusiuscula, nunc acuta, compresso-canaliculata, carinata, exquisite quinquenervi, carina scabra, lateribus quoque sub vitro minutissime punctato-scabra, villis denudata, margine superiore, apiceque anguste membranaceo-alba, vel purpurascente; valva interiore apice bifida, nervo viridi, minutissime ciliolato utrinque ad marginem late inflexum instructa.

**** *Axi communi flosculorum persistente; valva corollina interna in axi diutius fixa, cæteris locustæ partibus deciduis.* Eragrostides.

19. Poa *pilosa:* panicula inferne verticillata; ramificationibus primariis exortu pilosis, fructificantibus patulis, nutantibus; locustis linearibus, compressis, multifloris; vaginarum ora suprema barbata.

P. pilosa *Sp. pl.* 100. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 49. *tab.* 68., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 150. *Balb. Misc. alt. p.* 7. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 67. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 28. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 44., *et p.* 324. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 54.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 105. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 27. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 49. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 67.* *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 48.* *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 62. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 51. *n.* 125. *Viv. Ann. bot.* 1. *part.* 2. *p.* 141. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 75., *et Syll. p.* 43. *n.* 11. *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *pag.* 94.* *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 272. *n.* 1599.a* *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 286. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 595. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 232. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 329.

P. Eragrostis *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 247. *n.* 2214. *Balb. Misc.* 1. *p.* 10. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 99.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 74. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 56. *n.* 1599. excl. syn. ab omnibus.

P. verticillata *Cav. Ic. et desc.* 1. *p.* 63. *n.* 102. *tab.* 93. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 393. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 329.

P. n. 1450. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 219. planta minima.

Eragrostis pilosa *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 575., *et Mant.* 2. *p.* 317. *Presl. Cyper. et Gram. Sicul. pag.* 44.

Reichenb. Fl. Germ. exc. 1. *p.* 48. *n.* 321. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 189., *et* 2. *p.* 292.

E. verticillata *Röm. et Schult. System. veg.* 2. *p.* 575., *et Mant.* 2. *p.* 317., *et Mant.* 3. *p.* 617. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 48. *n.* 322. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 189.

E. Eragrostis *Palis. Ess. d'une nouv. Agr. expl. des pl. pag.* 10. *tab.* 14. *fig.* 11. ex forma locustar., et caryopsidis.

Gramen phalaroides sparsa panic. minim. angustif. *Barrel. Pl. per Gall., et Hisp., et Ital. obs. p.* 111. *n.* 1217. *ic.* 44. *fig.* 2. ex evid. descr.

Gr. campestre paniculis elegantissimis purpurascentibus ex minimis rarioribus locustis compositis *Triumf. Obs. p.* 64.

Gr. phalaroides sparsa Brizæ panicula minus *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 45. *tab. ic. loc. et spic. gr. fig. n.* 41. herb. Mont.

Gr. paniculatum, angustifolium, locustis elegantissimis, purpurascentibus *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 76.

Gr. paniculis elegantissimis minimum *Scheuchz. Agrost. p.* 192. *n.* 4. *tab.* 4. *fig.* 2.

Gr. paniculis elegantissimis, majus, locustis purpuro-spadiceis, minoribus *Scheuchz. Agrost. p.* 193. *n.* 5. *tab.* 4. *fig.* 3. *Seguier. Suppl. p.* 151. *n.* 10.

Ital. *Fienarola porporina*.

Ann. Obvia in universa Italia, præsertim in locis humidiusculis, sed et in arenis, vel in muris. Legi Sarzanæ in fossis viæ Romanæ, et in arenis Macræ, Bononiæ *alla Beverara* ad vias campestres. Habui ex humentibus ad Verbanum prope *Intra* in provincia Novariensi a De Notaris, qui copiosam quoque observavit in agro Mediolanensi, ex agro Ticinensi a Badaroo, ex agro Mantuano a Barbierio, Fossâ Clodiâ in hortis, et pratis humentibus a Prof. Naccario, Tergesto in ruderatis, et muris a Biasoletto, ex agro Pisano ab Eq. Prof. Savio, Româ a Fiorinia-Mazzantia, ex agro Prætutiano prope Sulmonem ab Eq. Gussonio. Floret Augusto.

Radix fibrosa, fibris primariis crassiusculis, flexuosis, ramulosis, et subinde in extremitate valde ramulosis, fibrillis tenuioribus huc illuc villosis. Culmi cæspitosi, decumbentes, ascendentes, a dodrante ad sesquipedem, vel duos pedes longi, teretes, striati, glabri, interdum ad nodos rubentes, et e nodis inferioribus ramosi.

Folia anguste linearia, acuminata, striata, facie interna, marginibus, et carina superiore plus minus scabrida, reliqua parte glabra, inferiora quidquam latiora. Vaginæ striatæ, glabræ, subinde rubidæ. Stipulæ loco ad oram vaginæ barba longiuscula, alba. Panicula composita, terminalis, laxiflora, etiam semipedalis. Rami ejus inæquales, capillares, striati, scabridi, flexuosi, in parte ima brevi tractu simplices, nudi, in reliqua divisi, et locustiferi, inferiores quatuor-sex verticillati, successivi fasciculato-gemini, vel terni, superiores alterni, omnes ante anthesim stricti, in anthesi, et in fructificatione patentes, nutantes. Ramificationes primariæ, supremis exceptis, in exortu pilosæ. Locustæ lineares, angustæ, acutæ, bi-quatuordecimfloræ, sæpius quatuor-septemfloræ, compressæ, carinatæ, ex viridi purpurantes, vel purpureo-rubellæ, in evolutione paniculæ ramis strictissimis strictissime adpressæ, fere nigricantes, in anthesi laxatæ, et in unoquoque ramo extrorsum secundæ, coloremque dilutiorem adeptæ. Valvæ calycinæ inæquales, imo flosculo multo breviores, compresso-canaliculatæ, acutæ, vel obtusiusculæ, carinatæ; altera triplo longiore, ovato-lanceolata; altera multo angustiore, lanceolata; utraque uninervia, diaphana, glabra. Valvæ corollinæ paulo inæquales, ovato-oblongæ; exteriore compresso-canaliculata, carinata, obtusa, et subemarginata, trinervia, carina scabrida, lateribus glabris; valva interiore obtusa, minute bidentata, nervo ciliato utrinque ad marginem late inflexum instructa, ex albo-membranacea subcolorata. Stamina corolla breviora. Caryopsis turgido-compressiuscula, oblonga, obtusa, corneo-transparens, fulva, lateraliter in basi cicatricula embryonis bisulca notata.

Cum olim ex seminibus a Cavanillesio f. r. ad Eq. Hippolytum Durattium sub nomine *Poæ verticillatæ* missis veram *Poam pilosam* L. obtinuissem, ut scripsi ad Schultesium, qui id palam fecit in Syst. veg. mant. 2. p. 317., nullum superest dubium de harum plantarum identitate, quam primus innuit Schraderus in Flor. Germ. 1. p. 287., et jure eam sustinent tum Besserus apud eundem Schultesium in Syst. veg. mant. 3. p. 617., tum nuperrime Linkius in Hort. reg. Ber. descr. tom. 2. p. 293.

20. Poa *Eragrostis:* panicula alterne ramosa, rigida, flexuosa, erecta; ramificationibus primariis subpilosis;

locustis multifloris, turgidulis, strictis; valvis calycinis oblongo-lanceolatis, acutis, corollina externa ovata, subretusa; vaginarum ora suprema barbata.

P. Eragrostis *Sp. pl.* 100. excl. syn., *et Mant. alt. p.* 325. excl. syn. Scheuchz. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 54., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 57. *tab.* 73. loc. latis! *Cav. Ic. et descr.* 1. *p.* 63. *n.* 101. *tab.* 92. loc. lat. *Schreb. Gram.* 2. *p.* 81. *tab.* 38. loc. angust. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 50. *tab.* 69. loc. ang. *Viv. Ann. bot.* 1. *part.* 2. *p.* 144. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 105. excl. nonn. syn. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 68.* excl. pleris. syn. *Ten. Syll. p.* 43. *n.* 16. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 95.*, *et Suppl.* 1. *p.* 21.* *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 287. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 596. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 231. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 332.

P. megastachya *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 67. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *pag.* 106. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 28. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 50. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 67.* *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 51. *n.* 126. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 75., *et Syll. p.* 43. *n.* 17. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 95.*, *et Suppl.* 1. *p.* 21.* *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 56. *n.* 1598. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 288. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 597. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 333.

P. megastachys *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 54.* *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 49. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 230.

P. n. 1450. β *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 219.

Briza Eragrostis *Sp. pl.* 103. *Schreb. Gram.* 2. *pag.* 83. *tab.* 39. locus. lat. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 248. *n.* 2219. *Balb. Fl. Taur. p.* 16. *Bir. Fl. Acon.* 1. *p.* 29. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 46., *et* 326. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 15. *n.* 105. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 109. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 65. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 78. *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 75. *Krock. Fl. Sil.* 1. *p.* 148. *tab.* 27. loc. lat. brev.

Megastachya Eragrostis *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 44. *Palis. Ess. d'une nouv. Agr. p.* 74. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 584. *n.* 1., *et Mant.* 2. *p.* 325.

Eragrostis poæoides *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 574. *n.* 1., *et Mant.* 2. *p.* 316.

E. poæformis *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 1. *p.* 188., *et* 2. *p.* 292. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 48. *n.* 323.

E. major *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 14. *tab.* 24. loc. lat., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 135.

E. minor *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 135.

E. megastachya *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 187., *et* 2. *p.* 292. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 48. *n.* 324.
Gramen paniculis elegantissimis *C. B. Theatr. p.* 25. fig. loc. lat.
Gr. eranthemum seu εραγρεςις phalar. paniculatum multiplici et tenui Brizæ spica *Barrel. Ic.* 43. in statu major.
Gr. eranthemum palus. tenui et sparsa Brizæ panicula *Barrel. Ic.* 743. in statu medio.
Gr. phalaroides, eranthemum, seu εραγροςτις, paniculatum multiplici, et tenui Brizæ spica *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 45. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 37. loc. lat. Herb. Mont. *Seguier. Suppl. p.* 150. *n.* 9.
Idem paniculatum locustis duplo longioribus *Mont. l. c. fig. n.* 36. loc. angust. Herb. Mont. *Seguier. Veron.* 1. *p.* 347. *n.* 8.
Gr. paniculis elegantissimis, seu εραγρεςις majus *Scheuchz. Agr. p.* 194. *n.* 1. *tab.* 4. *fig.* 4. loc. lat.
Gr. filiceum, seu polyanthos 2. Lugd. *Zannich. Opusc. bot. posth. p.* 28.
Ital. *Gramignone* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 38., et 172.
Ann. Obvia in cultis, et ruderatis totius Italiæ. Legi Sarzanæ, et Bononiæ. Habui Mediolano, ubi frequens ad murum oppidi, et in campis a De Notaris, Ticino in ruderibus propugnaculi *della Darsena* a Badaroo, ex agro Mantuano a Barbierio, Tergesto in vineis a Biasoletto, Fossâ Clodiâ in litore, et prope *Brondolo* a Prof. Naccario, Româ a Fiorinia-Mazzantia, ex Sicilia in maritimis Messanæ, et *alla Bagheria* ab Eq. Gussonio, et in viis campestribus Panormi ab eodem Eq. Gussonio, et a Gasparrinio, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio. Floret Junio, Julio.
Radix fibrosa, fibris crassiusculis, flexuosis, ramulosis, albis, interdum parce, aut nihil, interdum valde villosis. Culmi cæspitosi, in orbem decumbentes, aut ascendentes, ab uno, vel duobus pollicibus ad sesquipedem longi, longitudinis mire variæ in eodem cæspite, teretes, leviter striati, glabri, simplices, vel e nodis inferioribus ramosi. Folia linearia, etiam duas lineas lata, acuminata, striata, facie interna, marginibus, et carina superiore scabra, reliqua parte glabra. Vaginæ striatæ, glabræ. Stipulæ loco barba alba. Panicula composita, terminalis, rigida, flexuosa, initio stricta, in anthesi erecto-patens. Rami ejus solitarii, alterni, crassiusculi, striati, scabri, fere ab

imo divisi, et locustiferi, inferiores in exortu superne subpilosi. Rachis striata, scabra. Locustæ erectæ, multifloræ, flosculis tribus-viginti, compresso-turgidulæ, pallide virentes, vel plumbeo-virentes, aut purpurantes; variant breves, et ovatæ, vel majores, ovato-oblongatæ, vel dimidio angustiores, lanceolato-lineares, qui lusus subinde habentur in eodem cæspite. Flosculi parvi, inferiores decidunt primi. Valvæ calycinæ oblongo-lanceolatæ, acutæ, parum inæquales, flosculo imo quidquam breviores, carinatæ, uninerviæ, canaliculatæ, carinâ scabræ, chartaceo-pellucidæ, antequam flosculi, diffluæ. Valvæ corollinæ paulo inæquales, exteriore majore, ovata, obtusa, aut retusa cum mucronulo, concavo-compressiuscula, carinata, trinervia, tota superficie, et præsertim carina sub vitro scabra, cæterum chartaceo-pellucida, nitidula, margine albo-membranaceo nullo; valva interiore ovato-oblonga, obtusa, et retusa, nervo pallide virenti, pulchre, et exquisite ciliato prope marginem inflexum, et superne angustatum utrinque excurrente instructa. Stamina corolla breviora. Stigmata simpliciter plumosa. Caryopsis subglobosa, fulva. Embryonis cicatricula parva, lateralis in basi.

Species ista obvia, et solemnis Italiæ vix extra Italiam exacte cognoscenda ob habitum proteiformem locustarum, quem apud nos passim præ se fert. Certissimum est, has in eodem cæspite haberi tum angustas, lanceolato-lineares, tum duplo latiores, oblongatas, vel ovatas, sæpe etiam minimas. Id facile demonstrare possum exemplaribus horti sicci mei sententiam Smithianam de identitate *Poæ Eragrostidis* L., et *Brizæ Eragrostidis* L. Fl. Græc. prodr. 1. l. c. plenissime confirmantibus. Quare ea, quæ hac de re dixi apud Schultesium in Syst. veg. mant. 2. p. 316. et 325., certissima sunt, et lætor fuisse ab aliis confirmata, præsertim a Lanfossio, ut videre est in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec. 2. tom. 10. p. 54.

TRIODIA.

R. Brown. Prodr. pag. 182., *et edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 38. *Kunth. Nov. gen. et spec.* 1. *p.* 155. *tab.* 47. 48. *Palis. Ess. d' une nuov. Agr. p.* 76. *tab.* 15. *fig.* 9.

Smith. Engl. Fl. 1. *p.* 131. *Trin. Fund. Agr. p.* 147. *n.* 98.
Sieglingia *Bernh. Erf. p.* 44.
Festucæ species *Lin. Gen. p.* 36.
Danthoniæ species *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 32. 33. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 311.
Bromi species *Koel. Gram. p.* 242.
Melicæ species *Web. Spic. p.* 3.
Poæ species *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 34. 35.

Locustæ turgidæ, oblongæ. Glumæ chartaceo-duriusculæ. Valvæ calycinæ subæquales, locustam æquantes, aut superantes, uninerviæ, acuminatæ. Valvæ corollinæ inæquales, exteriore majore, ovata, concava, ecarinata, multinervi, apice breviter tridentata, denticulo medio lateralibus breviore, et angustiore, basi utrinque penicillo pilorum barbata. Stamina corolla breviora. Stigmata simpliciter plumosa. Nectarium squamulæ duæ distinctæ. Caryopsis ovata, compressa, dorso convexa, ibique in basi cicatriculam embrionis ferens, supra canaliculata, libera intra corollam persistentem.

Habitus. Plantæ perennes, firmiusculæ. Culmus erectus. Folia anguste linearia. Panicula stricta, brevis, simpliciuscula.

1. Triodia *decumbens:* panicula simpliciuscula, pauciflora, stricta; locustis ovoideis, subquadrifloris; calycibus concavo-acuminatis; valva corollina externa novemnervi, obtuse tridentata; villis stipularibus brevibus; vaginarum ora summa barbata.

T. decumbens *Röm. et Schult. Syst. veget.* 2. *p.* 597., *et Mant.* 2. *p.* 333. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 330. *n.* 1. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 131. *Hook. Brit. Fl. p.* 44. *Palis. Ess. d'une nouv. Agr. expl. des pl. p.* 11. *tab.* 15. *fig.* 9. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 675. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 41. *n.* 271. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 134., *et* 2. *p.* 264.

Festuca decumbens *Sp. pl.* 110. *Fl. Dan. tab.* 162. *Leers. Herb. p.* 34. *tab.* 7. *fig.* 5. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 253. *n.* 2246. *Balb. Fl. Taur. p.* 19.* *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 74. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 32. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 53., *et* 327.

Rom. in Da Rio Giorn. dell'Ital. lett. tom. 24. *p.* 275.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 82. *Guss. Pl. rar. p.* 36.* *Krock. Fl. Sil.* 1. *p.* 161. *tab.* 29. mala.
F. n. 1434. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 213.
Poa decumbens *Engl. bot. v.* 11. *tab.* 792. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 52. *tab.* 72. opt., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 151. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 112. *Bert. Amœn. Ital. p.* 331. *n.* 24. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 101., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 63. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 305. *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 69.
Danthonia decumbens *Ten. Syll. p.* 43. *n.* 1. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 33. *n.* 1543. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 222. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 311.
Bromus decumbens *Koel. Gram. p.* 242.
Melica decumbens *Web. Spic. p.* 3.
Sieglingia decumbens *Bernh. Erf. p.* 44.
Gramen avenaceum parvum procumb. paniculis non aristatis *Pluk. Phyt. tab.* 34. *fig.* 1. *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 53. *tab. ic. loc. et spic. gr. fig. n.* 77., *et tab.* 2. *fig.* 1. herb. Mont.
Gr. montanum, avenaceum, locustis muticis, tumentibus, pilosum *Scheuchz. Agr. p.* 170. *n.* 1. *tab.* 3. *fig.* 16. *A. B. C.*
Gr. triticeum palustre humilius spica breviore *Moris. Ox. sect.* 8. *tab.* 1. *fig.* 6.
Ital. *Gramigna loglierella*.
Perenn. Legi Sarzanæ in collibus *di Triboli,* et in monte *Caprione*, Massæ ducalis sub monte *Bruciana a Castagnetolo*. Filius attulit ex apennino Florentino prope *Felegare*. Habui ex valle *d'Andora* in Liguria occidua a Badaroo, ex sylvis collium Taurinensium a Prof. Balbisio, et a Bertero, ex pascuis ad thermas Valderias ab eodem Bertero, ex *Confienza* in *Lomellina* ab Eq. Cesate, ex sylvis Patavinis a Rev. Romano, ex pascuis *di Mogliano* in agro Tarvisino a Mayero, ex herbidis Tergestinis, et Istriæ a Biasoletto, ex Calabria *ad Aspramonte* ab Eq. Gussonio, ex Corsica a Soleirolio. Floret Majo, Junio.
Radix parce repens, plerumque fibrosa tantum, fibris descendentibus firmis, subflexuosis, subramulosis, sæpe dense villosis. Culmi cæspitosi, decumbentes, ascendentes, vel erecti, duriusculi, a palmo ad sesquipedem longi, ex tereti compressiusculi, striati, glabri, superne nudi. Folia anguste linearia, obtusiuscula, carinata, striata, margine, et carina superiore plus minus scabrida, reliqua parte variant glabra, vel pilis

longis, et raris aspersa, vidi etiam hirsuta, sed raro, arefactione involuta, culmea ima conferta. Vaginæ e tereti compressæ, striatæ, glabræ, vel pilosæ more foliorum, in ora suprema in ambitu externo, et margine barbatæ, infimæ abbreviatæ, dimidiatæ, laxiusculæ, albicantes, culmeæ superiores arctæ, longæ, completæ. Stipulæ loco series crebra pilorum brevium. Panicula terminalis, brevis, simpliciuscula, pauciflora. Rachis, et rami ejus flexuosi, striati, scabri. Locustæ turgidæ, ovoideæ, tri-quinquefloræ, pallide virentes, subinde ex viridi purpurantes. Valvæ calycinæ concavæ, ovato-oblongæ, acuminatæ, locustam superantes, aut æquantes, inter se se modo æquales, modo non, quinquenerviæ, nervis lateralibus obsoletis, externis post brevem tractum evanescentibus, qui his proximi, in nervum medium ad dimidium valvæ influentes, nervo medio minute scabrido, reliqua valva glabra, nitida. Valvæ corollinæ inæquales, exteriore majore, ovato-oblonga, concava, ecarinata, apice tridentata, dentibus obtusis, intermedio angustiore, et breviore, omnibus inter se se contiguis, novemnervia, nitida, basi penicillis duobus pilorum brevium, et densorum instructa, margine explanata, et albo-membranacea, sæpe nervo utrinque ad marginem inferne albo-villosa, reliqua parte, vel tota glabra; valva interiore minore, ovata, apice bidentata; exteriora versus canaliculata, nervo viridi dense, et insigniter ciliato circa marginem late inflexum instructa. Caryopsis matura fulva, corneo-transparens, in latere canaliculato sub vitro rugulosa.

BRIZA.

Lin. Gen. p. 35. *Juss. Gen. p.* 32. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 45. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 109. *Gærtn. De fruct. et semin.* 1. *p.* 4. *tab.* 1. *Palis. Ess. d'une nouv. Agr. p.*67. *tab.* 14. *fig.* 3. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 132. *Trin. Fund. Agr. p.* 138. *n.* 80.

Locustæ compresso-turgidæ, distichifloræ, muticæ. Valvæ calycinæ locusta multo breviores, concavæ, in anthesi divaricatæ. Valvæ corollinæ valde inæquales; exterior major, basi cordata, dorso

medio concavo-cartilaginea, lateribus radiatim nervosis, margine elythroideo, pellucido; interior ovata, nervo alato utrinque ad marginem inflexum instructa, ovarium amplexata, et cum basi ejus cohærens. Stigmata longa, decomposito-plumosa, vel simpliciter plumosa. Nectarium squamulæ duæ. Caryopsis obovata, birostrata, dorso convexa, supra leniter concavo-canaliculata, induviata a cavitate cartilaginea valvæ exterioris, præsertim vero a valva interiore, quacum basi cohæret.

Habitus. Plantæ annuæ, vel perennes. Radix fibrosa, aut repens. Culmi erecti, vel ascendentes, solitarii, aut parce cæspitosi. Folia latiuscule linearia. Panicula laxa, flexuosa, ramis, locustisque nutantibus, tremulis. Locustæ nitidæ.

1. Briza *minor:* panicula trichotoma, effusa, multiflora; locustis deltoideis; valvis calycinis navicularibus, imos flosculos superantibus; stipula elongata, lanceolata.

B. minor *Sp. pl.* 102. *Engl. bot. v.* 19. *tab.* 1316. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 56., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 58. *tab.* 74. opt. *Hook. Brit. Fl. p.* 44. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 22. *tab.* 28., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 133. *Trin. Sp. gram. fasc.* 25. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 247. *n.* 2215., *et Auct. p.* 41. *Balb. Fl. Taur. p.* 18. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 69. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 29. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 46., *et* 325. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 15. *n.* 103. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *pag.* 113. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 106., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 67. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 54. *n.* 131. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 76., *et Syll. p.* 38. *n.* 5. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 42. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 98., *et Suppl.* 1. *p.* 22. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 77. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 308. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 622. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 48. *n.* 325., *et Add. p.* 140.[s] *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 262. *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 1. *p.* 194., *et* 2. *p.* 195. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 372.

B. virens *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 247. *n.* 2216. *Tenor. Fl. Nap.* 3. *pag.* 76., *et Syll. p.* 34. *n.* 4. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 67. *n.* 1627. *α*, *β*.

Gramen tremulum seu phalaroides minus lata sparsa panicula *Barrel. Ic.* 16. non Monti.

Gr. trem. minus locusta deltoide *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 6. *fig.* 47.
Ital. *Erba brillantina* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 38.
Ann. Observavi copiosissimam Sarzanæ in omnibus locis herbidis, et inter segetes. Habui ex Pedemontio a Prof. Balbisio, ex agro Mediolanensi extra portam Ticinensem a Prof. Balsamo-Crivellio, et a De Notaris, Româ ad S. Felicem a Prof. Maurio, Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, Capreis a Prof. Giraldio, ex Corsica in monte *Grosso* a Soleirolio, et *a Bonifacio* a Seraffinio. Floret Majo.

Radix fibrosa, brevis, fibris subflexuosis, subramulosis, plus minus villosis. Culmi nunc solitarii, nunc pauci, et inæquales in eodem cæspite, erecti, vel ascendentes, a palmo ad sesquipedem longi, teretes, striati, glabri, vel apice scabriusculi, fere toti tecti, subinde in nodis imis radicantes, vel ramosi. Folia latiuscule linearia, acuminata, carinata, striata, glabra, vel scabrida, saltem marginibus, et carina superiore, ima angustiora, et crebriora, superiora latiora, etiam duas lineas lata, et longiora. Vaginæ laxiusculæ, striatæ, carinatæ, glabræ, vel scabriusculæ, suprema initio spathaceo-subinflata. Stipula elongata, bi-quadrilinearis, lanceolata, acuta, sæpe demum lacera. Panicula composita, terminalis, trichotoma, effusa, tremula, ramis capillaribus, rachideque striatis, flexuosis, scabris. Locustæ parvæ, solitariæ in apice ramulorum, nutantes, et tremulæ, in anthesi cordato-trigonæ, compresso-turgidæ, obtusæ, quinque-septemfloræ, ex viridi albæ, subinde cum aliqua purpura. Valvæ calycinæ æquales, flosculis imis paulo longiores, demum divaricatæ, concavo-ovatæ, obtusæ, carinatæ, ob apicem inflexum naviculares, trinerviæ, nervis lateralibus obsoletis, glabræ, dorso virides, vel purpurantes, margine albo-membranaceæ, diaphanæ. Flosculi distichi in axe communi, superiores gradatim minores, maturitate, axe disrupto, decidui. Valvæ corollinæ valde inæquales; exteriore majore, ample cordato-rotundata, multo latiore, quam longa, obtusissima, apice passim involuta, concavo-compressiuscula, turgida, inferne in parte media cartilagineo-gibberosa, nervo subcarinata, flavida, nitidior, glabra, vel minutissime pilosula, lateribus utrinque viridantibus, et radiatim trinerviis, subinde quadrinerviis, margine latiusculo elythroideo, albo-diaphano; valva interiore

longe minore, ovata, acutiuscula, exteriora versus concava, albo-membranacea, hyalina, nervo viridulo, alato, glabro utrinque prope marginem inflexum instructa. Caryopsis valde minuta, obovata, tenuiter birostrata, dorso convexa, facie interna leniter concavo-canaliculata, maturitate corneo-transparens, fulva, arcte induviata a valva corollina interna, quacum basi cohæret, et arcte retenta intra gibberem cartilagineum valvæ corollinæ externæ.

Hujus speciei exemplaria nondum bene evoluta a quibusdam habita sunt pro *Briza virente* L. In his panicula adhuc folio supremo spathaceo basi obvolvitur, strictior est, calyces, et flosculi arcte adprimuntur, ita ut locusta videatur ovata, nec triangula, calycesque nondum divaricati formam, et longitudinem suam plane non detegant. Id vidi in exemplaribus ex Corsica, quæ obtinui a Soleirolio, et a Seraffinio sub nomine *Brizæ virentis* De Cand. Verum hujusmodi *Briza virens* evanescit, si primo ad formam valvarum corollæ attendatur, et postea ad caryopsidem, cum maturuerit. Alii contra habuerunt pro *Briza virente* L. exemplaria macriora sequentis speciei, et pari errore, ut patebit ex ejus descriptione.

2. Briza *media:* panicula trichotoma; ramis longe denudatis; locustis subrotundis; valvis calycinis cochleariformibus, flosculorum imorum pari brevioribus; radice perenni.

B. media *Sp. pl.* 103. *Smith. Engl. Fl.* 1. *pag.* 133., *et Engl. bot. v.* 5. *tab.* 340. *Hook. Brit. Fl. p.* 44. *Fl. Dan. tab.* 258. *Leers. Herb. p.* 25. *tab.* 7. *fig.* 2. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 45. *fig.* 1. *Host. Gr. Austr.* 2. *p.* 22. *tab.* 29., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 134. *Trin. Sp. gr. fasc.* 25. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 248. *n.* 2217. *Balb. Fl. Taur. p.* 18. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 69. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 29. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 46., *et* 325. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 15. *n.* 104. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 54. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 114. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 29. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 53. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 71.* *Suffr. Foroj. p.* 114. *Bert. Amœn. Ital. p.* 331. *n.* 25. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 107.*, *et Bot. Etr.* 1. *p.* 67.* *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 53. *n.* 130. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 76., *et Syll. p.* 38. *n.* 3. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 67. *n.* 1626. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 309. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abth.* 2. *heft. Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *pag.* 622.

Reichenb. Fl. Germ. excurs. 1. *p.* 49. *n.* 327., *et Add. p.* 140.[4] *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 75. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 262. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 195., *et* 2. *p.* 295. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 371.

B. elatior *Ten. Syll. p.* 38. *n.* 6.

Poa n. 1448. et 1449. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 218.

Gramen tremulum majus *C. B. Theatr. p.* 22. fig. plantæ luxuriantis. *Scheuchz. Agrost. p.* 204. *n.* 2. *tab.* 4. *fig.* 8. pl. luxur. *Zannich. Istor. delle piant. pag.* 129. *tab.* 220.

Gr. tremulum minus panicula parva *C. B. Theatr. p.* 25. fig. plantæ nondum bene evolutæ; *et Prodr. p.* 4. cum ead. fig. *Scheuchz. Agrost. p.* 205. *n.* 3. *tab.* 4. *fig.* 9. pl. macr. *Moris. Ox. sect.* 8. *tab.* 6. *fig.* 46. pl. macr.

Gr. phalaroides min. erecta collectaque panic. *Barrel. Ic.* 15. *fig.* 2.

Gr. paniculatum alpinum minus *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 75.

Gr. phalaroideum seu tremulum, minus, lata, sparsa panicula *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 45. *tab. ic. loc. et spicar. gram. fig. n.* 39. herb. Mont. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 346. *n.* 5.

Idem phœniceis locustis *Mont. l. c.* herb. Mont. *Seguier. l. c. n.* 6.

Idem minus, locustis parvis, paniculis non expansis *Mont. l. c.* herb. Mont. pl. macr. *Seguier. l. c. n.* 7.

Gr. tremulum vulgare minus locustis rotundioribus *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 6. *fig.* 45.

Ital. *Tamburini*. *Tentennino*. *Tremolino* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 38.

Perenn. Legi Genuæ in monte *Fasce*, ubi copiosa, in alpibus Apuanis in verticibus *Sagro*, et *Bruciana*, Bononiæ in monte *Paderno*, in monte *Castello*, et in pratis collinis inter *Roncorio*, et *la Misericordia*. Habui ex collibus *di Pegli* in Liguria occidua a Vincentio, ex agro Ticinensi *alla Cava* a Bergamaschio, Fossâ Clodiâ *a Ca Lino*, et *a Brondolo* a Prof. Naccario, ex monte Pisano ab Eq. Prof. Savio, ex montibus Prætutiorum *a Pizzoli* in sylva *Costa* a Cecchetto. Floret Majo, Junio.

Radix repens, ut recte monuit Scheuchzerus, fibris descendentibus longiusculis, ramulosis, flexuosis, villosis. Culmi ut plurimum solitarii, raro duo simul, erecti, aut ascendentes, a palmo ad cubitum alti, striati,

glabri, cum perfecte evoluti, superne nudi. Folia potius anguste linearia, supremum breve. Vaginæ glabræ, superior prælonga, laxiuscula, initio, et in exemplaribus minoribus nondum bene evolutis subspathaceo-inflata. Stipula abbreviata, vix lineam dimidiam longa, obtusa, aut truncata, integra, aut levissime erosula, in vaginæ margines decurrens. Panicula plerumque erecto-patula, subinde divaricata, potius pauciflora, ramis inferne longo tractu simplicibus, nudis. Locustæ quam in specie præcedente paulo majores, nutantes, ovatæ, vel subrotundæ, obtusæ, in pleniore anthesi subcordatæ, tri-septemfloræ, flosculis in maturitate facile deciduis. Valvæ calycinæ subinæquales, oblongæ, cochleariformes, obtusæ, vel acutiusculæ, imorum flosculorum pari paululum breviores, ut plurimum purpurantes, saltem in aprico, subinde pilosulæ. Valva corollina exterior ovato-oblonga, basi anguste cordata, apice obtusa, vel acutiuscula, dorso medio concavo-cartilaginea, sed non gibberosa, toto margine plano, anguste elythroideo, glabra, nitida, ex viridi pallide straminea, subinde cum aliqua purpurascentia, interdum viridior. Valva interior oblonga, obtusiuscula, integra. Stigmata decomposito-plumosa. Caryopsis oblongo-obovata, rostris insignioribus instructa, et multo major, quam in præcedente. In reliquis tota planta convenit cum *Briza minore* L.

3. Briza *maxima:* panicula subsimplici, secunda, nutante; locustis amplis, ovatis; valva corollina externa late cordato-acuta; valvæ internæ ala nervorum ciliata.

B. maxima *Sp. pl.* 103. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 57., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 60. *tab.* 76. optim. loc. major. *Jacq. Observ.* 3. *p.* 10. *tab.* 60. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 45. *fig.* 2. *Palis. Ess. d' une nouv. Agr. expl. des pl. p.* 10. *tab.* 14. *fig.* 3. *Gærtn. De fruct. et sem.* 1. *p.* 4. *tab.* 1. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 23. *tab.* 30. bene loc. minor., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 134. *Trin. Spec. gram. fasc.* 25. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 248. *n.* 2218. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 114. *Bert. Pl. Gen. p.* 16. *n.* 30., *et Amœn. Ital. p.* 115. *n.* 30. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 108., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 66. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *pag.* 64. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 53. *n.* 129. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 77., *et Syll. p.* 38. *n.* 1. *Ab Ucr. Hort. reg. Panorm. p.* 59. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 99., *et Suppl.* 1. *p.* 22. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 77. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 66. *p.* 1626. *Schrad. Fl. Germ.* 1.

p. 310. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 623. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 49. *n.* 328., *et in Add. p.* 140.[s] *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 195., *et* 2. *p.* 295. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 371. *α, β*.

B. monspessulana *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 248. *n.* 2220. *Gou. Hort. Mons. p.* 45.

B. rubra *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 77., *et Syll. p.* 38. *n.* 2.

B. major *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 42.

Gramen tremulum maximum *C. B. Theatr. p.* 24. fig. loc. minor., *et Prodr. p.* 5. cum ead. fig. *Scheuchz. Agr. p.* 202. *n.* 1. *tab.* 4. *fig.* 7. *Cup. Hort. Cath. p.* 86. *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 6. *fig.* 48.

Idem paniculis ruffescentibus *Cup. l. c.*

Gr. phalaroides majus ferrugin. nutante panicula *Barrel. Ic.* 15. *fig.* 1. bene loc. maj. *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 45. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 34. herb. Mont.

Gr. tremulum seu phalaroides majus erecta panic. rufum, et citrinum *Barrel. Icon.* 23. *fig.* 1. 2. bene loc. minor. *Mont. l. c.*

Ital. *Sonaglini* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 38.

Ann. Copiosa in herbidis totius Liguriæ. Legi Sarzanæ in collibus, et inter segetes, Genuæ *al Lagazzo,* Bononiæ *a Barbiano,* et prope *Paderno*. Habui ex pascuis Tergestinis a Biasoletto, ex *Canino* in agro Viterbiensi a Rev. Fratre Mauritio de Brixia, Româ ex monte *Testaccio* a Brunnero, Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, ex insula Caprearum a Prof. Giraldio, ex Igilio in mari Tyrrheno a Com. De Bardis, ex Corsica *a Bastia* prope S. Luciam a Bubanio, et *a Calvi* a Soleirolio, et *a Bonifacio* a Seraffinio. Floret Majo.

Radix fibrosa, fibris ramulosis, flexuosis, huc illuc villosis. Culmi solitarii, vel cæspitosi, erecti, aut ascendentes, a palmo ad sesquipedem, et etiam duos pedes longi, teretes, striati, nunc apice aliquo tractu nudi, glabri, aut scabridi, nunc toti tecti. Folia linearia, acuminata, longiuscula, ex lata basi oblique subcordata, striata, undique scabrida. Vaginæ striatæ, glabræ, laxiusculæ. Stipula mediocris, lineam, aut sesquilineam longa, obtusa, eroso-denticulata. Panicula terminalis, simplex, aut subsimplex, brevis, pauciflora, strictiuscula, secunda, nutans. Rami ejus capillares, striati, scabri, flexuosi, uniformes, apice incrassati, omnes solitarii, vel inferiores gemini. Rachis

striata, scabra. Locustæ amplæ, ovatæ, in plena anthesi, valvis calycinis laxatis, cordatæ, compresso-turgidæ, obtusæ, vel acutiusculæ, minores quinque-sexfloræ, majores vigintifloræ, nunc totæ stramineæ cum levi virore, nunc stramineo-rufæ, vel ferrugineæ, calyce sæpe purpurascente, nutantes, tremulæ. Valvæ calycinæ paululum inæquales, imo flosculorum pari breviores, concavo-ovatæ, acutiusculæ, glabræ, novemnerviæ, aut minore septemnervia, nervis virescentibus, radiantibus, externis superne citius evanescentibus, cæterum hæ valvæ plerumque purpureæ. Valvæ corollinæ valde inæquales, exteriore præ interiore maxima, late cordato-ovata, acutiuscula, margine elythroideo angustissimo, plano, novem-undecimnervia, nervis radiantibus, viridantibus, externis superne citius evanidis, in parte inferiore, et media concavo-cartilaginea, cavitate oblonga, non gibberosa, nunc tota adpresse hirsuta, nunc glabra, saltem in parte cartilaginea; valva interiore multo minore, elliptica, obtusa, utrinque ad marginem inflexum instructa nervo viridi, alato, cujus ala dense, tenuiter, at evidenter ciliata. Stigmata longa, minute, et laxiuscule plumosa. Caryopsis obovata, tenuius, quam in præcedente specie, birostrata, in reliquis similis.

DACTYLIS.

Lin. Gen. p. 35. *Juss. Gen. p.* 31. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 44. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 104. *Palis. Ess. d'une nouv. Agr. p.* 85. *tab.* 17. *fig.* 5. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 134. *Trin. Fund. Agr. p.* 145. *n.* 94.
Festucæ species *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 252.
Poæ species *Gou. Fl. Mons. p.* 470.
Bromi species *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 76.
Calothecæ species *Spr. Syst. veg.* 1. *p.* 137. *n.* 342.

Locustæ compressæ, carinatæ, multifloræ. Valvæ calycinæ inæquales, subintortæ. Valvæ corollinæ æquales, aut subæquales; exteriore multinervi, apice emarginata, in medio emarginaturæ breviter aristulata. Nectarium squamulæ duæ. Stili brevissimi. Stigmata simpliciter plumosa. Caryopsis oblonga, libera intra corollam persistentem.

Habitus. Plantæ perennes. Radix fibrosa, interdum sursum stolonifera. Culmi erecti, vel decumbentes, aut ascendentes, in plantis stoloniferis e nodis stolonum profecti. Folia linearia, sparsa, vel disticha. Inflorescentia racemosa, secunda.

1. DACTYLIS *glomerata*: racemo composito, ramis elongatis, abbreviatisque; locustis dense glomeratis; valvis calycinis, et corollina externa nervo carinali setosis, interiore acute bifida.

D. glomerata *Sp. pl.* 105. *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 2. *p.* 274. *Smith. Engl. Fl.* 1. *pag.* 134., *et Engl. bot. v.* 5. *tab.* 335. *Hook. Brit. Fl. p.* 44. *Leers. Herb. p.* 21. *tab.* 3. *fig.* 3. *Fl. Dan. tab.* 743. *Svensk. Bot. tab.* 32. *Schreb. Gram.* 1. *p.* 72. *tab.* 8. *fig.* 2. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 44. *fig.* 1. *Palis. Ess. d'une nuov. Agr. expl. des pl. p.* 12. *tab.* 17. *fig.* 5. *Hoffm. Fl. d'Allem. tom.* 1. *sec. part. ann.* 1804. *tab.* 6. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 67. *tab.* 94., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 137. *Balb. Fl. Taur. p.* 18. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 70. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 30. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 47., *et* 326. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 15. *n.* 106. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 54. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 115. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 24. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 42. cum var. *α*. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 59. *Bert. Pl. Gen. p.* 16. *n.* 31., *et Amœn. Ital. p.* 116. *n.* 31. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 66. *Maur. Cent.* 13. *p.* 8. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 71., *et Syll. p.* 38. *n.* 2. *Ab Ucr. Hort. reg. Panorm. p.* 59. *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 100. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 79. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 73. *n.* 1642. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *pag.* 311. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abth.* 6. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 634. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 36. *n.* 229., *et Add. p.* 140.[3] *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 223. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 386. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 265. *n.* 1., *et Mant.* 2. *p.* 348., *et Mant.* 3. *p.* 626.

D. glaucescens *Willd. Enum.* 1. *p.* 111. *Link. Hort. reg. Ber. desc.* 1. *p.* 152. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 626., *et Mant.* 2. *p.* 348. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 386. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 116., *et* 3. *p.* 773.

D. hispanica *Willd. En.* 1. *p.* 111. *Link. Hort. reg. Ber. descript.* 1. *p.* 153. *Roth. Cath.* 1. *p.* 8. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 1. *p.* 626. *n.* 3., *et Mant.* 2. *p.* 348. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 386. *Balb. Misc. alt. p.* 7. *Berg. Oss. in Giorn.*

di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec. 2. *tom.* 7. *p.* 215. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 71., *et Syll. p.* 38. *n.* 3. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 34. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 100., *et Sup.* 1. *p.* 22. *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 278. cum omn. variet. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 634. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 36. *n.* 228. *Dumort. Agr. Belg. tent. p.* 115. *tab.* 6. *fig.* 24.

Festuca glomerata *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 354. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 252. *n.* 2239. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 111., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 54.

Bromus glomeratus *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 76. B. n. 1512. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 238.

Gramen spicatum aspero folio *C. B. Theatr. p.* 45. fig. bon.

Gr. spicatum folio aspero *C. B. Prodr. p.* 9. fig. ead. ac in Theatr. *Scheuchz. Agr. p.* 299. *n.* 1. *tab.* 6. *fig.* 15.

Gr. spicatum fol. aspero spica grumosa long., vel breviore *Barrel. Ic.* 26. *fig.* 1. 2.

Gr. loliaceum, asperum, paniculis contractis *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 36. *tab. ic. loc. et spic. gr. fig. n.* 7. herb. Mont. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 337. *n.* 9.

Gr. asperum *Zannich. Istor. delle piant. p.* 132. *tab.* 194. *fig.* 1. pessima, et magis *Caricem* referens, ut recte habet Scopolius in Fl. Carn. edit. 2. tom. 1. p. 77.

Gr. panicula torosa pratense asperum *Moris. Ox. sect.* 8. *tab.* 6. *fig.* 38.

Ital. *Erba mazzolina*. *Erba razzolina*. *Pannocchina*. *Spiga bianca* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 88.

Perenn. Ubique obvia in pratis, et locis herbidis collinis totius Italiæ, præsertim ad mare. Legi Sarzanæ, Genuæ, et Bononiæ. Habui Albâ Pompejâ a Bertero, ex pratis arenosis maritimis Tergesti, et Istriæ a Biasoletto, ex litore Veneto a Zanardinio, Fossâ Clodiâ a Prof. Naccario, ex viciniis *di Arceria* in agro Camerinensi a Prof. Octavianio, ex agro Viterbiensi *a Canino* a Rev. Fratre Mauritio de Brixia, Româ a Prof. Maurio, Panormo *al Mondello*, ex Nebrodibus, et ex insula Strongyle (*Stromboli*) ab Eq. Gussonio, ex insula Caprearum a Prof. Giraldio, ex insula *Monte Cristo* in mari Tyrrheno a Prof. Giulio, ex Corsica *a Bonifacio* a Seraffinio, et *a Calvi* a Soleirolio. Floret Junio.

Radix fibrosa, fibris crassiusculis, flexuosis, parce ramulosis, huc illuc villosis. Culmi solitarii, vel cæspitosi, erecti, aut ascendentes, a spithama ad duos

cubitos longi, teretes, striati, superne nudi, glabri, vel scabridi, raro hirsutuli. Folia linearia, acuta, subinde acuminata, carinata, striata, rigidula, patentia, nunc undique scabra, nunc tantum in facie interna, marginibus, et carina superiore, inferiora crebriora. Vaginæ tereti-compressæ, hinc longitudinaliter carinatæ, striatæ, scabridæ, interdum hirsutæ. Stipula oblongo-lanceolata, acuta, vel apice abrupta, et erosula, passim unam, aut duas lineas longa, at luxurians etiam quadrilinearis. Racemus compositus, terminalis, secundiflorus, alterne ramosus, modo ramis inferioribus elongatis, remotis, patulis, modo ramis omnibus brevissimis, approximatis, ut racemus spiciformis appareat. Ejus longitudo summopere varia inter semipollicem, et semipedem. Rachis, et rami striati, flexuosi, scabri, vel etiam inferne hirsutuli. Locustæ conglomeratæ, glomerulis secundifloris, semiovoideis, aut semiglobosis, in parte superiore ramorum sitis; cæterum ovato-oblongæ, compressæ, carinatæ, tri-sexfloræ, albo-virides, aux ex albo-viridi purpurantes. Valvæ calycinæ locusta breviores, quidquam inæquales, carinatæ, compresso-canaliculatæ, dorso cartilagineæ, margine albo-membranaceo-diaphanæ, exteriore minore, lanceolata, acuminata, uninervi; interiore majore, oblongo-lanceolata, apice mucronulata, aut aristulata, subintorta, binervi, nervo altero carinali, scabro, aut setoso, altero in latere exteriore, quod paululum latius, latere interiore enervi. Axis communis flosculorum flexuosus, turgide nodosus, nodis non secedentibus. Flosculi distichi, alterni, subintorti, persistentes. Valvæ corollinæ longitudine paululum inæquales; exteriore majore, cartilaginea, oblongo-lanceolata, compresso-canaliculata, carinata, quinquenervi, apice emarginata cum mucronulo, aut aristula in medio, carina setosa, setis subinde paucis, aut deficientibus, lateribus sub vitro punctato-scabris; valva interiore albo-membranacea, apice bifida, segmentis acuminatis, nervo viridi, ciliatoque utrinque ad marginem inflexum instructa. Reliqua generis. In plantis longe a mari ortis herba viridis, in iis ad mare glauca.

Jam a longo tempore cognoveram, *Dactylem glaucescentem*, et *Dactylem hispanicam* auctorum esse lusum unius, ejusdemque typi, prout ex litteris meis palam fecerat Schultesius in Syst. veg. mant. 2. p. 348., quam

quidem sententiam postea amplexati sunt Sprengelius in Syst. veg. l. c., et Linkius in Hort. Ber. descr. tom. 2. l. c., aliique. Si cui lubeat condere species ex characteribus levissimi momenti, faciet centenas de hac stirpe apud nos mire proteiformi.

2. Dactylis *litoralis:* stolonibus repentibus; culmis floribus ad nodos subsolitariis, totis tectis; foliis distichis; racemo oblongato; locustis scabris; valva corollina externa apice angustata, obsolete emarginata.

D. litoralis *Willd. Sp. pl.* 408. *Röm. et Schult. System. veg.* 2. *p.* 628. *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 16. *tab.* 28. opt., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 136. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 116. *Bert. Amœn. Ital. p.* 238. *n.* 7. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 72., *et Syll. p.* 38. *n.* 1. *Guss. Pl. rar. p.* 30.*, *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 100.* *Lois. Deslongch. Fl. Gall. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 69. *n.* 3.*

D. distichophylla *Brign. Fasc. pl. Forojul. p.* 16.*

D. maritima *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 627., *et Mant.* 2. *p.* 349., *et Mant.* 3. *p.* 627. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 153., *et* 2. *p.* 275. *Suffr. Foroj. p.* 116. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 313. *tab.* 6. *fig.* 1. mala. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 36. *n.* 227.

Calotheca litoralis *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 347.

Poa litoralis *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 324. *Enc. méth. bot. ed. de Pad. tom.* 5. *p.* 83. *n.* 49. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 45. *fig.* 5. mala. *Spreng. Pugil.* 2. *p.* 18. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 52. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 70. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 53.* *Gou. Fl. Monsp. p.* 470. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 63. *n.* 1618.* *Lois. Deslongch. Fl. Gall. ed.* 1. *tom.* 1. *p.* 52.* *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 594.

P. maritima *Cav. Ic. et descr.* 2. *p.* 23. *n.* 138. *tab.* 126.

Gramen caninum maritimum spicatum *C. B. Theatr. p.* 16. *fig. p.* 17., *et Prodr. p.* 2. *n.* 4. cum ead. fig.

Ital. *Pannocchina de' lidi.*

Perenn. Legi in litore Ravennati, ubi copiosa. Habui ex litoribus Venetis a Prof. Brignolio, a Cernazajo, et a Visianio, ex ora circumpadana *alla Mesola* ab Eq. Prof. Savio, ex ditione Romana *ai Ponticelli d'Ostia* a Brunnero, ex palustribus Siciliæ prope Catanam ab Eq. Gussonio, ex Corsica ad Aleriam a Soleirolio. Floret ab Junio in Augustum.

Radix fibrosa, fibris crassiusculis, subsimplicibus, flexuosis, huc illuc villosis. Ex hac prodeunt stolones, longi, prostrati, repentes, teretes, articulati, glabri, etiam bicubitales, simplices, vel ramosi, ad nodos imos instructi squamis amplexantibus, primis ovatis,

acutis, successivis oblongo-lanceolatis, acuminatis, omnibus distiche imbricatis, et nodum imum subbulbosum facientibus; ad reliquos nodos squamæ abeunt in vaginas veras, apice breviter foliosas. Ab hujusmodi stolonum nodis nascuntur culmi subsolitarii, alii floriferi, alii eodem tempore foliiferi tantum, basi squamati, et subbulbosi, oblique ascendentes, vel erecti, teretes, striati, fere semper usque ad apicem foliosi, glabri, subinde in apice scabriusculi, simplices, aut ramosi, a pollice ad pedem longi. Folia anguste linearia, acuminata, ipso apice obtusiuscule calloso, inferiora planiuscula, at omnia in locis aridis cito canaliculata, et demum arefactione convoluta, quæ in culmis, internodio longiora, quæ in stolonibus, præsertim ima, breviora. Omnia disticha, striata, margine, et carina superiore scabra, reliqua parte glabra, vel pilis longiusculis sparsa, aut hirsuta. Vaginæ striatæ; ludunt glabræ, scabriusculæ, pilosæ, aut hirsutæ. Stipulæ loco series pilorum in parte media brevium, marginem versus elongatorum. Racemus compositus, terminalis, spiciformis, secundiflorus, oblongatus, sæpe ab imo ad summum latitudinis fere æqualis, modo brevissimus, vix semipollicaris, modo longior, sesqui-, vel bipollicaris, item variat continuus, vel inferne interruptus. Rami omnes brevissimi, stricti, alterni, conformes. Rachis striata, flexuosa, scabrida. Locustæ oblongæ, compressæ, acutæ, passim parvæ, subquadrifloræ, sed vidi longiores, decemfloras; variant virides, vel e viridi cærulescentes, aut purpurantes. Valvæ calycinæ inter se inæquales, locusta dimidio, aut etiam multo magis breviores, ovato-oblongæ, mucronulatæ, concavo-canaliculatæ, subintortæ, carinatæ, majore quinquenervi, minore adpresse trinervi, nervis sub lente scabridis, marginibus membranaceo-albis. Valvæ corollinæ longitudine subæquales, exteriore latiore, ovato-oblonga, concavo-canaliculata, carinata, novemnervia, et multistriata, nervis sub lente plus minus scabris, apice angustata, et obsolete emarginata, aristulata; valva interiore minutissime bidentata, et insuper erosula, nervo utrinque sub lente scabro ad marginem late inflexum instructa. Tota herba viridi-glauca.

Sprengelius l. c. bene novit hanc speciem, et probe distinxit a sequente. Reliqui auctores, præsertim systematici, utramque invicem confuderunt, turbarunt synonyma, descriptiones mancas, erroneas tradiderunt.

3. Dactylis *repens:* stolonibus repentibus; culmis floriferis ad nodos cæspitosis, superne nudis; foliis distichis; racemo ovato, densissimo, secundifloro, hirsuto; valva corollina externa apice dilatata, emarginato-aristulata, interna truncata, inferne villosa.

D. repens *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 79. *tab.* 15. *Pers. Syn. pl.* 1. *pag.* 88. *n.* 12. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 628., *et Mant.* 3. *p.* 627. *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 101.*, *et Suppl.* 1. *p.* 22.* *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 1. *p.* 154., *et* 2. *p.* 275.

D. litoralis *Bert. Lucubr. p.* 5. *n.* 1. excl. synon. præter Cupanian.

Poa litoralis *Vahl. Symb.* 2. *p.* 19.

P. tunetana *Spreng. Pug.* 2. *p.* 20. *n.* 37.

Calotheca repens *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 347. *n.* 2.

Festuca litoralis *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 61., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 63. *tab.* 80.

Gramen caninum, marinum, pumilum, Graminis filicini paniculis in spiculam compactis *Bonann. Panph. tab.* 1.

Ital. *Pannocchina villosa.*

Perenn. Habui ex Siciliæ maritimis inundatis *di Spaccaforno*, et *Capopassaro*, et ex Lopadusa ab Eq. Gussonio. Floret Julio, Augusto.

Radix, et stolones, ut in præcedente, at stolonum internodia longiore tractu nuda. Ad eorum nodi culmi sive foliiferi, sive fructiferi cæspitosi, breves, ad summum tripollicares, ascendentes, vel erecti, teretes, striati, qui florigeri, in parte superiore longo tractu nudi, et plus minus hirsuti. Folia omnia brevia, disticha, rigidula, linearia, canaliculata, acuta, tamen, callo obtusiusculo terminali, patula, striata, plus minus hirsuta, arefactione convoluta. Vaginæ striatæ, plus minus hirsutæ. Stipulæ loco pili omnino ut in præcedente. Racemus compositus, terminalis, parvus, densissimus, secundiflorus, ovatus, hirsutus, incanus. Locustæ parvæ, oblongæ, compresso-turgidæ, totæ cano-hirsutæ, subquinquefloræ. Valvæ calycinæ inæquales, flosculos imos, aut totam locustam æquantes, dum hæc est bi-triflora. Tum hæ, tum valva corollina exterior formâ valvarum *Dactylis litoralis*, at apice multo latiores, membranaceæ, rotundatæ, et corollina emarginata cum mucronulo in medio, superne evidenter, sed minus, carinatæ, nervis hirsutæ. Valva corollina interior albo-membranacea, apice prorsus truncata,

et subcrenulata, inferne villosa, nervo superne nudo, et sub lente scabro, inferne villoso utrinque ad marginem late inflexum instructa. Tota planta intense glauca. Hirsuties ejus quidem varia, at nunquam quantitate aliqua deficiens.

Synonyma Floræ Græcæ, et Bonannii ad hanc speciem pertinent racemo ovato, compacto, hirsuto, et culmis florigeris superne nudis. Stirps vexata ob confusionem ejus cum præcedente, a qua distinctissima, ut evidens est ex melioribus notis, quas erui a forma utriusque valvæ corollinæ. Exemplaria Egyptiaca e Raddiánis, quæ sub nomine *Dactylis repentis* habui a Cl. Savio, non omnino eadem cum nostratibus, sed contractiora omnibus partibus, locustæ minores, ovatæ, sex-octofloræ, et in series duas magis distiche imbricatæ, calyx tota locusta multo brevior, herba nudior, culmi florigeri fere ad apicem vestiti. Hanc ego puto esse *Calothecam niliacam* Spreng. Syst. veg. 1. p. 348. n. 4., et *Dactylem repentem* Sieb. ex *Damieta* (non e Creta), quam nollem confundere cum nostra, ut noluit confundere Besserus apud Schult. Mant. 3. p. 627., licet contra sentiat ipse Schultesius.

SPARTINA.

Schreb. in Linn. Gen. pl. 1. *p.* 43. *Muhlenb. Gram. p.* 53. *Palis. Ess. d'une nuov. Agr. p.* 25. *tab.* 7. *fig.* 6. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 135. *Trin. Fund. Agr. p.* 115. *n.* 37.

Limnetis *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 72. *n.* 137.

Trachynotia *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 74. *n.* 179.

Dactylis species *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *pag.* 407. *Ait. Kew. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 160.

Locustæ unifloræ, spicatæ, secundæ, valde compressæ. Valvæ calycinæ inæquales, exteriore minore, interiore carinata, carina infra apicem in mucronulum, seu aristulam desinente, utraque apice integra. Flosculus valva calycina majore brevior. Valvæ corollinæ inæquales, muticæ. Stili duo, prælongi, inferne connati, tamen distincti. Stigmata plumosa. Nectarium nunc

omnino nullum, nunc squamulæ duæ. Caryopsis oblonga, compressa, libera intra corollam persistentem.

Habitus. Plantæ perennes. Culmi erecti, vel ascendentes. Folia linearia, acuminata. Inflorescentia spicata, spicis secundifloris.

1. Spartina *stricta*: spicis subgeminis, strictis, adpressis, rachidibus facie nuda obversis; locustis lineari-elongatis, calycibus, valvaque corollina externa conduplicatis, pilosis, laxe imbricatis.

S. stricta *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 261., *et Mant.* 2. *p.* 149., *et Mant.* 3. *p.* 550. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 265. *n.* 2. *Kunth. En. pl.* 2. *p.* 278. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 135. *Hook. Brit. Fl. p.* 57. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 26. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 40.* *Roth. Cat.* 3. *p.* 9. *n.* 1. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 460. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 22. *n.* 117. *Lois. Deslongch. Fl. Gall. edit.* 1. *tom.* 2. *p.* 718.*, *et edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 41.*

Dactylis stricta *Ait. Kew. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 160. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 407. *Engl. bot. v.* 6. *tab.* 380.

Limnetis pungens *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 72. *n.* 1. *Host. Gr. Austr.* 4. *p.* 38. *tab.* 66. opt., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 67. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 15.

Trachynotia stricta *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 74. *n.* 1643.

Gramen spicatum, secalinum, maritimum, radice repente, spica nunc gemina, nunc trigemina, locustis heteromallis, muticis *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 72. *Zannich. Istor. delle piant. p.* 120. *tab.* 36.

Gr. loliaceum, spicarum locustis longissimis, ac minime expansis *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 41. herb. Mont.

Ital. *Sparto pungente*.

Perenn. Legi Venetiis in insula *del Castello*. Habui ex eisdem plagis circa Venetias a Pollinio, a Prof. Naccario, et a Ruchingero, et ex maritimis ad Aquas Gradatas a Berinio, et Brumattio. Floret ab Julio in Septembrem.

Radix repens, fibris descendentibus crassiusculis, flexuosis, simplicibus, vel ramulosis, arescendo flaccidis. Culmi cæspitosi, erecti, vel ascendentes, crassiusculi, teretes, striati, glabri, pedem, vel sesquipedem longi, toti tecti, basi squamati, squamis pluribus, imis brevibus, obtusis, successivis elongatis, vaginantibus,

truncatis. Folia linearia, acuminata; mucronata, canaliculata, et cito convoluta, carinata, striata, glabra. Vaginæ striatæ, glabræ, suprema subspathacea. Stipula margo brevissimus, dense ciliolatus. Flores in spicis duabus terminalibus, approximatis, strictis, facie plana, et nuda racheos obversis, et arcte adpressis, secundifloris, angustis, longis, etiam tripollicaribus; raro adest spica tertia, inferior. Rachis flexuosa, hinc nuda, plana, striata, inde florifera, et alterne excavata ad excipiendas locustas, tota glabra, subinde terminata acumine subulato, sterili, nudo. Locustæ lineares, longæ, unifloræ, laxe imbricatæ, alternæ, distichæ, secundæ. Valvæ calycinæ inæquales, conduplicatæ; exterior brevior, angustissima, linearis, acuta, carinata, carina pilosa, lateribus membranaceo-diaphanis; valva interior major, lanceolato-linearis, acuminata, flosculum paululum excedens, carinata, carina desinente infra apicem valvæ in mucronulum brevissimum, stramineo-virens, chartacea, margine albo-membranaceo, angusto, extus pilosa, præsertim carina. Valvæ corollinæ inæquales; exterior brevior, obtusiuscula, aut acuta, lanceolato-linearis, in reliquis similis valvæ calycinæ majori; valva interior paululum longior, apice subemarginata cum acuminulo in medio, magis membranacea, pellucida, multistriata, glabra. Stili duo prælongi, inferne brevi tractu connati, commissura evidenti. Stigmata plumosa. Nectarium nullum.

BECKMANNIA.

Host. Gram. Austr. 3. *p.* 5., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 113. *Ten. Fl. Nap.* 1. *pag.* 16. *Palis. Ess. d' une nuov. Agrost. p.* 96. *tab.* 19. *fig.* 6. *Nutall. Gen.* 1. *p.* 48. *Trin. Fund. Agr. p.* 141. *n.* 85. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 27.

Phalaridis species *Linn. Gen. p.* 36.

Cynosuri species *Willd. Sp. pl.* 1. *par.* 1. *p.* 412. *Ait. Kew. edit.* 2. *vol.* 1. *p.* 161.

Locustæ parvæ, cuneato-orbiculatæ, compresso-turgidæ, distichæ, uni-bifloræ. Valvæ calycinæ æquales, oppositæ, cymbiformes, trinerviæ, et inter

nervos transverse venosæ. Valvæ corollinæ lanceolatæ, exteriore quinquenervi, rostellata, subexerta, interiore apice indivisa. Stilus brevissimus, connatus. Stigmata duo, longa, plumosa. Nectarium squamulæ duæ. Caryopsis minuta, libera intra corollam persistentem.

Habitus. Radix repens. Culmus erectus. Folia lato-linearia. Inflorescentia in spica ramosa, densiflora, et secundiflora.

1. Beckmannia *erucæformis*.

B. erucæformis *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 5. *tab.* 6., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 113. *Willd. En.* 1. *p.* 88. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 695., *et Mant.* 2. *p.* 387. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 322. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 27. *Ten. Fl. Nap.* 1. *p.* 16. *tab.* 5., *et Syll. p.* 38. *n.* 1. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 30. *n.* 76. *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 578. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 22. *n.* 119.

B. eruciformis *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 1. *p.* 61., *et* 2. *p.* 226.

B. erucoides *Palis. Ess. d'une nouv. Agrost. expl. des pl. p.* 13. *tab.* 19. *fig.* 6.

Phalaris erucæformis *Sp. pl.* 80. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 62.*, *et Bot. Etr.* 1. *p.* 37.*

Cynosurus erucæformis *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 412. *Ait. Kew. edit.* 2. *v.* 1. *p.* 161.

Gramen palust. locustis erucæformibus *Barrel. Ic.* 2.

Panicum spica longissima, locustis multiplicibus erucæformibus *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 9. herb. Mont.

Ital. *Scagliola acquatica* Sav. Fl. Pis. 1. p. 62.

Perenn. Habui ex fossis agri Pisani ab Eq. Prof. Savio. Floret Aprili, Majo.

Radix repens, fibris descendentibus crassiusculis, flexuosis, subsimplicibus, huc illuc villosis, arefactione flaccidis. Culmi unus, plures ex eodem loco, basi nodosi, et catenato-subbulbosi, teretes, crassiusculi, erecti, vel ascendentes, striati, glabri, nunc toti tecti, nunc superne nudi, ab uno ad tres, quatuorve pedes longi, basi obducti pluribus squamis, seu vaginis aphyllis, striatis, acutis, imis brevibus, reliquis successive longioribus. Folia plus minus lato-linearia, acuminata, striata, scabra, longa. Vaginæ striatæ, glabræ,

suprema subspathacea. Stipula oblonga, acuta, integra, vel lacera, sesquilineam, aut duas lineas attingens. Flores in spica ramosa, terminali, uniformi, lineari, secundiflora, ante, et post anthesim stricta, in anthesi patente, longitudinis variæ, et etiam pedalis. Rami ejus breves, alterni, simplicissimi, secundiflori, nunc ab imo ad summum floriferi, nunc inferne nudi, solitarii, vel terni, intermedio longiore, inferiores sæpe inter se se remotiusculi. Rachis communis flexuosa, scabrida, dorso convexa, nuda, lateribus submarginata, facie leniter excavata ad excipiendos ramos, sive spicas partiales. Rachides partiales latere florifero alterne, et distiche denticulatæ, denticulis locustiferis, in reliquis similes rachidi primariæ. Locustæ parvæ, suborbiculares, compresso-turgidæ, cuneatæ, et fere subpedicellatæ, distichæ, alternæ, secundæ, uni-bifloræ. Valvæ calycinæ æquales, semiorbiculares, oppositæ, cymbiformes, subcompressæ, obtusiusculæ, vel acutæ, flosculos subæquantes, scabridæ, trinerviæ, inter nervos transverse venosæ, et demum rugosæ, dorso virides, margine albo-membranaceæ. Valva corollina exterior lanceolata, canaliculata, mucronata, et in flosculo inferiore sæpe longiuscule rostellata, rostro extra calycem exerto, quinquenervis, puberula, viridis, margine albo-membranaceo; valva interior angustior, brevior, aut æqualis, lanceolata, acuminata, apice integerrima, nervo viridi glabro utrinque ad marginem inflexum instructa. Reliqua generis.

DINEBA.

Délil. Déscript. de l'Égypt. édit. 2. *tom.* 19. *p.* 165. *Palis. Ess. d' une nuov. Agr. p.* 98. *tab.* 16. *fig.* 2. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 42. *n.* 342. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 54. *n.* 27. *Trin. Fund. Agr. p.* 140. *n.* 84.

Dinebra *De Candoll. Cat. plan. hort. bot. Monsp. p.* 104.

Dactylis species *Willd. En.* 1. *p.* 111.

Cynosuri species *Vahl. Symb.* 2. *p.* 20. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 413.

Leptochloæ species *Kunt. Gram.* 1. *p.* 91., *et En. pl.* 1. *p.* 271.

Locustæ tri-quinquefloræ, spicatæ, secundæ, distichæ. Valvæ calycinæ lanceolato-subulatæ, carinatæ, apice subintortæ, locusta longiores, aut breviores. Flosculi alterni in stipitulo communi, quorum imus sessilis in basi, supremi interdum abortivi, aut masculi. Valva corollina exterior apice emarginata cum mucronulo, interior bidentata. Genitalia minuta. Stamina tria. Stili duo. Stigmata pilosula. Nectarium squamulæ duæ. Caryopsis oblonga, trigona, libera intra corollam persistentem, unisulcata, glabra.

Habitus. Plantæ annuæ, vel perennes. Culmi decumbentes, aut erecti, inferne subramosi. Folia linearia. Inflorescentia in spica alterne ramosa, uniformi, laxa, secundiflora, demum retroflexa.

1. Dinebra *arabica:* spicis partialibus basi interiore geniculato-callosis, fructificantibus retroflexis; valvis calycinis divergentibus, locusta subtriflora longioribus; culmo decumbente.

D. arabica *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 711., *et Mant.* 2. *p.* 391. *Palis. Ess. d'une nouv. Agr. expl. des pl. p.* 11. *tab.* 16. *fig.* 2. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 54., *et* 2. *p.* 222. *Ten. Viagg. in Abruzz. p.* 46. *n.* 116.*, *et Syll. p.* 38. *n.* 1.*

D. ægyptiaca *Délil. Déscript. de l'Égypt. édit.* 2. *tom.* 19. *p.* 165. *tab.* 11. *fig.* 3. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 281. *n.* 2. *Sav. Cat. di piant. Egiz. in Radd. Mem. p.* 23.*

Dinebra arabica *De Candoll. Cat. pl. hort. bot. Monsp. p.* 104.*

D. ægyptiaca *Jacq. Fragm. p.* 77. *tab.* 121. *fig.* 1.

Dactylis paspaloides *Willd. En.* 1. *p.* 111.

Cynosurus retroflexus *Vahl. Symb.* 2. *p.* 20. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 413.

Leptochloa arabica *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 271.

Ital. *Piè di Gallo raspellone*.

Ann. Habui ex litore Asculano ab Orsino, qui fuit detector hujus pretiosæ stirpis in Italia. Floret Septembri.

Radix fibrosa, fibris flexuosis, ramulosis. Culmi cæspitosi, decumbentes, nodisque infractis superne ascendentes, fortiter striati, glabri, nunc toti tecti, nunc apice nudi, simplices, vel e nodis inferioribus ramosi, a palmo ad pedem longi. Folia linearia, acuminata, striata, plana, scabrida. Vaginæ striatæ, glabræ. Stipula brevissima, truncata, lacera, vix semilinearis. Spica alterne ramosa, terminalis, laxa, secundiflora, uniformis, etiam quatuor-quinquepollicaris, spicis partialibus sessilibus, alternis, remotis, distichis, secundifloris, linearibus, ante anthesim strictis, paulatim patulis, post anthesim retroflexis, superne in basi geniculo calloso, scabro instructis, a duabus, tribusve lineis ad quatuordecim, vel sexdecim lineas longis. Rachis primaria angulata, striata, glabra. Rachides partiales flexuosæ, dorso nudæ, planæ, linea mediana alba, depressa, utrinque margine alatæ, striatæ, virides, in facie carinatæ, alterne denticulatæ, et sulco flexuoso exculptæ. Locustæ bi-trifloræ, alternæ, distichæ, secundæ, inter se divergentes, ortæ e denticulo, et intra sulcum exceptæ. Valvæ calycinæ nunc fere æquales, nunc omnino inæquales, exteriore majore, lanceolato-lineares, subulatæ, apicibus divergentibus, subintortæ, compresso-canaliculatæ, carinatæ, flosculis longiores, nervo carinali viridi, scabro, lateribus albo-membranaceis, glabris. Stipitulus communis flosculorum brevis. Valvæ corollinæ parum inæquales; exteriore majore, ovato-oblonga, apice emarginata cum mucronulo in medio, nervo carinali solitario, viridi, lateribus albo-membranaceis, pellucidis, glabris; valva interiore apice bidentata, nervo viridi sub forti lente scabrido utrinque ad marginem inflexum instructa. Genitalia inclusa, minuta. Antheræ flavæ. Tota planta ex viridi-subglaucescens, huc illuc, præsertim in spica, purpurascens.

DACTYLOCTENIUM.

Willd. En. 2. *p.* 1029. *Palis. Ess. d'une nouv. Agr. p.* 72. *tab.* 15. *fig.* 2. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 33. *n.* 299. *Trin. Fund. Agr. p.* 140. *n.* 83. *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 1. *p.* 58. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 261.

Cynosuri species *Linn. Gen. p.* 36.
Eleusine species *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 48. *fig.* 2.

Locustæ bi-septemfloræ, secundæ, seriebus pluribus dense spicatæ. Valvæ calycinæ concavo-ovatæ, carinatæ, apice emarginatæ, flosculis breviores, exteriore in spicis paulo longiore, ex emarginatura subintorte rostrata, nervo tereti carinata; interiore breviter mucronulata, carina alata. Valvæ corollinæ parum inæquales, exteriore longiore, concavo-ovata, acuminata, carinata; valva interiore acuta, dorso profunde scrobiculato-canaliculata, utrinque nervo alato ad marginem late inflexum instructa. Stili duo. Stigmata plumosa. Nectarium squamulæ duæ. Caryopsis libera, transverse rugoso-muricata.

Habitus. Plantæ annuæ. Culmi procumbentes, vel prostrati, breves. Folia linearia, flaccida. Inflorescentia digitato-spicata, secunda, stipata, spicis partialibus demum patentibus.

1. Dactyloctenium *ægyptiacum:* spicis digitato-subquaternis, fructificantibus patentissimis; rachidibus partialibus mucronatis; locustis subquadrifloris.

D. ægyptiacum *Willd. Enum.* 2. *p.* 1029. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 583., *et Mant.* 2. *p.* 325. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 261. *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 1. *p.* 58., *et* 2. *p.* 225. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 46.

D. ægyptium *Palis. Ess. d' une nouv. Agr. expl. des pl. p.* 10. *tab.* 15. *fig.* 2.

Eleusine ægyptia *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 87. *n.* 2. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 71.*, *et Syll. p.* 40. *n.* 1.* *Gusson. Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 85.* excl. syn. Host., *et Suppl.* 1. *p.* 20.*

E. ciliata *Rafin. Préc. des découv. p.* 45.

E. mucronata *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 350. *n.* 5. quoad pl. Sic., et Ægypt.

Cynosurus ægyptius *Sp. pl.* 106. *Sibth. et Smith. Flor. Græc. prodr.* 1. *p.* 59. *Bert. Lucubr. p.* 6. *n.* 10.

Gramen polystachyon, millepedæ effigie *Cup. Hort. Cath. p.* 90. *Bonann. Panph. tab.* 4.

Gr. dactylon, Ægyptiacum *Scheuchz. Agr. p.* 109. *n.* 1. *tab.* 2. *fig.* 11. *M.* non Cas. Bauh.

Ital. *Gramigna dalla croce*.

Ann. Habui ex Calabria ad Rhegium Julium ab Eq. Prof. Tenorio, et ex pratis maritimis Siciliæ ab Eq. Gussonio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris tenuibus, longis, ramulosis, flexuosis. Culmi cæspitosi, decumbentes, nodisque infractis, superne surrecti, nunc prostrati, ad nodos prolificantes, et interdum radicantes, cæterum simplices, vel ramosi, tereti-compressi, valde striati, glabri, apice nudi, a duobus, vel tribus pollicibus ad spithamam longi. Folia linearia, acuminata, plana, brevia, flaccida, scabra, præsertim superne, et margine, interdum pilis longis adspersa, et margine inferiore ciliata. Vaginæ tereti-compressæ, striatæ, laxiusculæ, glabræ, vel pilis longis scatentes, suprema subspathacea. Stipula brevissima, truncata, fimbriato-barbata. Spicæ digitatæ, terminales, duæ-quinque, breves, crassæ, extrorsum secundifloræ, primum strictæ, demum patentissimæ, et cruciatim, ubi quatuor, ad exortum barbatæ, et supra in basi geniculo calloso fusco instructæ. Rachis spicarum partialium recta, dorso nuda, carinata, striata, scabriuscula, margine ciliolata, apice mucronata, mucrone subinde prot......o, sterili, nudo, facie externa locustis densissime quadriseriatis, secundis tecta. Locustæ parvæ, subquadrifloræ, virides, vel e viridi fulvæ, aut æneæ; ad earum basim pili. Valvæ calycinæ flosculis breviores, ovatæ, concavæ, carinatæ, lateribus nitidulæ, apice emarginatæ, interiore in locusta, at exteriore in spica, ex emarginatura rostrata, rostro subintorto, ad exteriora spicæ patulo, nervo carinali tereti, ciliato; exteriore in locusta, at interiore in spica, apice subretusa, et breviter mucronulata, nervo carinali alato, ala ciliata. Valvæ corollinæ inæquales; exteriore paulo longiore, forma valvarum calycis, apice acuminata, nervo carinali tereti ciliata, cæterum glabra, nitidula, chartacea, diaphana, et prope marginem nervo obsoleto utrinque instructa; valva interiore ejusdem latitudinis, at paulo breviore, extus in dorso insigniter scrobiculato-canaliculata, apice acuta, integra, aut obsolete bidentata, utrinque ad marginem plicatum instructa nervo alato, ala ciliata, ad medium latiore. Caryopsis subrotunda, turgido-compressiuscula, costa altera levissime subcanaliculata, altera ad basim cicatricula embryonis bisulca notata, tota transverse rugoso-muricata, corneo-transparens, fulva, omnino libera.

CYNOSURUS.

Linn. Gen. p. 36. *Juss. Gen. p.* 31. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 47. *fig.* 1. 2. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 105. *Gærtn. De fruct. et sem.* 1. *p.* 5. *tab.* 1. *Palis. Ess. d'une nouv. Agr. p.* 66. *tab.* 14. *fig.* 1. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 137. *Trin. Fund. Agr. p.* 142. *n.* 87.

Chrysurus *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 80. *n.* 156. *Palis. Ess. d'une nuov. Agr. p.* 123. *tab.* 22. *fig.* 5.

Lamarckia *Mœnch. Meth. p.* 201.

Locustæ pauciflore, secundæ, tectæ bracteis locustæformibus, sterilibus, quarum paleæ alternæ, distichæ, simplicissimæ, carinatæ, canaliculatæ, muticæ, vel aristatæ. Locustarum fertilium valvæ calycinæ lineares, subæquales, muticæ, çarinatæ, canaliculatæ; valva corollina exterior ovato-lanceolata, quinquenervis, apice bidentata, vel integra, aristata; valva interior mutica, breviter bifida, binervis. Stamina tria. Stili duo. Stigmata plumosa. Nectarium squamulæ duæ. Caryopsis oblonga, birostrata, glabra, libera intra corollam arcte obvolventem, vel corticata a valva corollina interna adhærente.

Habitus. Plantæ annuæ, vel perennes. Culmi erecti, aut ascendentes. Folia linearia. Inflorescentia racemus compositus, secundiflorus, racemulis partialibus subdichotomis, quorum ramuli supremi externi ferunt bracteas locustæformes, steriles, interni locustas fertiles.

Observ. Nulla differentia essentialis in structura bractearum, et locustarum fertilium *Cynosuri cristati* L., et in illa reliquarum specierum hic descriptarum. Quare nulla necessitas statuendi generis *Cynosuri* pro primo, et *Chrysuri* pro reliquis. Idem dicendum de genere *Lamarckia* pro sistendo *Cynosuro aureo* L. Conferantur, quæ hac de re sapienter monet cum Poireto diligentissimus Gaudinius in Fl. Helv. 1. p. 263.

1. Cynosurus *cristatus:* racemo spicæformi, secundo, lineari; bracteis concavis, muticis; valva corollina externa brevissime aristata.

C. cristatus *Sp. pl.* 105. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 137., *et Engl. bot. v.* 5. *tab.* 316. *Hook. Brit. Fl. p.* 45. *Leers. Herb. p.* 49. *tab.* 7. *fig.* 4. *Fl. Dan. tab.* 238. *Schreb. Gram.* 1. *p.* 69. *tab.* 8. *fig.* 1. 2. 3. *Lamk. Illust.* 1. *tab.* 47. *fig.* 1. *Palis. Ess. d'une nouv. Agr. expl. des pl. p.* 10. *tab.* 14. *fig.* 1: *Svensk. bot. tab.* 66. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 68. *tab.* 96., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 136. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 241. *n.* 2182. *Balb. Fl. Taur. p.* 18. *Re Fl. Segus. p.* 12., *et Fl. Torin.* 1. *p.* 70. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 30. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 48., *et p.* 326. *Com. Prodr. Fl. Comens. p.* 16. *n.* 107. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 54. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 140. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 57.* *Suffr. Foroj. p.* 113. *Bert. Amœn. Ital. p.* 331. *n.* 26., *et Lucubr. p.* 6. *n.* 9. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 110., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 54. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 65. *n.* 156. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 70., *et Syll. p.* 37. *n.* 1. *Ab Ucr. Hort. reg. Pan. p.* 59. *Bivona-Bern. Cent.* 1. *p.* 30. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 33. *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *pag.* 87., *et Suppl.* 1. *p.* 21. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 81. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 75. *n.* 1645. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 314. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abth.* 4. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *pag.* 632. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 17. *n.* 72., *et Add. p.* 140. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 263. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 198., *et* 2. *p.* 298. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 388.

C. n. 1545. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 251.

Phleum cristatum *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 57.

Gramen pratense cristatum, sive gramen spica cristata lævi *C. B. Theatr. p.* 42. *fig. p.* 43. *Scheuchz. Agrost. p.* 79. *n.* 1. *tab.* 2. *fig.* 8. *A. B. C.*

Gr. spica cristata lævi, vel gramen cristatum *C. Bauh. Prodr. p.* 8. *n.* 18. cum ead. fig. ac in Theatr.

Gr. typhinum plantag. spica glum. digitat. heteromallon majus, et minus *Barrel. Ic.* 27. *fig.* 1. 2.

Gr. loliaceum, spicæ locustis cristatis *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 42. *tab. ic. locust. et spic. gram. fig. n.* 23. herb. Mont. *Seguier. Veron.* 1. *p.* 343. *n.* 8.

Gr. spica cupressiformi aspera *Cup. Hort. Cath. p.* 90.

Gr. spica cupressiformi aspera cristata *Bonann. Panph. tab.* 4. *fig. A. B.*

Ital. *Gramigna canaiola* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 87.

Perenn. Frequens in pascuis montanis totius Italiæ, sed et in pratis demissis occurrit. Legi Sarzanæ in monte *Caprione*, Massæ ducalis secus viam, quæ ducit *a Fornole*, ubi copiosissimus, et in apennino Florentino in monte *Sassocastro* prope *il Coviglìaio*. Filius attulit ex *Castiglione de' Pepoli* in apennino Bononiensi. Habui ex *Confienza* in *Lomellina* ab Eq. Cesate, Fossâ Clodiâ in pratis prope *il Fossone* a Prof. Naccario, ex montanis agri Camerinensis a Prof. Octaviano, ex *Canino* in agro Viterbiensi a Rev. Fratre Mauritio de Brixia, Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, ex Corsica *a Calenzana* a Soleirolio. Floret Majo, Junio, et in alpinis Julio.

Radix subrepens, et ex fibris descendentibus, flexuosis, simplicibus, natis ex basi culmi brevi tractu transversa, et præmorsa. Culmi nunc solitarii, nunc parce cæspitosi, erecti, tenues, teretes, striati, glaberrimi, superne longo tractu nudi, a palmo ad duos pedes longi. Folia anguste linearia, acuminata, striata, margine, et carina superiore scabrida, alia plana, alia arescendo involuta, subinde brevissima, et angustissima, ima in basi culmi numerosa, crebra, subdisticha. Vaginæ striatæ, glabræ, arctæ. Stipula brevis, obtusa, integra, vel erosa, lineam semis, aut lineam circiter longa. Flores in racemo spicæformi, terminali, gracili, lineari, dense secundifloro, a paucis lineis ad tres pollices longo. Rachis flexuosa, angusta, submarginata, scabrida. Ramuli breves, uniformes, bi-trifidi, bi-trilocustiferi, secundi, alterni, distichi, approximati. Locustæ oblongæ, compressæ, tri-quadrifloræ; unaquæque extus fulcitur bractea pinnato-pectinata, concaviuscula, sibi longitudine fere æquali, facta paleis alternis, crebris, numerosis, simplicissimis, lineari-canaliculatis, acuminatis, muticis, carinatis, carina ciliatis. Valvæ calycinæ inter se subæquales, et subæquantes flosculos, lanceolato-lineares, canaliculatæ, acuminatæ, muticæ, carinatæ, carina viridi, ciliata, lateribus membranaceis, albidis, nitidulis, pellucidis. Valvæ corollinæ inæquales, exteriore majore, oblongo-lanceolata, canaliculata, nunc apice obsolete bidentata, breviter e medio dentium aristulata, nunc sine denticulis lateralibus, quinquenervi, extus superne sursum hispidula; valva interiore apice acute bidentata, nervo ciliato, viridi utrinque ad marginem inflexum instructa, inter nervum, et nervum

extus leviter canaliculata. Antheræ demum pendulæ, purpureæ.

Usus. Gramen optimum pro fœno.

2. Cynosurus *echinatus:* racemo ovato, oblongoque, secundifloro, stipato; corollis longissime aristatis; paleis omnibus lanceolato-linearibus.

C. echinatus *Sp. pl.* 105. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 137., *et Engl. bot. v.* 19. *tab.* 1333. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 58., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 61. *tab.* 78. opt. *Hook. Brit. Fl. p.* 45. *Gærtn. De fruct. et sem.* 1. *p.* 5. *tab.* 1. *Host. Gram. Austr.* 2. *pag.* 67. *tab.* 95., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 136. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 241. *n.* 2183. *Balb. Fl. Taur. p.* 18. *Re Fl. Segus. p.* 12., *et Fl. Tor.* 1. *p.* 70. *Bir. Fl. Acon.* 1. *p.* 30. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 48., *et* 326. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 16. *n.* 108. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 140. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. pag.* 24. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 41. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 58. *Suffr. Foroj. p.* 113. *Viv. Fl. Lib. specim. p.* 4. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 110., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 69. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 65. *n.* 157.* *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 86.*, *et Suppl.* 1. *p.* 20.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 81. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 75. *n.* 1646. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 315. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 632. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 68. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 264. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 388. *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 1. *p.* 199., *et* 2. *p.* 298.

C. n. 1546. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 251.

Chrysurus echinatus *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 67.*, *et Syll. p.* 36. *n.* 1.* *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 33. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 806., *et Mant.* 2. *p.* 442. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 296. *n.* 3.

Ch. giganteus *Ten. Syll. p.* 37. *n.* 4.

Gramen alopecuroides spica aspera *C. B. Theatr. p.* 58. *fig. p.* 59., *et Prodr. p.* 10. fig. ead. *Scheuchz. Agrost. p.* 80. *n.* 1. *tab.* 2. *fig.* 8. *B. D. Cup. Hort. Cath. Sup. alt. p.* 34.

Gr. alopecurum spica aspera *Barrel. Ic.* 123. *fig.* 2. pl. luxur.

Gr. loliaceum, asperum, locustis unam partem spectantibus *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 42. *tab. ic. loc. et spic. gr. fig. n.* 24. herb. Mont. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 343. *n.* 9.

Gr. cum cauda leporis aspera, sive spica marina *Zannich. Istor. delle piant. p.* 123. *tab.* 171. *fig.* 2.

Ital. *Covetta*. *Ventolana* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 87.

Ann. Provenit in universa Italia, præsertim inter segetes. Legi Sarzanæ in arvis inter sata. Filius attulit ex fageto *di Castiglione de' Pepoli* in apennino Bononiensi. Habui Tergesto a Biasoletto, ex agro Tiberiacensi *(Bagnacavallo)* a Bubanio, ex *Arceria* a Prof. Octavianio, Asculo ab Orsino, Româ a Prof. Maurio, a Brunnero, et a Masquillierio, Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, Neapoli ab Eq. Prof. Tenorio, ex Sicilia ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Bonifacio* a Seraffinio, et *a Calvi* a Soleirolio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, cæspitosa, fibris numerosis, flexuosis, villosis. Culmi solitarii, vel parce cæspitosi, erecti, aut ascendentes, a palmo ad duos cubitos usque longi, teretes, striati, glabri, superne nudi, multo crassiores, dum luxuriant, quam in specie præcedente, simplices, vel e nodis imis breviter ramosi. Folia plus minus lato-linearia, et longa, acuminata, plana, flexilia, striata, deorsum scabra. Vaginæ striatæ, glabræ, laxiusculæ, in plantis vegetioribus internodio multo breviores. Stipula basi folii interne adnata, parte libera brevi, ad summum lineam longa, acutiuscula, aut obtusa, integra, vel erosa, in vaginæ marginem decurrens. Racemus compositus, terminalis, densus, crassus, brevis præ planta, ovatus, vel oblongus, secundiflorus. Rachis striata, scabra, non articulata. Racemuli partiales alterni, subdichotomi, breves, quorum ramuli externi apice ferunt bracteam locustæformem, sterilem, pectinato-pinnatam, factam paleis simplicibus, alternis, distichis, lanceolato-linearibus, carinatis, canaliculatis, apice longe aristatis, supremis tamen arista breviore instructis, inferioribus laxiusculis, omnibus carina viridibus, et scabris, demum totis pallidissime stramineis, nitentibus. Racemulorum ramuli interni contra bracteas siti ferunt locustam bifloram, flosculo altero sessili in basi stipituli communis, altero in apice stipituli, utroque longe aristato. Aristæ omnes interdum rufescunt. Valvæ calycinæ parum inæquales, flosculis, arista non supputata, sublongiores, lanceolato-lineares, acuminatæ, muticæ, carinatæ, canaliculatæ, carina scabræ, margine superiore sub lente minute ciliatæ, lateribus albo-membranaceæ, diaphanæ. Valva corollina exterior oblongo-lanceolata, canaliculato-convoluta, apice acute bidentata, e medio dentium protracta in aristam tenuem, longam,

strictam, simplicem, scabram, bractea respondente multo longiorem, quinquenervis, superne sursum hispidula, substantiæ chartaceo-diaphanæ. Valva interior exteriore, arista non supputata, vix brevior, apice acute, et breviter bifida, extus superne pilosula, nervo ciliato, viridi utrinque ad marginem inflexum instructa.

3. Cynosurus *elegans:* racemo ovato, laxo, secundifloro; racemulis partialibus dichotomo-corymbosis; rachidibus articulatis; bractearum paleis superioribus ovato-lanceolatis, imis remotis, angustissimis, valvaque corollina externa longe aristatis.

C. elegans *Desf. Fl. Atl.* 1. *pag.* 82. *tab.* 17. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 87. *n.* 11. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 389. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 87.*, *et Suppl.* 1. *p.* 20.*

C. effusus *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 86. *n.* 2. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 199., *et* 2. *p.* 299.

Chrysurus elegans *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 807. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 296. *n.* 2. *Ten. Syll. p.* 37. *n.* 3.

Gramen spicatum, echinatum, locustis unam partem spectantibus *Tourn. Inst. rei herb.* 1. *pag.* 519. herb. Tourn.

β racemo gracili, oblongo-lineari.

Cynosurus gracilis *Viv. Fl. Cors. diagn. p.* 4.*, *et Nov. spec. diagn. in calce Flor. Liby. p.* 67.* non Cavanill. *Lois. Deslongch. Fl. Gall. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 68. *n.* 4.

C. elegans *Duby. Bot. gall.* 1. *p.* 526. *n.* 3.

Chrysurus gracilis *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 50.*

Ch. elegans *Fior. in Giorn. de' lett. di Pis. scienz. ann.* 1828. *tom.* 17. *p.* 4.*

Ital. *Covetta gentile*.

Ann. Habui ex *Majella* in Prætutiis ab Orsino, ex monte *Della stella* principatus citerioris in regno Neapolitano, ex Nebrodibus, et Enna *(Castrogiovanni)* Siciliæ, ex Cosyra *(Pantellaria)*, et Phenicusa *(Felicuri)* ab Eq. Gussonio. Varietatem *β* obtinui ex ditione Romana ad Ariciam, et Albanum a Prof. Maurio, ex montanis Sardiniæ a Prof. Morisio, et a Seraffinio, ex Corsica in monte *Coscione* ab Eq. Prof. Vivianio, in monte *Cagna* a Seraffinio, *a Bastia* sub *la Cavaligna* a Bubanio, item ex *Bastia* a Thomasio, et Soleirolio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris tenuibus, ramulosis, flexuosis, plus minus villosis. Culmi solitarii, vel cæspitosi, erecti

aut ascendentes, varii in eodem cæspite, scilicet a pollice ad sesquipedem longi, graciles, teretes, striati, glabri, superne nudi. Folia linearia, acuta, brevia, striata, margine, et carina superiore scabra, facie interna pilosa. Vaginæ striatæ, glabræ, superiores laxiusculæ. Stipulæ erosæ, vel laceræ, inferiores truncatæ, lineam semis, aut lineam ad summum attingentes, superiores uni-bilineares, subinde acutiusculæ, in vaginæ margines decurrentes. Racemus compositus terminalis, laxus, secundiflorus, præ planta brevis, e viridi lutescens, subinde cum aliqua purpurascentia. Racemuli partiales alterni, dichotomo-corymbosi, ramis longioribus, quam in præcedente specie. Rachides articulatæ, striatæ, scabræ. Racemulorum ramuli supremi externi bracteiferi, interni locustiferi. Bracteæ locustæformes, steriles, factæ paleis simplicibus, alternis, distichis, imis inter se remotis, lineari-angustissimis, successivis propinquioribus, lanceolato-linearibus, supremis ovato-lanceolatis, arcte incumbentibus, omnibus canaliculatis, carinatis, apice aristatis, arista setacea, scabra, in supremis breviore, carina, vel superficie externa scabris, lateribus albo-membranaceis, nitidis. Locustæ fertiles ovoideo-oblongæ, subbifloræ, flosculis maturitate facile deciduis; subinde loco alterius flosculi stipitulus nudus. Earum calyx bivalvis, valvis parum inæqualibus, lanceolato-linearibus, acuminatis, canaliculatis, carinatis, non aristatis, sed apice protractis in acumen setaceum, longum, carinâ viridibus, glabris, lateribus albo-membranaceis, pellucidis, nitidis, margine sub lente ciliolato-scabris, flosculos, aristâ non supputata, subæquantibus, persistentibus. Valvæ corollinæ sine arista longitudine æquales, exteriore ovato-oblonga, concavo-convoluta, apice breviter, et acute bifida, et inter dentes protracta in aristam simplicem, setaceam, scabram, ipsâ valvâ plusquam duplo longiorem, quinquenervi, extus basi glabra, reliqua parte sursum hispidula, tota chartacea, e viridi lutescente; valva interiore mutica, apice acute, et breviter bifida, nervo crasso, viridulo, sub lente scabro utrinque ad marginem inflexum instructa, inter nervum, et nervum extus canaliculata, et superne pilosula. Antheræ flavæ. Caryopsis oblonga, hinc bisulcata, apice latiuscule, et breviter birostrata, libera intra corollam persistentem, et arcte obvolventem; subinde siccando adipiscitur adhæsionem cum valva corollina interiore.

Varietas β fabricâ floris, et bractearum, et herbâ est exactissime eadem cum specie. Differt tantum racemo longo, et angusto, ut hic potius oblongo-linearis, quam ovatus sit dicendus; qui ludendi modus habetur etiam in inflorescentia *Cynosuri echinati* L.

Desfontainesius in Fl. Atl. tab. 17. fig. 1. exhibuit bracteam, cujus paleæ supremæ sunt flosculi veri, imo harum alteram pinxit staminiferam, et pistilliferam. Vivianius l. c. bracteas, sive bractearum paleas supremas in calycem uniflorum abeuntes pro charactere specifico *Cynosuri gracilis* sui tradidit. Sed, ut verum fatear, innumeras tum speciei, tum varietatis β bracteas sub microscopio ad examen revocavi, et steriles perpetuo inveni; contra vero vidi locustas fertilès semper in aliis pedicellis a bracteis seorsim positas. Non ibo tamen inficias, dari posse, ut bracteæ quandoque abeant superne in flosculos fertiles; sed cum id nec obvium, nec constans sit, ideo nec pro charactere firmo, nec pro charactere specifico haberi potest.

4. Cynosurus *aureus:* racemo longo, secundifloro; racemulis nutantibus, bis bifidis, ramulis tribus bracteiferis, uno locustifero; paleis duabus imis oppositis, linearibus, acutis, reliquis brevioribus, alternis, ovatis, apice laceris; locustis subbifloris, flosculo altero fertili, altero abortivo, utroque longe aristato.

C. aureus *Sp. pl.* 107. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 59., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 62. *tab.* 79. *Host. Gr. Austr.* 3. *p.* 4. *tab.* 4. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 241. *n.* 2184. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 141. *Bert. Pl. Gen. p.* 16. *n.* 32. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 86., *et Suppl.* 1. *p.* 20. *Ab Ucr. Hort. reg. Pan. p.* 59. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 83. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 317. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 199., *et* 2. *p.* 299.

Lamarckia aurea *Mœnch. Meth. p.* 201. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 389. *Bivona-Bern. Cent.* 1. *p.* 45. *Bert. Lucubr. p.* 7. *n.* 16. *De Cand. Cat. pl. hort. bot. Monsp. p.* 120., *et Fl. Franç.* 3. *p.* 30. *n.* 1537. *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 630.

Chrysurus cynosuroides *Pers. Syn. pl.* 1. *pag.* 80. *n.* 1. *Palis. Ess. d'une nouv. Agr. expl. des pl. p.* 14. *tab.* 22. *fig.* 5. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 806., *et Mant.* 2. *p.* 442. *Bert. Amœn. Ital. p.* 116. *n.* 32. *Viv. Fl. Lib. spec. pag.* 4. *Presl. Cyper. et Gram. Sicul. pag.* 32. *Tenor. Fl. Nap. tom.* 3. *p.* 67. *Host. Fl. Austr. tom.* 1. *p.* 70.

Ch. aureus *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 296. *n.* 1. *Ten. Syll. p.* 36. *n.* 1. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 36. *n.* 223.
Gramen panicula pendula aurea *Scheuchz. Agr. p.* 149. *n.* 1. *tab.* 3. *fig.* 12. *A. B. C.* excl. syn. C. Bauh.
Gr. sciurum seu alopecurum minus heteromalla panicula *Barrel. Ic.* 4.
Gr. panicula pendula, aurea vel candida, glumulis longis denticulatis *Cup. Hort. Cath. p.* 89., *et Sup. alt. p.* 33.
Gr. polyglumum denticulatum *Bonann. Panph. tab.* 6.
Gr. phalaroides, panicula ex tenuissimis locustis fere sericeis congesta *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 46. *tab. ic. loc. et spic. gr. fig. n.* 40. herb. Mont.
Ital. *Erba d' oro*.
Ann. Legi Genuæ in muro oppidi prope *la Darsena*. Habui ex Liguria occidua ad Albingaunum a Badaroo, et *ad Alassio* ab Aloysio Sassio, ex agro Nicæensi a Colla, Neapoli, ubi copiose in muris, et tectis, a Brunnero, ex Calabria a Bergero, ex Corsica *a Bastia* a Bubanio, *a Calvi* a Soleirolio, et *a Vignola* inter sata a Seraffinio. Floret Aprili, Majo.
Radix fibrosa, fibris flexuosis, parce ramulosis, plus minus villosis. Culmi solitarii, vel cæspitosi, a pollice ad spithamam longi, teretes, erecti, aut ascendentes, striati, glabri, vel apice pilosuli, et brevi tractu nudi, simplices, aut e nodis imis ramosi. Folia lanceolata, vel lanceolato-linearia, acuminata, nunc glabra, nunc pubescentia, acutissime carinata, striata, margine scabra. Vaginæ valde laxæ, a carina foliorum decurrente uniangulatæ, angulo scabro, cæterum glabræ, margine albo-membranaceæ. Stipula oblonga, acuta, aut obtusa, integra, vel erosa, aut lacera, a linea dimidia ad tres lineas varia, lata, et in vaginæ margines decurrens. Racemus compositus, terminalis, secundiflorus, continuus, oblongus, obtusus, uniformis, in aprico luteo-aureus, subinde aureo-purpurascens, in umbrosis magis virens. Racemuli partiales breves, bis bifidi, nutantes, sursum hirsuti, ramulis externis tribus apice bracteiferis, quarto interiore locustam fertilem ferente. Subinde adest alter ramulus interior alteram locustam fertilem sustinens. Rachis primaria striata, glabra, subflexuosa. Bracteæ locustæformes, steriles, lanceolato-lineares, muticæ, factæ paleis simplicibus, quarum inferiores duæ calyciformes, oppositæ,

lineares, acutæ, æquales, reliquæ breviores, alternæ, distichæ, ovatæ, apice obtusæ, et lacero-dentatæ, omnes uninerviæ, carinatæ, canaliculatæ, lateribus diaphanis, extus scabridæ. Earum axis communis alterne denticulatus, denticulis pilosis. Locustæ fertiles parvæ, ovoideo-lanceolatæ, subbifloræ. Calyx bivalvis, valvis subæqualibus, linearibus, angustissimis, acuminatis, muticis, carinato-canaliculatis, nervo carinali scabro, colorato, lateribus albo-membranaceis, diaphanis, locustam, aristis corollinis non supputatis, æquantibus. Stipitulus communis inferne nudus, ferens flosculum fertilem aliqua distantia a calyce, deinde protractus usque ad libellam ejusdem flosculi, et desinens in rudimentum flosculi abortivi. Uterque flosculus longe aristatus. Gluma corollina externa ovato-lanceolata, brevissime, et acute bidentata, ex sinu dentium emittens aristam ipsa valva triplo longiorem, simplicem, strictam, setaceam, scabram, concavo-convoluta, quinquenervis, apice, præsertim ad nervos prope marginem, hispidula, reliqua parte glabra, nitida, cæterum colorata, diaphana. Valva interior longitudine exterioris sine arista, brevissime bifida, mutica, nervo colorato, superne ciliato, inferne glabro utrinque ad marginem inflexum instructa. Caryopsis elliptico-oblonga, compressiuscula, exsulca, terminata rostello tenui, apice bifurco, corneo-transparens, glabra, nitida, passim cohærens cum valva corollina interna.

PENNISETUM.

Rich. apud Pers. Syn. pl. 1.*pag.* 72. *n.* 135. non R. Brownii. *Palis. Ess. d'une nouv. Agr. p.* 59. *tab.* 13. *fig.* 5. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 9. *n.* 202. *Trin. Fund. Agr. p.* 170. *n.* 137. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 213. *Guss. Suppl. ad Fl. Sic. prodr. fasc.* 1. *p.* 12. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 160.
Cenchri species *Desf. Fl. Atl.* 2. *p.* 387.

Spica composita glomerulis paucarum locustarum sessilium in centro involucri multiseti, setis inæqualibus, quarum internæ basi connatæ, longiores, et inferne pinnato-ciliatæ. Locustæ

bifloræ, flosculo altero masculo, altero hermaphrodito. Valvæ calycinæ inæquales, locusta breviores. Valvæ corollinæ longitudine subæquales; exteriore quinque-septemnervi; interiore binervi. Stamina tria. Stilus solitarius, vel duo probe distincti. Stigmata duo, dense plumosa. Nectarium nullum. Caryopsis compresso-turgidula, exsulca, rostellata, libera intra corollam persistentem.

Habitus. Plantæ perennes. Culmi ascendentes, vel erecti. Folia linearia. Inflorescentia spica composita, colorata, e glomerulis involucratis, sitis in rachide valde flexuosa.

1. Pennisetum *distylum:* culmis subramosis, geniculis tumentibus; spicæ glomerulis alternis; floribus hermaphroditis digynis.

P. distylum *Guss. Suppl.* 1. *p.* 12.*

P. ciliare ex Egypto *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 2. *p.* 216.

Cenchrus ciliaris *Desf. Fl. Atl.* 2. *p.* 387. non Lin. *Cavanill. Ann. da cienc. nat.* 3. *p.* 12.*

Ital. *Pennacchino porporino*.

Perenn. Habui ex radicibus montis *Pelegrino* in Sicilia, et ex Lipara ab Eq. Gussonio. Floret Aprili, Majo, et iterum autumno.

Radix fibrosa, fibris crassis, flexuosis. Culmi solitarii, vel cæspitosi, nodis infractis, ascendentes, simplices, vel superne ramosi, geniculis, præsertim inferioribus, tumidulis instructi, vel toti tecti, vel apice nudi, angulati, striati, scabri, et subinde in parte nuda pilis raris, et longis adspersi, a pede ad sesquipedem producti. Folia anguste linearia, longe acuminato-setacea, acumine arefactione convoluto, carinata, striata, scabra, et interdum pilosa, vel hirsuta, præcipue in parte inferiore. Vaginæ angulatæ, striatæ, scabræ, superne quandoque pilosæ, aut hirsutæ. Stipula e squamulis membranaceis brevibus, apice barbatis, externis longius pilosis. Spica composita, terminalis, disticha, tamen teres, ex viridi purpurascens, etiam bipollicaris, superne tenuior. Rachis intense flexuosa, angulata, striata, minute, et dense puberula, ad angulos flexionis salientes denticulata. In quovis denticulo

stat glomerulus factus duabus, vel tribus locustis teretibus, oblongis, muticis, bifloris, sessilibus in centro involucri multiseti, cujus setæ externæ breviores, scabræ, distinctæ, internæ longiores, locustasque quidquam superantes, præsertim una, quæ reliquis longior esse solet, basi connatæ, in parte inferiore pinnato-ciliatæ, in superiore scabræ. In quavis locusta flosculus alter masculus, alter hermaphroditus, uterque sessilis. Calyx bivalvis, locusta dimidio brevior, valvis inæqualibus, late ovatis, acutis, uninerviis, nervo colorato, lateribus albo-membranaceis, diaphanis. Valvæ corollinæ utriusque flosculi longitudine æquales, exteriore latiore, chartacea, ovato-oblonga, canaliculato-convoluta, quinque-septemnervi, subinde quadri-sexnervi, nervis sub vitro scabridis, apice plus minus erosula, nervo medio in acuminulum producto, margine albo-membranacea; valva interiore albo-membranacea, hyalina, apice plus minus erosula, nervis duobus, tenuibus, glabris, viridulis instructa. Stamina tria, antheris longis. Stili duo, probe distincti, tenuissimi, longi. Stigmata dense plumosa, rosea. Caryopsis ovoidea, compressiuscula, obtusa, et fere truncata cum rostello in medio, exsulca, glabra, fulva, libera intra corollam persistentem.

Plantæ herbarii mei natæ ex seminibus olim a Cavanillesio ad Eq. Ippolytum Durattium missis sub nomine *Cenchri ciliaris* plene evincunt de identitate stirpis Cavanillesianæ, et nostræ, quam identitatem postea confirmavit Gussonius inspectione herbarii ipsius Cavanillesii, sicuti inspectione herbarii Desfontainesiani eamdem identitatem cognovit inter *Pennisetum distylum* suum, et *Cenchrum ciliarem* Desf. Huic nostro affine quidem est *Pennisetum cenchroides* Palis. Ess. d' une nouv. Agr. expl. des pl. p. 9. tab. 13. fig. 5., verum evidenter differt seta involucri exterioris, non interioris, longissima, glumis cartilagineis, acutis, integris, stilo omnino solitario, et spica breviore. Denique *Cenchrus ciliaris* Lin. Mant. alt. p. 302. sistit speciem e Capite bonæ spei, quæ mihi videtur diversa et a planta Americana Palisotii, et ab Italica nostra, cum in novissimis istis non habeatur culmus lævis, spithamæus, involucrum e setis fuscis, flos quadriflorus descriptionis Linnæanæ.

FESTUCA.

Linn. Gen. p. 36. *Juss. Gen. p.* 32. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 46. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 108. *Palis. Ess. d' une nuov. Agrost. p.* 99. *tab.* 19. *fig.* 9. 10. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 138. *Trin. Fund. Agr. p.* 144. *n.* 92.

Schedonorus *Palis. l. c. p.* 99. *tab.* 19. *fig.* 2. *Trin. l. c. p.* 150. *n.* 104.

Schœnodorus *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 42.

Vulpia *Gmel. Badens.* 1. *p.* 215. *Link. l. c. tom.* 1. *p.* 146.

Lophochlea *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 42. *n.* 83.

Kœleriæ species *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 97.

Diplachne species *Link. l. c. tom.* 1. *p.* 154.

Brachypodii species *Palis. l. c. p.* 100. 101. *tab.* 19. *fig.* 3.

Bromi species *Linn. Gen. pag.* 36. *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 79.

Poæ species *Pollich. Fl. Palat.* 1. *p.* 83. *n.* 87.

Moliniæ species *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 585.

Dactylis species *Schult. Syst. veg. mant.* 3. *p.* 626.

Locustæ multifloræ, compressæ. Calyx gluma bivalvis, locustâ brevior, valvis inæqualibus, acutis, carinatis. Corolla gluma bivalvis, valva exteriore vel tota, vel superne tantum carinata, acuminata, mucronata, aut aristata, arista simplici, alias apice levissime emarginata cum arista in medio emarginaturæ; valva interiore bidentata, binervi, nervis crebre ciliolatis, aut scabris. Stamina tria, vel stamen solitarium. Stili duo. Stigmata plumosa. Nectarium squamulæ duæ. Caryopsis unisulcata, libera intra corollam persistentem.

Habitus. Plantæ annuæ, vel perennes. Culmi erecti, aut ascendentes. Folia linearia. Inflorescentia paniculata, aut racemosa.

* *Panicula in anthesi patente; valva corollina externa apice mucronata, aut aristata.* Festucæ genuinæ.

1. Festuca *flavescens:* foliis omnibus junceis; panicula secunda, nutante; locustis subsexfloris; valva corollina externa ovato-lanceolata, basi nuda, apice mucronata, breviterve aristata.

F. flavescens α *Willd. En. hort. Ber.* 1. *pag.* 114. *Host. Gr. Austr.* 3. *p.* 13. *tab.* 19. opt., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 162. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 125. *Bert. Amœn. Ital. p.* 7. *n.* 2. *Schleich. Pl. sicc.** *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 39. *n.* 249. non Bell.

F. amethystina *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 252. *n.* 2241.* ex Molinerio.

F. dimorpha *Guss. Pl. rar. p.* 34. *tab.* 6.* *Ten. Viagg. in Abruzz. p.* 44. *n.* 59.*, *et Syll. p.* 44. *n.* 14.*

F. xanthina *Röm. et Schult. System. veget.* 2. *p.* 721., *et Mant.* 2. *p.* 396., *et Mant.* 3. *p.* 648. *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 1. *p.* 141.

F. varia β flavescens *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 300. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 659.

F. acuminata *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 265. *n.* 1582.[c] panic. varieg.

F. pungens *Ten. App.* 5. *p.* 5.*, *et Syll. p.* 44. *n.* 9.* arista corollina lineam longa. Non Röm. et Schult.

β foliis setaceis, flaccidis.

Festuca flavescens β *Bert. Amœn. Ital. p.* 8.

F. flavescens *Bell. Ap. ad Fl. Ped. in Acad. des scienc. de Tur. tom.* 5. *p.* 217. *Re Fl. Segus. p.* 13. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 719. *n.* 1582., *et* 5. *p.* 265. *Loisel. Deslongch. Fl. Gall. edit.* 1. *p.* 55. *n.* 12., *et edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 83. *n.* 5.

F. varia γ *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 660.

ϰ planta humiliore, locustis e purpureo, et viridi-aureo variegatis.

Festuca varia *Haënk. in Jacq. Collect.* 2. *pag.* 94. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 93. *n.* 13. *Röm. et Schult. Syst. veget.* 2. *p.* 719., *et Mant.* 2. *p.* 394., *et Mant.* 3. *p.* 647. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 352. *n.* 5. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 405. *Host. Gr. Austr.* 2. *p.* 64. *tab.* 90., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 162. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 324. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 658. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1.

p. 39. *n.* 248. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 300. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 2. *p.* 268. plant. minor. *Schleich. pl. sicc.**

F. eskia *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 267. *n.* 1589.

F. pumila *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 420. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 65. *tab.* 91., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 163. *Bell. Ap. ad Fl. Ped. in Acad. des scienc. de Tur. tom.* 5. *p.* 216. *Balb. Ap. ad Fl. Ped. in Elenc. p.* 86. *Re Fl. Segus. p.* 13. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 31. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 125. *Vill. Hist. des pl. de Dauph.* 2. *p.* 102. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 52. *n.* 1588. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 325. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abth.* 29. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *pag.* 661. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 302. *Schleich., et Sering. Pl. sicc.** *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 402. *Link. Hort. reg. Ber. descript.* 1. *p.* 141., *et* 2. *p.* 268., ubi errore typographico posita pro var. pumila *Festucæ pubescentis.*

F. n. 1439. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 214., *et in Scheuchz. Agr. app.* 2. *p.* 47. *n.* 29.

Schenodorus pumilus *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 207.* non Mant. 2. p. 390.

Ital. *Gramigna dorata. Gramigna pavonazza.*

Perenn. Habui ex pascuis montanis Pedemontii a Molinerio, ex sylvaticis thermarum Valderiarum a Bertero, et ex rupibus vallis *Intrasca* provinciæ Novariensis prope pontem *d'Unchio* a De Notaris, ex *Sasso Borghese* in Umbria a Prof. Octavianio, ex monte *Vettore* in Piceno ab eodem Prof. Octavianio, et a Prof. Maurio, ex Prætutiis in monte Velino iterum a Prof. Maurio, ab Orsino, et ab Eq. Prof. Tenorio, ex monte Cornu ab Eq. Gussonio, ex *Majella alla Valle d'Orfenta* tam ab Eq. Prof. Tenorio, quam ab Eq. Gussonio, ex monte *Pollino* Calabriæ ab Eq. Prof. Tenorio. Varietatem *β* obtinui ex subalpinis Pedemontanis a Prof. Balbisio, et ex sylvaticis thermarum Valderiarum a Bertero. Varietatem *ϰ* accepi ex Cenisio a Bonjeanio, et ex monte *Generoso* inter Larium, et lacum *di Lugano* a De Notaris. Floret Julio, et Augusto.

Radix fibrosa, fibris crassis, firmis, flexuosis, ramulosis, simplicibusque, villosis, vel glabris. Culmi inferne decumbentes, sæpe ad nodos imos radicantes, et ramosi, cæterum cæspitosi, ascendentes, basi tecti squamis ovatis, imbricatis, aphyllis, striatis, brevibus, successivis longioribus, apice rudimento folii

terminatis, reliquis in vaginas gradatim longius foliiferas abeuntibus, teretes, striati, graciles, superne longo tractu nudi, et apice scabriusculi, uni-bipedales. Folia omnia juncea, apice subulato-mucronata, in siccis rigidula, incurva, crassitudinis, et longitudinis variæ, in facie superiore anguste canaliculata, ibique glaucescentia, fortiter striata, scabra, margine quoque scabriuscula, reliqua parte glabra, inferiora numerosa, cæspitosa, culmea superiora duo vagina prælonga pollentia. Vaginæ intense striatæ, glabræ. Stipula a linea dimidia ad lineam circiter longa, apice obtusiuscula, erosa, in vaginæ margines decurrens, dum brevior truncata. Panicula composita, terminalis, pauciflora, secunda, nutans, ante anthesim stricta, in anthesi erecto-patens. Rachis, et rami flexuosi, striati, sursum hispiduli, imi subgeminati, inæquales, reliqui solitarii, alterni. Locustæ oblongo-lanceolatæ, innuptæ teretiusculæ, in anthesi compresso-turgidulæ, tri-quadrifloræ, ex viridi flavicantes, in aprico subpurpurantes. Valvæ calycinæ inæquales, locusta modo plus, modo minus breviores, ovato-lanceolatæ, canaliculatæ, acutæ, chartaceæ, glabræ, nitidæ, vix carina superiore scabridæ, majore trinervi, minore uninervi. Stipitulus communis flosculorum variat vel totus sursum villosulus, vel linea longitudinali externa tantum. Valvæ corollinæ parum inæquales; exterior major, ovato-lanceolata, acuminato-mucronata, et subinde apice, aut vix infra apicem breviter aristulata, aristulâ scabrâ, ad summum lineam, aut vix ultra longâ, quinquenervis, basi nuda, glabra, superna carinata, et plus minus pilosula, aut scabra; valva interior quidquam angustior, et paululum brevior, albo-membranacea, diaphana, apice acute bifida, nervo viridi, dense pubescenti-ciliato utrinque ad marginem inflexum instructa.

Varietas β gracilior culmo, et foliis forte ex loco umbroso. Folia ejus vere setacea, flaccida. Reliqua omnia, etiam statura, eadem.

Varietas ϰ pumila, culmo a duobus pollicibus ad spithamam longo. Folia rigidula, passim brevia. Major differentia stat in colore locustarum, quæ pulcherrime variegatæ e purpureo, et viridi-aurato, nitidæ.

Forma foliorum constans, et analysis partium floris evidenter demonstrant identitatem speciei in omnibus varietatibus superius allatis, quæ quidem identitas jam

a pluribus annis mihi innotuerat, et ex speciminibus herbarii mei tam indigenis, quam exteris facile cognoveram transitum a *Festuca pumila* Vill. ad *Festucam variam* Haënk., et ab hac ad *Festucam flavescentem* Bell., et Willd. Lætor autem, hanc eamdem rem nuperrime vidisse, et docuisse Linkium in Hort. bot. Ber. descr. 2. p. 268., ubi dixit: " Si *Festuca xanthina*, et *flavescens* « a *Festuca varia* non distinguuntur, et *Festuca pu-* « *mila* separari nequit "; sed nescio, quonam evidentissimo typographi vitio varietas ejus pumila *Festucæ variæ* l. c. relata sit ad *Festucam pubescentem* W., quæ ex archetypo a Prof. Jànio ad me misso, et ex planta culta in horto bot. Bononiensi longe diversa est, et ad *Festucam duriusculam* L. propius accedens. Hic autem monere juvat, *Festucam pumilam*, sive *Schenodorum pumilum*, de quo loquitur Schultesius in Syst. veg. mant. 2. p. 390., et quem ex litteris meis delendum perhibet e specierum censu, non pertinere ad *Festucam pumilam* Vill., de qua supra loquuti sumus, sed respondere meæ *Festucæ duriusculæ ε* Amœn. Ital. p. 6.

2. Festuca *poæformis:* foliis convoluto-junceis; panicula erecta, ramis inferioribus fasciculatis; pilis brevibus flosculos involucrantibus; valva corollina externa tota carinata.

F. poæformis *Spreng. Syst. veg.* 1. *pag.* 354. *n.* 33. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 58. *tab.* 81., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 157. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 121.* *Guss. Pl. rar. p.* 36.*, *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 106.*, excl. planta flosculis villo complicatis, et excl. syn. Preslii. *Ten. Viag. in Abr. p.* 44. *n.* 60., *et Fl. Nap.* 3. *p.* 81., *et Syll. p.* 44. *n.* 12. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 39. *n.* 250. *Schleich. Pl. sicc.**

F. nebrodensis *Jan. El. p.* 2.*

F. pilosa *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 303.

F. rhætica *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 402. *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 661. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 55. *n.* 1590., *et* 5. *p.* 267.

Poa violacea *Bell. Ap. ad Fl. Ped. in Acad. de Tur.* 5. *p.* 214. *tab.* 3.* ex Moliner., et Balb.

Schenodorus poæformis *Röm. et Schult. System. veg.* 2. *p.* 705., *et Mant.* 2. *p.* 390.

Schœnodorus violaceus *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 171., *et* 2. *p.* 286.

Ital. *Festuca fienarola*.

Perenn. Habui ex Pedemontio in montibus *di Limoni* a Molinerio, et a Prof. Balbisio sub nomine Bellardiano, et ex *Vallasco* alpium Valderiarum a Berteŗo, ex pascuis editioribus montis *Speluga ne' Grigioni* a De Notaris, ex pratis Baldi a Pollinio, ex montibus Nursinis *di Visso,* et *della Portella* a Prof. Octavianio, et ab Eq. Petruccio, ex monte *Priore* in Piceno ab Orsino, ex Prætutiis in monte *Costone*, et *Majella,* et ex arenis Ætnæ ab Eq. Gussonio, ex Nebrodibus Siciliæ a Prof. Janio. Floret Junio, Julio.

Radix fibrosa, fibris tenuibus, flexuosis, ramulosis, hic illic villosis. Culmi cæspitosi, erecti, vel, brevissimo arcu facto, stricti, pedales, sesquipedales ad summum, tenues, teretes, striati, glabri, superne nudi, apice scabriusculi. Folia omnia convoluto-juncea, nunc setacea, nunc paulo crassiora, mucronulata, striata, facie superiore, marginibus, et carina scabra. Squamæ aphyllæ, imbricatæ, striatæ obducunt imum culmum, his succedunt squamæ longiores, seu vaginæ breves, breviterque foliaceæ, reliquæ sunt vaginæ longe foliaceæ, et duæ superiores in culmo longissimæ, arctæ. Stipula circiter lineam attingens, apice truncata, erosa, vel lacera. Panicula composita, terminalis, multiflora, subsecunda, ante anthesim stricta, in anthesi erecto-patens. Rami ejus inferiores numerosi, alterne fasciculati, inæquales, superiores solitarii, omnibus, rachideque flexuosis, striatis, sursum hispidulis. Locustæ ovatæ, compressæ, carinatæ, acuminatæ, tri-quadrifloræ, ex viridi, purpureo, et aureo variegatæ, aut ex viridi stramineæ, aut ex viridi auratæ. Valvæ calycinæ inæquales, locusta breviores, oblongo-lanceolatæ, acuminatæ, carinato-canaliculatæ, carina superiore scabræ, majore trinervi, minore uninervi. Stipitulus communis flosculorum extus sursum hirsutulus, vel saltem linea longitudinali pilosus. Flosculi basi circum circa involucrati pilis brevibus, erectis, nitidis, flocco implicante omnino destituti. Valvæ corollinæ inæquales, exteriore majore, ovato-oblonga, quinquenervi, ab imo ad summum carinato-canaliculata, carina inferne pubescente, superne scabra, desinente in mucronulum, vel aristulam scabram inter duos denticulos valvæ terminales, qui subinde obsoletissimi, cæterum valva hæc apicem versus sub vitro est plus minus pilosulo-scabra; valva interiore membranaceo-alba, vel purpurascente, apice acute bifida,

nervo viridi, dense pubescenti-ciliato utrinque ad marginem inflexum instructa.

Habui a Cl. Gussonio plantas duas in Ætna lectas, quæ primo intuitu ad unam, et eamdem speciem pertinere videbantur, sed quæ reapse sunt diversæ. Harum altera regionem arenosam Ætnæ tenens est omnino *Festuca poæformis* Guss., et auctorum omnium, altera est vera *Poa,* quæ ob radicem repentem, ob folia brevia, canaliculata, disticha, ob flosculos flocco lanugineo complicatos, ob carinam, et nervos ad marginem valvæ corollinæ exterioris inferne villo sericeo scatentes omnino spectat ad *Poam cenisiam* All. De hac videtur intellexisse Gussonius, cum *Festucam poæformem* describens in Fl. Sic. prodr. 1. p. 106. flosculos basi villo subconnexos eidem tribuit, et hæc, si recte video, est vera *Festuca æthnensis* Presl. Cyp. et Gram. Sic. p. 35., quam auctor dicit affinem *Poæ alpinæ* L., et flosculis basi villo connexis præditam describit. Quare hanc plantam sejungendam esse a *Festuca poæformi* Host. clare patet. Gussonius pariter trahit ad *Festucam poæformem* suam l. c. *Gramen angustifolium alpinum paniculis ramosis purpuro viridibus asperulis* Bonann. Panph. tab. 69., quod ego in Lucubr. p. 20. n. 105. retuleram ad *Poam trivialem* L. Folia latiuscula, et plana figuræ Bonannianæ præ foliis setaceis, vel junceis *Festucæ poæformis* Host. nimis evidenter demonstrant, plantam Bonannii non pertinere ad stirpem Hostianam.

3. Festuca *duriuscula:* foliis radicalibus compresso-junceis; panicula secunda, stricta; flosculis arista longioribus, muticisve, basi nudis; glumarum valvis lanceolato-linearibus, canaliculatis, valva corollina interna apice subbidentata.

F. duriuscula *Sp. pl.* 108. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 141., *et Engl. bot. v.* 7. *tab.* 470. *Hook. Brit. Fl. p.* 46. *Leers. Herb. p.* 33. *tab.* 8. *fig.* 2. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 59. *tab.* 83., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 158. ex specim. Hostiano in herb. Nobilis. Cleliæ Durattiæ Grimaldiæ. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 252. *n.* 2243. *Balb. Fl. Taur. p.* 19. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 31. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 51., *et* 327. *Comoll. Prodr. Fl. Com. pag.* 16. *n.* 111. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 119. *α, β, γ, δ. Bert. Pl. Gen. p.* 17. *n.* 33., *et Amœn. Ital. p.* 6. *n.* 1. *α, β, κ, δ, ε.*, *et p.* 117. *n.* 33. *β, et p.* 331. *n.* 27. *α. Sav. Bot. Etr.* 2. *pag.* 57. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 45. *n.* 111. *Ten. Fl.*

Nap. 3. *pag*. 80., *et Syll. p*. 44. *n*. 11., *et Syll. app*. 3. *p*. 584. *Gusson. Fl. Sic. prodr*. 1. *p*. 102. α, β.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc*. 1. *pag*. 51.* *Desf. Fl. Atl*. 1. *p*. 85. *De Cand. Fl. Franç*. 3. *p*. 50. *n*. 1584. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl*. 1. *p*. 646. *Reichenb. Fl. Germ. excurs*. 1. *p*. 38. *n*. 241. *a*. *b*. *Gaud. Fl. Helv*. 1. *p*. 282. α, β. *Spreng. Syst. veg*. 1. *p*. 354. *n*. 29. *Kunth. En. pl*. 1. *p*. 399. α, δ, ε. *Schleich. Pl. sicc*.*

F. ovina *Sav. Fl. Pis*. 1. *p*. 113.* *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p*. 35. *Link. Hort. reg. Berol. descript*. 2. *p*. 266. *var*. 2. 3. 4. 5. 6. *Schrad. Fl. Germ*. 1. *p*. 319. α.

F. rubra *Nocc. et Balb. Fl. Tic*. 1. *p*. 51., *et* 327. *Ten. Fl. Nap*. 3. *p*. 80.

F. stricta *Re Ad Fl. Ped. app. p*. 10. *Host. Gr. Austr*. 2. *p*. 62. *tab*. 86., *et Fl. Austr*. 1. *p*. 159. ex specim. Hostiano in herbario Grimaldiano.

F. valesiaca *Re Ad Fl. Ped. app. p*. 11., *et Fl. Tor*. 1. *p*. 72. *Gaud. Fl. Helv*. 1. *p*. 283. ex specim. a Gayo. *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl*. 1. *p*. 651. *Reichenb. Fl. Germ. exc*. 1. *p*. 38. *n*. 243. *Kunth. En. pl*. 1. *p*. 401.

F. amethystina *Re Fl. Tor*. 1. *p*. 72.* *Birol. Fl. Acon*. 1. *p*. 31. *Ten. Fl. Nap*. 3. *p*. 79. *Host. Gr. Austr*. 2. *p*. 63. *tab*. 89., *et Fl. Austr*. 1. *p*. 161. ex specim. Hostiano in herb. Grimaldiano. *Schrad. Fl. Germ*. 1. *p*. 321. *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl*. 1. *p*. 653. *Röm. et Schult. Syst. veg*. 2. *p*. 718.* ex specim. Hostiano a Römero ad me misso. *Link. Hort. reg. Berol. descript*. 1. *p*. 114., *et* 2. *p*. 267. *Kunth. En. pl*. 1. *p*. 401.

F. pallens *Re Ad Fl. Ped. app*. 1. *p*. 11. *Sturm. Deutschl. Fl*. 1. *abth*. 26. *heft. Host. Gram. Austr*. 2. *p*. 63. *tab*. 88., *et Fl. Austr*. 1. *p*. 160. ex specim. Hostiano in herb. Grimaldiano.

F. glauca *Re Fl. Tor*. 1. *p*. 72. *Nocc. et Balb. Fl. Tic*. 1. *p*. 50., *et* 327. *Schrad. Fl. Germ*. 1. *p*. 322. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl*. 1. *p*. 649. *Schleich. Pl. sicc*.* *Gaud. Fl. Helv*. 1. *p*. 284. *Lamk. in Enc. méth. bot. éd. de Pad. tom*. 2. *p*. 455. *n*. 6. *tab*. 46. *fig*. 3. *De Cand. Fl. Franç*. 3. *p*. 51. *n*. 1586. *Kunth. Enum. pl*. 1. *p*. 400.

F. pungens *Röm. et Schult. Syst. veg*. 2. *p*. 721. ex specimine Panzeriano in meo herbario, non Tenor.

F. dura *Host. Gram. Austr*. 2. *pag*. 62. *tab*. 87., *et Fl. Austr*. 1. *p*. 160. ex specim. Host. in herb. Grimaldiano. *De Cand. Fl. Franç*. 5. *p*. 266. *n*. 1586.[a]

F. intermedia *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 79.
F. curvula *Tenor. Syll. p.* 44. *n.* 8. *Gaud. Agr. Helv.* 1. *p.* 259. *n.* 9.
F. cæsia *Engl. bot. v.* 27. *tab.* 1917.
F. siracusana *Jan. Elench. p.* 2.*
F. n. 1437. 1438. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv. tom.* 2. *p.* 214.
Gramen pratense, panicula duriore, laxa, unam partem spectante *Scheuchz. Agr. p.* 285. *n.* 6.
Gr. loliaceum, foliolis junceis, panicula unam partem spectante *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 36. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 5. herb. Mont. *Segui. Ver.* 1. *p.* 336. *n.* 5.
β panicula pubescente.
Festuca duriuscula *β Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 141. non Schrad.
F. duriuscula *γ Bert. Amœn. Ital. p.* 6., *et p.* 331. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 282. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 400.
F. duriuscula *ε Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 120.
F. dumetorum *Sp. pl.* 109. *Fl. Dan. tab.* 700. *Bell. Ap. ad Fl. Ped. in Acad. de Tur.* 5. *p.* 216.
F. cinerea *Bell. Ap. l. c. p.* 216. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 51. *n.* 1585.
F. hirsuta *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 61. *tab.* 85., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 159. *Schleich. Pl. sicc.**
F. ovina *β* villosa *Schrad. Fl Germ.* 1. *p.* 320.
F. ovina var. 7. *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 2. *p.* 267.
F. Lemanii *Batard. Main. et Loir. p.* 36. *n.* 9. ex specim. a Desvauxio ad me misso.
κ foliis radicalibus setaceis, culmisque gracillimis; locustis breviter aristatis.
Festuca duriuscula *λ Bert. Amœn. Ital. p.* 7., *et* 331.
F. duriuscula *ζ Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 120.
F. ovina *Sp. pl.* 108. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 108., *et* 2. *p.* 265. *n.* 1. brevi aristata. *Kunth. En. pl.* 1. *pag.* 398. excl. syn. Schrad. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 139. *α, β, γ, et Engl. bot. v.* 9. *tab.* 585. *Hook. Brit. Fl. p.* 45. *α, β, γ. Leers. Herb. pag.* 32. *tab.* 8. *fig.* 3. *Svensk. bot. tab.* 78. *fig. a. b. Host. Gr. Austr.* 2. *p.* 60. *tab.* 84., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 159. ex specim. Hostiano in herb. Grimaldiano. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 252. *n.* 2240. *Balb. Fl. Taur. p.* 19. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 71. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 30. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 16. *n.* 110. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 79., *et Syll. p.* 44. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr.* 1. *p.* 45. *n.* 112. *De Cand. Fl. Franç.* 5.

p. 264. *n.* 1582. excl. syn. Schrad. *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *pag.* 641. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 275.

F. n. 1442. β *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 215.

Gramen foliolis junceis, brevibus, majus, radice nigra *Scheuchz. Agr. p.* 279. *n.* 1. *tab.* 6. *fig.* 8.* exemplar ex herb. Scheuchz. misit Schulthessius.

Gr. foliolis junceis brevibus minus *C. B. Theatr. p.* 73. *fig.* Huc ob locustas aristatas.

δ foliis radicalibus setaceis, culmisque gracillimis; locustis muticis.

Festuca ovina δ *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 139. *Hook. Brit. Fl. p.* 45.

F. duriuscula μ *Bert. Amœn. Ital. p.* 7.

F. duriuscula η *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 120.

F. duriuscula *Vill. Hist. des pl. de Dauph.* 2. *p.* 98.

F. capillata *Lamk. Fl. Franç. second. edit. tom.* 3. *p.* 597. excl. var. β. *Lois. Deslongch. Not. p.* 21.*, *et Fl. Gall. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 83.*

F. tenuifolia *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 93. *n.* 6. *Willd. En.* 1. *p.* 113. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 71. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 49., *et* 326. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 318. *Schleich. Pl. sicc.* * *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 264. *n.* 1582.[a]

F. ovina β tenuifolia *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 398. *Leers. Herb. pag.* 33. *tab.* 8. *fig.* 4. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 642. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 276. β, γ.

F. ovina var. 1. *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 2. *p.* 266.

F. paludosa *Gaud. Agr. helv.* 1. *p.* 229. ex specim. a Bonjeanio ad me misso.

Gramen capillaceum locustellis pennatis non aristatis *Pluk. Phyt. tab.* 34. *fig.* 2. bene. *Scheuchz. Agr. p.* 275. *n.* 4. *tab.* 6. *fig.* 6. cum opt. descr.

Gr. loliaceum paniculis minoribus non aristatis *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 36. herb. Mont. *Segui. Ver.* 1. *p.* 336. *n.* 6.

ε foliis radicalibus setaceis, culmisque gracillimis; panicula vivipara.

Festuca ovina β vivipara *Sp. pl.* 108.

F. ovina ι vivipara *Hook. Brit. Fl. p.* 45.

F. ovina δ vivipara *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 276. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 50. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 643. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 398.

F. ovina γ *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 320.

F. ovina *Svensk. bot. tab.* 78. *fig. c. d.* flosculo uno, alterove viviparo.

F. vivipara *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 419. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 140.
F. n. 1442. $\beta\beta$, et $\gamma\beta$ *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 216.
Gramen sparteum montanum, spica foliacea graminea, majus et minus *Raii. Syn. p.* 410. *tab.* 22. *fig.* 1.
Gr. paniculatum sparteum alpinum, panicula angusta spadiceo-viridi proliferum *Scheuchz. Prodr. p.* 21. *tab.* 1. opt., *et Agr. p.* 213. *n.* 4., excl. Barrel. syn.

Ital. *Gramigna setaiola*. *Gramigna pavonazza*. *Gramigna fusaiola* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 101.

Perenn. Legi Sarzanæ ad aggeres circa oppidum contra *la Cittadella*, et in monte *Nuda*, et *Brina*, Genuæ *al Lagazzo*, in Liguria occidua in montibus *della Scaggia*, in alpibus Apuanis in rupibus, unde exilit amnis Frigida supra *Fornole*, in apennino Florentino in monte *Beni* inter *il Covigliaio*, et *Pietramala*, Bononiæ *a Montecastello*, et in collibus *della Misericordia*. Habui ex pascuis, et pratis montanis Pedemontii a Prof. Re, et a Bertero, ex collibus Genuensibus a Vincentio, ex montibus ad Larium, et ex monte Sumano a Visianio, ex siccis asperis Tergesti, et Istriæ a Biasoletto, ex Baldo a Pollinio, ex agro Tarvisino *a Mogliano* a Mayero, ex monte *dei Fiori* in Piceno ab Orsino, ex monte Pisano ab Eq. Prof. Savio, Cortonâ, et ex agro Cortonensi *a Scalbarano* a Bubanio, ex Nebrodibus, Ætna, *Cammarata*, et Enna Siciliæ ab Eq. Gussonio, Syracusis a Prof. Janio, ex pascuis montosis Sardiniæ a Prof. Morisio, ex monte *Grosso* Corsicæ a Soleirolio. Varietatem β legi in montibus *Nuda*, et *Brina* prope Sarzanam, in lapidicinis Lunensibus prope *Miseja*, et in rupibus ad scaturiginem Frigidæ. Varietatem $\varkappa$ legi in alpibus Apuanis humilioribus ad vicum *Fornole*, et in proxima alpe dicta *Piano de' santi*. Obtinui ex collibus Genuensibus a Vincentio, ex monte *Lesime* apennini Bobiensis a Bergamaschio, ex agro Mantuano *al Bosco* a Barbierio. Varietatem δ misit ex *Confienza* in *Lomellina* Eq. Cesates. Varietas ε ex montibus Bononiensibus stat in herbario Montiano. Floret Junio.

Radix fibrosa, firma, cæspitosa, flexuosa, fusca, vel nigricans, ramulosa, plus minus villosa, sæpe prælonga, densa, ramulosissima, interdum sursum ferens surculos breves, e nodis radicantes, mox in culmos floriferos

abeuntes. Culmi, et folia radicalia densum cæspitem efformant. Culmi erecti, vel ascendentes, teretes, striati, plerumque tenues, a paucis pollicibus ad duos, vel tres pedes longi, glabri, vel apice scabriusculi, superne nudi. Folia ima compresso-juncea, dura, striata, mucronulata, supra leviter canaliculata, recta, vel curva, mire variantia longitudine, et crassitie, quæ ascendunt in culmum pauca, planiuscula, paulo latiora, in locis asperis cito convoluta; omnia in facie superiori pallentia, exquisitius striata, et scabra, vel puberula; item marginibus, carina superiore, subinde etiam extus scabrida. Vaginæ striatæ, glabræ, imæ dimidiatæ, breves, reliquæ folio longiores, integræ, suprema laxiuscula. Stipula brevissima, truncata, subnulla, pro qua auriculæ duæ, parvæ, obtusæ, interdum ciliolatæ, una utrinque in initio vaginæ, unde in marginem ejus paululum decurrit. Panicula composita, terminalis, secunda, in anthesi erecto-patens, ante anthesim stricta. Rami ejus solitarii, alterni, vel inferiores gemini, inæquales, breviusculi, inferne brevi tractu simplices, nudi, superne parce divisi, et locustiferi, cæterum striati, scabri, subflexuosi, ut rachis primaria. Locustæ quatuor-septemfloræ, innuptæ teretiusculæ, in anthesi, laxatis flosculis, ovato-oblongæ, compressæ. Variant virides, viridi-flavidæ, vel viridi-purpurantes, aut cærulescentes. Valvæ calycinæ inæquales, locusta multo breviores, majore lanceolato-lineari, acuminata, canaliculata, trinervi, minore canaliculato-lineari, uninervi, utriusque nervo carinali interdum superne scabriusculo. Valvæ corollinæ, arista non supputata, longitudine æquales; exterior lanceolato-linearis, acuminata, nunc tantum mucronata, nunc apice aristulata, aristula simplici, tenui, scabra, longitudinis variæ, nunquam tamen valvam æquante, cæterum valva canaliculato-convoluta, obsolete quinquenervis, in parte inferiore teretiuscula, et plerumque glabra, superne compresso-carinata, et sub lente scabriuscula, ludit quoque tota glabra, aut tota scabriuscula, margine, et carina superioribus quandoque ciliatis, ora albo-membranacea subnulla. Valva interior apice levissime bidentata, aut subintegra, nervo viridi, in parte superiore sub lente minutissime scabro utrinque ad marginem inflexum instructa. Filamenta brevia. Antheræ longæ. Herba duriuscula, nunc saturate, nunc læte virens, nunc ex viridi glaucescens,

aut glauco-cinerea. Varietas *β* distinguitur pubescentia glumarum. Reliquæ varietates præstant foliis, culmisque tenuissimis, vere setaceis, in *ϰ* locustæ sunt plus minus aristulatæ, in *δ* muticæ, in *ε* viviparæ.

Josephus Montius l. c. jam monuerat, hoc gramen pluribus modis variare, qua de re non mirabatur, si bis, ter, quaterque popositum fuerat a scriptoribus. Reapse hæc species inter polymorphas est polymorphior omnium, quod jam monui in Amœn. Ital. p. 6. 7., lætorque, Linkium nuperrime in partem nostram ivisse, ubi sub *Festuca ovina* sua Hort. Ber. descr. 2. p. 265., quæ *Festucæ duriusculæ* meæ respondet, coadunavit plures inconcinnas species nulla sufficienti ratione, nullo firmo charactere, sed in confusionem tantum scientiæ institutas.

Festuca rubra L. est valde proxima *Festucæ duriusculæ,* præsertim quoad inflorescentiam; sed differt, quia radix ejus longissime reptat in arenis maritimis emittens una cum culmis floriferis, surculos erectos, steriles, alterne, et distiche foliosos. Folia fere omnia in hac sunt planiuscula, cito canaliculato-involuta, canaliculo pubescente, glaucescente, fortiter striato, cæterum angustissima, et breviuscula juxta specimen meum ex oris Galliæ. Si recte video, auctores, qui sub nomine *Festucæ rubræ* descripserunt *Festucam duriusculam* L., sunt numero plures, quam qui veram *Festucam rubram* L. dignoverint.

4. Festuca *Halleri:* foliis radicalibus setaceis, culmisque gracillimis; panicula contracta; valva flosculorum externa lanceolato-lineari, canaliculata, aristam subæquante, interna apice acute bifida.

F. Halleri *Röm. et Schult. Syst. veg. 2. p. 716., et Mant. 2. p.* 393. *α. Bert. Amœn. Ital. p.* 331. *n.* 28. *Allion. Fl. Pedem.* 2. *p.* 253. *n.* 2245.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 121.* *Guss. Pl. rar. p.* 33.* *Ten. Viag. in Abruz. p.* 44. *n.* 63., *et Fl. Nap.* 3. *p.* 80., *et Syll. p.* 44. *n.* 63. *Vill. Hist. des pl. de Dauph.* 2. *p.* 103. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 53. *n.* 1591. *Schleich. Pl. sicc.** *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 281. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 399.

F. n. 1441. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 215.

Ital. *Palèo capellino.*

Perenn. Legi in pascuis verticis *Sagro* alpium Apuanarum, ubi copiosissima. Filius attulit ex vertice *Pisanino* earumdem alpium. Habui ex alpibus Pedemontanis a Prof. Balbisio, et ex editis *della Madonna*

delle Finestre a Prof. Morisio, ex monte *Speluga nei Grigioni* a Bergamaschio, et a De Notaris, ex alpinis Veronensibus a Pollinio, ex monte *Monzoni di Val di Fassa* in Tyroli italico a Meneghinio, ex *Sasso Borghese* in Umbria ab Eq. Petruccio, ex monte *Vettore* in Piceno a Prof. Maurio, et a Prof. Octaviano, ex Prætutiis in monte Velino iterum a Prof. Maurio, ex monte *Pelone*, et monte *Corno al Morgone* ab Orsino, ex vertice ejusdem montis *Corno*, et ex monte *Costone* ab Eq. Gussonio, ex monte *Grosso* Corsicæ a Soleirolio. Floret Julio.

Radix fibrosa, firma, fibris numerosis, tenuibus, flexuosis, ramulosis, fuscis, vel nigris, huc illuc villosis, subinde longis. Culmi, et folia radicalia cæspitem densum efficiunt. Culmi gracillimi, ascendentes, nodis imis interdum radicantibus, vel erecti, teretes, striati, a duobus tribusve pollicibus ad sesquipedem longi, glabri, superne nudi, et subinde scabridi, nodis sæpe nigrescentibus instructi. Folia radicalia tenuissima, setacea, striata, glabra, vel margine scabriuscula, brevia, incurvula, vel recta. Culmea superiora angustissima, initio planiuscula, cito involuto-setacea, facie interna, et marginibus scabrida. Vaginæ arctæ, striatæ, glabræ, suprema folio multo longior. Stipulæ loco auricula utrinque una minutissima, obtusa in initio vaginæ. Panicula pauciflora, terminalis, secunda, contracta, ut sæpe racemum magis referat, ante anthesim stricta, in anthesi patens. Rachis, et rami subflexuosi, striati, sursum hispiduli, simpliciusculi. Locustæ grandiusculæ præ planta, in macrioribus individuis longiores ramo, subquinqueflóræ, variant viridi-purpurantes, atro-purpureæ, virentes, vel ex viridi auratæ, ante anthesim tereti-subulatæ, in anthesi, divaricatis flosculis, oblongæ, compressæ, laxe pennatæ. Valvæ calycinæ inæquales, locusta multo breviores, canaliculatæ, acuminatæ, muticæ, majore lanceolato-lineari, trinervi, minore lineari, uninervi, utraque glabra, vel margine superiore ciliolata, nervoque carinali scabriuscula. Axis communis flosculorum flexuosus, glaber, vel linea longitudinali hirsutus. Flosculi inter se se remoti. Valvæ corollinæ, arista non supputata, longitudine æquales; exterior lanceolato-linearis, acuminata, canaliculato-involuta, evidenter quinquenervis, superne exquisitius carinata, glabra, vel scabra, præsertim ad apicem,

et in carina, terminatur arista simplici, setacea, scabra, longitudinem ejus habente, aut parum ab hac abludente; valva interior angustior, acute bifida, nervo viridi, superne tantum ciliato utrinque ad marginem inflexum, et superne pariter ciliatum instructa.

Stirpem hanc nostram esse omnino eamdem cum *Festuca Halleri* Gaud. Fl. Helv. l. c. evidenter patet ex Gaudinii descriptione, ex synonymis allatis, ex Schleicheriano exemplari, cui utraque innititur. Cur igitur recentiorum quidam, supposita aliqua diversitate in aristæ corollinæ longitudine, sejungunt hasce plantas, ut, retento nomine *Festucæ Halleri* pro nostra, faciant ex altera speciem novam sub nomine *Festucæ Gaudini?* Conf. Kunth. En. pl. 1. p. 399. Aristæ corollinæ longitudo circino geometrico non mensuratur a botanicis, ut ex ejus diversitate aliqua species diversæ illico habeantur, et quod magis absurdum est, dum *Festucæ Gaudini* auctores tribuunt pro charactere specifico aristam valva corollina dimidio breviorem, Gaudinius contra describens *Festucam Halleri* suam assignat illi aristam corolla sæpe longiorem Fl. Helv. 1. p. 282.

5. Festuca *heterophylla*: foliis radicalibus capillaceis, flaccidis, culmeis superioribus planis, linearibus; panicula laxa, secunda, florente patula; valvis corollinis arista sublongioribus, interiore breviter bidentata.

F. heterophylla *Lamk. Fl. Franç. edit. 2. tom. 3. p.* 600. *De Cand. Fl. Franç. 3. p. 52. n.* 1587. *Guss. Fl. Sicul. prodr. 1. p. 102.*, et Suppl. 1. p. 22.* Ten. Syll. p. 44. n. 10. Balb. Fl. Taur. p. 19. Re Fl. Torin. 1. pag. 73. Haënk. in Jacq. Collect. 2. p. 93. Host. Gram. Austr. 3. p. 13. tab. 18., et Fl. Austr. 1. p. 158. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl: Fl. 1. p. 655. Schleich. Pl. sicc.* Gaud. Fl. Helv. 1. p. 289. Link. Hort. reg. Ber. desc. 2. p. 268. Kunth. En. pl. 1. p. 402.*

F. duriuscula *α Schrad. Fl. Germ. 1. p.* 328.

F. nemorum *Reichenb. Flor. Germ. excurs. 1. pag. 39. n. 254.*

Gramen tenuifolium, glabrum J. Bauh.? *Vaill. Bot. Paris. p. 91. tab. 18. fig. 6.*

Ital. *Paléo delicato.*

Perenn. Legi Sarzanæ in castanetis montis *Darme* l. d. *Turrì*, et Bononiæ in sylva *di Ronzano*. Habui ex Liguria orientali in monte S. Jacobi prope Clavarum

a Turio, ex sylvaticis thermarum Valderiarum in Pedemontio a Bertero, Fesulis in sylva prope cœnobium Capuccinorum, et ex apennino Florentino prope *Maradi* in sylva *di S. Crispino* a Bubanio, ex montanis plebis S. Stephani in provincia Aretina ab Amideo, ex Sicilia in sylvis Ætnæ, et *alla Ficuzza* ab Eq. Gussonio, ex monte *Grosso* Corsicæ a Soleirolio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris numerosis, flexuosis, ramulosis, huc illuc villosis. Culmi, et folia radicalia densum cæspitem efficiunt. Culmi erecti, vel ascendentes, teretes, striati, tenues, graciles, superne nudi, glabri, vel apice scabriusculi, ab uno ad tres pedes alti. Folia radicalia capillacea, flaccida, longiuscula, supra leviter canaliculata, marginibus, nervisque deorsum scabriuscula, culmea suprema plana, linearia, a linea dimidia ad sesquilineam lata, in facie superiore interdum pubescentia. Vaginæ striatæ, glabræ. Stipula obsoleta, aut brevissima, truncata, fissa, auricula comparva, obtusa utrinque in initio vaginæ. Panicula composita, terminalis, laxiflora, ante, et post anthesim stricta, in anthesi erecto-patens, secunda. Rachis flexuosa, striata, scabra. Rami alterni, interdum imi geminati, et inæquales, omnes striati, scabri, supremi brevissimi, et unilocustiferi. Locustæ innuptæ tereti-subulatæ, in anthesi, laxatis flosculis, oblongæ, compressæ, passim subquinquefloræ, rarius octofloræ, pallide virentes, aut ex viridi cærulescentes, graciles. Valvæ calycinæ inæquales, locusta breviores, lanceolato-lineares, acuminatæ, canaliculatæ, carinatæ, carinâ plerumque scabræ, margine angusto albo-membranaceæ, major trinervis, minor uninervis. Axis communis flosculorum flexuosus, glaber, aut linea longitudinali pilosus. Valvæ corollinæ, arista non supputata, longitudine subæquales, exteriore lanceolato-lineari, acuminata, canaliculata, tota, sed superne exquisitius, carinata, obsolete quinquenervi, margine angusto albo-membranacea, glabra, vel superne, aut undique scabriuscula, vel orâ, et carinâ ciliata, apice terminata arista tenui, simplici, scabrida, quæ plerumque ipsâ valvâ paulo brevior est, sed alias invenitur æqualis, aut longior; valva interiore breviter, acuteque bidentata, utrinque nervo viridi, oraque superiore minute ciliolatis, tota sub vitro punctato-scabra. Herba læte virens, cæteris delicatior.

Festuca duriuscula, *Festuca Halleri*, et *Festuca heterophylla*, a nobis hic descriptæ, sunt maxime affines inter se, et magis facie, quam firmis characteribus distinctæ.

Usus. Festucæ omnes, quas hactenus exposuimus, late præbent pabulum gratissimum ovibus nostris a vere ad autumnum; quare ex iis divitiæ lanæ Italicæ. Utinam et manus nostræ has divitias lanificio augerent!

6. Festuca *spadicea:* radice fibrosa; foliis glabris, imis compresso-junceis, pungentibus, culmeis superioribus planis, anguste linearibus; stipula abbreviata, biaurita; floribus racemosis, erectis; locustis mucronatis, muticis; valva corollina externa exquisite quinquenervi.

F. spadicea *Lin. Syst. nat. edit.* 12. *tom.* 2. *in Addend. p.* 732. non Mant., ut plerique habent. *Smith. in Trans. of the Linn. Soc.* 1. *p.* 113. *tab.* 10., *et* 2. *p.* 101. *Vahl. Symb.* 2. *p.* 22. *Willd. Sp. pl. edit.* 1. *part.* 1. *p.* 423. *Link. Hort. reg. Ber. descript.* 1. *p.* 142., *et* 2. *p.* 269. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 406. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 14. *tab.* 20., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 155. *Bellar. App. ad Fl. Ped. in Acad. de Tur.* 5. *p.* 218. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 75.* *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 52. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 117.* *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 56. *Ten. Viagg. in Abruzz. p.* 44. *n.* 61.*, *et Fl. Nap.* 3. *p.* 82.*, *et Syll. p.* 44. *n.* 18.* *Gouan. Illustr. p.* 4. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *pag.* 47. *n.* 1576. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 335. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 667. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 40. *n.* 257. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 299.

F. aurea *Lamk. Fl. Franç. edit.* 2. *tom.* 3. *p.* 598.

Anthoxanthum paniculatum *Sp. pl.* 40.

Poa n. 11. *Ger. Fl. Gallopr. p.* 91. *tab.* 2. *fig.* 1.

P. Gerardi *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 245. *n.* 2201.*

P. n. 1463. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 223., *et in Scheuchz. Agrost. app.* 2. *p.* 58. *n.* 47.

Schenodorus spadiceus *Röm. et Schult. System. veg.* 2. *p.* 700., *et Mant.* 2. *p.* 389. (Schedonorus).

Gramen paniculatum, alpinum, radice crassissima, foliis rigidis, striatis, et asperis, panicula fusca, non aristata *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 75.

Gr. loliaceum alpinum, panicula heteromalla, locustis pennatis *Seguier. Ver.* 1. *p.* 337. *n.* 8.

Ital. *Palèo dorato* Sav. Bot. Etr. 2. p. 57.

Perenn. Habui ex pascuis alpinis Pedemontii a Prof. Balbisio, ex monte *Musinè* prope Taurinum, et ex pratis

della Portiglia in districtu Segusiensi a Prof. Re, ex *Vallasco* alpium Valderiarum a Bertero, ex Baldo a Pollinio, ex monte *della Portella* in Piceno a Prof. Octavianio, ex monte *Vettore* pariter in Piceno a Prof. Maurio, ex editiori *Pizzo di Sivo* in Prætutiis ab Orsino. Floret Julio.

Radix fibrosa, firma, flexuosa, ramulosa. Culmi cæspitosi, crassiusculi, teretes, erecti, tenuiter striati, glabri, superne nudi, bi-tripedales, vel bicubitales, basi obducti squamis aphyllis, oblongatis, striatis, cito emarcidis. Folia ima cæspitosa, juncea, crassiuscula, compressa, mucronata, pungentia, striata, culmea suprema anguste linearia, plana, fortiter striata, arefactione convoluta; omnia prælonga, dura, glaberrima. Vaginæ striatæ, glabræ. Stipula brevissima, truncata, erosa, utrinque auriculata ad initium vaginæ, auriculis parvis, in vaginæ margines decurrentibus. Racemus compositus, terminalis, subsecundus, strictus, in anthesi erecto-patens, præ planta brevis, ramis inferioribus geminatis, inæqualibus, omnibus, rachideque flexuosis, striatis, glabris, aut vix scabris. Locustæ grandiusculæ, ovatæ, compressæ, tri-octofloræ, initio luteæ, demum spadiceo-fulvæ. Valvæ calycinæ inæquales, locusta multo breviores, oblongo-lanceolatæ, canaliculatæ, apice acutæ, aut subretusæ cum acuminulo, carinatæ, glabræ, aut vix carina superiore scabriusculæ, exteriore breviore, uninervi, interiore trinervi, nervis lateralibus infra, aut prope medium valvæ evanescentibus. Valvæ corollinæ longitudine subæquales, exteriore oblongo-lanceolata, compresso-canaliculata, carinata, acuminato-mucronata, mutica, insigniter quinquenervi, initio lutea, demum spadiceo-fulva, sub vitro pilulis, punctisque minutissimis adspersa; valva interiore concolore, apice acute, breviterque bidentata, nervo nudis oculis glabro, sed sub lente scabrido utrinque ad marginem inflexum instructa, tota sub vitro minutissime punctato-scabra.

7. Festuca *spectabilis:* radice fibrosa; foliis anguste linearibus, acuminatis, intus scabris; stipula longiuscula, lacera; panicula secunda, nutante; locustis mucronatis, muticis; valva calycina interna inferne trinervi, corollina externa quinquenervi.

F. spectabilis *Jan. Elench. p.* 2. *n.* 38.*

F. spadicea *β* nemorosa *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 117.*

Ital. *Palèo zolfino*.

Perenn. Habui ex Baldo a Prof. Janio, et a Pollinio. Floret Junio, et Julio.

Radix fibrosa, fibris crassis, flexuosis, valde villosis. Culmi cæspitosi, erecti, crassiusculi, teretes, leviter striati, glabri, etiam bicubitales, superne longo tractu nudi, basi obducti squamis aphyllis, oblongis, striatis, acutis, imbricatis, gradatim longioribus. Folia anguste linearia, acuminata, longa, striata, in facie superiore scabra, extus glabra, arefactione plus minus convoluta, ima angustiora, fere juncea, supra canaliculata, reliqua omnia latiora. Vaginæ striatæ, glabræ, internodio breviores, laxiusculæ. Stipula oblonga, lacera, lineam, aut sesquilineam longa, exauriculata. Panicula composita, terminalis, secunda, laxa, nutans, in anthesi patens. Rachis striata, inferne teretiuscula, superne flexuosa, glabra, aut vix scabrida, ad ramificationes fere articulata, articulis flavicantibus. Rami paniculæ flexuosi, striati, in ima parte simplices, nudi, superne divisi, et locustiferi, inferiores geminati, vel ternati, inæquales, reliqui solitarii. Locustæ subquinquefloræ, ovatæ, compressæ, carinatæ, coloris ex viridi luteo-sulphurei. Valvæ calycinæ inæquales, locusta breviores, persistentes, oblongo-lanceolatæ, acutæ, aut acuminatæ, carinatæ, carina superne scabra, lateribus chartaceo-membranaceis, diaphanis, coloris straminei, nitidis, glabris, sub lente minutissime punctatis; valva exteriore breviore, uninervi; interiore trinervi, nervis lateralibus infra medium valvæ evanescentibus. Axis communis flosculorum flexuosus, brevissime pilosulus, demum secedens. Flosculi decidui. Valvæ corollinæ longitudine subæquales, coloris luteo-sulphurei, marginibus superne albo-membranaceis, hyalinis, sub vitro totæ minutissime punctatæ; exterior lanceolata, canaliculata, carinata, acuminato-mucronata, mutica, quinquenervis; interior apice breviter bidentata, nervo sub lente tantum scabriusculo utrinque ad marginem inflexum instructa.

8. Festuca *exaltata:* radice repente; foliis omnibus planis, linearibus, acuminato-setaceis, supra glaucis; panicula secunda, nutante; locustis mucronatis, muticis; valva calycina interna nervis tribus supra medium productis, corollina externa quinquenervi.

F. exaltata *Presl. Fl. Sic.* 1. *p.* XLV. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 410. ab utroque erronee definita.

F. sylvatica *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 37. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 107.*, *et Sup.* 1. *p.* 24.*, ubi characteres emendati.

Schedonorus exaltatus *Schult. Syst. veg. mant.* 3. *p.* 644. erron. defin.

Ital. *Palèo Siciliano*.

Perenn. Habui ex sylvis Siciliæ ab Eq. Gussonio. Floret Junio, et Julio.

Radix repens. Culmi etiam bicubitales. Folia omnia plana, anguste linearia, scilicet duas-tres lineas lata, longissime acuminato-setacea, facie superiore glaucescentia, et glabra, vel scabriuscula, marginibus scabra, extus glabra, ima prælonga. Vaginæ striatæ, glabræ, vel scabridæ. Stipula præcedentis. Panicula ejusdem formæ, sed rachis, et rami magis scabri, rami breviores, locustæ paulo minores, coloris potius straminei, tinctura sulphurea leviori, aut nulla, subinde cum aliqua purpurascentia. Valva calycina interior trinervis, nervis lateralibus supra medium valvæ, et fere ad apicem ejus productis. Valva corollina exterior quinquenervis, ut rectissime emendavit Gussonius in App. 1. l. c. Reliqua omnia, ut in *Festuca spectabili* Jan.

9. Festuca *calamaria:* radice fibrosa; foliis lanceolato-linearibus, acuminato-setaceis; vaginis scabris; panicula erecta; locustis mucronatis, muticis; valva corollina externa trinervi, piloso-scabra.

F. calamaria *Smith. Fl. Brit.* 1. *p.* 121., *et Engl. Fl.* 1. *p.* 145. *α, β, et Engl. bot. v.* 14. *tab.* 1005. *Hook. Brit. Fl. p.* 47. *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 34. *tab.* 60., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 153.

F. decidua *Bell. Pl. sicc.** ex Molinerio. *Smith. Engl. bot. v.* 32. *tab.* 2266. optima.

F. altissima *All. Auct. p.* 43. *Balb. Addit. ad Fl. Ped. in Elen. p.* 86.

F. sylvatica *Vill. Hist. des pl. de Dauph.* 2. *p.* 105. *tab.* 2. *fig.* 8. mala. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 48. *n.* 1577., *et* 5. *p.* 263. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 125. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 56. *Ten. Syll. p.* 44. *n.* 15. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 337. *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *pag.* 669. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 40. *n.* 259. *Schleich. Pl. sicc.** *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 296. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 405.

Poa trinervata *Fl. Dan. tab.* 1145. *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 74.

P. sylvatica *Pollich. Fl. Palat.* 1. *p.* 83. *n.* 87.
Schenodorus calamarius *Röm. et Schult. Syst. veget.* 2. *p.* 701.
Schedonorus calamarius *Schult. Syst. veg. mant.* 2. *p.* 388., *et mant.* 3. *p.* 644.
Gramen paniculatum, nemorosum, latifolium, glabrum, panicula nutante, non aristata *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 75.

Ital. *Paléo delle selve*.

Perenn. Filius attulit ex monte *Barba bianca* in apennino Bononiensi prope *Castiglione de' Pepoli*. Habui ex Pedemontio in sylvis thermarum Valderiarum a Molinerio, et a Bertero, ex sylvis *della Verna* in Hetruria ab Amideo, ex monte dicto *li Catini* ab Orsino, ex Calabria *ad Aspramonte* ab Eq. Gussonio. Floret Junio, et Julio.

Radix fibrosa, fibris crassiusculis, flexuosis, ramulosis, sæpe dense villosis. Culmi cæspitosi, etiam bicubitales, teretes, striati, superne nudi, glabri. Folia lanceolato-linearia, acuminato-setacea, striata, carinata, margine, et carina superiore scabra, sæpe etiam superficie scabriuscula, a duabus ad quinque lineas lata, ima prælonga. Vaginæ striatæ, sursum scabræ, culmeæ supremæ longiores. Stipulæ oblongæ, obtusæ, vel superiores acutæ, laceræ, sesqui-bilineares. Panicula præ altitudine plantæ brevis, ut in præcedente, composita, terminalis, ante anthesim stricta, in anthesi erecto-patens. Rami ejus tenues, striati, scabri, in parte inferiore simplices, nudi, in superiore divisi, et locustiferi, imi geminati, aut terni. Rachis striata, flexuosa, inferne glabriuscula, superne scabrida. Locustæ oblongæ, tri-quinquefloræ, compressæ, virides, aut ex viridi purpurantes, præ planta parvæ. Valvæ calycinæ inæquales, locusta breviores, lineari-angustissimæ, acuminatæ, canaliculatæ, carinatæ, carina superiore scabriusculæ, persistentes, exteriore minore, longe angustiore, et fere setacea, uninervi, interiore trinervi, nervis lateralibus paulo ultra medium evanidis. Axis communis flosculorum flexuosus, linea longitudinali villosulus. Flosculi inter se se remotiusculi, quam in præcedente graciliores, decidui. Valvæ corollinæ longitudine subæquales; exteriore lanceolata, acuminato-mucronata, interdum valde canaliculata, carinata, trinervi, extus undique pilulis scabra; valva interiore apice breviter bidentata, nervo viridi, sub

lente scabro utrinque ad marginem inflexum instructa. Herba saturate viridis, foliis subinde intus glaucescentibus.

10. Festuca *elatior:* panicula valde composita, ramis inferioribus multifloris; locustis ovato-lanceolatis, compresso-turgidis; valva corollina externa canaliculato-lanceolata, quinquenervi, brevissime emarginata, subaristata; radice repente.

F. elatior *Sp. pl.* 111. *Smith. Engl. Fl.* 1. *pag.* 148., *et Engl. bot. v.* 23. *tab.* 1593. luxur. *Curt. Fl. Lond. edit. Grav. v.* 3. *tab.* 25. *Hook. Brit. Fl. p.* 48. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 253. *n.* 2247. excl. plur. syn. *Balb. Fl. Taur. p.* 20. excl. syn. Host. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 74. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 32. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 52., *et* 328. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 16. *n.* 113. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 55.* *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 30. *Suffr. Foroj. p.* 115. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr.* 1. *p.* 47. *n.* 115. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 80., *et Syll. p.* 45. *n.* 20. *Ab Ucr. Hort. reg. Pan. p.* 60. *Bivona-Bern. Sic. pl. cent.* 1. *p.* 38. *n.* 35. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 36. *Guss. Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 107. excl. syn. Bonann. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 333. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 154. *Schleich. Pl. sicc.* *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 404. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 144., *et* 2. *p.* 271.

F. arundinacea *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 118. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 54. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 72. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 55. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 49. *n.* 1580. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 665. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 40. *n.* 263. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 291.

F. pratensis *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 74. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 52., *et* 327. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 118. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 53. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 71. 72.* *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 112. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 80. excl. syn. Barr., *et Syll. p.* 45. *n.* 19. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 36. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 108., *et Suppl.* 1. *p.* 24.

F. cærulescens *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 81. excl. syn.

F. oryzetorum *Pollin. Hort. et prov. Ver. pl. nov. p.* 3.*, *et Fl. Ver.* 1. *p.* 117. *tab.* 1. *fig.* 2.* pl. gracilior. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 40. *n.* 258.

Aira oryzetorum *Spreng. Pug.* 2. *p.* 18. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 683. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 291.

Bromus litoreus *Host. Gram. Austr.* 1. *p.* 7. *tab.* 8. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 433.

B. elatior *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 359. *n.* 31.

B. n. 1511. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 238.
Poa phœnix *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 74.
Schenodorus elatior *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 699.
Schedonorus elatior *Schult. Syst. veg. mant.* 2. *p.* 389., *et mant.* 3. *p.* 643.
Gramen arundinaceum, locustis viridi-spadiceis, loliaceis, brevius aristatis *Scheuchz. Agrost. p.* 266. *n.* 1. *tab.* 5. *fig.* 18.
Gr. loliaceum elatius, locustis modo muticis, modo brevissimis aristis instructis *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 36. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 4. herb. Mont., ubi sunt exemplaria radice repente instructa. *Seguier. Veron.* 1. *p.* 337. *n.* 9.
Gr. pratense, alterum, latifolium, panicula magna, multiplici, pendula *Cup. Hort. Cath. p.* 87.
Gr. paniculatum, elatius, spicis oblongis, muticis, squamosis *Zannich. Ist. delle piant. p.* 129.
β locustis viviparis.
Ital. *Gramigna fusaiola. Palèo. Palèo doppio* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 101.
Perenn. Legi Sarzanæ in pratis humentibus, et in alveo Macræ sub *Trebbiano,* in portu Lunæ in palustribus *al Molinello* prope Spediam, Bononiæ secus canalem Rheni, qui urbem influit, in agro Lucensi ad fossas prope *Viareggio*. Habui ex districtu Clavarensi prope *Gambaro* in Liguria orientali a Turio, ex pascuis humidis thermarum Valderiarum in Pedemontio a Bertero, ex humentibus agri Ticinensis a Prof. Morettio, ex agro Mantuano a Barbierio, ex pratis Fossæ Clodiæ *alla Ca bianca* a Prof. Naccario, ex plebe S. Stephani in provincia Aretina prope *le Balze* ab Amideo, ex portu Asculi in Piceno ab Orsino, ex agro Romano ad Albanum a Barbierio, Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio. Varietatem *β* obtinui ex agro Clavarensi in Liguria orientali a Turio. Floret Majo, Junio.
Radix repens, stolonibus crassis, firmis, deorsum radicans fibris crassiusculis, flexuosis, parce ramulosis, ut plurimum dense pubescentibus. Culmi erecti, vel ascendentes, solitarii, aut parce cæspitosi, staturæ mirabiliter diversæ ex loco, hinc a spithama ad duos cubitos longi, teretes, striati, glabri, vel toti tecti, vel superne nudi. Folia linearia, acuminata, fortiter striata, marginibus, et carina superiore scabra, reliqua parte glabra, in plantis luxuriantibus longa, et duas-tres

lineas lata, in macris breviora, et angustiora, imo subinde brevissima, et angustissima, vix lineam tan-tum lata, et paucos pollices longa, novissima hæc arefactione sæpe involuta. Vaginæ striatæ, glabræ, culmeæ superiores longiores. Stipula subnulla, aut brevissima, truncata. Panicula valde composita, terminalis, modo longissima, subpedalis, modo brevissima, uni-bipollicaris; variat secunda, vel undique sparsa, erecta, aut nutans, ante anthesim stricta, in anthesi patens, et interdum diffusa. Rami ejus inferiores geminati, inæquales, longi, ut plurimum valde decomposito-ramulosi, et multis locustis onusti, qui longiores, inferne longo tractu simplices, et nudi, eorum ramuli breves; rami supremi brevissimi, solitarii, uni-bilocustiferi. Cæterum ramificationes omnes tenues, striatæ, scabræ, flexuosæ. Rachis primaria inferne teretiuscula, striata, glabriuscula, reliqua parte angulata, scabra, subflexuosa. Locustæ innuptæ teretiusculæ, in anthesi, laxatis flosculis ovatæ, aut ovato-oblongæ, acutæ, compresso-turgidæ, tri-septemfloræ, virides, aut ex viridi purpurantes, oris valvarum membranaceo-albis. Valvæ calycinæ inæquales, locusta multo breviores, lanceolatæ, acuminatæ, carinato-canaliculatæ, glabræ, exteriore minore, uninervi, interiore longiore, trinervi, nervis lateralibus ad medium evanescentibus, subinde apice subretusa cum acuminulo in medio. Axis communis flosculorum flexuosus, sursum villosulus. Flosculi approximati. Valvæ corollinæ longitudine æquales; exterior oblongo-lanceolata, acuminato-mucronata, plerumque apice emarginata cum mucronulo, aut aristula in medio, tenui, simplici, scabra, etiam lineam longa, e protractione nervi carinalis profecta, cæterum valva concavo-canaliculata, inferne teretiuscula, superne compresso-carinata, obsolete quinquenervis, nervis lateralibus paulo infra apicem desinentibus, glabra, vel pilulis brevissimis extus scabra. Valva interior apice breviter bidentata, sub vitro tota punctato-scabra, nervo-viridi minute, et dense ciliolato utrinque ad marginem inflexum instructa.

Hæc species valde frequens in pratis, et locis humentibus Italiæ plurimum ludit quoad staturam suam, ét dimensionem partium. Radix ejus profecto reptat stolonibus crassis; at sæpe contingit, ut appareat simpliciter fibrosa, tunc cum culmi inter eradicandum divelluntur a stolonibus. Ex hoc factum est, ut

botanici nostrates eam interdum sumpserint pro *Festuca pratensi* Huds., quæ planta reapse in continenti Italico hactenus reperta non est. *Festuca oryzetorum* Pollin. Fl. Ver. l. c. omnino eadem cum *Festuca elatiore* L., de qua quidem re jam suspicatus erat ipse Cl. Pollinius f. r. in Fl. Ver. tom. 1. p. 118.; gracilior planta tantum est, quia nata loco squallenti, uliginoso. Jure Sprengelius eam suppressit in Syst. veg.

11. Festuca *pratensis:* racemo breviter, parceque ramoso, secundo, paucifloro; locustis oblongis, compressis; valva corollina externa ovato-lanceolata minute emarginata, aristata, muticave; radice fibrosa.

F. pratensis *Huds. Fl. Angl. edit.* 1. *pag.* 37. *Smith. Fl. Brit.* 1. *p.* 123., *et Engl. Fl.* 1. *p.* 147., *et Engl. bot. v.* 23. *tab.* 1592. minus exacta. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. v.* 3. *tab.* 24. *Hook. Brit. Fl. p.* 47. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 404. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 155.

F. elatior *Lin. Fl. Suec. edit.* 2. *p.* 32. *n.* 94. excl. syn. Barrel. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 57. *tab.* 79. *Svensk. bot. tab.* 54.

F. multiflora *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 37. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 108.*

F. pluriflora *Guss. Suppl.* 1. *p.* 24.* *Schult. Syst. veg. mant.* 2. *p.* 402.

Bromus pratensis *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 359. *n.* 30.

Ital. *Palèo de' prati*.

Perenn. Habui ex Sicilia *alla Ficuzza,* et ex montibus Panormitanis, et Carenensibus ab Eq. Gussonio. Floret Majo, Junio.

Valde proxima præcedenti speciei, at differt radice fibrosa, culmo tenuiori, ad summum bi-tripedali, foliis angustioribus, præsertim vero floribus racemosis, racemo paucifloro, simpliciusculo, sive inferne parce, et breviter ramoso, ramis uni-trilocustiferis, secundo, erecto, aut vix nutante, locustis minoribus, innuptis lanceolato-linearibus, in anthesi oblongis, compressis, quinque-septemfloris, valva exteriore corollæ evidenter breviore, et paululum latiore. Hæc in nostris exemplaribus terminatur arista lineam, aut quidquam ultra longa, sed vidi etiam muticam. In reliquis omnibus nulla alia diversitas est.

Figura, quam attuli ex Engl. bot. tab. 1592., præ reliquis minus bona est, eo quod exhibeat paniculam multifloram fere ut in præcedente specie; ostendit tamen habitum angustiorem locustarum, et flosculos breviores,

quæ res sunt propriæ *Festucæ pratensis* Huds., easque bene cognovit, et indicavit Besserus in En. pl. Vohlyn. p. 50. Parcus in exterorum synonymis sub hac specie citandis fui; si enim recte video, etiam apud illos lusus aliquis *Festucæ elatioris* Sp. pl. p. 111. latet sub nomine *Festucæ pratensis*.

Usus. Tum hæc, tum præcedens species præstantissimum præbent jumentis pabulum.

12. Festuca *depauperata:* racemo simplicissimo; pedunculis, rachideque articulatis, locusta ovata, compressa, mutica, solitaria terminatis.

F. capitata *Spreng. Syst. veg. tom.* 4. *part.* 2. *p.* 36. *Moris, Stirp. Sard. elench. fasc.* 2. *p.* 11.*

Dactylis capitata *Schult. Syst. veg. mant.* 3. *pag.* 626. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 386.

Ital. *Palèo di grama paglia*.

Perenn. Habui ex Sardinia a Prof. Morisio, qui eam detexit in pascuis *di Fanni*. Floret Majo.

Radix fibrosa, fibris crassiusculis, simpliciusculis, flexuosis. Culmus tenuis, erectus, vel ascendens, pedalis, sesquipedalis, teres, striatus, sub digito glaber, sub lente scabriusculus, simplex, vel e nodis imis ramosus, superne longo tractu nudus. Folia brevia, angustissima, linearia, acuminata, striata, margine scabrida, cæterum glabra. Vaginæ arctæ, striatæ, glabræ, internodio breviores. Stipula semilinearis, aut vix ultra, obtusa, integra, vel lacera, in vaginæ margines decurrens. Racemus simplicissimus, terminalis, depauperatus, pedunculis uno-quinque, inter se se remotis, tenuibus, striatis, scabridis, ex articulo pallenti racheos profectis, ipsisque paulo infra medium articulatis, apice incrassatis, ibique unilocustiferis, uno semper terminali rachidi, qui subinde solitarius, tuncque culmus unilocustifer. Locustæ parvæ, ovatæ, compressæ, tri-sexfloræ, muticæ, coloris e viridi straminei, vel subaurati, interdum cum aliqua purpurascentia. Valvæ calycinæ inter se vix inæquales, imo flosculorum pari quidquam breviores, carinatæ, canaliculatæ, acuminatæ, trinerviæ, margine, et apice membranaceæ, carina superiore scabriusculæ, reliqua parte glabræ; exteriore minore, lanceolata; interiore oblongo-lanceolata. Valvæ corollinæ inæquales; exteriore majore, ovato-oblonga, compresso-canaliculata, fortiter quinquenervi, carinata, carina superne scabrida, inferne, nervoque utrinque ad marginem sericeo-villosis,

reliqua parte glabra, apice brevissime retusa cum, vel sine mucronulo minutissimo in medio; valva interiore paulo breviore, angustiore, apice breviter bidentata, nervo viridi, sub lente scabro, seu minutissime, et crebre ciliolato utrinque ad marginem inflexum instructa. Stili subnulli. Stigmata duo, dense decomposito-plumosa. Caryopsis parva, pyriformi-trigona, supra canaliculata, libera intra corollam persistentem.

Facies *Festucæ*, quædam *Poæ* in flore. Mutavi nomen specificum *Festucæ capitatæ*, quia ineptissimum, et falsum, cum nihil capitati prorsus habeatur in inflorescentia hujus plantæ.

13. FESTUCA *serotina:* racemo composito, ramis solitariis, alternis, patentibus; locustis oblongis, flosculis villo brevi involucratis; valva corollina externa quinquenervi, apice eroso-retusa, subaristata; culmi internodiis semiteretibus, radice repente.

F. serotina *Sp. pl.* 111., *et Mant. alt. p.* 325. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 65. *tab.* 92. opt., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 163. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 75. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 116. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 70. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 48. *n.* 117.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 82., *et Syll. p.* 45. *n.* 16. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 37. *Guss. Pl. rar. p.* 37.*, *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 108.* *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 46. *n.* 1574. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 339.

Agrostis serotina *Lin. Mant.* 1. *p.* 30. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 236. *n.* 2157. *Balb. Fl. Taur. p.* 14.* *Bir. Fl. Acon.* 1. *p.* 24.

Schenodorus serotinus *Röm. et Schult. System. veget.* 2. *p.* 702.

Schedonorus serotinus *Schult. Syst. veg. mant.* 2. *p.* 389., *et Mant.* 3. *p.* 644.

Bromus strictus *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 79.

Molinia serotina *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 380. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 585. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 217.

Diplachne serotina *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 1. *p.* 155., *et* 2. *pag.* 275. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *pag.* 41. *n.* 265.

Gramen paniculatum autumnale, minus, arundinis folio, et facie, panicula ex viridi nigricante *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 75.

Gr. loliaceum serotinum, panicula dispansa *Seguier. Ver. Suppl. p.* 146. *n.* 2. *tab.* 3. *fig.* 2.

Ital. *Palèo tardivo. Palèo Cannerella.*

Perenn. Legi Sarzanæ in summitate montis *Darme.* Habui ex sylvaticis Genuensibus a GRIOLETO, ex viciniis *di Finale* in Liguria occidua a BUBANIO, ex collibus Taurinensibus a Prof. BALBISIO, ex *Monfalcone* in litore Austriaco a BERINIO, ex sterilibus Tergesti, et Istriæ a BIASOLETTO, ex Piceno *a Cavaceppo* ab ORSINO, et ex maritimis Juliæ novæ ab Eq. GUSSONIO, Tibure in ditione Romana a Prof. SEBASTIANIO, et a FIORINIA-MAZZANTIA. Floret Augusto decedente, et Septembri.

Radix repens, fibris descendentibus crassiusculis, firmis, flexuosis, ramulosis, huc illuc pubescentibus. Culmi cæspitosi, erecti, vel ascendentes, stricti, aut nutantes, altitudinis mire diversæ, sed in ipsis locis siccissimis etiam bicubitales, simplices, aut e nodis imis ramosi, crebre nodosi, internodiis alternatim obverse semiteretibus, striati, glabri, ab imo ad summum foliosi. Folia brevia, linearia, acuminata, striata, rigidula, scabrida, patentia, vel retroflexa, arefactione convoluta, inferiora crebriora, longiora, etiam bipollicaria. Vaginæ arctæ, striatæ, deorsum scabræ, inferiores internodio longiores, mediæ breviores, supremæ totum internodium tegentes, vel superantes. Stipula brevissima, truncata, lacera, vix sensibilis, aucta uno alterove pilo longiusculo, laterali ad initium vaginæ. Racemus compositus, terminalis, præ culmi longitudine brevis, primum strictus, in anthesi patens. Rami ejus solitarii, alterni, uniformes, tenues, flexuosi, striati, scabri, fere toti locustiferi, vix basi brevissimo tractu nudi. Rachis flexuosa, striata, scabra. Locustæ innuptæ lineares, in anthesi, laxatis flosculis, oblongo-lanceolatæ, cæterum subsessiles, subquinquefloræ, alternæ, distichæ, virentes, aut ex viridi purpurantes, vel totæ purpureæ. Valvæ calycinæ chartaceo-membranaceæ, inæquales, locusta multo breviores, carinato-canaliculatæ, acutæ, exterior minor, lanceolata, plusquam dimidio brevior, interior ovato-lanceolata. Stipitulus communis flosculorum leniter flexuosus, remote articulatus, tenuissime puberulus. Flosculi distantes, sub basi villo brevi involucrati. Valvæ corollinæ longitudine æquales, vel interior quidquam brevior; exterior lanceolata, carinato-canaliculata, compressa, quinquenervis, apice membranacea, acuta, vel erosulo-emarginata, cum aristula brevissima in medio, sæpe inferne pilosa; interior apice acute bifida,

nervo sub lente minute, et crebre ciliolato utrinque ad marginem inflexum instructa, inferne pilosa, interdum colorata. Stamina tria, antheris linearibus, pallide flavescentibus. Stigmata duo, plumosa, atro-purpurea. Herba in aprico passim viridi-purpurascens.

** *Floribus in racemo spicæformi, denso.* Kœleriæ.

14. Festuca *cærulescens:* culmis basi bulbosis, tunicatis; racemo spicæformi, secundo; locustis oblongo-lanceolatis; valva corollina externa exquisite quinquenervi, apice acute eroso-aristulata.

F. cærulescens *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 87. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 94. *n.* 33. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 355. *n.* 44. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 406.

F. bulbosa *Bivona-Bern. Manip.* 4. *p.* 7. *Schult. Syst. veg. mant.* 2. *p.* 403.

Koeleria tunicata *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 34. *Guss. Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 121.* *Schult. Syst. veg. mant.* 2. *p.* 348.

K. cærulescens *Guss. Fl. Sic. prodr. Suppl.* 1. *p.* 29.*

Schenodorus cærulescens *Röm. et Schult. System. veg.* 2. *p.* 699.

Ital. *Palèo bulboso.*

Perenn. Habui ex pratis montanis Panormitanis, et vallis *Damone* in Sicilia ab Eq. Gussonio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris crassiusculis, flexuosis, firmis, ramulosis, villosis. Culmi cæspitosi, basi concatenato-bulbosi, bulbis oblongis, tunicatis vaginis cito emarcidis, et in fibrillas fatiscentibus, erecti, vel ascendentes, sesquipedem, aut duos pedes longi, teretes, glabri, inferne leviter, superne evidentius striati, et longo tractu nudi, apice pubescentes. Folia anguste linearia, acuminata, striata, glabra, arefactione convoluta, ima cæspitosa, longa, culmea duo-tria, successive breviora. Vaginæ striatæ, glabræ, superiores folio longiores. Stipula brevissima, truncata, ora erosulo-ciliata, vix lineæ trientem longa. Flores in racemo composito, spicæformi, terminali, secundifloro, a duobus ad quinque pollices longo, in parte inferiore quidquam laxiore, in anthesi patentiusculo, ante, et post anthesim stricto. Rachis, ramique striati, flexuosi, pubescentes. Rami, ramulique breves, solitarii,

vel imi geminati, inæquales, et basi brevissimo tractu nudi. Locustæ longæ, innuptæ lanceolato-lineares, in anthesi oblongo-lanceolatæ, compressæ, coloris straminei, vel stramineo-cærulescentis, tri-quinquefloræ, supremæ sessiles. Valvæ calycinæ inæquales, longiusculæ, tamen locusta circiter dimidio breviores, compresso-canaliculatæ, carinatæ, exteriore minore, lanceolato-lineari, uninervia, nervo carinante, superne ciliolato, cæterum glabra; valva interiore majore, oblongo-lanceolata, trinervia, nervis lateralibus paulo infra apicem evanidis, apice acuminato-mucronata, margine membranaceo utrinque ad apicem, et carina superiore tenuissime ciliolatis. Axis communis flosculorum leniter flexuosus, articulatus, nec secedens, linea longitudinali externa sursum villosus. Valvæ corollinæ longitudine æquales, imo interior interdum paululum longior. Valva exterior lanceolato-linearis, compresso-canaliculata, carinata, exquisite quinquenervis, striata, acuminata, apice brevissime, et acute erosa, aut emarginata cum aristula in medio, sub vitro tota punctato-scabra. Valva interior angustior, acute bifida, nervo viridi, crebre, et sursum ciliato utrinque ad marginem inflexum instructa; cæterum et hæc sub vitro tota punctato-scabra. Stili duo breves. Stigmata longiuscula, decomposito-plumosa, lateraliter exerta, alba. Caryopsis in parte superiore hirta, apice birostrata, rostris divergentibus, crassiusculis, unisulcata, libera intra corollam persistentem.

15. Festuca *cristata:* racemo composito, spicæformi, cylindraceo, lobatove, pubescenti; locustis ovatis; valva corollina externa apice breviter bidentata, in flosculis inferioribus e medio dentium aristulata, interna profunde, acuteque bifida.

F. cristata *Sp. pl.* 111. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 426., *et En.* 1. *p.* 117. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 75. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 53. *Bert. Lucubr. p.* 23. *n.* 129.

F. phleoides *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 98. *tab.* 23. *Allion. Auct. p.* 42. *n.* 2249.* *Balb. Fl. Taur. p.* 20.* *Bert. Rar. Lig. pl. dec.* 1. *p.* 15. *n.* 5., *et Pl. Gen. p.* 17. *n.* 34. *Bivona-Bern. Cent.* 1. *pag.* 39. *n.* 36. *Vill. Hist. des pl. de Dauph.* 2. *p.* 95. *tab.* 2. *fig.* 7. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 54. *n.* 1593.* *Lois. Deslongch. Fl. Gall. ed.* 1. *tom.* 1. *p.* 57.* *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 340. *Host. Gr. Austr.* 3. *p.* 15. *tab.* 21., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 164.

Koeleria cristata *Bert. Amœn. Ital. p.* 67. *n.* 5., *et* 117. *n.* 34., *et* 234. *n.* 10.

K. phleoides *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 97. *n.* 4. *Moric. Fl. Ven.* 1 *p.* 61. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 61. *n.* 146. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 93., *et Syll. p.* 39. *n.* 2. *A. Presl. Cyper. et Gram. Sicul.* 1. *p.* 34. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 122.*, *et Sup.* 1. *p.* 29.* *De Cand. Cat. pl. hort. bot. Monsp. p.* 119.*, *et Fl. Franç.* 5. *p.* 271. *n.* 1597.8.* *Lois. Desl. Fl. Gall. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 66.* *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutsohl. Fl.* 1. *p.* 582. *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 1. *p.* 161., *et* 2. *p.* 277. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 393.

Kölera phleoides *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 332. *n.* 1.

Bromus trivialis *Sav. Fl. Pis.* 1. *pag.* 124. *tab.* 2. *fig.* 2.* luxur., *et Due cent. p.* 27.*, *et Bot. Etr.* 2. *p.* 63.* *Sebast. Rom. pl. fasc. alt. p.* 31.

Lophochloa phleoides *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 42. *n.* 273.

Gramen alopecurum viridi et molli spica *Barrel. Ic.* 123. *fig.* 1.

Gr. spicatum, spica cylindracea, molli, et laxa *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 71.

Gr. loliaceum, molle, spica viridi ex pluribus spicis congesta *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 42. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 22. herb. Mont.

Gr. Felisuros cernua cristatis glumis *Bonann. Panph. tab.* 92.

Gr. typhoides molle *Scheuchz. Agr. p.* 246. *n.* 2. *tab.* 5. *fig.* 5.

Ital. *Palèo codolina*.

Ann. Legi Sarzanæ, ubi copiosissima ubique, Genuæ in viis campestribus, in Liguria occidua in litore *a Sestri di Ponente*, Bononiæ in muro oppidi, et in collibus *di Casalecchio*. Habui ex viciniis *di Laigueglia* in Liguria occidua a Badaroo, ex agro Nicæensi a Prof. Morisio, ex pascuis siccis Pedemontanis a Molinerio, et a Prof. Balbisio, ex agro Mantuano *a Bell'acqua* a Barbierio, ex agro Forojuliensi a Prof. Brignolio, Aquilejâ *a Belvedere* a Brumattio, ex agro Tergestino a Biasoletto, ex Piceno *a Cavaceppo* ab Orsino, ex agro Pisano ab Eq. Prof. Savio, ex agro Viterbiensi a Rev. Fratre Mauritio de Brixia, Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, Puteolis a Prof. Vanderlindenio, ex incultis maritimis Siciliæ, et ex Didyme *(Salina)* ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio. Floret Aprili, Majo.

Radix fibrosa, fibris flexuosis, ramulosis, huc illuc villosis, albidis; subinde videtur repens a nodis imis

culmi radicantibus. Culmi cæspitosi, vel solitarii, erecti, aut ascendentes, teretes, striati, glabri, superne nudi, a paucis pollicibus fere ad duos pedes longi, simplices, vel e nodis inferioribus ramosi. Folia anguste linearia, acuminata, striata, pubescentia, pilisque longioribus aut margine ciliata, aut superne adspersa, ludunt quoque glabra. Vaginæ striatæ, glabræ, aut pilosæ, aut hirsutæ, præsertim inferiores, aut pilis longiusculis margine longitudinali ciliatæ. Stipula brevis, circiter semilinearis, truncata, lacera. Racemus compositus, spicæformis, terminalis, cylindricus, vel lobis longiusculis, lateralibus auctus, in anthesi laxiusculus, ante, et post anthesim strictus, a semipollice ad duos, tresve pollices longus, ramis brevibus, rachideque pubescentibus, striatis, imis sæpe bracteola brevissima, acuta, integra, aut bidentata basi suffultis. Locustæ parvæ, ovatæ, compressæ, bi-septemfloræ, duas circiter lineas longæ, viridi-albæ. Valvæ calycinæ inæquales, locusta breviores; exterior brevior, et angustior, lanceolato-linearis, acuminata, uninervia, carinata; interior major, ovato-lanceolata, acuta, et subinde acuminato-mucronulata, trinervis, carinata, carina scabrida, nervis lateralibus circiter ad medium evanescentibus; utraque canaliculata, dorso viridis, et plus minus pubescens, margine albo-membranacea. Valvæ corollinæ inæquales; exterior major, ovato-oblonga, acuta, apice breviter bidentata, et in flosculis inferioribus emittens ex sinu aristulam tenuem, simplicem, scabram, lineam, aut sesquilineam longam, in flosculis superioribus plerumque mutica, concavo-canaliculata, approximate quinquenervis, nervis lateralibus superne evanescentibus, nunc sub vitro ruguloso-scabra, dorso viridis, et plus minus pubescens, margine albo-membranacea. Valva interior brevior, et longe angustior, apice profunde bifida, segmentis acuminato-setaceis, scabris, profectis a continuatione nervorum, quorum unus utrinque stat ad marginem inflexum valvæ, viridis est, et sub lente crebre scabriusculus. Filamenta tenuissima, capillaria. Antheræ parvæ, oblongiusculæ, albidæ. Racemus interdum ludit glabriusculus, et inferne interruptus.

16. Festuca *hispida:* racemo spicæformi, compacto, ovato; calyce glabro; valva corollina externa fortiter quinquenervi, setosa, apice emarginata, aristata, interna breviter bidentata.

F. hispida *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 117. *tab.* 1. *fig.* 5.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 125.

Koeleria hispida *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 624., *et Mant.* 2. *p.* 347. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 383. *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 1. *p.* 160., *et* 2. *p.* 277. *De Cand. Cat. pl. hort. bot. Monsp. p.* 119. *Bert. Amœn. Ital. p.* 8. *n.* 1. *Guss. Pl. rar. p.* 47.*, *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 123.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *pag.* 94., *et Syll. p.* 39. *n.* 3. *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 51.*

Kölera hispida *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 332. *n.* 3.

Cynosurus phleoides *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 82. *tab.* 18.

Bromus hispidus *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 62.

Gramen spicatum, maritimum, hirsutum, annuum, spica cylindracea, tenuiori, et densiori, breviter aristata *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 76.*

Gr. spicatum, maritimum, hirsutum, annuum, alterum, spica cylindracea, tenuiori, densiori, villosa, et breviter aristata *Mich. in Till. l. c.**

Ital. *Palèo setoloso*.

Ann. Habui ex monte Pisano, et ex herbario Micheliano ab Eq. Prof. Savio, ex litore *di Francavilla* in provincia *di Chieti* ab Orsino, ex *Torre a mare* in Calabria, et ex inundatis Siciliæ prope *Bronte*, et *Castelvetrano* ab Eq. Gussonio, ex arvis Sardiniæ a Prof. Morisio. Floret Majo.

Radix fibrosa, fibris flexuosis, simplicibus, aut parce ramulosis, albidis, huc illuc villosis. Culmi cæspitosi, vel solitarii, decumbentes, aut ascendentes, aut erecti, a pollice ad pedem longi, teretes, striati, glabri, toti tecti, vel apice nudi, ibique interdum pilosuli, aut pubescentes, humiliores passim crassiusculi. Folia linearia, exquisite acuminata, striata, carinata, brevia, interdum etiam duas lineas, et ultra lata, margine scabra, et subinde pilis longis, præsertim inferne, ciliata, aut superficie adspersa. Vaginæ fortiter striatæ; variant glabræ, vel pilosæ, aut hirsutæ, vel margine longitudinali ciliatæ. Stipula brevissima, truncata, eroso-lacera. Racemus compositus, spicæformis, terminalis, densissimus, ovatus, vel ovato-oblongus, obtusus, locustis imis deflexis, ex viridi flavescens. Rami brevissimi, glabriusculi. Locustæ parvæ, oblongæ, tri-quadrifloræ, compressæ. Valvæ calycinæ inæquales, locusta breviores; exteriore minore, lanceolata, uninervi, acuminata; valva interiore ovato-lanceolata, trinervi, nervis lateralibus prope apicem

evanidis; utraque carinato-canaliculata, glabra, carina superiore tantum scabriuscula, dorso viridi, et sub lente minutissime punctata, margine albo-membranacea, hyalina. Valvæ corollinæ, arista exterioris non supputata, longitudine æquales; exteriore latiore, ovato-oblonga, carinato-canaliculata, fortiter quinquenervi, breviter, acuteque bidentata, et ex sinu dentium emittente aristulam tenuem, simplicem, scabram, circiter longitudinis suæ, sub lente minutissime punctata, et vel carina, vel nervis omnibus plus minus setosa, setis albis, diaphanis, dorso viridi, margine superiore, apiceque albo-membranacea; valva interiore angustiore, apice breviter, acuteque bidentata, nervo viridi, crebre ciliolato utrinque ad marginem inflexum instructa. Antheræ lineares, longiusculæ, flavæ.

*** *Inflorescentia racemosa, vel paniculata; pedicellis superne dilatatis; valvis calycinis valde inæqualibus.* Vulpiæ.

17. Festuca *sicula:* racemo laxifloro, secundo, stricto; valva calycina altera duplo longiore; arista terminali flosculis subbreviore; foliis lineari-angustissimis.

F. sicula *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 36. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 103. *b.*, et Suppl.* 1. *p.* 23. *b.* Schult. Syst. veg. mant.* 2. *p.* 402.

Vilfa sicula *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 2. *p.* 272.

Ital. *Palèo gentile*.

Ann. Habui ex collibus *di Floresta*, et ex pratis montanis *di Val di Mazzara* in Sicilia ab Eq. Gussonio. Floret Majo.

Radix fibrosa, fusca, fibris crassiusculis, flexuosis, simpliciusculis, dense villosis, vel nudis. Culmi solitarii, vel parce cæspitosi, erecti, aut ascendentes, teretes, striati, glabri, superne nudi, dodrantales, pedales. Folia, præsertim radicalia, angustissime linearia, et fere setacea, acuminata, carinata, striata, supra canaliculata, glabra, arefactione cito convoluta, flaccida, culmea superiora paululum latiora. Vaginæ striatæ, glabræ. Stipula brevissima, obtusa, erosa, auricula rotundata utrinque, quæ in vaginæ margines decurrit. Racemus compositus, terminalis, laxiflorus, secundus, strictus, in anthesi tantum erecto-patulus,

pallide virens, nitidus. Rami ejus breves, solitarii, alterni, valde ramulosi, crassiusculi, angulati, angulis hispidulis. Rachis striata, flexuosa, ipsa quoque angulis hispidula. Pedicelli brevissimi, crassiusculi, superne latiores, subancipites, margine scabri. Locustæ innuptæ lineari-subulatæ, in anthesi, laxatis flosculis, oblongo-lanceolatæ, compressæ, subquadrifloræ, flosculis omnibus aristatis, etiam terminali, minore, abortivo. Valvæ calycinæ valde inæquales; altera circiter dimidio brevior, angustior, lanceolato-linearis, acuminata, uninervis; altera locustam, aristis non supputatis, fere æquans, minore duplo longior, et quidquam ultra, lanceolata, acuminato-mucronata, trinervis, nervis lateralibus obsoletis, circiter ad medium valvæ evanidis; utraque carinato-canaliculata, margine albo-membranacea, carina superiore sub lente scabrida. Stipitulus communis flosculorum leniter flexuosus, glaber, aut scabriusculus, articulatus, non secedens. Valvæ corollinæ, arista exterioris non supputata, longitudine æquales; exterior oblongo-lanceolata, carinato-canaliculata, quinquenervis, nervis lateralibus valde obsoletis, ab imo fere ad summum excurrentibus, carinâ scabrida, acuminata, apice integra, et continuata in aristam simplicem, scabram, tenuem, ipsâ valvâ paulo breviorem; cæterum valva sub vitro minutissime punctata; valva interior acute, et breviter bifida, nervo viridi, et in parte superiore minutissime, et crebre ciliolato utrinque ad marginem inflexum instructa.

Profecto non bene Kunthius in Enum. pl. 1. pag. 384. conjungit hanc plantam cum *Kœleria macilenta* De Cand.

18. Festuca *Michelii*: racemo laxifloro, secundo, stricto; valva calycina altera triplo longiore; arista flosculis apice bifidis breviore.

F. Michelii *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 397.

Bromus Michelii *Sav. Bot. Etr.* 1. *pag.* 78.*, *et Cos. bot. p.* 40. *tab.* 3. *fig.* 1. *et fig.* 9. *a. b.** *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 135. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 59. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 80. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 650.

Kœleria macilenta *De Candoll. Fl. Franç.* 5. *pag.* 270. *n.* 1597.f *Ten. Syll. ap.* 3. *p.* 583. *n.* 6.

Avena puberula *Guss. Pl. rar. p.* 55. *tab.* 10.*, *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 125.*

A. macilenta *Guss. Suppl.* 1. *p.* 29.*

Trisetum puberulum *Ten. Syll. p.* 50. *n.* 4.
Vulpia Michelii *Reichenb. Fl. Germ. exc. in adden. et corr. p.* 140.[3] *n.* 234. *c.*
Gramen bromoides, annuum, minus, capillaceo folio, glabrum, panicula contractiore, locustis minimis, aristatis, et glumis tenuissimis conflatis *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. pag.* 76.* *Zannich. Istor. delle piant. p.* 128.

Ital. *Palèo forcuto*.

Ann. Habui ex agro Florentino, et ex herbario Micheliano ab Eq. Prof. Savio, Ostiâ, et Terracinâ a Prof. Maurio, ex *Ligola* in viciniis Neapolis ab Orsino, Rhegio Julio in Calabria, ex campis arenosis *di Vittoria* in Sicilia, ex Cosyra *(Pantellaria)*, et Didyme *(Salina)* ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Capo Corso* prope *Pietra Corbara* a Bubanio, et *a Calvi* a Soleirolio. Floret Majo.

Radix fibrosa, albida, fibris tenuibus, flexuosis, ramulosis, huc illuc villosis. Culmi cæspitosi, vel solitarii, erecti, aut ascendentes, a pollice ad pedem longi, tenues, teretes, striati, puberuli, pilis deflexis, qui minores, toti tecti, reliqui superne tractu etiam longo nudi. Folia anguste linearia, acuminata, striata, pubescentia. Vaginæ striatæ, pubescentes, pilis deflexis. Stipula lineam unam, aut paulo ultra longa, lacero-laciniata. Racemus compositus, terminalis, secundus, laxiflorus, pallide virens, et subinde ex viridi purpurascens, præsertim in rachide, et ramis, nitidulus, strictus, in anthesi erecto-patens. Rami tenues, angulati, angulis scabriusculis, flexuosi, inferiores plures fasciculati, basi aliquo tractu simplices, nudi, pedicellis, sive ramulis extimis longiusculis, tenuibus, apice paululum dilatatis. Locustæ parvæ, bi-quadrifloræ, innuptæ subulatæ, in anthesi e flosculorum divergentia oblongæ, compressæ. Valvæ calycinæ valde inæquales; altera minor, tertiam circiter partem interioris attingens, angustissima, idest basi paululum latior, et uninervis, deinde fere tota abiens in acumen setaceum, scabridum; valva altera grandior, locustam sine aristis æquans, oblongo-lanceolata, acuminata, subaristata, aristulâ scabrâ, trinervis, nervis lateralibus supra medium evanidis; utraque carinis scabra, margine albo-membranacea, orâ scabriusculâ. Stipitulus communis flosculorum remote articulatus, glabriusculus. Flosculi inter se remoti.

Valvæ corollinæ valde inæquales; exterior sine arista fere duplo longior, lanceolato-linearis, carinato-canaliculata, carinâ scabra, quinquenervis, nervis lateralibus obsoletissimis, superne evanidis, acuminata, apice breviter, et acute bifida, ex sinu divisionis protracta in aristam simplicem, tenuem, scabram, ipsâ valvâ paulo breviorem, margine angusto albo-membranacea, hyalina, superficie scabrida. Valva interior fere dimidio brevior, angustior, apice breviter, et acute bifida, nervo pallide viridi, crebre ciliolato utrinque ad marginem inflexum instructa.

Hæc species apice valvæ corollinæ externæ appropinquat *Bromos*, sed recedit reliquis characteribus, et facie. Optime illustrata ab Eq. Prof. Savio præsertim in Cos. bot. p. 39. et seq. Sprengelius in Syst. veg. 1. p. 358. n. 17. minus recte conjunxit cum longe diverso *Bromo rubente* L., nec meliori omine Kunthius in En. pl. 1. p. 383. sejunxit ab hac *Kœleriam macilentam* De Cand., et quod pejus adhuc est, habuit *Kœleriam macilentam* De Cand., et *Festucam siculam* Presl. pro una eademque stirpe, ut jam dixi.

19. Festuca *ligustica*: panicula secunda nutante; pedicellis ensiformibus; valva calycina altera minima; flosculis apice integris, arista brevioribus.

F. ligustica *Bert. in Opusc. scient. di Bol. tom.* 1. *p.* 64. *n.* 3., *et Amœn. Ital. pag.* 8. *n.* 3. *Sav. Cos. bot. p.* 53. *tab.* 3. *fig.* 10. *a. b. Presl. Cyper. et Gram. Sicul. p.* 56. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 105. *Ten. Syll. p.* 47. *n.* 28.

F. stipoides *Lois. Desl. Not. p.* 21.*, *et Fl. Franç. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 88.* excl. syn. *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 267. *n.* 1593.[a] excl. nonnull. syn.

F. sicula a *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 103.*, *et Suppl.* 1. *p.* 23.*

Bromus ligusticus *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 249. *n.* 2222. *Viv. Ann. bot. tom.* 1. *part.* 2. *p.* 145. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 125. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 77. *Sebast. Rom. pl. fasc. alt. p.* 31. *n.* 40., *et Fl. Rom. prodr. p.* 57. *n.* 139. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 90. *Bivona-Bern. Cent.* 1. *p.* 21. *n.* 12. *Röm. et Schult. Syst. veget.* 2. *p.* 649., *et Mant.* 2. *p.* 359. *Petagn. Inst. bot. tom.* 2. *p.* 180.

Vulpia ligustica *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 1. *p.* 148., *et* 2. *p.* 273. *Reichenb. Fl. Germ. exc. in Add. et corr. p.* 140.[3] *n.* 234. *b.*

Gramen bromoides, festucea, tenuique panicula minus *Scheuchz. Agr. p.* 296. *n.* 3. *tab.* 6. *fig.* 13.

Ital. *Palèo ciondolo*.

Ann. Copiosissima in Liguria. Legi Sarzanæ in colle *di Sarzanello* sub arce, Genuæ in *Albaro*. Habui ex agro Faventino *a Granarolo* a Bubanio, Ravennâ ad viam pistrinorum a Dallagata, ex viciniis *di Arceria* in agro Camerinensi a Prof. Octaviano, Juliâ novâ ab Orsino, ex agro Viterbiensi *a Canino* a Rev. Fratre Mauritio de Brixia, Româ a Mayero, a Barbierio, et a Fiorinia-Mazzantia, Neapoli *a Caserta* iterum ab Orsino, ex collibus *di Vicari* in Sicilia ab Eq. Gussonio, ex Sardinia a Badaroo, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio. Floret Aprili, Majo.

Radix fibrosa, fibris tenuibus, simpliciusculis, aut ramulosis, huc illuc villosis. Culmi erecti, vel ascendentes, solitarii, aut cæspitosi, tenues, teretes, striati, glabri, a paucis pollicibus ad sesquipedem longi, vel toti tecti, vel superne nudi. Folia anguste linearia, brevia, acuminata, striata, glabra, arefactione plus minus involuta. Stipula brevissima, eroso-lacera. Panicula composita, terminalis, secunda, nutans, in anthesi diffusa, viridi-flavescens, subinde purpurascens in locustis, et pedicellis. Rami ejus alterni, vel inferiores geminati, tenues, angulati, angulis sursum hispidulis, pedicellis, sive ramulis extimis ensiformibus, sensim sensimque ab imo ad summum dilatatis, longiusculis, glabris, raro margine scabridis. Rachis angulata, superne angulis hispidula, et flexuosa. Locustæ subquadrifloræ, innuptæ subulatæ, in anthesi oblongæ, compressæ, sursum divergentes a divaricatione flosculorum. Valvæ calycinæ valde inæquales; idest valva altera minima, subinde fere obliterata, aut vix lineæ trientem longa, alias lineam, et etiam paululum ultra lineam longa, linearis, acuta, uninervis, carinato-canaliculata; valva altera locustam sine aristis æquans, aut superans, lanceolato-linearis, apice acuminato-setacea, et scabra, trinervis, nervis lateralibus superne evanidis, carinato-canaliculata, carina scabra, margine albo-membranaceo, hyalino, apicem valvæ versus tenuissime ciliolato. Stipitulus communis flosculorum laxe articulatus, linea longitudinali externa sursum hispidulus, non secedens. Flosculi inter se se remoti, supremus minor, abortivus, tamen, ut cæteri, aristatus. Valvæ corollinæ, arista exterioris non supputata, nunc parum inæquales, nunc magis; exterior major, lanceolato-linearis, carinato-canaliculata,

carina, et etiam superficie scabro-hispidula, margine albo-membranacea, hyalina, quinquenervis, nervis lateralibus valde obsoletis, præsertim mediis inter carinam, et nervum ad marginem, acuminata, acumine integro, producto in aristam tenuem, simplicem, scabram, flosculo longiorem. Valva interior angustior, vix brevior, apice breviter, et acute bifida, nervo viridi-luteolo, crebre ciliolato-scabro utrinque ad marginem inflexum instructa, sub vitro undique minute punctata. Antheræ lineares, longæ. Tota planta nitens, viridi-flavescens, ventis demulcentibus obsecundans.

Non bene Kunthius in Enum. pl. 1. p. 397. conjunxit hanc speciem cum *Festuca geniculata* W., et deinde l. c. p. 420. n. 54. dubitative traxit ad *Bromum scoparium* L., qui longissime distat. In gravissimum errorem pari pacto inciderat Sprengelius in Syst. veg. 1. p. 358. n. 17., qui ad *Bromum rubentem* L. traxit et *Bromum ligusticum* All., et *Bromum Michelii* Sav. ex tribus probe distinctis speciebus unam speciem faciens.

20. Festuca *geniculata:* panicula sparsa, stricta, ramis abbreviatis; pedicellis ensiformibus; valva calycina altera dimidio breviore; flosculis apice integris, aristæ subæqualibus.

F. geniculata *Will. En.* 1. *p.* 118. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 397. excl. syn. All., Bert., et Reichenb. *Sav. Cos. bot. p.* 52. *tab.* 3. *fig.* 3. *a. b.** *Guss. Suppl.* 1. *p.* 23.*

F. stipoides *Jan. Elench. p.* 2. *n.* 55.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 90.

Bromus geniculatus *Lin. Mant.* 1. *p.* 33. *Schreb. Gram.* 2. *p.* 60. *tab.* 31. bene. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 60.*

B. stipoides *Lin. Mant. alt. p.* 557.

Vulpia geniculata *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 1. *p.* 148., *et* 2. *p.* 273.

Ital. *Palèo de' tetti. Palèo de' muri.*

Ann. Habui ex agro Pisano ab Eq. Prof. Savio, et ex maritimis Siciliæ a Prof. Janio. Floret Aprili, Majo.

Species præcedenti proxima, sed notis sequentibus probe distincta. Planta robustior, tota virens, etiam panicula. Culmi fusce geniculati. Folia in facie superiore pubescentia. Panicula sparsa, stricta, in anthesi erecto-patens, non secunda, non nutans, non diffusa. Rami ejus breviusculi, inferiores terni-quaterni, fasciculati. Pedicelli ensiformes, longiores, quam in *Festuca ligustica*, utrinque margine scabri. Valvæ

calycinæ minus, quam in cæteris affinibus inæquales, scilicet harum altera dimidio tantum brevior; altera locustâm æquans, aut quidquam minor. Valva corollina externa passim minus acuta, imo interdum subemarginata, aristam suam æquans. Valva interior longitudinis variæ, ut plurimum quarta, vel tertia parte valva exteriore brevior, raro illi æqualis.

21. Festuca *uniglumis:* racemo spicæformi, secundo, stricto; valva altera calycina minima; flosculis compresso-carinatis, arista brevioribus.

F. uniglumis *Soland. in Ait. Hort. Kew. edit.* 1. *v.* 1. *p.* 108., *et edit.* 2. *v.* 1. *p.* 164. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 423. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 728., *et Mant.* 2. *p.* 401., *et Mant.* 3. *p.* 469. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 354. *n.* 32. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 396. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 143., *et Engl. bot. v.* 20. *tab.* 1430. *Hook. Brit. Fl. p.* 47. *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 37. *tab.* 64. bene, *et Fl. Austr.* 1. *p.* 165. *Balb. Misc. bot. alt. p.* 8. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 125.* *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 30. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 55. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 73.* *Bert. Amœn. Ital. p.* 238. *n.* 8. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 84., *et Cos. bot. p.* 53. *tab.* 3. *fig.* 6. *a. b. Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 78., *et Syll. p.* 47. *n.* 26. *Presl. Cyper. et Gram. Sicul. p.* 36. *Bivona-Bern. Cent.* 2. *p.* 25. *n.* 33. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 105.*, *et Sup.* 1. *p.* 24.* *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 55. *n.* 1597., *et* 5. *p.* 268.

Stipa membranacea *Sp. pl.* 116., *et Mant. alt. p.* 326., unde forte excludenda planta Capensis.

Vulpia membranacea *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 147., *et* 2. *p.* 37. *n.* 234.

V. uniglumis *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 37. *n.* 234.

Gramen bromoides, spicatum, maritimum, glabrum, annuum, et strigosum, spica heteromalla, locustis minoribus, longissime aristatis *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 76. *Zannich. Ist. delle piant. p.* 128.

Ital. *Palèo marino* Sav. Bot. Etr. 1. p. 73.

Ann. Legi in litore Lunensi *alla Marinella,* et in litore Massensi proximo, ubi copiosissima. Habui ex litore Tergestino, et Istriæ a Biasoletto, ex litore Austriaco *a Monfalcone* a Brumattio, ex oris Venetis a Pollinio, Fossâ Clodiâ *a Sottomarina* a Prof. Naccario, ex litore Asculano ad S. Benedictum, et ad portum Asculi, tum ex litore Neapolitano *al Fusaro* ab Orsino, ex maritimis Siciliæ ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, ut plurimum longa, fibris tenuibus, flexuosis, ramulosis, huc illuc villosis; subinde aliqua fibra radicalis prodit e nodis imis culmi. Culmi cæspitosi, decumbentes, vel, nodis inferioribus infractis, ascendentes, a paucis pollicibus ad sesquipedem longi, at in eodem cæspite varii, teretes, crassiusculi, striati, glabri, sæpius toti tecti, subinde tamen apice nudi, simplices, vel e nodis inferioribus ramosi. Nodi imi fusci. Folia anguste linearia, acuta, brevia, striata, glabra, sed prope apicem carina, et margine scabra, arefactione convoluta. Vaginæ striatæ, glabræ, laxiusculæ, suprema inflato-subspathacea, et folio suo multo longior. Stipula brevissima, truncata, ora eroso-ciliata; utrinque auricula rotundata, in vaginæ margines decurrens. Racemus compositus, vel simplex, terminalis, spicæformis, secundus, strictus, densiflorus, nitens, e viridi-flavescens, interdum cum aliqua purpurascentia. Rami alterni, brevissimi, crassiusculi, striati, scabri. Pedicelli e tereti compressi, superne sensim sensimque latiores, nunc leves, nunc striati, undique hispiduli, aut scabri. Rachis crassiuscula, striata, leniter flexuosa, scabra. Locustæ præ planta grandiusculæ, quinque-septemfloræ, innuptæ lineari-subulatæ, in anthesi oblongæ, flosculis sursum divergentibus. Valvæ calycinæ valde inæquales, idest valva altera minima, ad summum vix lineam longa, lanceolato-linearis, angustissima, acuminata, carina, et acumine scabris; valva altera modo locustam æquans, modo superans, interdum vero non attingens, lanceolato-linearis, acuminata, desinens in aristulam brevem, scabram, simplicem, trinervis, nervis lateralibus superne evanescentibus, substantiæ duriusculæ, dorso tota pilosula, et carinâ scabra, margine albo-membranaceo angusto, cujus ora superior tenuiter ciliolata. Stipitulus communis flosculorum leniter flexuosus, remote articulatus, in articulis secedens, linea longitudinali externa, vel undique scaber. Flosculi inter se remoti, decidui, supremis minoribus. Valvæ corollinæ inæquales; exterior longior, lanceolato-linearis, tota exquisite carinata, compresso-canaliculata, longe acuminata, acumine integro, protracto in aristam simplicem, apice attenuatam, valvâ longiorem, scabram; cæterum valva subcartilaginea, quinquenervis, nervis lateralibus obsoletis, paulo supra medium evanescentibus, dorso inferne glabra, superne

tota hispidula. Valva interior angustior, et brevior, apice profunde bifida, acuminibus setaceo-scabris, nervo viridi dense ciliato utrinque ad marginem inflexum instructa, inter nervum, et nervum extus canaliculata. Caryopsis linearis, longitudine valvæ corollinæ minoris, compressa, unisulcata, glabra, libera intra corollam persistentem. Planta facie *Bromi*.

22. Festuca *myuros:* racemo composito, simplicive, elongato, stricto, nutante, secundo; valva calycina altera plusquam duplo longiore; flosculis apice integris, arista terminali brevioribus; foliis convoluto-setaceis.

F. myuros *Sp. pl.* 109. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 143., *et Engl. bot. v.* 20. *tab.* 1412. *Hook. Brit. Fl. p.* 46. *Leers. Herb. p.* 34. *tab.* 3. *fig.* 5. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 66. *tab.* 93. opt., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 164. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 252. *n.* 2242. *Balb. Fl. Taur. p.* 19. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 73. *Bir. Fl. Acon.* 1. *p.* 31. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 50., *et* 327. *Comoll. Prodr. Fl. Com. pag.* 16. *n.* 112. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 54. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 122. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. pag.* 29. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 55. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 73. *Suffr. Forojul. p.* 115. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 72., *et Cos. bot. p.* 52. *tab.* 3. *fig.* 8. *a. b. Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 46. *n.* 114. *α. Ten. Syll. p.* 45. *n.* 22. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 104., *et Sup.* 1. *p.* 23. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 86. pl. locust. glabris. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 54. *n.* 1594., *et* 5. *p.* 268. excl. syn. Viv. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 327. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 637. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 273. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 396.

F. n. 1443. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 216.

Vulpia myurus *Gmel. Fl. Badens.* 1. *p.* 8. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 146., *et* 2. *p.* 271.

V. pseudo-myurus *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 37. *n.* 231.

Gramen festuceum myurum min. spica heteromalla *Barrel. Ic.* 99. *fig.* 1.

Gr. festuceum, myurum, elatius, spica heteromalla, gracili *Scheuchz. Agr. p.* 293. *tab.* 6. *fig.* 11. etiam ex loco *a Lerice*.

Gr. loliaceum, locustis expansis, paniculis longissimis, nutantibus *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 35. herb. Mont. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 335. *n.* 4.

β racemo brevi, stricto; valva calycina altera duplo longiore; culmo superne longe nudo.

Festuca bromoides *Sp. pl.* 110. *Spr. Syst. veg.* 1. *p.* 354. *n.* 31. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 142., *et Engl. bot. v.* 20. *tab.* 1411. *Hook. Brit. Fl. p.* 46. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 50., *et* 327. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 123. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 114.*, *et Bot. Etr.* 1. *p.* 71.*, *et Cos. bot. p.* 51. *tab.* 3. *fig.* 7. *a. b.** *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. pag.* 46. *n.* 113.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 77. *A.*, *et Syll. p.* 45. *n.* 21. *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 103.*, *et Suppl.* 1. *p.* 23.* *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 46. *fig.* 4. macrior. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 35. *n.* 1596. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 325. *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *pag.* 636. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 274. *Schleich. Pl. sicc.** *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 396.

Bromus dertonensis *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 249. *n.* 2225.

B. ambiguus *Cyril. Pl. rar. regn. Neap. fasc.* 1. *pag.* 10. *tab.* 2. planta macrior.

Vulpia bromoides *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 1. *p.* 147., *et* 2. *p.* 271. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 37. *n.* 233.

V. sciuroides *Reichenb. l. c. n.* 232.

Gramen paniculat. bromoid. minus, paniculis aristat. unam partem spectantib. *Pluk. Phyt. tab.* 33. *fig.* 10. planta macrior.

Gr. bromoides, panicula heteromalla, longioribus aristis donata *Scheuchz. Agrost. p.* 290. *n.* 9. *tab.* 6. *fig.* 10.* archetypo ex herbario Scheuchzeriano communicato a Schulthessio.

Gr. n. 10. *Scheuchz. Agr. p.* 291.* archetypo Jussieui in herbario Scheuchzeriano communicato ab eodem Schulthessio.

Gr. loliaceum, expansis locustis unam partem spectantibus *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 35. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 3. herb. Mont.

Ital. *Gramigna de' greppi* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 101.

Ann. Legi Sarzanæ, ubi copiosissima in toto districtu, ad muros campestres, macerias, et loca sicca. Filius attulit ex apennino Bononiensi *all' Abetaia di Castiglione de' Pepoli*. Habui Albâ Pompejâ secus Tanarum a Bertero, ex marginibus Athesis *alla Cavanella*, et Fossâ Clodiâ in litore prope *il Fossone* a Prof. Naccario, ex agro Florentino *al Chiasso Macerelli* a Bubanio, Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, Catanâ a Gasparrinio, ex collibus Panormitanis, et ex Ustica ab Eq. Gussonio, ex aridis Sardiniæ a Prof. Morisio, ex Corsica *a Santa Manza* a Soleirolio, et *a Bastia* prope pontem *di Bivinco* in vertice montis S. Antonii

iterum a BUBANIO. Varietatem β observavi Sarzanæ promiscue cum specie. Habui ex herbario Scheuchzeriano, lectam inter Dertonam, et *Novi*, a SCHULTHESSIO possessore herbarii Scheuchzeriani, ex Liguria orientali in districtu Clavarensi *alle Giarre* a TURIO, ex agro Mediolanensi in sylvis *della Merlata* a Prof. BALSAMO-CRIVELLIO, et a DE NOTARIS, ex pratis Tergestinis a BIASOLETTO, ex agro Pisano ab Eq. Prof. SAVIO, Româ *alla Valle dell'inferno* a Prof. MAURIO, ex monte *della Stella* in principatu citra, ex Calabria *ad Aspramonte*, et ex Cosyra (*Pantellaria*) ab Eq. GUSSONIO. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris tenuibus, flexuosis, ramulosis, huc illuc villosis. Culmi cæspitosi, vel solitarii, ascendentes, aut erecti, teretes, striati, glabri, modo crassiusculi, modo tenues, sæpe, non semper, toti tecti, a paucis pollicibus ad duos pedes longi. Nodi plerumque fusci. Folia anguste linearia, acuta, aut acuminata, striata, cito convoluto-setacea, in facie interna pubescentia, margine, et carina superiore scabrida, modo tota glabra. Vaginæ plus minus laxiusculæ, striatæ, glabræ, suprema sæpe inflato-subspathacea. Stipula brevissima, obsoleta, truncata, erosula. Racemus terminalis, longus, nunc compositus, nunc simpliciusculus, secundus, laxiflorus, modo longissimus, et plusquam pedalis, dum brevior strictus, dum longior nutans. Cum luxuriat, rami ejus inferiores longi, basi tractu vario simplices, nudi, deinde divisi, et multis locustis onusti, passim geminati. Rachis, et rami subflexuosi, tenues, fortiter striati, sursum hispiduli. Pedicelli brevissimi, tenues, e tereti compressi, superne latiores, glabri, vel margine utrinque ciliolato-scabri. Locustæ subsexfloræ, in anthesi oblongæ, compressæ, flosculis sursum divergentibus, demum deciduis. Valvæ calycinæ valde inæquales; interior plusquam duplo longior, et paulo latior, nunc fere æquans locustam sine aristis, nunc brevior, trinervis, nervis lateralibus obsoletis, supra medium evanidis, mutica, aut apice brevissime aristata; exterior uninervis, mutica; utraque linearis, carinato-canaliculata, fere tota chartaceo-viridis, margine albo-membranaceo angusto, glabra, raro pilosa, carinâ scabrâ, subinde vere ciliatâ. Stipitulus communis flosculorum laxiuscule articulatus, leniter flexuosus, linea longitudinali sursum hispidulus, siccatâ locustâ, in articulis secedens. Valvæ

corollinæ plus minus inæquales; exterior major, lanceolato-linearis, acuminata, acumine integro, protracto in aristam simplicem, tenuem, scabram, ipsa valva duplo, aut triplo longiorem; cæterum valva quinquenervis, nervis lateralibus valde obsoletis, superne evanidis, canaliculata, teretiuscula, in parte superiore dorsi scabro-hispidula, marginibus involuta, tota virens, ora albo-membranacea vix ulla. Valva interior angustior, et brevior, apice breviter, et acute bifida, nervo viridi, fere toto crebre ciliolato utrinque ad marginem inflexum instructa.

Varietas β sistit plantam minorem, graciliorem, culmo superne nudo, racemo depauperato, stricto, simpliciusculo, aut in parte inferiore parce composito, locustis paulo minoribus, tri-quinquefloris, flosculis quoque paulo minoribus, brevius aristatis, valva calycina interiore plerumque duplo longiore tantum, nervis valvæ corollinæ internæ superne crebre ciliolatis, reliqua parte nudis.

Pluribus abhinc annis, cum in oppido patrio Sarzanæ diversarer, diligenter incubui in lusus hujus speciei ibi copiosissimæ observandos, et facile cognovi, nullam essentialem differentiam esse inter *Festucam Myuron* L., et *Festucam bromoidem* L. Etenim culmus totus tectus, vel superne nudus habetur tam in majoribus, quam in minoribus stirpis exemplaribus, racemus elongatus nutans, aut depauperatus strictus occurrit in eodem cæspite, et sic porro dicendum de reliquis characteribus. Identitatem harum plantarum optime præsensit Gussonius in Fl. Sic. prodr. 1. l. c., et extra omnem dubitationis aleam jure posuit Sprengelius in Syst. veg. 1. l. c. Quare ego retinui varietatem β, ut morem aliquem gererem botanicis quibusdam magni nominis; revera hæc commodius comprehendi poterat in descriptione generali speciei.

23. Festuca *ciliata:* racemo composito, simplicive, continuato, stricto, secundo; calycibus locusta brevioribus, valva externa minima; flosculis teretibus, toto margine ciliato-barbatis, longe aristatis.

F. ciliata *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 55. *n.* 1595., *et* 5. *p.* 268. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 396. *Host. Gr. Austr.* 4. *p.* 37. *tab.* 65. mediocr., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 165. *Bert. Lucubr. p.* 14. *n.* 65. excl. syn. Pers. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 51. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 73. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 123. *Sav. Cos. bot. p.* 52. *tab.* 3. *fig.* 2. *a. b. Presl.*

Cyp. et Gram. Sic. p. 36. *Guss. Pl. rar. p.* 37.*, *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 104.*, *et Sup.* 1. *p.* 23.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 78., *et Syll. p.* 46. *n.* 24.

F. alopecuroides *Ten. Syll. p.* 46. *n.* 25., *et Syll. app.* 3. *p.* 585.

F. myuros *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 113. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 77. ex descr.

F. myuros β *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 46.*

F. myuros var. glumis pilosis *Sav. Bot. Etr.* 1. *pag.* 73. *sub n.* 83.

Vulpia ciliata *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 147., *et* 2. *p.* 272.

Gramen festuc. myurum elatius, spica heterom. gracili *Barrel. Ic.* 99. *fig.* 2.

Gram. festuceum, myurum, minori spica heteromalla *Scheuchz. Agrost. p.* 294. *n.* 2. *tab.* 6. *fig.* 12. ex evid. descr.

Gr. aristatum cristatum lanuginosum *Bonann. Panph. tab.* 37.

Ital. *Palèo barbuto*.

Ann. Legi Sarzanæ in muris campestribus, et in summitate montis *Darme*. Habui Albâ Pompejâ a Bertero, ex dumetis *di Carbonara* in *Lomellina*, et Mediolano e muro oppidi a De Notaris, ex arenosis circa Ticinum a Badaroo, ex pratis Tergestinis a Biasoletto, ex litore Austriaco *a Monfalcone* a Berinio, Româ a Prof. Sebastianio, et a Prof. Maurio, ex collibus aridis Siciliæ ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio. Floret Majo, Junio.

Species præcedenti proxima, at notis sequentibus distincta. Culmi a paucis pollicibus ad sesquipedem longi, plerumque toti tecti, subinde tamen superne nudi. Racemus a pollice ad spithamam longus, continuus, strictus, secundus. Rachis valde flexuosa, dorso convexa, glabra, margine hispidulo-scabra. Pedicelli modo brevissimi, modo longiusculi. Locustæ tenues, subquinquefloræ, innuptæ tereti-subulatæ, in anthesi lineari-oblongæ, flosculis sursum divergentibus. Valvæ calycinæ valde inæquales, lineari-canaliculatæ, obtusiusculæ, et subinde apice erosulæ, alias tamen acutæ, margine albo-membranaceo, latiusculo, diaphano; exterior nunc obsoleta, minima, nunc lineam dimidiam, aut lineam longa, nunc dimidio brevior interiore, uninervis. Valva interior quater-septies, raro duplo longior exteriore, semper locusta sua multo

brevior, trinervis, nervis lateralibus in basi conspicuis, superne evanidis; utraque persistens, et sicca dealbata; tunc racemus, præsertim superne, videtur distiche spinulosus. Stipitulus communis flosculorum linea longitudinali externa villosus, demum in articulis secedens cum flosculis. Valvæ corollinæ plus minus inæquales; exterior canaliculato-linearis, angustissima, dorso teretiuscula, obsoletissime quinquenervis, acuminata, acumine integro, desinente in aristam ipso flosculo fere duplo longiorem, ut plurimum prope marginem ab imo ad summum barbata villis ciliaribus longis, in arefactione patulis, qui villi interdum plus minus occurrunt vel in carina, vel in superficie ejusdem valvæ, cæterum hæc valva in parte non villosa ludit scabra, vel glabra; valva interior apice breviter, acuteque bifida, nervo viridi, ciliolato-scabro utrinque ad marginem inflexum instructa. Reliqua omnia, ut in *Festuca myuro* L.

Vidi interdum flosculos nonnullos in locusta cassos, existente sola valva corollina externa.

24. Festuca *alopecuros:* racemo simpliciusculo, secundo; locustis ovato-oblongis, distichis, alternis, laxis; calycinis valvis valde inæqualibus; flosculis carinato--compressis, arista sublongioribus; valva corollina externa margine inferiori dense barbata.

F. alopecurus *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 93. *n.* 18. *Schousb. Marocc. p.* 40. *Willd. En.* 1. *p.* 117. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 727., *et Mant.* 2. *p.* 400. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 397.

F. alopecuroides *Sav. Cos. Bot. p.* 53. *tab.* 3. *fig.* 4. *a. b.*

F. ciliata *Brot. Lusit. p.* 115. *Link. in Schrad. Journ.* 2. *p.* 315. *Pers. Syn. pl.* 1. *pag.* 94. *n.* 21. quoad plantam Linkianam.

F. Savii *Ten. Syll. p.* 45. *n.* 23., *et Syll. app.* 3. *p.* 584.

Bromus barbatus *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 61. *Sebast. Rom. pl. fasc. alt. pag.* 5. *tab.* 1.,* *et Fl. Rom. prodr. p.* 58. *n.* 140. *tab.* 1.*

Vulpia alopecuros *Link. Hort. reg. Ber. desc.* 1. *p.* 147., *et* 2. *p.* 272.

Ital. *Palèo cigliuto*.

Ann. Habui ex arenis maritimis *di Fiumicino* in ditione Romana a Prof. Sebastianio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris ramulosis, flexuosis, plus minus villosis, subinde etiam ex nodis imis culmi prodeuntibus. Culmi cæspitosi, decumbentes, et, infractis nodis

inferioribus, superne surrecti, vel prorsus ascendentes, a palmo ad sesquipedem longi, teretes, striati, nunc toti tecti, nunc apice nudi, et scabriusculi, sæpe ramosi. Folia anguste linearia, mucronulata, striata, duriuscula, intus pubescentia, cito convoluta. Vaginæ laxiusculæ, fortiter striatæ, glabræ, suprema plerumque inflato-spathacea, et folio suo longior. Stipula brevissima, truncata, fissa, erosula. Racemus subsimplex, terminalis, laxiflorus. Rachis flexuosa, angulata, striata, sursum hispidula. Pedicelli locusta breviores, compressi, apice paulo latiores, sursum hispiduli. Locustæ grandes præ reliquis hujus sectionis, sex-octofloræ, innuptæ oblongo-lanceolatæ, in anthesi ovato-oblongæ, compressæ, flosculis sursum divergentibus, virides, aut ex viridi-cærulescentes. Valvæ calycinæ valde inæquales, carinato-canaliculatæ, compressæ, acuminatæ, dorso, præsertim carinâ, scabræ; exterior minima, lineam, aut sesquilineam longa, lineari-angustissima, uninervis; interior quinquies-septies longior, tamen locustâ suâ paulo brevior, lanceolato-linearis, trinervis, nervis lateralibus superne evanidis, subinde apice subaristata. Stipitulus communis flosculorum leniter flexuosus, remote articulatus, linea longitudinali externa hirsutus. Flosculi inter se remoti, supremi minores. Valvæ corollinæ inæquales; exterior major, lanceolato-linearis, acuminata, acumine integro, producto in aristam tenuem, simplicem, scabram, ipsâ valvâ breviorem, vel ad summum illi æqualem, tota carinata, canaliculato-compressa, quinquenervis, nervis lateralibus obsoletis, fere ad apicem pertingentibus, prope marginem inferiorem dense barbata, in margine superiore, carinâque scabra; valva interior brevior, et angustior, apice acute bifida, nervo viridi, dense villoso utrinque ad marginem instructa. Etiam herba interdum ex viridi cærulescit.

Errat profecto Sprengelius in Syst. veg. 1. p. 353. n. 16. conjungens cum hac specie *Festucam ciliatam* De Cand., quæ longe diversa. Conferantur observationes prætiosissimæ super hasce plantas factæ a Cl. Gussonio in Pl. rar. p. 38., et in Fl. Sic. Suppl. 1. p. 23.

25. Festuca *incrassata:* racemo composito, subsecundo, stricto, articulato; pedicellis ensiformibus, brevissimis; valva calycina altera duplo longiore; flosculis apice bifidis, integrisque, aristæ subæqualibus; nervis glumarum serrulato-scabris; culmo, foliisque glabris.

F. incrassata *Salz. in Lois. Deslongch. Fl. Gall. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 85. *Duby. Bot. Gall. edit.* 2. *tom.* 2. *p.* 1013.
Bromus tenuis *Tin. Rar. pl. Sicil. pugil. pag.* 3. *Guss. Sup.* 1. *p.* 28.* *Ten. Syll. in append. tert. p.* 585. *Schult. Syst. veg. Mant.* 2. *p.* 362. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 421.
B. sabulosus *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 120.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 50.*
B. sardous *Spreng. Syst. veg.* 4. *part.* 2. *p.* 36.* *Schult. Syst. veg. mant.* 3. *p.* 632. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 422.
Brachypodium tenue *Tin. Cat. hort. Pan. an.* 1827. *p.* 48.
Ital. *Palèo porporino*.
Ann. Habui ex litore Agrigentino, et *di Alicata* ab Eq. Gussonio, et ex pascuis siccissimis *di Carloforte* in Sardinia a Prof. Morisio. Floret Aprili, Majo.

Radix fibrosa, alba, fibris tenuibus, ramulosis, flexuosis, huc illuc lanuginosis. Culmi cæspitosi, nodis inferioribus infractis, ascendentes, a paucis pollicibus ad dodrantem longi, teretes, striati, glabri, superne nudi. Folia anguste linearia, brevia, mucronulata, striata, glabra, margine tantum scabra, initio plana, arefactione cito convoluta. Stipula oblonga, obtusa, erosula, circiter bilinearis. Racemus compositus, in macrioribus vero speciminibus simplex, terminalis, subsecundus, strictus, in anthesi erecto-patens, sæpe ex viridi-purpurascens. Rami inferiores nunc solitari, nunc duo-tres fasciculati, inæquales, alii simplices unilocustiferi, alii divisi bi-quadrilocustiferi. Pedicelli ancipites, locusta sua multo breviores. Rachis flexuosa; tum ipsa, tum rami, et pedicelli articulati, striati, angulati, angulis hispidulo-scabris. Locustæ in anthesi ovatæ, compressæ, sex-octoflore, rarius ultra, flosculis sursum divergentibus, flavido-virides, aut ex flavido-viridi purpurantes, etiam in aristis, et pedicellis. Valvæ calycinæ inæquales, locusta breviores; interior exteriore circiter duplo longior, idest modo plus, modo minus; utraque lanceolato-linearis, acuminata, compresso-canaliculata, carinata, nervo carinali solitario, serrulato-scabro, margine albo-membranacea. Valvæ corollinæ, arista exterioris non supputata, longitudine æquales; exterior lanceolato-linearis, acuminata, compresso-canaliculata, marginibus involutis, exquisite carinata, quinquenervis, nervis duobus utrinque ad marginem inter se se approximatis, exteriore obsoleto, reliquis tribus, et præsertim carinali serrulato-scabris, modo apice breviter bifida, modo integra,

cum bifida, paululum infra apicem, cum integra ex ipso apice emittens aristam tenuem, simplicem, scabram, ipsi valvæ subæqualem, erectam, leniterque flexuosam. Valva interior apice bifida, nervo creberrime ciliolato utrinque ad marginem inflexum instructa.

**** *Racemo simplici, locustis multifloris, subsessilibus, alternis, distichis, aristatis*. Brachypodia.

26. Festuca *gracilis:* racemo subnutante; locustis innuptis teretiusculis; flosculis superioribus arista brevioribus; foliis pilosis; radice fibrosa.

F. gracilis *Moench. Meth. p.* 191. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 76. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 53., *et* 328. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 124. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 109., *et Sup.* 1. *p.* 24. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 343.

F. sylvatica *Huds. Fl. Angl. edit.* 1. *p.* 38. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 149.

Bromus dumosus *Vill. Hist. des pl. de Dauph.* 2. *p.* 119. *All. Auct. p.* 42. *n.* 2234. *Balb. Fl. Taur. p.* 21. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 33.

B. pinnatus *Fl. Dan. tab.* 164.

B. gracilis *Weig. Obs. p.* 15. *tab.* 1. *fig.* 11. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 438. *Bir. Fl. Acon.* 1. *p.* 33. loc. glabr. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 91. *Schleich. Pl. sicc.**

B. sylvaticus *Smith. in Trans. of the Linn. Soc. v.* 4. *p.* 300., *et Engl. bot. v.* 11. *tab.* 729. *Host. Gr. Austr.* 1. *pag.* 17. *tab.* 21., *et Fl. Austr.* 1. *pag.* 172. *Pollich. Fl. Palat.* 1. *p.* 118. *n.* 118. *Bert. Pl. Gen. p.* 20. *n.* 38., *et Amœn. Ital. p.* 118. *n.* 38. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 126., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 59. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 59. *n.* 142. *Bivona-Bern. Cent.* 2. *p.* 14. *n.* 15.

Brachypodium sylvaticum *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 741., *et Mant.* 2. *p.* 405., *et Mant.* 3. *p.* 651. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 326. *n.* 28. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 445. *Link. Hort. reg. Ber. desc.* 1. *p.* 41., *et* 2. *p.* 192. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 691. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 304. *α*, *β*.

B. gracile *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 40. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 19. *n.* 93.

B. pinnatum *Palis. Ess. d'une nouv. Agr. expl. des pl. p.* 12. *tab.* 19. *fig.* 3.

Triticum sylvaticum *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 85. *n.* 1665., *et* 5. *p.* 283. *α*, *β*. *Ten. Syll. p.* 55. *n.* 11.

T. n. 1432. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 213.
Festuca dumetorum *C. B. Theatr. p.* 148. ex ejus herb. fide Halleri l. c.
Gramen loliaceum, corniculatum, latifolium, spicis teretiusculis, angustis et glabris *Scheuchz. Agr. p.* 36. *n.* 2. loc. glabr.
Gr. loliaceum, corniculatum, villosum, molliusculum *Scheuchz. Agr. p.* 37. *n.* 3. loc. villos.
Gr. loliaceum, corniculatum, montanum, spica partiali subhirsuta, fragili *Scheuchz. Agrost. p.* 38. *n.* 4. loc. subvillos.
Gr. loliaceum, corniculatum, spicis villosis *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 42. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 21. herb. Mont.
Ital. *Pennachio*. *Palèo peloso*.
Perenn. Legi Sarzanæ ad sepes in colle *di' Sarzanello*, Genuæ in collibus *al Zerbino*. Habui ex *Confienza* in *Lomellina* ab Eq. CESATE, ex agro Mantuano *a Melara* a FELISIO, et a BARBIERIO, ex sylvaticis Tarvisinis *a Mogliano* a MAYERO, ex agro Ferrariensi denuo a FELISIO, ex pineto Ravennati ad Classem a BUBANIO, Româ a FIORINIA-MAZZANTIA, et ab eodem BARBIERIO, ex Corsica *a Bonifacio* a SERAFFINIO. Floret Majo, Junio.
Radix fibrosa, fibris simplicibus, aut parce ramulosis; flexuosis, tenuibus, sed firmiusculis. Culmi simplices, solitarii, aut parce cæspitosi, etiam bi-tripedales, teretes, striati, erecti, aut ascendentes, superne ut plurimum nudi, glabri, aut pilosuli, instructi nodis sæpe villosis. Folia linearia, valde acuminata, passim longa, basi angustata, in parte media etiam tres lineas lata, patentia, carinata, striata, plana, margine, carina, et facie superiore plus minus scabra, variant pilosa, pubescentia, aut ciliata. Vaginæ striatæ, arctæ, villosæ, vel glabræ, aut margine ciliatæ. Stipula a linea dimidia ad sesquilineam longa, obtusa, eroso-ciliata. Racemus terminalis, erectus, vel nutans. Locustæ subsessiles, inter se proximiores, quam in sequente, innuptæ teretiusculæ, in anthesi, flosculis quidquam laxatis, compressæ, lanceolato-lineares, subdecemfloræ, strictæ, alternæ, distichæ, subsecundæ, virentes; variant villosæ, puberulæ, vel denudatæ, et tantum scabræ. Rachis flexuosa, pedunculique brevissimi, striati, scabri, vel pubescentes. Valvæ calycinæ quidquam inæquales, locusta multo breviores,

canaliculatæ, acuminatæ, muticæ, aut breviter aristatæ, margine albo-membranaceæ; exterior minor, lanceolato-linearis, quinquenervis; interior lanceolata, septemnervis; utriusque nervis extantibus, scabris, aut pubescentibus. Axis communis flosculorum approximate articulatus, scaber, demum in articulis secedens. Flosculi decidui. Valvæ corollinæ vix longitudine inæquales; exterior major, oblongo-lanceolata, canaliculata, teretiuscula, insigniter septemnervis, villosa, pubescens, aut nuda, et tantum nervis scabriuscula, acuminata, apice integro, protracto in aristam tenuem, simplicem, scabram, strictam, vel in omnibus flosculis, vel in superioribus tantum ipsi valvæ æqualem, aut longiorem; valva interior truncata, et levissime subemarginata, seta brevi, erecta utrinque in angulo terminali, et nervo viridi, crebre ciliato setis crassiusculis, sursum versis utrinque ad marginem inflexum instructa. Caryopsis linearis, hinc convexa, inde canaliculata, fere longitudine valvæ corollinæ interioris, libera, glabra. Tota planta virens.

27. Festuca *pinnata:* racemo erecto, in anthesi patulo; locustis innuptis teretiusculis; flosculis arista longioribus, muticisve; culmo simplici, erecto; foliis lato-linearibus; radice repente.

F. pinnata *Huds. Fl. Angl. p.* 48. *Willd. En.* 1. *p.* 117. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 150. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 76. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 53., *et* 328. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 123. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 75. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 110. *α, β.,* et Sup.* 1. *p.* 25.* *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 342.

F. ramosa *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 110. excl. syn., *et Suppl.* 1. *p.* 25.

F. phœnicoides *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 253. *n.* 2248. non Linn. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 126. excl. syn. Linn.

F. n. 5. *Gerar. Fl. Gallopr. p.* 95. *tab.* 2. *fig.* 2. planta magnit. mediæ.

Bromus pinnatus *Sp. pl.* 115. *Smith. in Trans. of the Linn. Soc. v.* 4. *p.* 301., *et Engl. bot. v.* 11. *tab.* 730. opt. *Leers. Herb. p.* 39. *tab.* 10. *fig.* 3. *Host. Gram. Austr.* 1. *p.* 18. *tab.* 22. locust. villos., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 173. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 251. *n.* 2234. *Balb. Fl. Taur. p.* 21. *Bir. Fl. Acon.* 1. *p.* 34. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 17. *n.* 120. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 55.* *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 32. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 59. *Suffr. Foroj. p.* 114. *Bert.*

Pl. Gen. p. 21. *n.* 39., *et Amœn. Ital. p.* 119. *n.* 39., *et Lucubr. p.* 27. *n.* 159. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 127., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 81. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 59. *n.* 141. *α, β. Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 90. *A. B. Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 82. *Lois. Deslong. Fl. Gall. ed.* 1. *p.* 60.,* *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 87.*

B. loliaceus *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 91. *A. B. tab. fasc. secund.* 104. *fig.* 2.*

B. cæspitosus *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 11. *tab.* 18. locust. glabris., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 173.

B. rupestris *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 10. *tab.* 17. glumis acutis, glabris, *et Fl. Austr.* 1. *p.* 173.

Triticum pinnatum *Ten. Syll. p.* 55. *n.* 10. *A. B. De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 84 *n.* 1663. locust. pubesc., *et* 5. *p.* 283. *α, β, γ. Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 325. *n.* 27. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 445.

T. phœnicoides *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 85. *n.* 1667. excl. nonn. syn., *et* 5. *p.* 284.

T. Barrelieri *Ten. Syll. p.* 55., *n.* 13. *A. B.* * *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 447.

T. gracile *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 84. *n.* 1664. locust. glabris.

T. genuense *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 284. planta macrior.

T. n. 1431. *α, β, δ Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 212.

Brachypodium pinnatum *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 39. locust. pubesc. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 736. *α, et Mant.* 2. *p.* 403., *et Mant.* 3. *p.* 651. *Link. Hort. reg. Ber. desc.* 1. *p.* 39. *A. B.*, *et* 2. *p.* 191. *Hook. Brit. Fl. p.* 55. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 692. *α, β, γ, δ. Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 19. *n.* 94. *a, b. Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 306. *α, β, γ.*

B. contractum *Presl. Cyp. et Gr. Sic. p.* 40. locust. glabris.

B. rupestre *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 736., *et Mant.* 2. *p.* 404. *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 2. *p.* 191.

B. cæspitosum *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 737. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 20. *n.* 95.

B. phœnicoides *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 740., *et Mant.* 2. *p.* 405. *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 1. *p.* 39., *et* 2. *p.* 191. excl. syn. Linn., et Fl. Græc.

B. loliaceum *Röm. et Schult. System. veg.* 2. *p.* 740., *et Mant.* 2. *p.* 405.

B. Barrelieri *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 741.

B. genuense *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 742.

Gramen Brizæ spica majus *C. B. Theatr. p.* 133. fig.
Gr. spica Brizæ majus *C. B. Prodr. p.* 18. cum ead. fig. *Cup. Hort. Cath. p.* 90.
Gr. sparteum spicata Brizæ panicul. et corniculata *Barrel. Ic.* 25.
Gr. loliaceum corniculatum *Scheuchz. Agr. p.* 35. *n.* 1.
Gr. loliaceum, altissimum, spica Brizæ prælonga, aristis brevibus donata *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 42. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 16. herb. Mont. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 342. *n.* 6.
Gr. spica Brizæ, majus, asperum, paniculis supra caulem alternatim, seriatim procumbentibus *Cup. Hort. Cath. p.* 89.
Gr. spica Brizæ majus asperum panicula supra caulem seriatim procumbente *Bonann. Panph. tab.* 137.
Ital. *Palèo. Pennacchi* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 39.
Perenn. Legi Sarzanæ, et Genuæ, ubi copiosa in locis graminosis. Habui ex agro Mantuano *a Goito* a Barbierio, ex agro Tarvisino a Mayero, Fossâ Clodiâ *a S. Anna*, et *a Brondolo* a Prof. Naccario, ex monte *Birro* agri Maceratensis a Prof. Utili, ex viciniis *di Arceria* in agro Camerinensi a Prof. Octavianio, ex monte *de' Fiori* in Piceno, et ex monte *Corno* in Prætutiis ab Orsino, ex *il Fumaiolo* in apennino Aretino ab Amideo, Româ a Fiorinia-Mazzantia, ex viciniis Neapolis ab Eq. Prof. Tenorio, Capreis a Prof. Giraldio, ex collibus Siciliæ *a Serra di Falco, a S. Martino*, et *a S. Maria di Gesu* prope Panormum, et *a Bonagia* prope Drepanum, tum ex Didyme (*Salina*) ab Eq. Gussonio. Floret Majo.
Valde proxima præcedenti speciei, at differt notis sequentibus. Radix repens stolonibus crassis, fibris descendentibus firmis, flexuosis, simpliciusculis, aut parce ramulosis. Culmi magis cæspitosi, erecti, simplices, a semipede ad tres pedes longi. Folia stricta, longa. Locustæ remotiores, florentes patulæ, inferiores evidentius pedicellatæ, innuptæ teretiusculæ, in anthesi, laxatis flosculis, in quocunque plantæ lusu complanatæ, longitudine sua, et numero flosculorum summopere variæ, scilicet breviores ovato-lanceolatæ, subοctofloræ, longiores lineares, etiam vigintifloræ, et plusquam pollicares, sæpe leniter curvæ, plerumque apud nos pilis denudatæ, nervis tantum scabriusculis, interdum tamen occurrunt pubescentes, aut villosæ. Calyces, et flosculi paulo longiores. Valvæ corollinæ

longitudine æquales, exteriore obtusiuscula, aut parum acuta, desinente in aristam ipsâ multo breviorem, et subinde deficientem; valva interiore carente setis duabus in angulis apicis, et ciliis tenuioribus instructa. Herba glabra, foliis tantum margine, et carina superiore scabris, raro puberulis. Hæc subinde arefactione convolvuntur, præsertim in plantis macrioribus. Tota planta glauco-virens.

Triticum genuense a De Candolleo lectum in Liguria occidua in montibus *della Scaggia* est tantum lusus *Festucæ pinnatæ* in statu macriore. Male igitur Sprengelius in Syst. veg. 1. p. 325. n. 23. conjunxit cum *Tritico junceo* L., quod longe diversum etiam loco natali; hoc enim nunquam in montibus, semper in litoribus maritimis provenit.

28. Festuca *phœnicoides:* racemo paucifloro; locustis innuptis teretiusculis; flosculis arista longioribus, muticisve; culmo procumbente, ramosissimo; foliis lineari-angustissimis, arefactione involuto-filiformibus; radice repente.

F. phœnicoides *Lin. Mant.* 1. *p.* 33. ex Vahlio in Symb., et ex Smithio in Fl. Græc.

F. cæspitosa *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 91. *tab.* 24. *fig.* 1. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 126. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 111.*

Bromus pinnatus β *Sp. pl.* 115.

B. ramosus *Lin. Mant.* 1. *p.* 34. *Vahl. Symb.* 2. *pag.* 22. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 64., *et Fl. Græc.* 1. *pag.* 66. *tab.* 84. bene, sed planta luxurians. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 91. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 174.

B. Plukenetii *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 11. *tab.* 19. bene. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 250. *n.* 2233.,* *et Auct. p.* 41.*

Brachypodium ramosum *Röm. et Schult. System. veg.* 2. *p.* 723., *et Mant.* 2. *p.* 405., *et Mant.* 3. *p.* 651.

B. Hosti *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 40. ex ipso Linkio.

B. Plukeneti *Link. l. c.* 1. *p.* 40., *et* 2. *p.* 192.

Triticum cæspitosum *Ten. Syll. p.* 55. *n.* 12. *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 52.* *De Cand. Cat. pl. Hort. bot. Monsp. p.* 153., *et Fl. Franç.* 5. *p.* 284. *n.* 1667.[a] *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 325. *n.* 26. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 446.

Gramen spica Brizæ minus *Pluk. Phyt. tab.* 33. *fig.* 1. ex ejus herb. juxta Vahlium.

Gr. loliaceum corniculatum, veluti fruticosum, foliis angustissimis *Tourn. Inst. rei herb.* 1. *pag.* 517. ex ejus herb. juxta Desf.

Gr. loliaceum minus, spica Brizæ prælonga, capillaceo folio *Tourn. l. c. p.* 517. ex ejus herb., et ex herb. Vaillantii juxta Desf.

Gr. juncifolium, loliaceum, corniculatum, veluti frutescens, glabrum, orientale *Scheuchz. Agr. p.* 38. *n.* 5. ex evidenti descript.

Ital. *Palèo ramoso*.

Perenn. Habui ex promontorio *di Caprazoppa* in Liguria occidua a Prof. Sassio, ex agro Nicæensi a Molinerio, a Prof. Balbisio, qui misit exemplar autopticum herbarii Allionii, et a Prof. Morisio, ex collibus calcariis *di Possagno* in ditione Veneta a Mayero, ex viciniis *di Livorno* a Prof. Antonio Targionio-Tozzettio, ex Ilva a Brunnero, ex Sicilia in viciniis *di Boccadifalco*, et in calcariis ad Pachynum (*Capo Passero*), ex Ustica, et Cosyra ab Eq. Gussonio, ex Sardinia iterum a Prof. Morisio, ex Corsica *a Bonifacio* a Seraffinio. Floret Majo.

Præcedenti speciei affinis, sed gracilior. Differt notis sequentibus. Culmi decumbentes, in ima parte simplices, postea ramosissimi, ramis aliis distiche foliiferis, sterilibus, aliis superne elongatis, floriferisque, unde habitus *Phœnicis dactyliferæ*, et nomen specificum phœnicoides. Cæterum culmi ad summum sesquipedales, in parte superiore attenuati, graciles, teretes, striati, uno alterove folio remote vestiti, apice nudi, in parte inferiore crebrius foliosi, basi squamati. Folia omnia lineari-angustissima, brevia, disticha, patula, acuminato-mucronata, arefactione cito convoluto-filiformia, vel convoluto-setacea. Stipula brevis, a tertia lineæ parte vix ad lineam longa, truncata, erosa, puberula, orâ ciliato-barbatâ, in vaginæ margines decurrens. Locustæ in racemo ab una ad sex, graciliores, flosculisque tenuioribus præditæ. Tota planta glauca, modo pilis denudata, sed scabriuscula, modo puberula, nunc habitu tenuissimo, nunc paulo crassiore pollens.

Vahlius primo in Symb. l. c., et Smithius postea in Fl. Græc. l. c. monuerunt, *Festucam Phœnicoidem* Mant. 1. p. 33., et *Bromum ramosum* Mant. 1. p. 34. esse unam, et eamdem speciem; qui auctores, cum ad illam omni certitudine retulissent *Festucam n.* 5. Gerard. Fl. Gallopr. p. 95. tab. 2. fig. 2., quam Linnæus ad *Festucam phœnicoidem* suam non certus adhibuerat, ut liquet ex signo crucis eidem apposito, ansam præbuerunt

erroribus, quibus alii contenderunt, *Festucam phœnicoidem* L. esse diversam a *Bromo ramoso* L. Verum figura Gerardiana foliis suis latiusculis, longis, strictis, racemo pariter longo, et multifloro, flosculisque grandioribus evidenter exhibet *Festucam pinnatam* in statu magnitudinis mediæ. Quare *Festuca phœnicoides* novissimorum botanicorum, huic uni Gerardi figuræ concredita, e censu specierum omnino evanescit, remanente vera *Festuca phœnicoide* Linnæi, Vahlii, Smithii, et nostra, quæ profecto distincta, et semper multo gracilior est, licet variet in tenuitate sua, ut mihi ostendunt plura exemplaria ejus in herbario meo, et ut demonstrat figura Floræ Græcæ conlata cum Hostiana, quæ figuræ nullimode dissociari possunt, licet auctores, qui forte eas non viderunt, passim dissocient.

29. Festuca *distachya:* racemo paucifloro; locustis ovatis, compressis, scabris; flosculis arista brevioribus; valva corollina interna setoso-ciliata.

F. distachya *Willd. En.* 1. *p.* 118. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 53., *et* 328. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 124. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 112.,* *et Sup.* 1. *p.* 25. *a. b. c.**

F. distachyos *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 346.

F. ciliata *Gouan. Hort. Monsp. p.* 48. *n.* 1. cum figura.

F. rigida *Guss. Pl. rar. p.* 39. *tab.* 7. excl. syn.

F. monostachyos *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 92. *tab.* 24. *fig.* 2.

Bromus distachyos *Sp. pl.* 115., *et* 1677. excl. syn. Barrel., et Scheuchz. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 251. *n.* 2237. *Bert. Pl. Gen. p.* 21. *n.* 40., *et Amœn. Ital. p.* 119. *n.* 40. *α, β. Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 127., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 81. *α, β. Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 59. *n.* 143. *α, β, γ. Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 92. *A. B. C. D. Ab Ucr. Hort. reg. Panor. p.* 61. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 96. *Host. Gr. Austr.* 1. *p.* 16. *tab.* 20., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 172.

B. pentastachyos *Tin. Plant. rar. Sic. pugil.* 1. *p.* 4. planta luxur.

B. Buxbaumii *Ten. in litt.*

B. n. 6. *Gerard. Fl. Gallopr. p.* 98. *tab.* 3. *fig.* 1.

Triticum ciliatum *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 85. *n.* 1666., *et* 5. *p.* 284. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 324. *n.* 11. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 447. *Ten. Syll. p.* 55. *n.* 9. *A. B. C.*

Brachypodium distachyon *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 741., *et Mant.* 2. *p.* 406. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 40. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 694. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 2. *p.* 192.

Trachynia distachya *Link. Hort. reg. Ber. des.* 1. *p.* 43. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 19. *n.* 91. genere erroneo adhibito ab utroque auctore.

Gramen loliaceum, minus, latiore folio, spica Brizæ brevissima *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 42. *tab. ic. loc. et spic. gr. fig. n.* 15. herb. Mont.

Festuca gracilis paucis utriculis *Barrel. Ic.* 83. *fig.* 2.

Ital. *Palèo ruvido.*

Ann. Legi Sarzanæ in monte *Caprione*, Genuæ in collibus *al Lagazzo*, et in litore *alla Foce*, in Liguria occidua in litore *a Sestri di ponente*. Filius attulit ex collibus Bononiensibus *ai Gessi*. Habui Nicæâ a Prof. Balbisio, et a Prof. Morisio, ex locis siccis Tergesti, et Istriæ a Biasoletto, ex monte *Pelone* in Prætutiis ab Orsino, Româ, ubi provenit in omnibus muris a Brunnero, Terracinâ in muro oppidi a Fiorinia-Mazzantia, Puteolis a Mayero, Capreis a Prof. Giraldio, ex Cosyra, Ustica, Didyme ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Bonifacio* a Seraffinio, ex *Bastia* a Soleirolio, et a Bubanio, et ex *Ajaccio* sub *Torre di terra* prope insulas sanguinarias ab eodem Bubanio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris flexuosis, parce ramulosis, huc illuc villosis. Culmi cæspitosi, vel solitarii, variant erecti, ascendentes, aut decumbentes, a pollice ad sesquipedem longi, teretes, striati, crassiusculi, superne nudi, scabri, interdum ad nodos villosuli, humiliores tantum subinde toti tecti. Folia linearia, acuminata, angusta, brevia, striata, carinata, undique scabra, variant insuper pubescentia, ciliata. Vaginæ arctæ, striatæ, scabridæ, ludunt glabræ, vel plus minus pubescentes. Stipula lineam circiter longa, pubescens, truncata, integra, vel lacera, ciliata. Racemus pauciflorus, locustis una-duabus in macrioribus individuis, tribus-sex in vegetioribus. Cæterum locustæ alternæ, distichæ, facie plana rachidi obversæ, subsessiles, ovatæ, vel oblongo-lanceolatæ, semper compressæ, strictæ, rigidæ, parum inter se remotæ, octo-vigintifloræ, virides. Rachis alterne semiteres, facie plana, subcanaliculata ad locustam versa; cæterum rachis crassa, subflexuosa, striata, scabra, incomplete articulata. Valvæ calycinæ quidquam inæquales, locusta multo breviores, lanceolatæ, acutæ, muticæ; canaliculatæ, margine angusto albo-membranaceæ, scabræ; exterior minor, quinquenervis; interior septemnervis. Stipitulus

communis flosculorum compressus, scabriusculus, crebre articulatus, flexuosus, sero secedens. Flosculi approximati, adpressi, demum decidui. Valvæ corollinæ, arista exterioris non supputata, longitudine subæquales; exterior oblongo-lanceolata, canaliculata, marginibus involutis, acuminata, apice integro, desinente in aristam simplicem, tenuem, scabram, flosculo longiorem, aut æqualem, raro breviorem, in imis flosculis subinde abbreviatam, aut nullam; cæterum valva fortiter septemnervis, scabra, subinde setulis rigidulis, erectis superne prope marginem adspersa; valva interior latiuscula, oblonga, obtusa, et fere truncata, albo-virens, sub vitro scabra, nervo valido, viridi, in parte inferiore nudo, in superiore setis rigidis, diaphanis, proximiusculis ciliato utrinque ad marginem inflexum instructa. Caryopsis libera, fere longitudinis valvæ corollinæ internæ, hinc convexiuscula, inde leviter canaliculata, in medio canaliculi linea longitudinali carinata, apice puberula, reliqua parte glabra. Tota planta rigida, scabra.

BROMUS.

Linn. Gen. p. 36. *Juss. Gen. p.* 32. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 46. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 108. *R. Brown. Prodr. edit.* 1. *p.* 178., *et edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 34. *Palis. Ess. d'une nouv. Agr. p.* 86. *tab.* 17. *fig.* 9. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 150. *Trin. Fund. Agr. p.* 150. *n.* 103.

Festucæ species *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 144. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 671-674.

Schenodori species *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 701.

Schedonori species *Schult. System. veget. Mant.* 2. *p.* 389.

Locustæ multifloræ, flosculis distichis, compresso-turgidæ, vel prorsus compressæ. Calyx gluma bivalvis, valvis inæqualibus, canaliculatis, acutis, locusta brevioribus. Corolla gluma bivalvis; valva exteriore apice integra, vel bifida, evidenter infra apicem emittente aristam simplicem, rectam, aut arefactione intorto-recurvam; valva interiore nunc remote, nunc

crebre ciliata. Stamina tria, vel duo tantum. Stili duo. Stigmata plumosa. Nectarium squamula solitaria, emarginata, vel duæ. Caryopsis oblonga, compressa, obtusa, apice dense villosa, hinc concavo-canaliculata, inde convexiuscula, matura corollæ adhærens.

Habitus. Plantæ annuæ, biennes, vel perennes. Culmi ascendentes, aut erecti. Folia linearia. Inflorescentia paniculata, aut racemosa.

* *Locustis compresso-turgidis; valva calycina minore tri-quinquenervi, majore quinque-septemnervi; valva corollina externa septem-novemnervi; omnium valvarum nervis duobus utrinque ad marginem inter se approximatis; valva corollina interna remote ciliata.* Bromi secalini.

1. Bromus *secalinus;* panicula laxa, simpliciuscula, erecta, in fructu nutante; locustis ovato-oblongis, compresso-turgidis, nudis, scabridis; flosculis arista recta longioribus, æqualibusve; valva corollina externa marginibus planis, arescendo involutis; foliis pilosis.

B. secalinus *Sp. pl.* 112. *Smith. in Trans. of the Lin. Soc. v.* 4. *p.* 281., *et Engl. Fl.* 1. *p.* 151., *et Engl. bot. v.* 17. *tab.* 1171. *Leers. Herb. p.* 36. *tab.* 11. *fig.* 2. locust. nimis elongat. *Hook. Brit. Fl. p.* 49. *Host. Gram. Austr.* 1. *p.* 10. *tab.* 12., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 168. *Svensk. bot. tab.* 204. *Bir. Fl. Acon.* 1. *p.* 32. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 54., *et* 328. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 17. *n.* 114. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Gior. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 55.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 130. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 56. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 76.* *Suffr. Foroj. p.* 114. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 67. *n.* 1628. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 347. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 679. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 44. *n.* 288. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 319. *Link. Hort. reg. Ber. des.* 1. *p.* 168., *et* 2. *p.* 282. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 413.

B. n. 1502. β *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 236.

Festuca graminea glumis glabris *Scheuchz. Agr. p.* 251. *n.* 2. *tab.* 5. *fig.* 10.

F. graminea, glumis non hirsutis, erectior *Barrel. Ic.* 75. *fig.* 1.

Gramen phalaroides majus, acerosa, erecta, parva panicula *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 44. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 33. exclusis omnibus varietatibus. Herb. Mont. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 344.

β paniculæ ramis, locustisque molliter villosis; arista corollina flosculis sublongiore.

Bromus velutinus *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 349. *tab.* 6. *fig.* 3. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 634. *n.* 4., *et Mant.* 3. *p.* 630. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 413. *Link. Hort. reg. Ber. des.* 2. *p.* 283. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 152. *Hook. Brit. Fl. p.* 49. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 114.* *Schleich. Pl. sicc.** *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 317. *α*, *β*.

B. multiflorus *Smith. in Trans. of the Linn. Soc. v.* 4. *p.* 283., *et Engl. bot. v.* 27. *tab.* 1884. male locustis nudis, quæ villosæ dicuntur in descript. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 43. *n.* 285. *a. b.*

B. secalinus *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 251. *n.* 2238.

B. secalinus spiculis molli pubescentibus *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 1. *p.* 168.

B. grossus *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 135. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 68. *n.* 1629., *et* 5. *p.* 275. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 680.

B. n. 1502. *α Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 236.

Festuca graminea glumis hirsutis *C. B. Theatr. p.* 143. figura aristis nimis brevibus. *Scheuchz. Agrost. p.* 250. *n.* 1. *tab.* 5. *fig.* 9.

Ital. *Segale lanaiola. Seme di fieno. Ventolana* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 39.

Ann. Legi Sarzanæ in litore *alla Marinella*, Bononiæ in pratis *Caprara* ad portam S. Felicis. Habui ex arvis Ticinensibus, ubi occurrit inter sata, a De Notaris, et a Badaroo, ex agro Mantuano *al Bosco fontana*, et *a Cerese* a Barbierio, ex campis Fossæ Clodiæ prope *Brondolo* a Prof. Naccario, ex montibus Prætutiorum a Prof. Maurio, ex Corsica in arvis, et dumetis *di Bonifacio* a Seraffinio. Varietatem *β* obtinui ex agro Mantuano a Barbierio, ex portu Asculi in Piceno ab Orsino, ex Prætutiis a Prof. Maurio, ex *Polizzi* in Sicilia ab Eq. Gussonio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris crassiusculis, flexuosis, simpliciusculis. Culmus etiam bi-tripedalis, erectus, vel ascendens, teres, striatus, superne nudus, glaber, vel scabridus, ad genicula plus minus pubescens. Folia linearia,

acuminata, striata, carinata, longa, scabra, plus minus pilosa. Vaginæ striatæ, glabræ, vel scabridæ, aut pilosæ, pilis deflexis, arctæ. Stipula brevissima, truncata, erosa, demum lacera. Panicula terminalis, erecta, simpliciuscula, laxiflora, in fructificatione nutans. Rami inferiores plures ex eodem loco, scilicet duo-quatuor, inæquales, uni-trilocustiferi, superiores solitarii, unilocustiferi; omnibus tenuibus, rachideque flexuosis, striatis, scabris. Locustæ grandiusculæ, ovato-oblongæ, compresso-turgidæ, sex-duodecimfloræ, pallide virides, villis denudatæ, sed scabridæ. Valva calycina exterior minor, lanceolata, vix acuta, canaliculata, quinquenervis, nervis externis citius superne evanidis; valva interior ovata, concavo-canaliculata, obtusa, subinde cum mucronulo brevissimo, septemnervis, carinata, carina ciliolato-scabra; utraque margine albo-membranacea, tota superficie sub vitro scabriuscula. Stipitulus communis flosculorum flexuosus, facile in articulis secedens, sub vitro minutissime scabridus. Flosculi maturitate difflui. Valva corollina exterior ovato-oblonga, apice obtusa, raro acutiuscula, integra, aut emarginata; circiter lineam infra apicem gerit aristam dorsalem, tenuem, simplicem, strictam, leniter flexuosam, scabram, ipsâ breviorem, aut æque longam, interdum vero mutica est; cæterum novemnervis, nervis duobus ad marginem utrinque inter se se approximatis, reliquis omnibus remotioribus, sub vitro tota punctata apparet, et superne pilulis minutissimis scabra, præsertim prope oram; margo ejus albo-membranaceus, initio planus, arefactione contractus, et involutus. Valva corollina interior exteriori aristâ carenti longitudine subæqualis, multo angustior, obtusa, subemarginata, nervo viridi, remotissime ciliato utrinque ad marginem inflexum instructa. Caryopsis oblonga, apice dense villosa, matura exquisite canaliculata, et valvis corollinis adhærens.

Varietas β est omnino lusus speciei, ut recte suspicatus est Linkius in Hort. Berol. descr. locis citat. Nullus firmus character eam distinguit. Statura culmi altior, vel humilior, locustæ grandes, vel parvæ, flosculi majores, vel minores, numerosiores, vel pauciores pari pacto occurrunt tum in hac, tum in specie. In utraque valvæ corollinæ arefactione contrahuntur, et caryopsis matura tota hæret valvis, dum immatura facile ab illis disjungitur. Quare summa differentiæ stat in villo

molli vestiente ramificationes paniculæ, locustas, et ipsam valvam corollinam internam, atque in arista flosculos æquante, aut paululum illos superante; sed inflorescentiæ partes glabrescere in *Bromo velutino* Schrad. jam docuerunt alii, præsertim Mertensius, et Kochius in Deutschl. Fl. 1. p. 680., ita ut ex sola dimensione majori flosculorum putaverint, speciem hanc posse distingui a *Bromo secalino* L. Quid vero variabilius est dimensione ista? Quid longitudine aristæ corollinæ inconstantius? Quæ diversitas apparet ex uno alterove exemplari, omnino evanescit cum plura exemplaria inter se comparantur.

2. Bromus *racemosus:* panicula elongata, laxiflora, stricta, florente erecto-patula; locustis suboctofloris, compresso-turgidis, nudis, scabris, villosisve; flosculis obtusis, subintegris, arista recta subbrevioribus; valva corollina externa novemnervi; foliis pubescentibus.

B. racemosus *Sp. pl.* 114. *Smith. in Trans. of the Linn. Soc. v.* 4. *p.* 286., *et Engl. Fl.* 1. *p.* 154., *et Engl. bot. v.* 15. *tab.* 1079. bene. *Hook. Brit. Fl. p.* 49. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 54. *n.* 133.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 86., *et Syll. p.* 49. *n.* 19. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 113.,* *et Sup.* 1. *p.* 26.* *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 275. *n.* 1630.[a] *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 352. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 681. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 314. *Link. Hort. reg. Ber. descr. p.* 162., *et* 2. *p.* 278. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 413.

B. hordeaceus *Lin. Sp. pl. ed.* 1. *p.* 77. *n.* 8. *Vahlenb. Fl. Suec.* 1. *p.* 67.

B. arvensis *Engl. bot. v.* 13. *tab.* 920. bona.

B. pratensis *Re Ad Fl. Ped. app. p.* 11., *et Fl. Torin.* 1. *p.* 78. *Smith. Engl. bot. v.* 28. *tab.* 1984. locusta tantum, quæ seorsim in ima tabula.

B. commutatus *Schleich. Pl. sicc.**

Gramen avenaceum pratense squamosa gluma tenuiore glabra *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 7. *fig.* 19. bona.

Gr. avenaceum, hirsutum, annuum, panicula ampliore, magisque sparsa, locustis crassioribus, glabris, et aristatis *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 74. ex archetypo in herbario Sherardiano.

Gr. loliaceum, alpinum, spica exili, rarioribus locustis *Ponted. Comp. p.* 46. ex archety. in eodem herbar.

Ital. *Forasacco di pannocchia lunga.*

Ann. Legi prope Sarzanam in pratis ad ostia Macræ, et Bononiæ in pratis *Caprara* extra portam S. Felicis.

Habui ex locis uliginosis agri Mediolanensis a Prof. Balsamo-Crivellio, et a De Notaris, Mantuâ a Barbierio, ex agro Pisano ab Eq. Prof. Savio, Româ a Prof. Maurio, ex Sicilia *a Mondello* prope Panormum ab Eq. Gussonio. Floret Majo.

Proximus præcedenti. Ejus characteres proprii sunt isti. Radix fibrosa, fibris simpliciusculis, huc illuc villosis. Culmus subsesquipedalis, gracilior, modo totus vestitus, modo superne nudus, ubi variat puberulus, aut scabriusculus, vel glaber. Folia pubescentia, interdum nuda, et fere glabra. Vaginæ pubescentes, aut villosæ, villis deflexis, vel glabræ. Stipula lineam semis longa, pubescens, vel glabra, truncata, eroso-lacera. Panicula elongata, etiam spithamalis, laxiflora, stricta, in anthesi tantum erecto-patula. Rami ejus apice incrassati, inferiores fasciculati, duo-sex, valde inæquales, et horum alii brevissimi, superiores semper breves, nunc omnes simplices, unilocustiferi, nunc inferiorum aliqui superne divisi, bi-sexlocustiferi. Locustæ parvæ, ovato-lanceolatæ, parum compressæ, magis turgidæ, sex-octofloræ, villosæ, aut denudatæ, scabridæ, virides, oris albis, nitidæ. Valvæ calycinæ inæquales, lanceolatæ, concavo-canaliculatæ, acutæ, margine albo-membranaceo latiusculo cinctæ. Flosculi non adeo difflui ut in præcedente. Valvæ corollinæ, arista non supputata, longitudine subæquales; exterior late ovato-elliptica, apice obtusa, integra, aut leviter emarginata, circiter lineam infra apicem desinens in aristam rectam, ipsâ longiorem, aut æqualem, sæpe etiam breviorem, et interdum in flosculis imis locustæ nullam, cæterum valva scabra, lato margine albo-membranaceo, semper plano cincta, orâ minutissime ciliolatâ. Valva interior integra, aut vix emarginata, obtusa, remote ciliata, ciliis minoribus inter longiora interjectis.

3. Bromus *arvensis:* panicula florente effusa, nutante; locustis ovatis, turgidulo-compressis, subdecemfloris; valva corollina externa septemnervi, acute bifida, aristam subæquante; foliis pilosis.

B. arvensis *Sp. pl.* 113. *Smith. in Trans. of the Lin. Soc. v.* 4. *p.* 289., *et Engl. Fl.* 1. *p.* 156., *et Engl. bot. v.* 28. *tab.* 1984. *Hook. Brit. Fl. p.* 49. *Leers. Herb. p.* 38. *tab.* 11. *fig.* 3. *Host. Gr. Austr.* 1. *p.* 12. *tab.* 14., *et Fl. Austr.* 1, *p.* 169. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 250. *n.* 2232. *Balb. Fl. Taur. p.* 21.* *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 79. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 57., *et* 329. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 17. *n.* 118,

Lanf. Stor. nat. di Mant. in Gior. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec. 2. *tom.* 10. *p.* 55.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 131. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 57. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 77. *Bert. Amœn. Ital. p.* 332. *n.* 29. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 73.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 86.,* *et Syll. p.* 47. *n.* 5.* *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 356. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 686. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 42. *n.* 279.

B. squarrosus β *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 54.*

B. verticillatus *Cavanill. Icon. et descr. tom.* 6. *p.* 66. *n.* 687. *tab.* 590. bene luxurians.

B. secalinus *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 120.*

B. Ventolana *Schleich. Pl. sicc.** pl. ex Austria.

Gramen phalaroides sparsa et nutante Brizæ panicula obliquis aristis minus *Barrel. Ic.* 84. figura desumpta ex sicco. *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 44. herb. Mont.

Gr. phalaroides majus acerosa nutante spica *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 44. *tab. ic. locust. et spic. gr. fig. n.* 32. luxurians. Herb. Mont.

Gr. phalaroides nutante spica *Zannich. Ist. delle piant. p.* 127. *tab.* 67.

Gr. bromoides, serotinum, annuum, panicula rariore, magisque sparsa, locustis angustioribus, purpurascentibus, glabris, et aristatis *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 76.

Gr. loliaceum locustis hirsutis *Segui. Ver.* 1. *p.* 335. *n.* 3. non Monti.

Egilopa 1. *Matth. edit. Valgr. ann.* 1585. *tom.* 2. *p.* 1264. figura intermedia, exclusis lateralibus.

Ital. *Ventolana* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 38.

Ann. Legi in lapidicinis Lunensibus *di Miseja*, et in litore Clavarensi ad ostium Entellæ. Habui ex arvis Pedemontanis a Prof. Balbisio, ex agro Mantuano a Barbierio, ex agro Tarvisino *a Mogliano* a Mayero, ex agro Ravennati *alle Alfonsine* a Bubanio, ex agro Pisano ab Eq. Prof. Savio, ex montanis agri Romani a Prof. Maurio, ex collibus Prætutiorum ab Eq. Prof. Tenorio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris ramulosis, flexuosis, crassiusculis, una, alterave fibra etiam ex imis culmi nodis prodeunte. Culmus erectus, vel ascendens, uni-tripedalis, teres, striatus, plerumque ad nodos pubescens, superne nudus, et glaber. Folia linearia, acuminata, angusta, striata, carinata, scabra, et insuper plus minus pilosa, pilis longiusculis. Vaginæ arctæ, striatæ, pube

deflexa dense villosæ, vel fere denudatæ. Stipula lineam semis circiter longa, eroso-lacera. Panicula lata, terminalis, sparsa, ante anthesim stricta, in anthesi, et post patens, effusa, ramis demum nutantibus. Rami longi, tenues, striati, flexuosi, scabri, sæpe purpurantes, inferiores semiverticillati, duo-sex in quovis semiverticillo, inæquales, vel omnes simplices, unilocustiferi, vel simplicibus immixti alii superne divisi, et locustis duabus-quatuor instructi, e margine bracteiformi, repando prodeuntes. Locustæ lanceolatæ, aut ovato-lanceolatæ, compressæ, minus turgidæ, quam in reliquis hujus sectionis, sex-decemfloræ, nunc tantum viridi-albæ, nunc ex viridi-albo, et purpureo variæ, plerumque villis denudatæ, sed scabræ, interdum vero pilis brevissimis adspersæ. Valvæ calycinæ inæquales, locusta multo breviores, acutæ, carinatæ, canaliculatæ, margine albo-membranaceæ; exterior minor, lanceolata, trinervis; interior ovato-lanceolata, quinquenervis. Valva corollina exterior ovato-oblonga, acute bifida, aut acute, levissimeque bidentata, instructa nervis septem, parum prominentibus, circiter lineam infra apicem emittens aristam simplicem, tenuem, scabram, rectam, arefactione sæpe ex levi intorsione recto-patulam, ipsa valva longiorem, aut illi æqualem, subinde etiam breviorem. Valva interior ejusdem longitudinis, aristâ non supputatâ, angustior, apice integra, vel bidentata, ciliis remotis, patentibus utrinque in nervo ad marginem inflexum instructa. Caryopsis oblonga, arcte adhærens utrique valvæ corollinæ, basi angustior, hinc leviter concavo-canaliculata.

4. Bromus *squarrosus:* racemo subsimplici, secundo, ramisque fructiferis nutantibus; locustis grandibus, ovato-oblongis, compresso-turgidis, scabris, pilosisve; aristis corollinis arefactione recurvato-intortis; foliis pubescentibus.

B. squarrosus *Sp. pl.* 112. *Smith. in Trans. of the Linn. Soc. v.* 4. *p.* 288., *et Engl. Fl.* 1. *p.* 155., *et Engl. bot. v.* 27. *tab.* 1885. bene locust. nudis, scabris. *Hook. Brit. Fl. p.* 49. (ubi error. typ. *squamosus*). *Host. Gr. Austr.* 1. *p.* 11. *tab.* 13. bene locust. pilosis, *et Fl. Austr.* 1. *p.* 169. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 250. *n.* 2230. *Balb. Fl. Taur. p.* 21. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 79. *Bir. Fl. Acon.* 1. *p.* 33. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 55., *et* 328. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 17. *n.* 116. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 131. *Ruching.*

Fl. dei lid. Ven. p. 31. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 76. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 123.*, *et Bot. Etr.* 2. *p.* 58.* *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prod. p.* 54. *n.* 132. *α.** *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 85., *et Syll. p.* 47. *n.* 2. *A. Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 37. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 93. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 69. *n.* 1632., *et* 5. *p.* 276. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 350. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 685. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 43. *n.* 287. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 320. *Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 169., *et* 2. *p.* 284. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 414.

Avena n. 1501. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 235.

Festuca graminea, glumis vacuis *Scheuchz. Agr. p.* 251. *n.* 3. *tab.* 5. *fig.* 11.

Gramen phalar. majus acerosum nutante spica *Barrel. Ic.* 24. *fig.* 1. bona.

Gr. phalaroides, majus, acerosa nutante spica *Seguier. Ver.* 1. *p.* 345. *n.* 3. non Monti.

Ital. *Forasacco pendolino*.

Ann. Habui ex agro Mantuano a Barbierio, ex agro Forojuliensi a Prof. Brignolio, ex monte *Battaglia* in Euganeis a Mayero, ex monte *Vettore* in Piceno ab Orsino, ex agro Pisano a Prof. Savio, ex subapennino Romano *a Rio freddo* a Prof. Maurio, ex apricis Lucaniæ prope *Castelgrande a* Gasparrinio. Floret Majo, Junio.

Radix, et herba fere ut in *Bromo racemoso* L. Stipula circiter lineam longa, pubescens, eroso-lacera. Racemus pauciflorus, subsimplex, secundus, laxiflorus, in anthesi erectus, in fructu, ramisque nutans. Rami tenues, apice incrassati, breviusculi, striati, vix scabridi, plerumque simplicissimi, unilocustiferi, solitarii, vel inferiores duo-quatuor, fasciculati. Locustæ grandes, ovato-oblongæ, compresso-turgidulæ, octo-vigintifloræ, passim villis denudatæ, at scabridæ, subinde pilosæ. Valvæ calycinæ vix acutæ; exterior minor, oblongo-lanceolata, interior ovato-oblonga. Valva corollina exterior grandis, late ovato-oblonga, apice bifida, aut leviter bidentata, segmentis, vel dentibus vix acutis. Arista corollina valvam externam æquans, aut brevior, initio recta, arescens intorto-recurvata, patula. Valva interior brevior, et angustior, oblongo-elliptica, obtusa, remotissime ciliata. Caryopsis oblongo-elliptica, compressa, levissime concavo-canaliculata, adhære. Reliqua omnia ut in *Bromo secalino* L., et in *Bromo* [illegible] L.

5. Bromus *mollis:* racemo composito, multifloro, stricto; locustis compresso-turgidis, molliter villosis, scabrisve; flosculis arista recta sublongioribus; foliis, culmoque pubescentibus.

B. mollis *Sp. pl.* 112. *Smith. in Trans. of the Linn. Soc. v.* 4. *p.* 284., *et Engl. Fl.* 1. *p.* 153., *et Engl. bot. v.* 15. *tab.* 1078. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. v.* 3. *tab.* 28. *Hook. Brit. Fl. p.* 49. *Leers. Herb. p.* 37. *tab.* 11. *fig.* 1. *Fl. Dan. tab.* 1324. *Schreb. Gram.* 1. *p.* 60. *tab.* 6. *fig.* 1. 2. locust. nudis. *Svensk. bot. tab.* 456. *Host. Gr. Austr.* 1. *p.* 16. *tab.* 19., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 171. *All. Fl. Ped.* 1. *p.* 250. *n.* 2229. *Balb. Fl. Taur.* 1. *p.* 20. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 76. *Bir. Fl. Acon.* 1. *p.* 32. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 55., *et* 329. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 17. *n.* 115. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Gior. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 55. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 132. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 31. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 57. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 78.* *Suffr. Foroj. p.* 114. *Bert. Pl. Gen. p.* 19. *n.* 35. *α, β, et Amœn. Ital. p.* 117. *n.* 35. *α, β. Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 121., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 75. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 55. *n.* 134.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 83., *et Syll. p.* 50. *n.* 21. *A. B. Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 37. *α, β, γ. Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 113.,* *et Suppl.* 1. *p.* 26.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 93. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 68. *n.* 1630. *α, β. Palis. Ess. d' une nouv. Agr. exp. des pl. p.* 12. *tab.* 17. *fig.* 9. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 351. *α, β. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 682. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 43. *n.* 283. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 315. *α, β. Kunth. En. pl.* 1. *p.* 412. *Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 162., *et* 2. *p.* 278.

B. n. 1504. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 236.

Festuca graminea, hirsutis Brizæ glumis compactior *Barrel. Ic.* 83. *fig.* 1.

Gramen avenaceum, locustis villosis, angustis, candicantibus, et aristatis *Scheuchz. Agr. p.* 254. *n.* 5. *tab.* 5. *fig.* 12. *Zannich. Opusc. posth. p.* 16.

Gr. phalaroides locustarum glumis hirsutis *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prod. p.* 44. herb. Mont. *Segui. Ver.* 1. *p.* 345. *n.* 4.

Ital. *Forasacco peloso. Palèo peloso. Spigolina* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 39.

Ann. Copiose provenit in pratis, et locis herbidis totius Italiæ. Legi Sarzanæ, et Genuæ *all' Acquasola*, et *a Sestri di ponente* in litore. Habui ex arvis Ticinensibus a Prof. Morettio, et a Badaroo, ex agro Mantuano

a Barbierio, Fossâ Clodiâ a Prof. Naccario, ex Piceno *a Cavaceppo* ab Orsino, et ex viciniis Camerini a Prof. Octavianio, Centumcellis a Prof. Maurio, Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, ex Sicilia in campis Panormi, et *di Vizzini* ab Eq. Gussonio, ex Sardinia a Prof. Morisio, ex Corsica *a Bonifacio* a Seraffinio, et a Soleirolio. Floret Majo.

Radix fibrosa, fibris tenuibus, ramulosis, flexuosis, lanuginosis. Culmus ut plurimum sesquipedalis, sed datur humilior, spithamalis, pauciflorus, vel luxurians, tripedalis. Stipula brevis, obtusa. Inflorescentia racemus passim multiflorus, densiflorus, strictus, in anthesi tantum erecto-patulus. Locustæ ovatæ, aut ovato-lanceolatæ, sex-vigintifloræ, læte virentes. Valvæ omnes quam in *Bromo secalino* L. minores. Valva calycina externa trinervis. Valva corollina exterior septemnervis, bifida, aut levissime bidentata, circiter lineam infra apicem desinens in aristam rectam, leniterque flexuosam, quam superat, aut æquat, marginibus semper complanatis instructa; valva interior quidquam brevior. Caryopsis oblongo-elliptica, compressa, vix concavo canaliculata, apice parce villosa, matura arcte hærens utrique valvæ corollinæ. Tota planta molliter villosa, sed passim apud nos ludit huc illuc villis denudata, præsertim in locustis, quæ tunc tantum scabræ. Reliqua ut in *Bromo secalino* L.

6. Bromus *intermedius:* racemo composito, multifloro, stricto; locustis compresso-turgidis, acutis, molliter villosis; aristis corollinis arefactione intorto-recurvis, patulisve; foliis, culmoque pubescentibus.

B. intermedius *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 114.*, *et Sup.* 1. *p.* 26.*

B. squarrosus var. minor *Tenor. Viagg. in Abruzz. p.* 46.*

B. commutatus B nanus *Ten. Syll. p.* 49.

B. erectus *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 50.* pl. racemo pauperiore.

B. alopecuroides *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 2. *p.* 11.* pl. racemo condensato, multifloro.

Gramen phalar. minus erecta spic. obliq. aristis *Barrel. Ic.* 24. *fig.* 2.

Ital. *Spigolina di reste torte.*

Ann. Habui Mantuâ ex viciniis *di S. Giorgio* a Barbierio, ex agro Cortonensi in Hetruria prope ecclesiam *della Sepoltaglia* a Bubanio, ex monte *de' Fiori* in Piceno ab Eq. Prof. Tenorio, Româ *alla Marsigliana* a

Prof. MAURIO, ex principatu citra regni Neapolitani *ad Eboli*, et ex Sicilia *a Boccadifalco* prope Panormum ab. Eq. GUSSONIO, ex arvis Sardiniæ a Prof. MORISIO. Floret Majo.

Omnia, ut in *Bromo molli* L., sed locustæ paulo minores, angustiores, plerumque acutiores, octo-duodecimfloræ; arista valvæ corollinæ externæ vel illam æquans, vel quidquam longior, arefactione intorto-recurvata, aut intorto-patula. Cæterum et in hac specie racemus passim multiflorus, compactus, ramis valde subdivisis instructus ludit pauciflorus, laxiusculus, ramis subsimplicibus. Diceretur varietas *Bromi mollis* L., nunquam *Bromi squarrosi* L., aut *Bromi commutati* Schrad.

7. BROMUS *lanceolatus*: racemo subsimplici, laxifloro, stricto; locustis ovato-lanceolatis, acuminatis, compresso-turgidis, pedunculo longioribus, scabris, pilosisve; aristis corollinis ab apice longe recessis, arefactione recurvato-patulis; foliis subpilosis.

B. lanceolatus *Roth. Cat.* 2. *p.* 18. *Willd. Sp. pl.* 1. *par.* 1. *p.* 429., *et En.* 1. *p.* 120. excl. syn. Buxb., et loco natali. *Röm. et Schult. System. veg.* 2. *p.* 639., *et Mant.* 2. *p.* 356. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 358. *n.* 21. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 163., *et* 2. *p.* 278. *Guss. Pl. rar. p.* 41. *tab.* 8. *fig.* 1.* non optima, *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 115. *a. b.*,* *et Sup.* 1. *p.* 26. *a. b.*,* exclusis a variet. b. synonymis botanic. Gallor., et Tenor. *Ten. Syll. p.* 49. *n.* 17. *A. B. C.*

B. lanceolatus β *Bert. Lucubr. p.* 6. *n.* 6. excl. syn. De Cand.

B. macrostachys *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 115.* non Desf. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 38. pl. luxurians.

Gramen spica Brizæ, majus, minus aspera, ramosa, barbata *Bonann. Panph. tab.* 3. haud exacta.

Ital. *Forasacco di lunga lanciuòla*.

Ann. Habui ex Sicilia *a Boccadifalco, Altavilla, Mondello, Cammerata, Girgenti, Pozzallo, Terranova, Termini, Chiaromonte, Mililli* prope Syracusas, et ex insulis Phoenicusa *(Felicuri)*, et Ægusa *(Favignana)* ab Eq. GUSSONIO. Floret Aprili, Majo.

Radix fibrosa, fibris crassiusculis, simpliciusculis, flexuosis, huc illuc villosis. Culmi a spithama ad duos pedes longi, ascendentes, vel erecti, teretes, striati, superne nudi, glabri, subinde toti tecti. Folia linearia, acuminata, angusta, striata, carinata, margine, et facie superiore scabra, cæterum glabra, subinde

pilosa. Vaginæ striatæ, arctæ, dense, et molliter villosæ, villis deflexis, canescentibus. Stipula vix lineam longa, truncata, eroso-lacera. Racemus terminalis, subsimplex, plus minus laxiflorus, et elongatus, semper strictus, sparsus, interdum subsecundus. Rami crassiusculi, striati, scabri, apice incrassati, ut plurimum unilocustiferi, rarius duabus, vel tribus locustis onusti, ex margine bracteiformi, repando, brevissimo prodeuntes, inferiores sæpe duo-tres fasciculati, inæquales. Rachis striata, scabra. Locustæ lanceolatæ, elongatæ, acutæ, compresso-turgidæ, pedunculo proprio passim longiores, erectæ, octo-sexdecimfloræ, vel villis denudatæ, scabræ, virides oris albis, nitidæ, vel pubescentes. Valvæ calycinæ acuminatæ, exteriore minore, lanceolata, interiore oblongo-lanceolata. Valva corollina externa oblongo-lanceolata, elongata, acuminata, bifida, aut bidentata, circiter duas lineas infra apicem gerens aristam ut plurimum ipsâ longiorem, in anthesi erectam, in fructu recurvato-patulam, marginibus perpetuo planis instructa. Valva interior multo brevior, obtusa, aut leviter emarginata, remote ciliata. Nervi glumarum ut in præcedentibus, sed insignes. Caryopsis lato-linearis, compressa, hinc vix concavo-canaliculata, apice obtusa, villosa, utrique valvæ corollinæ matura adhærens.

Bromus macrostachys Guss. l. c. juxta exemplar autopticum nullis essentialibus notis differt ab hac specie; sistit tantum plantam luxuriantem locustis plus quam pollicaribus, sexdecimfloris, inferioribus subcurvis.

In meo herbario exotico stat hic idem *Bromus lanceolatus* natus ex seminibus hispanicis olim eodem nomine missis a Cavanillesio ad Eq. Hippolytum Durattium. Kunthius, cum in Enum. pl. 1. p. 415. agat sub *Bromo lanceolato* suo de planta Caspica firmata a synonymo Buxbaumii contra Linkium in Hort. reg. Berol. descr. 2. p. 278., et sileat de synonymis Gussonii, videtur agere de planta a *Bromo lanceolato* Cavanillesii, et nostro diversa.

8. Bromus *scoparius*: racemo congesto, densifloro, stricto; locustis lanceolatis, subacutis, compresso-turgidis, subsessilibus, scabris, villosisve; aristis corollinis ab apice recessis, arefactione recurvato-intortis; foliis subpilosis.

B. scoparius *Sp. pl.* 114. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 653., *et Mant.* 2. *p.* 360. excl. syn. Cavanill. *Spreng.*

Syst. veg. 1. *p.* 359. *n.* 27. *Sibth. et Smith. Fl. Græci prodr.* 1. *p.* 63., *et* 2. *in Adden. et corrig. p.* 355. *Maur. Rom. pl. cent.* 13. *p.* 9.* *Guss. Suppl.* 1. *p.* 26.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 2. *p.* 11.* *Bert. Lucubr. p.* 17. *n.* 87.

B. contortus *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 95. *tab.* 25. pl. luxurians. *Guss. Pl. rar. p.* 43.,* *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 116.* *Ten. Syll. p.* 49. *n.* 14.*

B. alopecurus *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 95. *n.* 11. *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 84.*

B. alopecuros *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 356. *n.* 20.

B. alopecuroides *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 641. excl. syn. Vahl., et Buxbaum.

B. humilis *Cavan. Ic. et descr.* 6. *p.* 65. *n.* 686. *tab.* 589. *fig.* 2. pl. macrior.

Gramen bromoides, murorum, lanuginosum, erectum, locustis amplioribus, aristatis, in panicula compacta propemodum spicata, et veluti Alopecuroides dispositis *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 76.

Gr. spica Brizæ, majus, lene, paniculis congestis barbatis *Cup. Hort. Cath. p.* 89. *Bonann. Panph. tab.* 56. bene pl. macrior.

Ital. *Forasacco Scopa*.

Ann. Habui ex ditione Romana *a Sutri* a Prof. Maurio, ex insula Caprearum, ex Apulia, et Lucania ab Eq. Prof. Tenorio, ex *Capo di Lecce*, Panormo, *Val di Mazzara*, ex pratis Siciliæ meridionalis, et ex insula Phœnicusa (*Felicuri*) ab Eq. Gussonio, ex arvis Sardiniæ a Prof. Morisio. Floret Aprili, Majo.

Radix præcedentis. Culmi a palmo ad duos pedes longi, magis cæspitosi. Folia angustiora, pilis longioribus ciliata, aut facie interna, præsertim ad basim, adspersa. Racemus terminalis congestus, subspicæformis, strictus, nunc oblongus, acutiusculus, nunc brevior, turgidior, densior, obtusus; variat quoque simplex, vel inferne compositus. Rami omnes crassi, modo solitarii, unilocustiferi, modo inferiores duo-quinque, inæquales, semiverticillati, e margine repando, brevissimo proficiscentes; qui simplices, a linea dimidia ad duas lineas longi; ubi sunt quinque, horum duo utrinque laterales simplices, medius longior, et duabus-quatuor locustis subsessilibus onustus. Locustæ lanceolatæ, in plantis luxuriantibus majores, acutæ, in macrioribus etiam dimidio minores, acutiusculæ; semper compresso-turgidæ, in quocunque statu minores,

quam in *Bromo lanceolato* W., nudæ, scabræ, aut plus minus villosæ, interdum ex viridi subrubentes. Valva calycina exterior lanceolato-linearis, interior lanceolata, aut ovato-lanceolata, utraque acuta, aut acuminata. Valva corollina exterior acuminata, aut in macrioribus exemplaribus acutiuscula, duas lineas, aut sesquilineam infra apicem emittens aristam ipsâ longiorem, subinde æqualem, raro breviorem, in flore erectam, in fructu recurvato-patentem, et plus minus contortam. Valva interior paululum brevior, apice bidentata. Caryopsis linearis, angusta. Reliqua omnia, ut in *Bromo lanceolato* W.

Plantæ luxuriantes, vel macriores quidquam diversitatis primo intuitu præ se ferunt, ut patet etiam ex collatione figuræ Desfontainesii cum illa Cavanillesii, et Bonannii; verum analysis partium identitatem stirpis cito demonstrat. Debemus Cl. Gussonio certitudinem synonymorum Linnæi, Cavanillesii, et Desfontainesii, quam ille eruit ex archetypis in eorum herbariis degentibus. Conf. Guss. Suppl. 1. p. 26. Kunthius in En. pl. 1. p. 420. videtur non satis perspectam habuisse hanc stirpem ob synonyma diversissimarum specierum, quæ, etsi dubitative, sub illam coadunavit. Quæ enim affinitas inter hanc, et *Festucam ligusticam* meam, sive *Bromum ligusticum* All.? Nulla profecto est.

** *Locustis compressis; valva calycina minore uninervi, majore trinervi; valva corollina externa quinquenervi, interna crebre ciliolata, vel scabra.* Bromi festucacei.

9. Bromus *giganteus:* panicula composita, laxiflora, florente patula, nutante; aristis capillaribus, flosculo longioribus; valva corollina interna nervis scabra; foliis basi auriculatis.

B. giganteus *Sp. pl.* 114. *Hook. Brit. Fl. p.* 48. *Schreb. Gram.* 1. *p.* 88. *tab.* 11. *Leers. Herb. p.* 39. *tab.* 10. *fig.* 1. *Fl. Dan. tab.* 1630. *Host. Gram. Austr.* 1. *p.* 6. *tab.* 6., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 166. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 249. *n.* 2223., *et Auct. p.* 41. *Balb. Fl. Taur. p.* 21.* *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 79. *Bir. Fl. Acon.* 1. *p.* 33. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 135. *Suffr. Forojul. p.* 114. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 87., *et Syll. p.* 50. *n.* 25. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 71. *n.* 1637. *Lois. Deslongch. Fl. Gall. ed.* 1. *tom.* 1. *p.* 60.,* *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 91.* *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 362. *Reichenb. Fl. Germ.*

excurs. 1. *p.* 44. *n.* 289. *Schleich. Pl. sicc.** *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 1. *p.* 167., *et* 2. *p.* 282.
B. n. 1510. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 238.
B. triflorus *Sp. pl.* 115. *Fl. Dan. tab.* 440. *Smith. in Trans. of the Linn. Soc. v.* 8. *p.* 276. pl. macrior.
Festuca gigantea *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 144., *et Engl. bot. v.* 26. *tab.* 1820. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. v.* 3. *tab.* 26. *Svensk. bot. tab.* 120. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 47. *n.* 116. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 671. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 295. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 407.
F. triflora *Smith. Engl. bot. v.* 27. *tab.* 1918. pl. macrior.
Gramen sylvaticum, glabrum, panicula recurva *Vaill. Bot. Paris. p.* 93. *tab.* 18. *fig.* 3.
Gr. bromoides, aquaticum, latifolium, panicula sparsa, tenuissime aristata *Scheuchz. Agr. p.* 264. *n.* 3. *tab.* 5. *fig.* 17.
Gr. bromoides, panicula sparsa, locustis minoribus, aristatis *Scheuchz. Agrost. p.* 511. *n.* 4. *tab.* 5. *fig.* 19. pl. macrior.
Gr. avenaceum glabrum, panicula e spicis raris strigosis composita, aristis tenuissimis Raii *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 57. *tab. ic. loc. et spic. gr. fig. n.* 71. herb. Mont.

Ital. *Forasacco di spica gracile. Ventolana gracile.*

Perenn. Habui ex umbrosis humentibus collium Taurinensium a Prof. Balbisio. Plantam macriorem attulit filius ex sylvis *di Castiglione de' Pepoli* in Apennino Bononiensi, et obtinui ex sylvis umbrosis Mediolanensibus a Prof. Balsamo-Crivellio, et a De Notaris. Floret Julio, Augusto.

Radix fibrosa, fibris crassiusculis, firmis, fuscis, flexuosis, ramulosis, huc illuc villosis. Culmus teres, striatus, erectus, vel ascendens, bi-quadripedalis, glaber, nodis fuscis instructus, superne nudus. Folia linearia, acuminata, longa, tres-quinque lineas lata, striata, marginibus, et facie interna plus minus scabra, extus glabra, subinde, sed raro, pilosa, basi utrinque auriculata, auriculis recurvis, acutis, amplexicaulibus, fuscis. Vaginæ striatæ, glabræ, vel scabridæ, interdum villosæ. Loco stipulæ margo brevissimus, cartilagineus, integer, truncatus. Panicula composita, terminalis, laxiflora, longa, subinde plusquam pedalis, florens diffusa, nutans. Rachis, et rami flexuosi, striati, scabri. Rami inferiores longiores, geminati, inæquales,

inferne longo tractu simplices, nudi, superne divisi, et multis locustis onusti. Pedicelli apice incrassati. Locustæ præ planta graciles, innuptæ teretiusculæ, in anthesi lanceolatæ, compressæ, acutæ, tri-septemfloræ, scabridæ. Valvæ calycinæ inæquales, locusta breviores, lanceolatæ, acuminatæ, canaliculato-compressæ, carinatæ, margine angusto albo-membranaceæ; exterior minor, uninervis, interior trinervis. Axis communis flosculorum scaber. Valvæ corollinæ, arista exterioris non supputata, longitudine æquales; exterior lanceolata, acuminata, carinato-canaliculata, obsolete quinquenervis, pilis minutissimis scabrida, apice acute, et breviter bifida, ex sinu divisionis emittens aristam nunc una vice cum dimidia, nunc duas et ultra vices ut illa longam, prætenuem, erectam, flexuosam, scabridam; valva interior acuminata, integra, aut vix bidentata, nervo viridi, sub vitro minutissime, et crebre ciliolato-scabro ad marginem inflexum instructa. Caryopsis oblonga, obtusa, apice villosa, hinc concavo-canaliculata.

10. Bromus *asper*: panicula composita, laxiflora, subsecunda, nutante; aristis flosculo brevioribus; vaginis deorsum hirsutissimis.

B. asper *Linn. fil. Suppl. pag.* 111. *Smith. in Trans. of the Linn. Soc. v.* 4. *p.* 293., *et Engl. Fl.* 1. *p.* 158., *et Engl. bot. v.* 17. *tab.* 1172. *Curt. Fl. Lond. edit. Grav. v.* 3. *tab.* 29. *Svensk. bot. tab.* 461. *Host. Gr. Austr.* 1. *p.* 6. *tab.* 7., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 166. *Balb. Fl. Taur. p.* 20. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 77. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 56., *et* 329. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 133. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 74. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 56. *n.* 136. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 86., *et Syll. p.* 50. *n.* 24. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 38. *Guss. Pl. rar. p.* 40.,* *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 117.* *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 71. *n.* 1636. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 360. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 44. *n.* 293. *Krock. Fl. Sil.* 1. *p.* 170. *tab.* 24. *A. B. Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 311. *Link. Hort. Berol. descr.* 1. *p.* 167., *et* 2. *p.* 282. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 414.

B. ramosus *Lin. Syst. veg. ed.* 13. *p.* 102. non Mant. 1. p. 34. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 251. *n.* 2235., *et Auct. p.* 42.

B. hirsutissimus *Cyrill. ined.* Ex Ten. Fl. Nap. 3. p. 87.

Festuca aspera *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 672.

Gramen avenaceum dumetorum juba longiore spica divisa *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 7. *fig.* 27.

Ital. *Ventolana ruvida*.

Ann., *aut bienn.* Legi Sarzanæ in umbrosis secus canales ad radices montis *Caprione*. Habui ex sylvaticis thermarum Valderiarum in Pedemontio a BERTERO, Mantuâ *al Bosco fontana* a BARBIERIO, ex agro Veneto *a Chirignago* a RUCHINGERO, ex agro Aretino prope *la Real Bagnora* a BUBANIO, et ex plebe S. Stephani ab AMIDEO, ex Ætna, Nebrodibus, et *Busambra* ab Eq. GUSSONIO. Floret Majo, Junio.

Culmus tri-sexpedalis. Folia utrinque scabra. Vaginæ hirsutæ, præsertim inferiores, hirsutie longa, deflexa. Stipula circiter sesquilinearis, truncata, erosa. Panicula ampla, longa, laxiflora, late patens, nutans, sæpe secunda. Rami inferiores ut plurimum geminati. Locustæ innuptæ lineares, in anthesi oblongæ, quatuor-octofloræ, flosculis remotis, superioribus divergentibus, scabræ, villosæ, pendulæ, virides, aut ex viridi purpurantes. Valva calycina exterior minor, linearis, interior lanceolata. Valva corollina externa lanceolata, acuminata, quinquenervis, nervis carinæ proximis obsoletis, reliquis prominentibus, plus minus scabra, aut villosa, instructa acumine integro, aut breviter bifido, vix infra apicem protracta in aristam tenuem, ipsâ breviorem. Valva interior angustior, et paulo brevior, integra, aut bidentata, superficie sub vitro scabra, nervo viridi inferne scabro, superne crebre ciliolato utrinque ad marginem inflexum instructa. Caryopsis apice hirsuta. Reliqua ut in *Bromo giganteo* L.

11. BROMUS *inermis*: panicula erecta, ramis inferioribus semiverticillatis; locustis oblongo-lanceolatis; valva corollina externa obtuse bidentata, brevissime aristata; foliis glabris.

B. inermis *Willd. Sp. pl.* 1. *par.* 1. *p.* 431. *Schreb. Gram.* 1. *p.* 97. *tab.* 13. *Fl. Dan. tab.* 1805. *Host. Gram. Austr.* 1. *p.* 8. *tab.* 9., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 167. *Allion. Fl. Ped.* 1. *p.* 250. *n.* 2231. excl. syn. Barrel. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 135. *Pollich. Fl. Palat.* 1. *p.* 111. *n.* 111. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 359. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 674. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 41. *n.* 264. *Leyss. Fl. Hal. ed.* 2. *p.* 25. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 308. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 412. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 49. *n.* 1581.

Festuca speciosa *Schreb. Spicil. Fl. Lips. p.* 59. *n.* 1004.
F. poæformis *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 94. *n.* 35.

F. n. 1433. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 213., *et in Scheuchz. Agr. app.* 2. *p.* 47. *n.* 28.

Schenodorus inermis *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 701.

Schedonorus inermis *Schult. Syst. veg. Mant.* 2. *p.* 389.

Ital. *Forasacco spuntato*.

Perenn. Habui ex Pedemontio a Prof. Balbisio. Floret Julio.

Radix repens. Culmus erectus, vel ascendens, bi-tripedalis, teres, striatus, glaber, superne nudus. Folia linearia, acuminata, duas circiter lineas lata, margine, carina, et subinde etiam facie interna scabra. Vaginæ striatæ, glabræ, vel scabriusculæ. Stipula brevissima, truncata, crenata, vix tertiam lineæ partem attingens. Panicula erecta, in anthesi patens. Rami inferiores semiverticillati, inæquales, vel apice unilocustiferi, vel duas, aut tres locustas superne ferentes; omnes tenues, striati, scabri, subflexuosi. Rachis striata, inferne teres, glabriuscula, superne scabra, flexuosa. Locustæ oblongo-lanceolatæ, compressæ, sex-decemfloræ, e viridi purpurantes. Valvæ calycinæ inæquales, locusta multo breviores, lanceolatæ, compresso-canaliculatæ, carinatæ, apice retusæ, vel acutæ, carina scabræ, margine membranaceo-albæ, vel flavidæ, exteriore breviore uninervi, interiore trinervi, nervis lateralibus prope apicem evanescentibus. Stipitulus communis flosculorum remote articulatus, leviter flexuosus, sursum undique villosulus. Valvæ corollinæ longitudine æquales; exterior multo latior, oblongo-lanceolata, compresso-canaliculata, septemnervis, nervis alternis obsoletis, hirsutula, apice breviter, obtuseque bidentata, ex sinu dentium producta in aristulam brevissimam, subinde deficientem, margine latiuscule membranaceo, flavo-albido instructa; valva interior angustissima, apice integra, aut emarginata, nervo viridi, crebre ciliato utrinque ad marginem conduplicatum instructa, nervis inter se approximatis, sulco interjecto arctissimo, ut valva unicarinata appareat.

12. Bromus *erectus:* panicula erecta, sparsa, ramis inferioribus fasciculatis; locustis oblongis; valva corollina externa acuminata, leviter bifida; arista flosculis breviore; foliis radicalibus angustissimis, ciliatis.

B. erectus *Huds. Angl. p.* 49. *Smith. in Trans. of the Lin. Soc. v.* 4. *p.* 290., *et Engl. Fl.* 1. *p.* 157., *et Engl. bot. v.* 7. *tab.* 471. *Hook. Brit. Fl. p.* 50. *Fl. Dan. tab.* 1383. *Svensk. bot. tab.* 473. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2.

p. 637., *et Mant.* 2. *p.* 355., *et Mant.* 3. *p.* 630. *Röm. Fl. Europ. fasc.* 6. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 418. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 166., *et* 2. *p.* 281. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 78.* *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 57., *et* 329. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 132. *Bert. Pl. Gen. p.* 19. *n.* 36., *et Amœn. Ital. p.* 118. *n.* 36., *et* 332. *n.* 30. *Sav. Due Cent. p.* 24. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 56. *n.* 135. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 87., *et Syll. p.* 50. *n.* 23. *A. B. De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 69. *n.* 1633., *et* 5. *p.* 276. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 357. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 44. *n.* 291. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 310.

B. perennis *Vill. Hist. des pl. de Dauph.* 2. *p.* 122.

B. agrestis *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 249. *n.* 2224. *Host. Gram. Austr.* 1. *p.* 9. *tab.* 10., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 167.

B. n. 1507. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 237.

Festuca montana *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 118. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 94. *n.* 33. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 673.

Gramen sparteum longa et spicata panic. Lolii utricul. Festucæ potius majus *Barrel. Ic.* 13. *fig.* 1.

Gr. quod festuca pratensis lanuginosa *Vaill. Bot. Paris. p.* 93. *tab.* 18. *fig.* 2.

Gr. bromoides, pratense, foliis præter culmum angustissimis, rara lanugine villosis *Scheuchz. Agrost. p.* 255. *n.* 1. *tab.* 5. *fig.* 13.

Gr. loliaceum, locustis longis, aristatis *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 35. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 2. herb. Mont. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 335. *n.* 2.

Gr. loliaceum locustis hirsutis *Mont. l. c.* herb. Mont. *Seguier. l. c. n.* 3.

Ital. *Forasacco di corte barbe*.

Perenn. Copiosissimus Genuæ in omnibus locis herbosis; ego ibi legi in collibus *al Lagazzo,* et in monte *Fasce*. Legi pariter Sarzanæ in monte *Caprione,* et *Nuda,* in alpibus Apuanis in lapidicinis *di Miseja*, Bononiæ in collibus *agli Arienti*, *a Monte Paderno*, et *a S. Lucca*. Filius attulit ex alpe *il Cavallo* ad casas pastorum in alpibus Apuanis. Habui Clavaro in Liguria orientali ex monte S. Jacobi, et ex viciniis Sanctuarii *di Montallegro* a Turio, ex valle *di Andora* in Liguria occidua a Badaroo, ex montibus Comitatus Nicæensis *a Roccabigliera* a Prof. Morisio, ex monte *Musinè* in Pedemontio a Prof. Re, ex agro Comensi in colle *di Montevecchia* a Prof. Balsamo-Crivellio, et a De Notaris, Mantuâ a Barbierio, ex

Enganeis a VISIANIO, ex agro Tergestino a BIASOLETTO, ex *Sasso Borghese* in Umbria ab Eq. PETRUCCIO, ex agro Camerinensi ad saxa *di Pioraco*, et ad *Arceria* a Prof. OCTAVIANIO, ex monte *de' Fiori a Perticara* in Piceno ab ORSINO, ex agro Cortonensi prope *l'Alta di S. Egidio* a BUBANIO, ex plebe S. Stephani prope *le Balze* ab AMIDEO, ex Canino in agro Viterbiensi a Rev. Fratre MAURITIO de Brixia, Româ in Tusculo a BARBIERIO. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris crassiusculis, firmis, ramulosis, flexuosis, fuscis, huc illuc villosis, etiam ex imis culmi nodis prodeuntibus. Culmi cæspitosi, erecti, vel ascendentes, teretes, striati, glabri, subinde, sed raro, pubescentes, superne nudi, etiam tri-quadripedales, basi plurimis vaginis emarcidis foliorum arcte tunicati. Folia linearia, acuminata, striata, duriuscula, subglaucescentia, radicalia perangusta, raris, longisque pilis ciliata, subinde longissima, caulina latiora, nuda, aut pilosa, margine, et facie superiore scabra. Vaginæ striatæ, sæpius glabræ, interdum tamen scabridæ, pilosæ, vel hirtæ, pilis patulis, aut deflexis. Stipula brevissima, truncata, erosa, aut lacera. Panicula sparsa, stricta, in anthesi patens, modo brevis, modo elongata, laxiflora. Rami flexuosi, striati, scabri, apice incrassati, alii simplices, unilocustiferi, alii divisi, et duabus-quinque locustis onusti, inferiores fasciculati, duo-quinque, inæquales. Rachis striata, scabra, flexuosa. Locustæ in anthesi oblongæ, valde compressæ, flosculis remotiusculis, sursum divergentibus, virides, aut ex viridi purpurantes, suboctofloræ, sed vidi etiam duodecimfloras, nudæ, scabræ, aut plus minus pubescentes. Valvæ calycinæ vix inæquales, lanceolatæ, acuminatæ, compresso-canaliculatæ, carinatæ, carina interdum ciliata, margine latiusculo, et apice albo-membranaceæ; exterior minor, uninervis; interior trinervis, nervis lateralibus paulo supra medium evanescentibus. Valvæ corollinæ, arista non supputata, longitudine æquales; exterior oblongo-lanceolata, acuminata, et leviter bifida, compresso-canaliculata, carinata, quinquenervis, nervis duobus intermediis obsoletis, et brevioribus, scabra, aut pubescens, instructa margine albo-membranaceo, latiusculo, paululum infra apicem desinens in aristam ipsâ breviorem, a linea dimidia, ad duas lineas longam, tenuem, simplicem, scabram, strictam, subinde

subnullam; valva interior acuminata, integra, aut subbidentata, alba, vel colorata, nervo viridi, inferne scabro, superne crebre, et minutissime ciliolato utrinque ad marginem inflexum instructa. Antheræ plusquam duas lineas longæ, ante maturitatem flavæ, deinde purpureæ. Caryopsis matura corollæ arcte adhærens, ejusque longitudinem æquans.

*** *Locustis compressis; flosculis superne attenuatis, divaricatis, longe aristatis; valva calycina minore plerumque uninervi, majore trinervi; valva corollina externa bifida, quinque-septemnervi, interna remotiuscule ciliata*. Bromi genuini.

13. Bromus *sterilis:* panicula subsimplici, florente effusa, ramisque nutantibus, pendulis; locustis oblongo-divaricatis; valva corollina externa exquisite septemnervi, aristis breviore, interna obtusa.

B. sterilis *Sp. pl.* 113. *Smith. in Trans. of the Linn. Soc. v.* 4. *p.* 295., *et Engl. Fl.* 1. *p.* 159., *et Engl. bot. v.* 15. *tab.* 1030. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. v.* 3. *tab.* 30. *Hook. Brit. Fl. p.* 48. *Leers. Herb. p.* 37. *tab.* 11. *fig.* 4. *Fl. Dan. tab.* 1325. *Svensk. bot. tab.* 467. *Host. Gr. Austr.* 1. *p.* 13. *tab.* 16., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 170. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 249. *n.* 2227. *Balb. Fl. Taur. p.* 20. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 77. *Bir. Fl. Acon.* 1. *p.* 33. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 56., *et* 329. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 17. *n.* 117. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 133. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 31. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 58. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 78. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 56. *n.* 137.* planta gracilior tantum. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 94. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 71. *n.* 1636. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 364. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 688. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 42. *n.* 275. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 312.

B. jubatus *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 89. *tab.* 106.*, *et Syll. p.* 48. *n.* 8.* *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 117.*, *et Sup.* 1. *p.* 27.*

B. n. 1505. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 237.

Festuca avenacea sterilis elatior, seu Bromos Dioscoridis *C. B. Theatr. p.* 146. fig.

Gramen avenaceum, panicula sparsa, locustis majoribus et aristatis *Scheuchz. Agr. p.* 258. *n.* 3. *tab.* 5. *fig.* 14.

Festuca graminea annua sterilis spicis dependentibus, s. Bromos Dioscoridis *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 7. *fig.* 11. Egilopa prima *Matth. ed. Valgr. an.* 1585. *tom.* 2. *p.* 1264. locustis nimis parvis, et excl. figura intermedia, quæ pertinet ad *Bromum arvensem* L.

Ital. *Forasacco. Forasacco doppio. Forasacco rosso. Orzo salvatico. Vena vana* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 39.

Ann. Legi Bononiæ ad sepes. Habui Romà a Prof. Maurio, Neapoli *al Fusaro,* et ex agro Prætutiano *a Carsoli* ab Eq. Prof. Tenorio, item ex monte Cornu Prætutiorum ab Orsino, Panormo *al Mondello* ab Eq. Gussonio, ex Corsica *ad Orezza* a Soleirolio. Floret Aprili, Majo.

Radix tenuis, fibrosa, flexuosa, ramulosa, huc illuc villosa. Culmus ascendens, vel erectus, etiam bi-tripedalis, teres, striatus, superne nudus, glaber, rarius pubescenti-scaber, pilis deflexis. Folia linearia, acuminata, passim angusta, striata, margine, et facie superiore scabra, plus minus pilosa, aut nuda. Vaginæ striatæ, villosæ, aut scabræ, præsertim inferiores. Stipula dimidiam circiter lineam longa, truncata, demum lacera. Panicula terminalis, subsimplex, laxiflora, in anthesi diffusa, nutans. Rami inferiores duo-quinque, semiverticillati, longi, simplices, unilocustiferi, aut bifidi, bilocustiferi, nutantes, superiores solitarii, omnes tenues, striati, scabri, aut puberuli, basi callosi, apice incrassati. Locustæ pendulæ, cum aristis unciam, aut sesquiunciam longæ, virides, oris albis, aut ex viridi rubentes, septem-decemfloræ, florentes compressæ, oblongæ, flosculis sursum divaricatis, maturitate facile deciduis. Valvæ calycinæ inæquales, elongatæ, lanceolato-lineares, apice acuminato-setaceæ, compresso-canaliculatæ, carinatæ, carina scabræ, margine albo-membranaceo, latiusculo instructæ; exterior brevior, et longe angustior, uninervis, quandoque vidi inferne obsolete trinervem; interior major, trinervis. Valvæ corollinæ longitudine valde inæquales; exterior major; lanceolato-linearis, acuminata, breviter bifida, compresso-canaliculata, carinata, exquisite septemnervis, et arescendo sulcata, utrinque nervis duobus prope marginem inter se proximioribus, pilis minutissimis plus minus scabra, præsertim in carina, et nervis, circiter lineam dimidiam, aut lineam integram infra apicem producta in aristam simplicem, scabram, inferne latiusculam, canaliculatam, superne attenuatam,

ipsâ valvâ aliquanto longiorem; valva corollina interior brevior, et angustior, apice obtusa, integra, aut subemarginata, nervo remote ciliato, ciliis sursum versis, utrinque ad marginem inflexum instructa. Stamina tria. Caryopsis longitudine valvæ corollinæ internæ, eique arcte adhærens.

14. Bromus *scaberrimus:* racemo composito, stricto, apice subnutante; locustis elongato-divaricatis, villosis, nudisve; flosculis lineari-subulatis, distantibus; valva corollina externa exquisite septemnervi, aristis subæquali, interna acuminata.

B. scaberrimus *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 89. *tab.* 105.* in qua est sub nomine Bromi asperrimi, *et Syll. p.* 48. *n.* 10.* *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 655. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 421.

B. sterilis *Bert. Pl. Gen. pag.* 20. *n.* 37., *et Amœn. Ital. p.* 118. *n.* 37. excl. syn. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Gior. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 55.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 50.* *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 122. comprehendens etiam varietatem *β*.

β racemo contractiore, ramis, pedunculisque brevioribus, toto demum ex atro-rubro violaceo; herba plerumque molliter pubescente.

Bromus madritensis *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 251. *n.* 2236. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 57. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 57. *n.* 138. *Bivona-Bern. Cent.* 2. *p.* 14. *n.* 16. *Guss. Sup.* 1. *p.* 27.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 50.* *Host. Gr. Austr.* 1. *p.* 14. *tab.* 17., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 170.

B. sterilis, erecta panicula major *Barrel. Ic.* 76. *fig.* 1.

Gramen bromoides, pumilum, locustis erectis, majoribus, aristatis *Scheuchz. Agr. p.* 260. *n.* 5.

Gr. bromoides, annuum, caule pedali, locustis majoribus, compressis, lanuginosis, et aristatis *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 75.

Idem locustis glabris *Mich. in Till. l. c. p.* 76.

χ racemo abbreviato, subsimplici, stricto; locustis brevissime pedunculatis, pubescentibus, ex viridi, albo, et rubente variegatis.

Bromus rubens *Host. Gram. Austr.* 1. *p.* 15. *tab.* 18., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 171. non Linn.

B. madritensis *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 80.*

B. rigidus *Roth. Cat.* 2. *p.* 17. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 367. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 689. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 42. *n.* 278. *Kunth. En. pl.* 1.

p. 419. *Link. Hort. Berol. descr.* 1. *p.* 164., *et* 2. *p.* 279. excl. syn. Guss.

Ital. *Forasacco de' muri.*

Ann. Obvius in tota Italia in locis sterilibus, in viis, et in muris antiquis tam oppidanis, quam campestribus. Legi speciem Genuæ, et Bononiæ. Habui Mantuâ a BARBIERIO, Anconâ a MARCHISIA, ex agro Viterbiensi *a Canino* a Rev. Fratre MAURITIO de Brixia, Româ a Prof. MAURIO, Neapoli ab Eq. Prof. TENORIO, ex Sardinia a Prof. MORISIO. Varietatem β legi Sarzanæ, ubi copiosissima in muro oppidi. Habui Aquilejâ a BERINIO, Tergesto a BIASOLETTO, Neapoli a BRUNNERO, Nicæâ, et ex Sardinia a Prof. MORISIO, ex Corsica *a Calvi* a SOLEIROLIO. Varietatem *x* obtinui Tergesto a BIASOLETTO, Fossâ Clodiâ a Prof. NACCARIO. Floret Aprili, Majo.

Altitudo culmi summopere varia, idest a spithama ad tres pedes. Folia, et vaginæ molliter pubescunt, pube nunc brevissima, nunc longiore, alias nudæ, aut pilis raris adspersæ. Stipula lineam longa, plus minus alte lacera. Racemus compositus, terminalis, strictus, subinde quidquam nutans, in anthesi erecto-patulus. Rami inæquales, inferiores semiverticillati, nunquam elongati, nec effusi, et penduli ut in *Bromo sterili* L. Locustæ cum arista pollicem, aut sesquipollicem longæ, in anthesi compressæ, sex-octofloræ, in luxuriantibus individuis decem-duodecimfloræ, variant pubescentes, villosæ, et quandoque etiam prope marginem barbatæ, aut ciliatæ, alias vero totæ nudæ, et scabræ. Flosculi elongati, graciles, lineari-subulati, in anthesi divaricati, in fructu inter se se laxati, et remoti, et sæpe leniter recurvi, diu persistentes, etiam cum maturuerint. Valvæ glumarum lanceolato-lineares. Valva corollina externa altius fissa, circiter sesquilineam infra apicem gerens aristam apice rubentem, ut ipsa longam, aut paulo longiorem. Valva corollina interna acuminata. Stamina duo, vel tria. Reliqua omnia ut in *Bromo sterili* L. Tota planta, cum nascitur in aprico, demum fit ex atro-rubro violacea, præsertim in racemo. A typo speciei ad varietatem β facilis transitus per individua intermedia. In varietate *x* nihil aliud video, quam plantam in statu humiliore, et contractiore.

Licet passim a botanicis Italiæ hæc planta, et præcipue varietas ejus β habeatur pro *Bromo madritensi* L., et forte Linnæus utramque stirpem in herbario suo

confuderit, revera species nostra diversa est, ut mihi demonstrat exemplar veri *Bromi madritensis* L. in meo herbario exotico, natum ex seminibus olim a Cavanillesio missis ad Eq. Hippolytum Durattium, et *Bromo diandro* Anglorum adamussim respondens. In *Bromo madritensi* L. statura perpetuo humilis, racemus simplex, densus, strictus, rachis, et pedunculi villosuli, valvæ omnes glumarum breviores, et latiores, idest lato-lanceolatæ, valva calycina exterior trinervis, nervis lateralibus infra medium evanidis, qui nervi in valva interiore evanescunt prope apicem, valva corollina externa brevius fissa, et circiter lineam infra apicem aristata, aristis brevior, relate ad plantam nostram obsolete septemnervis, nervis duobus utrinque ad marginem magis approximatis, et nervo utrinque ad carinam vere obsoletissimo, valva corollina interior crebrius ciliata. Smithius in Engl. Fl. 1. p. 161. harum duarum specierum confusionem videtur præsensisse.

15. Bromus *maximus:* panicula subsimplici; stricta, florente erecto-patula, subnutante; locustis longissimis; valvis omnibus lato-lanceolatis, acuminato-setaceis, corollina externa alte bifida, exquisite septemnervi, in aristam ab apice recessam, duploque longiorem protracta, interna dimidio breviore, acuminata.

B. maximus *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 39. ex diagn. *Guss. Pl. rar. p.* 45.*, *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 117.*

B. sterilis *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 79. *Guss. Suppl.* 1. *p.* 27.*

B. sterilis planta robustior *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr.* 1. *p.* 57.* in adnot.

Gramen bromoides, locustis maximis, lanuginosum Italicum *Scheuchz. Agr. p.* 261. *n.* 6. *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 75. excl. syn. Mentz.

β locustis breviter pedunculatis, florentibus erecto-patulis; valva corollina externa altius bifida.

Bromus maximus *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 95. *tab.* 26. *Guss. Sup.* 1. *p.* 27.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 88.*, *et Syll. p.* 48. *n.* 9.*

B. madritensis *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 118.*

Ital. *Squala*.

Ann. Observavi speciem Sarzanæ, et Bononiæ, ubi copiose provenit inter sata, et rustici vendunt herbam ejus recentem in foro olitorio pro jumentorum pabulo mense Majo. Habui Mediolano ex muro oppidi prope portam novam a Prof. Balsamo-Crivellio, et a De Notaris, Mantuâ ex propugnaculo ad portam S. Georgii, et *Ceresa* a Barbierio, ex agro Viterbiensi *a Canino*

a Rev. Fratre Mauritio de' Brixia, Româ a Prof. Maurio, et iterum a Barbierio, ex arvis Siciliæ ab Eq. Gussonio. Varietatem β obtinui ex litore Ravennati a Fusconio, ex litore Ostiensi prope *Torre S. Lorenzo* a Prof. Maurio, Cumis ab Orsino, Neapoli *al Fusaro* ab Eq. Prof. Tenorio, ex litoribus Siciliæ ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio. Floret Aprili, Majo.

Radix fibrosa, fibris crassis, ramulosis, flexuosis, plus minus lanuginosis, etiam ex imis culmi nodis prodeuntibus. Culmi cæspitosi, ascendentes, vel erecti, ut plurimum sesqui-bipedales, sed et breviores, et multo longiores occurrunt, crassi, teretes, striati, superne demum nudi, hirtuli, vel scabri. Folia, et vaginæ fortiter striatæ, passim hirsutæ, ludunt pilosæ, ciliatæ, scabræ. Stipula quidquam ultra lineam longa, laciniata. Panicula terminalis, subsimplex, stricta, subsecunda, in anthesi erecto-patula, subnutans. Rachis, et pedunculi crassi, striati, flexuosi, sursum hirti, simplices, unilocustiferi, vel duas locustas ferentes, basi callosi, apice incrassati, inferiores duo-quinque, semiverticillati, subinde hi quoque solitarii. Locustæ cum aristis longissimæ omnium, idest duos pollices cum dimidio, vel tres pollices, et etiam ultra longæ, in anthesi lanceolato-divaricatæ, compressæ, scaberrimæ, subinde pilosæ, ciliatæ, virides, oris albis, aut ex viridi, alboque rubentes. Valvæ calycinæ longe acuminato-attenuatæ, subinde fere aristatæ, carinâ serrulato-scabræ, cinctæ margine albo-membranaceo lato, cujus ora quoque serrulato-scabra, sed tenuius; valva exterior minor, lanceolata; interior lato-lanceolata. Valva corollina externa pollicem longa, lato-lanceolata, acuminato-attenuata, apicibus fere setaceis, profunde bifida, exquisite septemnervis, duas, tresve lineas infra apicem protracta in aristam una vice cum dimidia, aut duas et ultra vices, ut ipsa longam, scaberrimam, inferne canaliculatam, superne attenuatam. Valva corollina interior exteriore multo brevior, lanceolata, acuminata, integra, remotiuscule ciliata. Stamina ludunt unum, duo, tria. Reliqua ut in duobus præcedentibus.

Varietas β est planta contractioribus locustarum pedunculis pollens, ita ut inflorescentia sit racemus simplex. Locustæ ejusdem formæ, passim, nec tamen semper, profundius bifidæ, idest usque ad profunditatem

trium linearum, tuncque arista prodit e loco inferiore. Vidi in eodem cæspite culmos majores ferentes speciem, et minores varietatem.

Gramen loliaceum, locustis longissimis, modo purpurascentibus, modo viridibus Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p. 35. tab. ic. locust. et spic. gr. fig. n. 1. ad nullam speciem referri potest, cum in herbario autoptico Montiano stent sub hoc synonimo tres diversæ plantæ, scilicet *Bromus sterilis*, *Bromus scaberrimus* α, et *Bromus maximus* α a me hic descripti.

Ingens pariter synonymorum confusio apud Römerum, et Schultesium, Sprengelium, Linkium, Kunthium de eisdem *Bromis*.

16. Bromus *tectorum*: panicula fructificante secunda, ramisque nutantibus; locustis subquinquefloris, lanceolatis, valva corollina externa aristis subbreviore; foliis, vaginisque molliter pubescentibus.

B. tectorum *Sp. pl.* 114. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 63., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 65. *tab.* 82. *Leers. Herb. p.* 88. *tab.* 10. *fig.* 2. luxurians. *Fl. Dan. tab.* 1806. *Host. Gr. Austr.* 1. *p.* 13. *tab.* 15., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 169. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 419. *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 1. *p.* 169., *et* 2. *p.* 284. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 249. *n.* 2226. *Balb. Fl. Taur.* 1. *p.* 21.* *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 77. *Bir. Fl. Acon.* 1. *p.* 33. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 56., *et* 329. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 17. *n.* 119. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 55.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 134. *Rom. in Da Rio Gior. dell' Ital. lett. tom.* 24. *p.* 275. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 58. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 79.* *Suffr. Foroj. p.* 114. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 58. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 88., *et Syll. p.* 48. *n.* 11. *Ab Ucr. Hort. Pan. p.* 61. *Bivon. Bern. Cent.* 2. *p.* 15. *n.* 17. *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 38. *Guss. Fl. Sic. prod.* 1. *p.* 116.*, *et Sup.* 1. *p.* 27.* *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 72. *n.* 1639. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 363. *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 688. *Hoffm. Fl. d'Allem. ann.* 1800. *vol.* 1. *tab.* 11. *fig.* 2. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 42. *n.* 274. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 313.

B. n. 1508. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 237,, *et in Scheuchz. Agrost. app.* 2. *p.* 58. *n.* 64.

Ital. *Forasacchino de' tetti*.

Ann. Habui ex agro Taurinensi a Prof. Balbisio, Mantuâ in propugnaculis inter *Ceresa*, et *Posterla*, ad S. Georgium, et extra portam *Pradella* a Barbierio, Fossâ Clodiâ in litore *di Sottomarina* a Prof. Naccario,

ex agro Tiberiacensi (*Bagnacavallo*) in nemore *dei Sette castelli* a Bubanio, ex Sicilia in Nebrodibus, in arenis Ætnæ, in maritimis *di Terranova,* et S. Crucis ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Capo corso* a Soleirolio. Floret Aprili, Majo.

Radix tenuis, fibris flexuosis, ramulosis, villosis. Culmi cæspitosi, vel solitarii, tenues, erecti, aut ascendentes, a palmo ad duos pedes longi, striati, glabri, superne nudi. Folia linearia, acuminata, angusta, striata, molliter albido-pubescentia, interdum pilis longis margine inferiore ciliata, aut facie interna scatentia. Vaginæ arctæ, striatæ, molliter albido-pubescentes, alias nudæ, aut pilosæ, præsertim superiores. Stipula varia, a semilinea ad duas lineas longa, lacero-laciniata. Panicula composita, terminalis, laxiflora, florens patula, secunda, apice, ramisque nutans. Rami capillares, striati, pubescentes, longiusculi, alii simplices, unilocustiferi, alii in parte inferiore longo tractu nudi, in superiore divisi, et duabus vel tribus locustis onusti, inferiores duo-quatuor semiverticillati, quidquam inæquales, vel solitarii; fructificantes ludunt vel apice recurvi, locustis pendulis, vel apice incurvi, locustis erectis. Rachis striata, pubescens. Locustæ parvæ, sex-octofloræ, innuptæ lineares, erectæ, florentes lanceolatæ, compressæ, nutantes, flosculis sursum divergentibus, molliter villosæ, aut pubescentes, subinde nudæ, et scabriusculæ, pallide virides, aut ex viridi rubidæ, majores una cum aristis pollicem ad summum attingunt, passim multo minores. Flosculi inter se se remotiusculi, cito maturitate decidui. Valvæ calycinæ inæquales, lato margine albo-membranaceo cinctæ; exterior interdum fere dimidio brevior, lanceolato-linearis, acuminata, integra, aut bifida, compresso-canaliculata, carinata, uninervis; interior oblongo-lanceolata, acuta, apice integra, aut bifida, aut erosa, trinervis, nervis lateralibus prope apicem evanidis. Valva corollina exterior interiore multo longior, oblongo-lanceolata, acuminata, compresso-canaliculata, carinata, septemnervis, lato margine albo-membranaceo, diaphano cincta, breviter bifida, circiter sesquilineam, aut duas lineas infra apicem e dorso emittens aristam simplicem, tenuem, scabram, ipsi æqualem, aut paulo longiorem. Valva interior obtusiuscula, subbidentata, inæqualiter ciliata, ciliis longis inter se remotiusculis, inferne deficientibus. Caryopsis arcte adhærens.

17. Bromus *rubens:* racemo condensato, ovato; locustis subsessilibus, approximate fasciculatis, lanceolatis, villosis, nudisve; valva corollina externa acuminata, breviter bifida, aristam ab apice recessam, dorsalem, rectam subæquante; foliis, vaginisque pubescentibus.

B. rubens *Sp. pl.* 114. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prod.* 1. *p.* 63., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 66. *tab.* 83. bene. *Cav. Ic. et descr.* 1. *p.* 34. *tab.* 45. *fig.* 2.* *Délil. Déscr. de l'Égypt. ed.* 2. *tom.* 19. *p.* 164. *tab.* 11. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 250. *n.* 2228. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 135. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 76., *et Cos. bot. p.* 42. *tab.* 3. *fig.* 11. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 90., *et Syll. p.* 49. *n.* 13. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 39. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 119.*, *et Sup.* 1. *p.* 28.* *Morett. Dec.* 5. *p.* 4., *et in Gior. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 5. *p.* 164. excl. var. *β*. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 94. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 73. *n.* 1641., *et* 5. *p.* 778. excl. syn. All. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 2. *p.* 279. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 420.

Festuca rubens *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 730., *et Mant.* 2. *p.* 401.

Gramen bromoides, murorum, lanuginosum, erectum, locustis amplioribus, aristatis, in panicula compacta propemodum spicata, et veluti Alopecuroides dispositis *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 76.

Ital. *Forasacco granatino* Sav. Bot. Etr. 1. p. 76.

Ann. Legi Genuæ in muro oppidi ad Feritorem. Habui ex agro Nicæensi a Prof. Morisio, ex Sicilia in collibus *di Val di Mazzara,* et Panormitanis ab Eq. Gussonio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, tenuis, albida, fibris flexuosis, plus minus ramulosis, villosulis. Culmi cæspitosi, ascendentes, aut erecti, a palmo ad dodrantem longi, tenues, teretes, striati, superne nudi, apice puberuli. Folia linearia, brevia, angusta, acuminata, striata, albido-pubescentia, arefactione in locis siccis convoluta. Vaginæ striatæ, arctæ, pubescentes. Stipulæ inferiores breviores, semilineares, erosulæ, superiores circiter lineam longæ, argute laciniatæ. Flores in racemo terminali, denso, stricto, ovato-oblongo, inferne turbinis instar angustato. Pedunculi brevissimi, uni-bilocustiferi, alterne fasciculato-semiverticillati, villosi, ut etiam rachis. Locustæ imbricatæ, subsexfloræ, innuptæ lineares, florentes lanceolatæ, compressæ, flosculis sursum divergentibus, pubescentes, aut nudæ, et scabridæ. Valvæ calycinæ inæquales, acuminatæ,

locusta breviores, compresso-canaliculatæ, carinatæ, margine, et apice albo-membranaceæ; exterior minor, lanceolato-linearis, uninervis; interior lanceolata, trinervis, nervis lateralibus prope apicem evanidis. Valva corollina externa paulo longior, lanceolata, acuminata, acumine albo-membranaceo, breviter bifido, compresso-canaliculatà, carinata, inferne septemnervis, nervo utrinque ad marginem circiter ad medium cum proximo confluente, aut evanescente, duas lineas ab apice, aut quidquam inferius ex dorso producta in aristam simplicem, tenuem, scabram, basi canaliculatam, rectam, ipsi æqualem, aut paulo longiorem. Valva interior acute bidentata; reliqua ut in *Bromo tectorum* L. Herba in umbrosis virens, in aprico viridi-rubens, præsertim in racemo.

In planta Sicula, quam habui a Gussonio, locustæ sunt paulo grandiores, villis denudatæ, et tantum scabridæ, valvæ latiores, et evidentius lanceolatæ, reliqua omnia similia. Ex specimine autoptico herbarii Cavanillesii ab eodem Gussonio mihi benevole impertito, et plantis meis, quæ Genuæ, et Nicææ lectæ fuerunt, omnino respondente certus sum de synonymo Cavanillesii superius allato, quod ad *Bromum scoparium* L. non bene traxi in Schult. Syst. veg. mant. 2. p. 361.

18. Bromus *fasciculatus:* racemo denso, oblongo; locustis sparsis, subsessilibus, subsolitariis; flosculis lineari-subulatis; valva corollina externa profunde bifida, apicibus setaceis, aristam dorsalem, recessam, arefactione contorto-recurvam subæquante; foliis, vaginisque puberulis.

B. fasciculatus *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 39., *et Fl. Sic.* 1. *p.* XLV. *Gusson. Pl. rar. p.* 46. *tab.* 8. *fig.* 2.,* *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 119.,* *et Suppl.* 1. *p.* 28.*

B. fascicularis *Ten. Syll. p.* 50. *n.* 22., *et ibid. in app.* 3. *p.* 585.

B. rubens *β Morett. Dec.* 5. *p.* 4., *et in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 5. *p.* 322.

Ital. *Forasacchino lesiniforme*.

Ann. Habui ex Siciliæ collibus *di Val di Mazzara*, ex Cosyra, et Ustica ab Eq. Gussonio. Floret Aprili, Majo.

Statura præcedentis, sed gracilior. Culmus totus glaber. Folia, et vaginæ tenuius pubescunt. Racemus oblongior, densus, at locustis pauperior. Hæ sunt approximatæ, et imbricatæ, subsolitariæ, sparsæ, innuptæ lineari-subulatæ, in anthesi oblongatæ, et compressæ,

factæ flosculis longioribus, remotis, sursum divaricatis, apice recurvulis, angustissimis, lineari-subulatis, oris involutis, sex-octo in quavis locusta, scabris, non, aut vix villosis. Glumarum valvæ perangustæ, lanceolato-lineares, apice acuminato-setaceæ, margine albo-membranaceo angustissimo præditæ. Valva corollina exterior profunde bifida, apicibus setaceis, scabris, duas et ultra lineas infra apicem e dorso emittens aristam tenuem, scabram, basi canaliculatam, ipsi longitudine æqualem, aut paulo longiorem, initio rectam, arefactione intorto-recurvam, aut intorto-patulam, incurvam, vel ascendentem. Valva corollina interior paulo brevior, lineari-angustissima, acuminata, apice brevissime bidentata, inæqualiter ciliata, ciliis omnibus brevioribus, quam in præcedente specie. Tota herba in umbrosis virens, in aprico e viridi rubens præsertim in racemo. Nullimode confundi potest cum *Bromo rubente* L.

STIPA.

Linn. Gen. p. 37. *Juss. Gen. p.* 30. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 41. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 99. *Palis. Ess. d' une nuov. Agrost. p.* 18. *tab.* 6. *fig.* 2. 3. 4. *R. Brown. Prodr. ed.* 1. *p.* 147., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 30. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 161. *Trin. Fund. Agr. p.* 110. *n.* 31.

Calyx gluma bivalvis, uniflora, valvis subæqualibus, laxis, corolla longioribus, exteriore trinervi, interiore quinquenervi. Flosculus pedicellatus, pedicello turbinato, oblique acutissimo, barbato. Corolla gluma bivalvis, cartilaginea; valva exterior convoluta, apice articulata cum arista geniculata, barbata, aut nuda, infra geniculum contorta, subinde longissima; valva interior canaliculata, integra, mutica, obsoletissime, et nude binervis. Stamina tria, antheris linearibus, apice barbatis, nudisve. Stili duo, stigmatibus plumosis. Nectarium squamulæ duæ. Caryopsis libera intra corollam persistentem, arcte obvolventem.

Habitus. Plantæ annuæ, vel perennes. Culmi cæspitosi, erecti, aut ascendentes. Folia facile

convoluta, longa, tenuia. Inflorescentia panicula, vel racemus terminalis, strictus. Caryopsis matura decidit cum corolla obducente, quæ pedicello suo acutissimo figitur ex se in terram. Arista sequitur corollam.

1. STIPA *pennata:* valvis calycinis attenuato-acutatis, flosculo longioribus; arista corollina superne plumosa; antheris nudis.

S. pennata *Sp. pl.* 115. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 161., *et Engl. bot. v.* 19. *tab.* 1356. *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 19. *tab.* 33. opt., *et Fl. Austr.* 1. *pag.* 67. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 41. *fig.* 1. *Palis. Ess. d' une nouvel. Agr. expl. des plan. p.* 6. *tab.* 6. *fig.* 4. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 239. *n.* 2172. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 80. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 17. *n.* 121. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 90. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 34. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 62. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 81.* *Suffr. Foroj. p.* 114. *Sav. Due Cent. p.* 28. *Seb. et Maur. Fl. Rom. pr. p.* 25. *n.* 65.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 95., *et Syll. p.* 52. *n.* 1. *Ab Ucr. Hort. Panorm. p.* 61. *Guss. Pl. rar. p.* 48.*, *et Fl. Sic. prod.* 1. *p.* 132.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 97. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 27. *n.* 1530. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 229. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 531. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 28. *n.* 165. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 85. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 172. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 179. *Link. Hort. Ber. desc.* 1. *p.* 96., *et* 2. *p.* 243.

S. n. 1514. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 239.

Gramen sparteum pennatum *C. Bauh. Theatr. p.* 70. *fig. p.* 71.

Gr. sparteum pennatum majus *Barrel. Ic.* 46.

Gr. spicatum, aristis pennatis *Scheuchz. Agrost. p.* 153. *n.* 1. *tab.* 3. *fig.* 13. *B.*

Gr. avenaceum, speciosissimis pennatis aristis donatum *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 57. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 68. herb. Mont. *Zannich. Istor. delle piant. p.* 124. *tab.* 48.

Ital. *Lino delle Fate. Stuzzica orecchi. Stranutella delle pecore. Stipa delle Fate. Stuzzichella. Pennine paradise* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 222.

Perenn. Habui ex Pedemontio a Prof. BALBISIO, et ibidem ex rupestribus thermarum Valderiarum a BERTERO, ex litore marino Fossæ Clodiæ a Prof. NACCARIO, ex ditione Romana *a Vetralla* a Prof. MAURIO, ex

monte Velino in Prætutiis ad Orsino, ex collibus calcariis *di Termini,* et *d'Altavilla* in Sicilia ab Eq. Gussonio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris crassiusculis, subramulosis, flexuosis, pubescentibus. Culmi cæspitosi, a spithama ad duos pedes, et ultra longi, teretes, striati, glabri, toti tecti, et basi vaginis foliorum emarcidis stipati. Folia linearia, angustissima, prælonga, acuta, rigidula, cito arefactione convoluta, striata, scabriuscula. Vaginæ striatæ, glabræ, vel scabriusculæ, longæ, supremæ inflatæ, spathaceæ, præsertim quæ ad paniculam. Stipulæ inferiores circiter lineam, superiores sesquilineam, aut duas lineas longæ, apice erosulæ, demum fissæ. Panicula terminalis, stricta, pauciflora. Rachis, et rami striati, scabri, apice incrassati, inferiores tres-quatuor, semiverticillati, inæquales, simplices, vel divisi. Locustæ uniflorae, arista non supputata, octo lineas, pollicem, et ultra longæ, subcompressæ, nudæ, nitidæ, pallide virentes, maturæ e viridi flavicantes. Valvæ calycinæ subæquales, persistentes, flosculo contento interdum duplo longiores, lanceolatæ, canaliculatæ, sæpe apice longissime acutatæ, acumine aristæformi, sed canaliculato, scabriusculæ, margine albo-membranaceæ, diaphanæ, exterior trinervis, interior quinquenervis, subinde septemnervis. Flosculus diffluus. Valvæ corollinæ cartilagineæ, convoluto-subulatæ, sine arista longitudine æquales, basi suffultæ pedicello turbinato, longiusculo, obliquate acutissimo, barbato, duro; exterior inferne villosa, et margine ciliata, superne nuda, glabra, contra lucem inspecta obsoletissime quinquenervis, apice articulata cum arista longissima, etiam plusquam pedali, geniculata, infra geniculum contorta, rigida, glabra, supra geniculum plumoso-sericea, alba, pilis extimis decrescentibus, demum flaccida, nutante; valva interior dura, canaliculata, acuminata, mutica, integra, binervis, nervis glabris, ut in valva exteriore obsoletissimis.

2. Stipa *capillata:* valvis calycinis attenuato-acutatis, flosculo longioribus; arista corollina nuda, scabra, adulta varie curvata.

S. capillata *Sp. pl.* 116., *et Mant. alt. p.* 326. *Host. Gr. Austr.* 3. *p.* 4. *tab.* 5. optim., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 68. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 239. *n.* 2173. *Re Fl. Segus. p.* 13.* *Pollin. Fl. Veron. p.* 90. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr.*

p. 25. *n.* 66.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 95., *et Syll. p.* 52. *n.* 2. *Guss. Pl. rar. p.* 49.* *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 27. *n.* 1531., *et* 5. *p.* 257. *n.* 1532. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 231. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 532. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abtheil.* 26. *heft. Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 28. *n.* 164. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 170.

S. Lagascæ *Guss. Pl. rar. p.* 48.,* *et Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 132.*

S. n. 1513. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 139.

Festuca longissimis aristis *C. B. Theatr. p.* 152. *fig. p.* 153.

F. junceo foliò *Scheuchz. Agr. p.* 151. *n.* 1. *tab.* 3. *fig.* 13. *A.*

Gramen avenaceum, locustis longissimis aristis præditis *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 56. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 70. herb. Mont.

Ital. *Stuzzichella crespa*.

Perenn. Habui ex viciniis Segusii a Prof. Re, ex montosis Tiburtinis a Prof. Sebastianio, et a Barbierio, ex collibus humilioribus Sulmonis, et *di Popoli* ad radices montis *Morrone* in Prætutiis, tum ex siccissimis incultis *di Terranova*, et *Castelvetrano* in Sicilia ab Eq. Gussonio. Floret Aprili, Majo, et in montanis editis Junio, Julio.

Radix, culmi, et folia ut in præcedente; sed culmi rigidiores, et paulo crassiores; folia initio plana, in facie interiore pubescentia, in exteriore glabra, hæc quoque arefactione convoluto-filiformia; vaginæ scabridæ, imæ quandoque puberulæ; stipulæ superiores acuminatæ, sesquilineam, aut duas lineas longæ; panicula ramosior, ramis longioribus, demum a vagina supremi folii liberis, patulis; valvæ calycinæ angustiores, carinâ scabræ, ejusdem longitudinis relate ad flosculum contentum, item vario gradu longitudinis acutatæ, arefactione stramineæ, nitidæ, subinde cum aliqua ruffescentia; flosculus tenuior; valva corollina exterior superne glabra; arista tenuissima, capillaris, elastica, tota nuda, at sub vitro minutissime hirtulo-scabra, nitida, argentina, longissima, arefactione vario modo curvata, et sinuosa, quod huic speciei peculiare. Reliqua ut in præcedente.

3. Stipa *juncea:* calycibus attenuato-acutatis, flosculo longioribus; valva corollina externa superne puncta-to-scabra; arista nuda, infra geniculum sursum hirta, adulta recta.

S. juncea *Sp. pl.* 116. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 65., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 67. *tab.* 85. bene. *Allion. Auct.*

p. 39. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 179. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 98. *tab.* 28. excl. synonym. Bauhinor., et Scheuchz.

Ital. *Stuzzichella accestita*.

Perenn. Habui ex *Castell' Erno* in Liguria occidua a Prof. Sassio. Floret Majo.

Fibræ radicales crassæ, firmæ, flexuosæ, simplices, nudæ. Culmi, et folia radicalia densissimo cæspite compinguntur. Culmi bi-tripedales, glaberrimi, superne longo tractu nudi. Folia convoluto-juncea, filiformia, dura, acuminato-subulata, facie interna, et margine scabriuscula, extus glaberrima, radicalia numerosa, culmea duo-tria. Vaginæ striatæ, glabræ. Stipulæ superiores sesquilineam longæ, erosæ. Panicula elongata, stricta. Rami ejus vel omnes solitarii, vel inferiores gemini; tum rami, tum rachis glabrescunt. Valvæ calycinæ quam in præcedente angustiores, et fere dimidio breviores, lanceolato-lineares, canaliculatæ, glabræ, inferne tantum lateraliter nervosæ, cæterum et hæ attenuato-acutatæ, et flosculo longiores, ætate viridi-stramineæ, nitidæ. Valva corollina exterior inferne villosa, superne punctato-scabra, apice pilis erectis coronata, margine nuda. Arista dimidio, aut duabus tertiis partibus quam in præcedente brevior, nuda, infra geniculum sursum hirta, supra geniculum scabrida, etiam adulta recta. Reliqua ut in *Stipa capillata* L.

4. Stipa *tortilis:* racemo spicæformi; calycibus angustissimis, attenuato-acutatis; valva corollina externa, aristaque infra geniculum cochleato-contorta hirtis; aristis inferne simul convolutis, superne rectis, refractis.

S. tortilis *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 99. *tab.* 31. *fig.* 1., *et in Annal. du Mus. d' hist. nat.* 1. *p.* 203. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 99. *n.* 4. *Willd. En.* 1. *p.* 99. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 332., *et Mant.* 2. *p.* 185. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 255. *n.* 10. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 180. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 97., *et* 2. *p.* 244. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 90. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 95., *et Syll. p.* 52. *n.* 4. *Biv. Bern. Cent.* 2. *p.* 61. *n.* 81. *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 20. *Guss. Fl. Sic. prod.* 1. *p.* 133., *et Suppl.* 1. *p.* 31. *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 257. *n.* 1531.[a]

S. paleacea *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 65., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 68. *tab.* 86.

Spartium spica, et setulis tenuissimis caudam equinam æmulantibus *Bocc. Mus. di piant. dec.* 9. *p.* 138. (pro 128.) *tab.* 97. *Scheuchz. Agr. p.* 152. *n.* 2.

Gramen avenaceum, panicula parum expansa, ex locustis tenuissimis longius aristatis congesta *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 56. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 69. herb. Mont.

Ital. *Stuzzichella appiccavesti*.

Ann. Habui ex *Ceriale, Pietra*, et *Capo S. Spirito* in Liguria occidua a Prof. Sassio, Tiburò a Prof. Maurio, ex Lucania ab Orsino, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio, ex *Ajaccio* sub *la Torre di terra* prope insulas sanguinarias, et ex *Bastia* prope *le Case vecchie* a Bubanio. Floret a Martio in Majum secundum loca.

Radix fibrosa, fibris tenuibus, flexuosis, simpliciusculis, huc illuc pubescentibus, aut dense villosis. Culmi cæspitosi, vel ascendentes, crassi, simplices, aut e nodis ramosi, a palmo ad sesquipedem longi, debiles, teretes, striati, glabri, alii toti tecti, alii apice nudi. Folia linearia, angusta, brevia, acuminata, striata, facie interna pubescentia, margine, et carina superiore scabra, arefactione convoluta, ima angustiora, filiformia. Vaginæ laxiusculæ, striatæ, glabræ, margine albo-membranaceæ, suprema inflato-spathacea, sæpe racemi basim obvolvens, unum, vel duos racemos exerens. Stipulæ omnes brevissimæ, truncatæ, ciliolatæ, interdum utrinque ad oram villosæ. Racemus terminalis, teres, spicæformis, densiflorus, strictus, tres, quatuorve pollices, vidi etiam quinque, cum aristis longus. Rami breves, simplices, vel parce divisi, striati, scabri, apice incrassati, aut omnes solitarii, aut inferiores duo-quatuor fasciculati, inæquales. Rachis quoque striata, scabra. Valvæ calycinæ angustissimæ, lanceolato-lineares, compresso-canaliculatæ, apice attenuatæ, plus minus longe acutatæ, flosculo contento duplo, vel triplo longiores, more cæterarum nervosæ, nervis lateralibus supra medium evanidis, glabræ, maturitate ex viridi-albentes, nitidæ, argentinæ. Valva corollina exterior flavido-fusca, tota sursum hirta, apice articulata cum arista bi-quadripollicari, ab origine fere ad medium crebre cochleato-contorta, et sursum hirta, reliqua parte attenuata, scabrida; initio omnes aristæ inter se se convolvuntur, in arefactione laxantur, genu refringuntur, infra genu flexuosæ remanent, supra genu recta refractæ. Flosculi maturi facillime diffluunt. Cætera ut in præcedentibus.

ARISTELLA *Bert.*

Stipæ species *Linn. Syst. nat. ed.* 12. *tom.* 3. *p.* 229.
Agrostidis species *Linn. Mant.* 1. *p.* 30.
Calyx gluma bivalvis, uniflora, valvis subæqualibus, strictis, corolla longioribus, utraque trinervi. Flosculus contentus sessilis, basi oblique, obtuseque callosus, breviter barbatus. Corolla gluma bivalvis; valva exteriore cartilaginea, convoluta, apice articulata cum arista simplici, tota recta, nuda; valva interiore membranacea, breviore, bidentata, nude binervi. Stamina tria, antheris apice imberbibus. Stili duo, stigmatibus plumosis. Nectarium squamulæ duæ lineares. Caryopsis libera intra corollam persistentem, arcte obvolventem.
Habitus. Planta perennis. Culmi cæspitosi, erecti, vel ascendentes. Folia linearia, dura. Panicula coarctata. Flosculi, aristæque persistentes.

1. Aristella *bromoides.*
Agrostis bromoides *Lin. Mant.* 1. *p.* 30. *Gou. Illustr. p.* 3. *tab.* 1. *fig.* 3. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 31.*
Stipa Aristella *Linn. Syst. nat. edit.* 12. *tom.* 3. *p.* 229. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prod.* 1. *p.* 66., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 69. *tab.* 87. opt. *Host. Gr. Austr.* 4. *p.* 20, *tab.* 34. opt., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 68. *All. Auct. p.* 39. *n.* 2173. *tab.* 2. *fig.* 4. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 90. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 26. *n.* 67.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 95., *et Syll. p.* 53. *n.* 5. *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 20. *Guss. Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 133.* *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 28. *n.* 1533., *et* 5. *p.* 258. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 532. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 28. *n.* 163., *et in Addend., et corrig. p.* 140.[2] *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 180. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 98., *et* 2. *p.* 244.
Ital. *Forasacco bastardo.*
Perenn. Habui ex agro Nicæensi a Prof. Balbisio, et a Prof. Morisio, ex monte Pisano ab Eq. Prof. Savio, ex ditione Romana *al Lago de' tartari* a Prof. Maurio, ex Nebrodibus Siciliæ, *Cefalù,* et Panormo ab Eq. Gussonio. Floret Junio.

Radix fibrosa, fibris crassiusculis, firmis, flexuosis, simplicibus, aut parce ramulosis. Culmi cæspitosi, basi in bulbillum turgescentes, ascendentes, vel erecti, bi-tripedales, striati, glabri, superne nudi. Folia linearia, angustissima, apice acuminato-attenuata, duriuscula, striata, extus glabra, margine, et facie interna scabrida, arefactione convoluta. Vaginæ omnes arctæ, striatæ, glabræ, subinde margine ciliolatæ. Stipulæ loco margo obsoletissimus. Panicula terminalis, composita, gracilis, linearis, stricta, laxiflora, subsecunda, modo brevis, paucisque locustis onusta, modo elongata, etiam pedalis, multiflora. Rami ejus solitarii, vel inferiores geminati, inæquales, alii uni-paucilocustiferi, alii quinque-decem locustis præditi. Cæterum rachis, et rami flexuosi, striati, scabridi. Pedicelli breves, apice incrassati. Locustæ in ramis approximatæ, parvæ, tereti-oblongæ. Valvæ calycinæ subæquales, lanceolatæ, acuminatæ, concavo-canaliculatæ, strictæ, flosculo paulo longiores, pallide virentes, glabræ, utraque trinervi. Callus brevissimus, obliquus, obtusus, breviterque barbatus in basi flosculi. Valva corollina exterior cartilaginea, lanceolata, canaliculato-convoluta, obsolete, sed visibiliter, quinquenervis, plus minus pilosa, apice lacero, vel paululum infra apicem lacerum articulata cum arista simplici, recta, scabrida, supra canaliculata, longitudinem valvæ duplam, vel triplam æquante, non geniculata, vix arescendo una alterave contorsione remotissime instructa. Valva corollina interior brevior, membranacea, canaliculata, apice bidentata, tenuiter binervis, nervis nudis, viridibus, basi plus minus pilosa, apice, subinde margine scabriuscula. Antheræ lineares, longæ, flavæ, imberbes. Reliqua generis.

AVENA.

Linn. Gen. p. 37. *Juss. Gen. p.* 32. *Tourn. Inst. rei herb.* 3. *tab.* 297. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 47. *fig.* 1. 2. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 109. *Palis. Ess. d' une nouv. Agr. p.* 89. *tab.* 18. *fig.* 5. *R. Brown. Prodr. Fl. nov. Holl. edit.* 1. *p.* 177., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 33. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 162. *Trin. Fund. Agr. p.* 157. *n.* 116.

Trisetum *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 97. *n.* 174. *Palis. l. c. p.* 88. *tab.* 18. *fig.* 1.
Gaudinia *Palis. l. c. p.* 95. *tab.* 19. *fig.* 5.

Calyx gluma bivalvis, pluriflora, valvis canaliculatis, margine, et apice membranaceis, muticis. Flosculi alterni, distichi, nudi, aut axe, et inferne barbati. Corolla gluma bivalvis; valva exterior major, canaliculata, apice bifida, aut bidentata, et sæpe biseta, vel in omnibus locustæ flosculis, vel in pluribus e dorso emittens aristam geniculatam, infra geniculum contortam, supra attenuatam, arefactione refractam, humiditate hygrometricam; valva interior bifida, aut bidentata, mutica. Stamina tria, antheris linearibus. Stili duo, stigmatibus dense plumosis. Nectarium squamulæ duæ. Caryopsis oblonga, hinc canaliculata, libera, soluta, vel retenta intra corollam.

Habitus. Plantæ annuæ, vel perennes. Culmi ascendentes, aut erecti, longitudinis mire diversæ. Folia linearia. Inflorescentia paniculata, vel racemosa, vel spicata. Locustæ in aliis grandes, in aliis parvæ, imo minutæ. Glumæ nitidæ.

* *Paniculatæ, vel racemosæ.* Avenæ genuinæ.

1. Avena *sterilis:* panicula pyramidata, patula, nutante; locustis elongatis, subquadrifloris; flosculis exterioribus, aristisque inferne hirsutis, interioribus muticis, nudis.

A. sterilis *Sp. pl.* 118., *et Mant. alt. pag.* 326. *Röm. et Schult. Syst. veget.* 2. *p.* 670. *n.* 9., *et Mant.* 2. *p.* 371. *Jacq. Collect.* 1. *p.* 90., *et Ic. pl. rar.* 1. *p.* 3. *tab.* 23. opt. *Palis. Ess. d'une nouv. Agr. expl. des pl. p.* 12. *tab.* 18. *fig.* 5. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 42. *tab.* 57. bene, *et Fl. Austr.* 1. *p.* 133. *Bellar. Osser. bot. p.* 56. *Allion. Auct. p.* 44. *n.* 2255. *Balb. Fl. Taur. p.* 22. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 80. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 139. *Bert. Rar. Lig. pl. dec.* 1. *p.* 20. *n.* 7., *et Pl. Gen. p.* 22. *n.* 42., *et Amœn. Ital. p.* 69. *n.* 7., *et p.* 120. *n.* 42. *Sav. Due cent. p.* 32., *et Bot. Etr.* 2. *p.* 64. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr.*

p. 43. *n.* 106. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 96. excl. syn. Schreb., *et Syll. p.* 51. *n.* 9. *Ab Ucr. Hort. Panor. p.* 62. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 129. *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 259. *n.* 1547.[a] *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 370. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 559. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 52. *n.* 357. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 303. *Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 111., *et* 2. *p.* 255.

A. fatua *Schreb. Gram.* 1. *p.* 109. *tab.* 15. bene (a).

A. fatua β *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 130. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 35. *n.* 1547.

Gramen avenaceum utriculis lanugine flavescentibus *Scheuchz. Agr. p.* 239. *n.* 1. *tab.* 5. *fig.* 1.

Gr. avenaceum sive Avena sylvestris, elatior, locustis maximis, utriculis lanugine flavescentibus, et longissime aristatis *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 74.

Ital. *Vena salvatica maggiore*.

Ann. Legi Genuæ in collibus *al Lagazzo*, et Sarzanæ in graminosis collium. Floret Aprili, Majo.

Radix fibrosa, fibris flexuosis, ramulosis, huc illuc dense villosis. Culmi erecti, aut ascendentes, cæspitosi, vel solitarii, longitudinis variæ, etiam bicubitales, et orgyales, teretes, crassi, striati, glabri, exceptis geniculis, quæ plerumque villosa, superne nudi. Folia lato-linearia, acuminata, carinato-canaliculata, striata, facie interna, et margine scabra, subinde quoque intus pubescentia, et margine ciliata. Vaginæ striatæ, subuniangulatæ, inferiores plerumque pubescentes, pilis deflexis, superiores glabræ. Macula alba inter oram vaginæ, et basim folii. Stipula unam-duas lineas longa, obtusa, erosula, in vaginæ margines paululum decurrens. Panicula composita, aut subsimplex, terminalis, laxa, secunda, apice, ramisque nutans. Rami filiformes, striati, flexuosi, apice incrassati, inferiores longiores, fasciculati, duo-tres, inæquales, glabriusculi, aut vix scabri, superiores successive breviores, scabri. Rachis quoque striata, flexuosa, inferne glabriuscula, superne scabra. Locustæ grandes, elongatæ, pendulæ, innuptæ lanceolato-turgidæ, in anthesi divaricatæ, bi-quadrifloræ, cum aristis bi-tripollicares, ex

---

(a) Schreberus in opere citato vocat *Avenam fatuam* tum hanc, tum sequentem, quas exhibuit in tabula 15. voluminis primi, et in tabula 45. voluminis secundi, ad quam rem parum hactenus attenderunt botanici, et turbarunt synonyma Schreberiana in prolationibus suis.

viridi, alboque variæ. Axis communis flosculorum brevis, sub flosculo utrinque externo extus barbatus, sub flosculis interioribus nudus, aut uno alterove pilo adspersus, qui flosculi interiores sunt minores, mutici, pariterque nudi, supremo interdum abortivo. Valvæ calycinæ subæquales, oblongo-lanceolatæ, concavo-canaliculatæ, valde acuminatæ, flosculos sine arista superantes, pollicares, et ultra, glabræ, sub lente punctatæ, læte virides, subinde in basi rubescentes, oris, et apice albo-membranaceis; exterior decemnervis, interior undecimnervis, in utraque nervo utrinque externo reliquis breviore, citius superne evanido. Valva corollina exterior oblongo-lanceolata, concavo-canaliculata, acuminata, acumine breviter bifido, inferne septemnervis, nervo medio in flosculis externis paulo infra medietatem dorsi translato in aristam, sesqui-bipollicarem, infra geniculum crassiorem, fuscam, contortam, et hirsutam, supra geniculum attenuatam, scabram, arefactione refractam; cæterum hæc valva a basi ad exortum aristæ est barbata villo copioso, nitido, demum fulvo, ex hinc ad apicem est scabra, et plus minus pilosa. Valva corollina interior brevior, oblongo-lanceolata, brevissime, et acute bidentata, extus tota pilosa, et nervo densissime ciliato utrinque ad marginem inflexum instructa. Caryopsis oblonga, obtusa, matura exquisite canaliculata, hirsuta villo demum fulvo, sursum adpresso, valvis corollinis multo brevior, libera, sed intra corollam induratam arcte detenta.

2. Avena *fatua:* panicula pyramidata, patula, nutante; locustis elongatis, subtrifloris, flosculis inferne hirsutis, aristatisque omnibus; aristis infra geniculum nudis.

A. fatua *Sp. pl.* 118. excl. Scheuchz. syn. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 669., *et Mant.* 2. *p.* 370., *et Mant.* 3. *p.* 669. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 162., *et Engl. bot. v.* 31. *tab.* 2221. *Hook. Brit. Fl. p.* 50. *Leers. Herb. p.* 42. *tab.* 9. *fig.* 4. *Fl. Dan. tab.* 1629. *Svensk. bot. tab.* 144. *Schreb. Gram.* 2. *p.* 110. *tab.* 45. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 42. *tab.* 58., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 133. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 155. *n.* 2255., *et Auct. p.* 44. *Bir. Fl. Acon.* 1. *p.* 34. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 58., *et* 330. *Comoll. Prodr. Fl. Com. pag.* 18. *n.* 124. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Gior. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 55. *Pollin. Fl. Veron.* 1. *p.* 136. *Ard. Sagg. scient. e lett.*

dell'Accad. di Pad. tom. 2. *p.* 109. *tav.* 3. *Rom. in Da Rio Giorn. dell'Ital. lett. tom.* 24. *p.* 276. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 63. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 83.* *Suffr. Foroj. p.* 115. *Bert. Rar. Lig. pl. dec.* 1. *p.* 18. *n.* 6., *et Pl. Gen. p.* 21. *n.* 41., *et Amœn. Ital. p.* 68. *n.* 6., *et p.* 120. *n.* 41. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 130. *α*, *et Due cent. p.* 31., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 63. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 43. *n.* 107.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 96., *et Syll. p.* 51. *n.* 8. *Ab Ucr. Hort. Panorm. p.* 62. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 30. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 128.,* *et Sup.* 1. *p.* 30.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 101. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 35. *n.* 1547. *α*. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 373. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 559. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 52. *n.* 358. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 330. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 302. *Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 111., *et* 2. *p.* 255.

A. strigosa *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 83.*

A. atherantha *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 30. pl. macrior. *Guss. Fl. Sic. prod.* 1. *p.* 128.*, *et Supp.* 1. *p.* 29.* *Ten. Syll. p.* 51. *n.* 7.

A. hirsuta *Roth. Cat.* 3. *p.* 19. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 302. *Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 111., *et* 2. *p.* 255.

A. n. 1495. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 233.

Avenæ tertium genus sylvestre et immite *Cæsalp. De pl. lib.* 4. *cap.* 47. *p.* 177. 178.

Festuca utriculis lanugine flavescentibus *C. B. Theatr. p.* 149. figura tantum ramuli, et locustæ seorsim positæ.

Ægilops quibusdam aristis recurvis sive Avena pilosa *J. Bauh. Hist. pl.* 2. *lib.* 18. *cap.* 22. *p.* 433. fig. *Zannich. Op. posth. p.* 80.

Festuca dumetorum, utriculis lanugine flavescen. *Barrel. Ic.* 75. *fig.* 2.

Gramen avenaceum lanuginosum utriculis lanugine flavescentibus *Scheuchz. Agrost. p.* 241. *n.* 2. ex loco in Ligur.

Avena sylvestris, grano multa lanugine obducto Cæsalp. *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 6. herb. Mont. *Zannich. Ist. delle piant. p.* 33.

Gramen avenaceum minus, locustis duplo minoribus *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 74.

Avena sylvestris pilosa aristis recurvis *Seguier. Ver.* 1. *p.* 331.

Ital. *Avena. Vena salvatica* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 32.

Ann. Copiosissima in locis herbidis totius Italiæ. Legi Genuæ, Sarzanæ, et Bononiæ. Habui ex ruderibus

amphitheatri Polæ in Istria a Mayero, Româ a Prof. Maurio, Rhegio Julio in Brutiis, et ex campis, et collibus Panormitanis, et *di Castelvetrano* in Sicilia ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Bastia* prope *la mattoniera* a Bubanio, et *a Calvi* a Soleirolio. Floret Aprili, Majo.

Tota planta *Avenæ sterilis* L. habitu minor, cæterum similis. Differentiæ essentiales stant in notis sequentibus. Locustæ minores, bi-trifloræ, flosculi omnes barbati, et aristati, aristæ ad summum sesquipollicares, infra geniculum nudæ, flosculus tertius minor, et brevius aristatus, valva corollina exterior sæpe desinens in setas duas, plus minus longas, barba flosculorum, et stipitis communis albo-straminea, arescendo fulva, sed tenuior, et minus saturate colorata, quam in præcedente.

Avena atherantha Presl., quæ eadem ac *Avena hirsuta* Roth., est tantum planta macrior. Setæ in apice valvæ corollinæ externæ nunc adsunt, nunc desunt tam in hac, quam in aliis speciebus, ut mox videbimus, quæ res evidenter demonstrat, genus *Trisetum* esse omnino artificiale, nec ulterius admittendum.

Avena sterilis L., et *Avena fatua* L. agros frumento, et hordeo satos infœcundos reddere putantur, unde Virgilianum illud

Infelix lolium, et steriles dominantur avenæ
Eccl. 5. v. 37.

Id non fit eo quod altera planta in alteram degeneret, ut Plinius, et veteres tradiderunt: " Primum omnium « frumenti vitium avena est, et hordeum in ea dege- « nerat, sicut ipsa frumenti fit instar „ Plin. Nat. hist. lib. 18. cap. 17. edit. Ald. ann. 1559. p. 476. lin. 6., sed pendet ab earum herba luxuriante, quæ cæteras herbas suffocat: " Hordeum suffocat Festuca, quæ voca- « tur Ægilops „ Plin. l. c. lin. 45. Præterea *Avenæ*, et *Linum* fungillis parasiticis, quos botanici *Uredines* appellant, sæpe corripiuntur, et absumuntur, qui fungilli, si transeant in fruges, eas citissime, et latissime destruunt:

Urit enim lini campum seges, urit avenæ.
Virg. Georg. 1. v. 77.

Denique flosculi *Avenæ*, cum maturuerint, decidunt e calyce simul juncti, eorumque semina non uno, et

eodem anno nascuntur, sed alterum post alterum annis successivis, ut docuit Cæsalpinus De plant. lib. 4. cap. 47. p. 178., quare cum *Avenæ* agrum invaserunt, difficillime delentur, et, suffocata segete, iterum atque iterum in locum ejus succrescunt:

Expectata seges vanis elusit avenis.
Virg Georg. 1. v. 226.

Usus. Herba recens *Avenæ sterilis* L., et *Avenæ fatuæ* L. jumentis alendis præstantissima.

3. Avena *tenuis*: panicula sparsa, erecta, pyramidata; locustis subtrifloris; flosculis calycem superantibus, inferiore apice acuminato-setaceo, dorso inermi, reliquis apice bisetis, dorso aristatis.

A. tenuis *Willd. Sp. pl.* 1. *par.* 1. *p.* 448., *et En.* 1. *p.* 123. *Moench. Meth. p.* 195. *Host. Gr. Austr.* 2. *p.* 40. *tab.* 55., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 130. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 58., *et* 330. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 138.* *Ten. Viagg. in Abruzz. p.* 45. *n.* 95.* *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 39. *n.* 1558. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 375. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 560. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 51. *n.* 342. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 335. *Link. Hort. reg. Ber. descr.* 1. *p.* 112., *et* 2. *p.* 255.

A. dubia *Leers. Herb. pag.* 41. *tab.* 9. *fig.* 3. *Hoffm. Fl. d'Allem. ann.* 1800. *v.* 1. *tab.* 12. *Schleich. Pl. sicc.**

A. triaristata *Vill. Hist. des plant. de Dauph.* 2. *p.* 148. *tab.* 4. pessima.

A. fertilis *All. Auct. p.* 45.*

Trisetum striatum *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 97. *n.* 1. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 29.

T. tenue *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 657. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 298. *Ten. Syll. p.* 50. *n.* 1.

Ital. *Vena gentile*.

Ann. Habui ex agris *di Mondovì* in Pedemontio a Molinerio, et a Prof. Balbisio, ex colle *Calvarina* in valle *di Roncà* provinciæ Veronensis a Pollinio, ex *Piano di Castelluccio* ad radices montis *Vettore* in Piceno ab Orsino, et a Prof. Maurio, ex *Piano di cinque miglia* in Prætutiis ab Eq. Gussonio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris tenuibus, brevibus, simpliciusculis, valde flexuosis, huc illuc villosis. Culmi cæspitosi, erecti, vel ascendentes, tenues, a spithama ad duos pedes longi, in eodem cæspite valde inæquales, teretes, striati, scabriusculi, nunc superne nudi, nunc

toti tecti, nodis inferioribus purpurantibus sæpe instructi. Folia anguste linearia, acuminata, brevia, striata, facie interna, et margine scabra, et subinde in facie interna puberula, arefactione convoluta. Vaginæ striatæ, glabræ. Stipula sesquilineam, aut duas lineas circiter longa, acutiuscula, erosula, demum lacera. Panicula terminalis, inferne composita, superne simplex, sparsa, uniformis, pyramidata, ante anthesim stricta, in anthesi erecto-patens, pallide virens, aut ex viridi purpurascens. Rami tenues, striati, sursum hirtuli, scabri, flexuosi, inferiores duo-quatuor fasciculati, inæquales, cæteris longiores, longo tractu simplices, et nudi, deinde divisi, et approximate locustiferi. Rachis striata, flexuosa, sursum hirtula, scabra. Pedicelli apice incrassati. Locustæ lanceolatæ, compresso-turgidulæ, subtrifloræ, tres-quatuor lineas sine aristis longæ, pallide virentes, vel ex viridi purpurantes, oris albis, nitidis, nudæ, scabræ. Valvæ calycinæ valde inæquales, locusta breviores, oblongo-lanceolatæ, canaliculatæ, acuminatæ, acumine breviter setaceo, scabro, margine late albo-membranaceo, diaphano; exterior minor, septemnervis, interior novemnervis, utriusque nervis scabris, exteriora versus gradatim decrescentibus. Flosculus inferior, et ad valvam calycinam externam positus basi nudus, sessilis, carens arista dorsali, ejus valva corollina exterior apice integra, et abiens in acumen longe setaceum, aristæforme, scabrum. Reliqui flosculi alterni in stipitulo communi, sub basi eorum barbato, barba brevissima, albido-straminea, nitida, in reliqua parte nudo, apice bifidi, et acuminato-biseti, superne, setisque scabri, inferne glabri, e medio dorsi aristati, arista tenui, scabra, una vice cum dimidia, ut ipsi, longa, infra geniculum contorta, arescendo refracta, stramineo-albida; cæterum valva corollina exterior omnium flosculorum lanceolata, canaliculata, quinquenervis, nervo medio in flosculis aristatis ad exortum aristæ desinente. Valva corollina interior dimidio brevior, apice brevissime bidentata, nervo utrinque ad marginem inflexum dense ciliato instructa. Caryopsis linearis, hinc canaliculata, glaberrima, nitida.

4. Avena *sempervirens:* panicula subsimplici, contracta, florente patula; locustis subtrifloris, flosculis valvam calycinam majorem subæquantibus, basi barbatis, dorso aristatis; foliis rigidis; stipula oblonga, erosa, glabra.

A. sempervirens *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 100. *n.* 16. *Villars. Hist. des pl. de Dauph.* 2. *p.* 140. *tab.* 5. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 28. *tab.* 41., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 124. *Allion. Auct. pag.* 45.* *Bellar. Oss. bot. p.* 53. *Re Fl. Segus. p.* 14. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 140.

Ital. *Vena zolfina*.

Perenn. Habui ex montibus Pedemontanis a MOLINERIO. Floret Junio.

Radix fibrosa, fibris crassiusculis, flexuosis, simpliciusculis, firmis, sæpe dense villosis. Culmi cæspitosi, ascendentes, vel erecti, bipedales, teretes, striati, glabri, superne longo tractu nudi, basi vaginis foliorum emarcidis obducti. Folia linearia, alia latiora, et breviora, alia angustiora, et elongata, omnia acuta, mucronulata, dura, striata, margine scabra, reliqua parte glabra, passim convoluta, rigida, radicalià numerosa, cæspitosa. Vaginæ striatæ, glabræ. Stipula lineam, aut sesquilineam longa, albo-membranacea, eroso-lacera, glabra, in vaginæ margines decurrens. Panicula terminalis, parum composita, contracta, subsecunda, apice nutans, in anthesi patens. Rami ejus breves, tenues, striati, valde flexuosi, inferiores duo-quatuor fasciculati, inæquales, alii unilocustiferi, alii duabus locustis onusti, in parte superiore sursum hirtuli, in inferiore glabriusculi, apice incrassati. Rachis striata, flexuosa, inferne glabra, superne hirtula. Locustæ oblongæ, compressæ, ut plurimum trifloræ, sed variant bifloræ, et quadrifloræ, flosculo supremo minore, mutico, subinde tantum pedicello abortivo, reliquis aristatis. Axis communis flosculorum, et flosculi in basi albo villo breviter barbati. Valvæ calycinæ inæquales, oblongo-lanceolatæ, acuminatæ, compresso-canaliculatæ, carinatæ, carinâ scabridæ, coloris straminei; exterior uninervis, locustâ brevior; interior trinervis, locustam æquans, aut paululum superans. Valva corollina exterior oblongo-lanceolata, compresso-canaliculata, carinata, acuminata, acumine brevissime bifido, septemnervis, scabriuscula, inferne coloris viridi-sulphurei, superne purpurea, apice albo-membranacea, hyalina, paulo infra medium dorsi emittens aristam una vice cum dimidia, ut illa, longam, inferne fuscam, apice pallentem, totam scabram, infra geniculum contortam, arefactione refracto-recurvam, aut refracto-incurvam. Valva interior paululum brevior, apice acute bifida, nervo dense

ciliato utrinque ad marginem inflexum instructa. Caryopsis prorsus libera, hirsuta, fulva.

Descripsi plantam ipsissimam, quam obtinui ab Ignatio Molinerio pro archetypo stirpis ab Allionio in Auct. p. 45. indicatæ; sed habeo aliam ex Carnia a Prof. Bernhardio Erfurtensi sub nomine *Avenæ sempervirentis* pariter missam, quæ differt a nostra ob stipulam brevissimam, truncatam, crenatam, ciliatam, pilisque longiusculis utrinque ad marginem barbatam, locustis paululum grandioribus pollentem, et villo in axe communi, et in basi flosculorum quidquam longiore instructam, in cæteris omnino similem, etiam quoad colorem locustarum. Hæc forte est *Avena sempervirens* Schrad., aliorumque. Num sit tantum varietas, an diversa species, dicere non audeo. Differentia in stipula profecto insignis est.

5. Avena *fallax:* panicula composita, contracta, florente erecto-patula; locustis subtrifloris, flosculis calycem subæquantibus, basi barbatis, dorso aristatis; foliis rigidis; stipula brevissima, truncata, pubescenti-ciliata.

A. fallax *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 96., *et Syll. p.* 51. *n.* 6. *Guss. Pl. rar. p.* 50. *tab.* 9., *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 129. *Link. Hort. Ber. des.* 2. *p.* 257.

A. convoluta *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 31.

A. sempervirens b *Morett. Dec.* 7. *p.* 1., *et in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 7. *p.* 95.

A. sempervirens *β Schult. System. veg. Mant.* 3. *p.* 636. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 301.

Ital. *Vena giuncolina*.

Perenn. Habui ex collibus siccis Rhegii Julii in Calabria, et ex montibus Panormitanis, et *di Caltavoturo* in Sicilia ab Eq. Gussonio. Floret ab Aprili in Junium.

Culmi bi-tripedales. Folia facie interna scabra. Stipula brevissima, ad summum vix lineam dimidiam longa, truncata, integra, vel crenata, pubescenti-ciliata. Panicula composita, in anthesi erecto-patula. Rami toti scabri, plerumque multiflori, vel omnes solitarii, vel inferiores duo-tres fasciculati. Locustæ oblongo-divaricatæ, tri-quadrifloræ. Valvæ calycinæ nunc pallide albentes, basi purpurascente, nunc totæ straminei coloris, flosculis paululum breviores, aut æquantes, aut parum superantes. Valva corollina exterior sub lente plus minus evidenter scabrida, apice brevissime bifida,

segmentis sæpe sphacelatis, septemnervis, nervis lateralibus superne magis prominentibus, nervo medio ad exortum aristæ desinente, inferne ex pallide viridi levissime luteola, superne purpurascenti-aurata, apice alba, vel tota ex pallide viridi levissime luteola, apice albo-membranacea. Arista dorsalis longitudinem flosculi paulo superans, pallide straminea, vel inferne subpurpurascens, arescendo refracta, et quidquam flexuosa. Valva corollina interior interdum ipsa quoque apice sphacelata. Antheræ sæpe atro-sanguineæ. Reliqua omnia prorsus ut in specie præcedente.

6. Avena *lucida:* panicula subsimplici, contracta, in anthesi erecto-patula; locustis bifloris; calyce flosculos basi barbatos, dorso aristatos subæquante; valvæ corollinæ internæ nervis nudis; foliis anguste linearibus, extus, vaginisque glabris; stipulis superioribus elongatis, acuminatis, integris; radice fibrosa.

A. fallax *Pollin. Fl. Ver.* 3. *p.* 773.* excl. omnib. syn.

A. sesquitertia *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 18. *n.* 125.*

Ital. *Vena Lucciola.*

Perenn. Habui ex pratis Baldi dictis *della Ferrara* a Visianio, qui fuit detector stirpis, deinde iterum obtinui ex pratis Baldensibus a Pollinio, qui monuit reperiri quoque in montibus proximis, tum ex collibus Comensibus a Comollio. Floret Junio, Julio.

Radix fibrosa, culmique ut in specie præcedente. Folia linearia, lineam, aut sesquilineam lata, brevia, mucronulata, semper plana, striata, intus subpilosa, extus glabra, margine scabriuscula. Vaginæ striatæ, glabræ. Stipulæ superiores duas lineas circiter longæ, triangulari-lanceolatæ, acuminatæ, integræ, glabræ. Panicula subsimplex, contracta, subsecunda, apice nutans, in anthesi erecto-patens. Rami ejus breves, prætenues, striati, scabri, apice incrassati, uni-bilocustiferi, inferiores sæpe duo-quatuor fasciculati. Rachis striata, flexuosa, superne scabra. Locustæ oblongæ, bifloræ, flosculo tertio abortivo, vel stipitulo sine flosculo, ex luteo, alboque, vel ex purpureo, luteo, et albo variæ, valde nitentes, argentinæ, tres-quatuor lineas longæ. Valvæ calycinæ quidquam inæquales, lanceolatæ, acuminatæ, glabræ, carinâ exceptâ, superne longo tractu albo-hyalinæ, in basi, et nervis purpurantes, exterior minor uninervis, interior trinervis, flosculos æquans, aut superans. Barba in stipite communi, et in basi flosculorum alba, nitida, argentina. Valva corollina externa lanceolata,

compresso-canaliculata, apice breviter bidentata, segmentis sæpe sphacelatis, quinquenervis, glabra, inferne luteola, superne albo-hyalina, circiter e medio dorso emittens aristam tenuem, geniculatam, una vice cum dimidia, aut duas vices, ut ipsa valva, longam, scabram, sæpe purpurantem, arefactione refracto-patulam. Valva corollina interna exteriorem sine arista longitudine æquans, membranaceo-hyalina, apice brevissime bidentata, subinde sphacelata, nervo tenui, prorsus nudo utrinque ad marginem inflexum instructa, inferne subluteola, superne alba. Antheræ lineares, longæ, demum xiphoideæ, e luteo atro-sanguineæ. Caryopsis libera, apice villosa. Species media inter præcedentem, et sequentem, sequenti proximior, sed habitu locustarum, et foliorum minore pollens.

7. Avena *pubescens:* panicula subsimplici, contracta, in anthesi erecto-patula; locustis subtrifloris; calycibus flosculos basi, stipiteque barbatos, dorso aristatos subæquantibus; valvæ corollinæ internæ nervis nudis; foliis planis, vaginisque pubescentibus; stipulis superioribus elongatis, acutiusculis, erosis; radice repente.

A. pubescens *Sp. pl.* 1665. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 164., *et Engl. bot. v.* 23. *tab.* 1640. *Hook. Brit. Fl. pag.* 51. *Leers. Herb. p.* 43. *tab.* 9. *fig.* 2. *Fl. Dan. tab.* 1203. *Host. Gr. Austr.* 2. *p.* 37. *tab.* 50., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 126. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 255. *n.* 2256. *Bir. Fl. Acon.* 1. *p.* 34. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 139. *Suffr. Foroj. p.* 115. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 36. *n.* 1549. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 382. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 568. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 51. *n.* 351. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 334. *Schleich. Pl. sicc.** *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 300. *Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 113., *et* 2. *p.* 256.

A. sesquitertia *Lin. Mant.* 1. *p.* 34. excl. Scheuchz. syn.

A. n. 1498. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 234.

Trisetum pubescens *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 662., *et Mant.* 2. *p.* 366., *et Mant.* 3. *p.* 634. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 100., *et Syll. p.* 50. *n.* 7.

Gramen avenaceum, panicula purpuro-argentea splendente *Scheuchz. Agr. p.* 226. *n.* 1. *tab.* 4. *fig.* 20.

Ital. *Vena pelosa*.

Perenn. Habui ex Pedemontio a Prof. Balbisio. Floret Junio.

Radix certissime repens, stolonibus crassiusculis, fibris descendentibus simpliciusculis, pubescentibus, flexuosis.

Culmus erectus, vel ascendens, in siccis circiter sesquipedalis, teres, striatus, glaber, apice nudus. Folia latiuscule linearia, scilicet duas-tres lineas, et ultra lata, brevia, mucronulata, semper plana, fortiter striata, carinata, margine, et carina superiore scabriuscula, utrinque molliter pubescentia, præsertim inferiora. Vaginæ fortiter striatæ, a carina foliorum decurrente uniangulatæ, inferiores villosæ, villo deflexo, superiores nudiusculæ, aut glabræ. Stipulæ inæquales, inferiores brevissimæ, rotundatæ, integræ, superiores unam-duas lineas longæ, acutiusculæ, erosæ, et serius laceræ, omnes glabræ, et in marginem vaginæ decurrentes. Panicula terminalis, simpliciuscula, contracta, nunc brevis, nunc longa, apice nutans, in anthesi erecto-patens; subinde videtur potius racemus, quam panicula, ob ramos valde abbreviatos. Rami prætenues, striati, apice incrassati, scabri, præsertim superne, uni-trilocustiferi, inferiores fasciculati, duo-quinque, inæquales. Rachis striata, flexuosa, inferne glabra, superne scabra. Locustæ tri-quadrifloræ, fere duplo quam in præcedente grandiores, quinque-sex lineas sine aristis longæ, in anthesi lanceolato-divaricatæ, compressæ, in apricis ex purpureo, aurato, et albo variæ, in umbrosis ex viridi-lutescente albæ, semper nitidæ. Stipitulus communis flosculorum, et flosculi sub basi villo albo, argentino dense barbati. Flosculus supremus interdum abortivus, vel stipitulus barbatus tantum sine flosculo. Valvæ calycinæ inæquales, et subinde valde, compresso-canaliculatæ, acuminatæ, nitidæ, glabræ, orâ ciliolato-asperæ, in siccis basi violaceæ, et superne longo tractu membranaceo-hyalinæ; exterior etiam dimidio brevior, angustior, lanceolata, uninervis; interior grandior, oblongo-lanceolata, trinervis, locustam sine aristis superans, aut æquans, rarius non attingens, prope apicem interdum subserrata; utriusque nervi plus minus scabriusculi. Valva corollina externa lanceolata, compresso-canaliculata, apice plerumque sphacelata, aut breviter bifida, quinquenervis, sub lente punctato-scabrida, præsertim superne, ora marginali, et carina asperiuscula, in apricis inferne flavo-aurata, supra purpurea, apice albo-argentina, in umbrosis ex stramineo alba, paulo infra medium dorsi emittens aristam geniculatam, tenuem, purpurantem, aut purpureo-stramineam, infra geniculum vix, supra evidentius scabridam, totâ valvâ

paulo longiorem, arefactione refractam, et subflexuosam. Valva interior paululum brevior, apice breviter bifida, aut sphacelata, nervo tenui, glabro utrinque ad marginem inflexum instructa. Caryopsis libera, superne sursum hirsuta, fulva.

8. Avena *pratensis:* racemo simplici, compositove, stricto, elongato; ramis solitariis, fasciculatisve; locustis subquinquefloris, calyce longioribus; flosculis acuminatis, basi, axeque communi brevissime barbatis; valva corollina interna subbreviore, acute bifida, denso ciliata; foliis nudis.

A. pratensis *Sp. pl.* 119. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 164., *et Engl. bot. v.* 17. *tab.* 1204. *Hook. Brit. Fl. p.* 50. *Leers. Herb. p.* 43. *tab.* 9. *fig.* 1. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 38. *tab.* 51., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 126. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 255. *n.* 2258. *Re Fl. Seg. p.* 13., *et Fl. Tor.* 1. *p.* 81. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 35. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 59., *et* 330. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 137., *et* 3. *p.* 775. *Sav. Due cent. p.* 29.,* *et Bot. Etr.* 1. *p.* 85.* *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 96., *et Syll. p.* 51. *n.* 3. *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 31. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 129.,* *et Sup.* 1. *p.* 30.* *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 38. *n.* 1555. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 385. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 569. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 51. *n.* 350. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 331. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 300. *Link. Hort. Ber. desc.* 1. *p.* 114., *et* 2. *p.* 256.

A. bromoides *Sp. pl.* 2. *p.* 1666. *All. Auct. p.* 46. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 81., *et* 360. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 35. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 104. *Lois. Desl. Fl. Gall. edit.* 1. *tom.* 1. *p.* 65.,* *et edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 64.*

A. caryophyllea *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 67., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 71. *tab.* 89., *et Fl. Græc.* 2. *app. p.* 3.

A. n. 1499. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 234.

Bromus cincinnatus *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 85. *tab. fasc. secund.* 104. *fig.* 1.* planta luxur., *et Syll. p.* 49. *n.* 18.*

Gramen avenaceum, alpinum, glabrum, angustifolium, locustis aristatis, in spicam dispositis *Scheuchz. Agr. p.* 228. *n.* 3. *tab.* 4. *fig.* 21. 22.

Gr. avenaceum, angustifolium, alpinum, spicata panicula, ex purpureo, viridi et argenteo variegata *Scheuchz. Agr. p.* 230. *n.* 4.

Gr. avenaceum panicula purpuro-argentea splendente *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 55. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 65. herb. Mont. Planta pedunc. inf. fascicul.

Gr. avenaceum, montanum, spica simplici, aristis recurvis Raii *Mont. l. c. p.* 55. *tab. cit. fig. n.* 66. herb. Mont. Planta pedunc. omnib. solitar.

Ital. *Vena prataiola* Sav. Due cent. p. 29.

Perenn. Legi Genuæ in editis montis *Fasce*, et in Liguria occidua in alpibus *della Scaggia* retro *Pegli*. Habui ex apennino Liguriæ orientalis in incultis prope *S. Steffano d'Aveto* a Turio, ex maritimis Albingaunensibus iterum in Liguria occidua a Badaroo, ex agro Nicæensi a Prof. Morisio, ex Pedemontio a Prof. Balbisio, ex Hetruria *a Capalbio* in maritimis Senensibus ab Eq. Prof. Savio, ex arvis Apuliæ ab Eq. Prof. Tenorio, ex montibus Panormitanis, ex Nebrodibus, et ex montibus *di Caltavuturo* in Sicilia ab Eq. Gussonio. Floret Junio.

Radix fibrosa, fibris simpliciusculis, crassiusculis, huc illuc villosis, etiam ex imis nodis culmi prodeuntibus. Culmi cæspitosi, et e basi propagines foliosas edentes, ascendentes, vel erecti, teretes, striati, glabri, aut apice scabriusculi, superne longissimo tractu nudi, spithamales-bipedales, longitudinis maxime variæ in eodem cæspite, vaginis foliorum emarcidis basi obducti. Folia anguste linearia, obtusiuscula cum mucronulo, striata, carinata, canaliculata, facie interna, margine cartilagineo, et carina superiore scabræ, reliqua parte glabræ, in propaginibus, et in ima culmi parte angustiora, et longiora, demum involuta, quæ superiora in culmo paulo latiora, et breviora, sesquilineam, aut duas lineas lata, hæc nunquam, aut vix marginibus arefactione involvuntur. Vaginæ striatæ, scabriusculæ, raro glabræ, arctæ, culmea suprema longissima. Stipulæ imæ brevissimæ, obtusissimæ, reliquæ elongatæ ab una ad duas lineas, triangulares, acutæ, integræ, puberulæ, senio tantum erosæ, aut laceræ. Racemus terminalis, ante, et post anthesim strictus, in anthesi erecto-patens, laxiflorus, modo simplicissimus, modo inferne compositus, item nunc ramis omnibus solitariis, brevissimis, nunc inferioribus fasciculatis, duobus-sex, valde inæqualibus, aliis unilocustiferis, aliis divisis, et duabus-quinque locustis onusti. Cæterum rami apice incrassati, striati, plus minus scabridi. Rachis quoque striata, scabrida, præsertim superne. Locustæ innuptæ teretiusculæ, in anthesi lanceolatæ, compressiusculæ, tri-novemfloræ, at plerumque quinquefloræ, nudæ, scabræ, pallide virides,

subinde cum aliqua purpurascentia, oris albis, nitidæ, maturæ stramineo-flavæ. Valvæ calycinæ inæquales, locustâ breviores, lanceolatæ, acuminatæ, compresso-canaliculatæ, carinatæ, margine latiusculo, et apice albo-membranaceæ, nervis, et carina scabræ; exterior minor, trinervis, interior quinquenervis, utriusque nervis lateralibus superne evanidis. Axis communis flosculorum remote articulatus, linea externa longitudinali, et sub quovis flosculo brevissime, et parce albo-barbatus, maturitate secedens in articulis cum flosculo adnexo. Valva corollina externa lanceolata, acuminata, compresso-canaliculata, margine, et apice albo-membranacea, acumine breviter bifido, segmentis interdum laceris, septemnervis, scabra, paulo supra medium dorsi emittens aristam una vice, aut una vice cum dimidia, ut ipsa, longam, nudam, scabram, plus minus purpurascentem, præsertim inferne, sub geniculo contortam, arefactione refracto-flexuosam. Valva interior paulo brevior, angustior, apice breviter, et acute bifida, subinde lacera, nervo minutissime, et dense ciliato utrinque ad marginem inflexum instructa. Caryopsis libera, superne hirsuta, fulva.

9. Avena *versicolor:* racemo abbreviato, subsimplici, stricto; ramis solitariis, geminisve; locustis subquinquefloris, calyce longioribus; flosculis acutis, lacerisve, basi, axeque communi brevissime barbatis; valva corollina interna breviore, obtusiuscula, emarginata, margine dense ciliata; foliis planis, nudis.

A. versicolor *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 452. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 101. *n.* 24. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 675.* *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 335. *n.* 39. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 300. *Link. Hort. reg. Berol. descript.* 1. *p.* 114., *et* 2. *p.* 257. *Vill. Hist. des pl. de Dauph.* 2. *p.* 142. *tab.* 4. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 81. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 35. *Lanf. Lett. in Giorn. di fis. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 7. *p.* 215.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 137. in observat. ad n. 210. *Bert. Amœn. Ital. p.* 332. *n.* 31. *Ten. Viagg. in Abruzz. p.* 45. *n.* 92., *et Fl. Nap.* 3. *p.* 96., *et Syll. p.* 51. *n.* 4. *Guss. Pl. rar. p.* 49.* *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 36. *n.* 1551. (err. 1451.) *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 384. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abth.* 26. *heft. Schleich. Pl. sicc.** *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 333.

A. Scheuchzeri *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 255. *n.* 2259. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 38. *tab.* 52., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 127. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 570. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 51. *n.* 349.

A. n. 1500. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 235.
Gramen avenaceum paniculatum alpinum, locustis varicoloribus majoribus aristatis *Scheuchz. Prodr. p.* 28. *tab.* 3., *et Agr. p.* 231. *n.* 5.
Ital. *Vena bronzina*.
Perenn. Legi in pratis verticis *Sagro* alpium Apuanarum. Habui ex alpibus Pedemontanis a Molinerio, a Prof. Balbisio, et a Bonjeanio, ex apennino *di Bobbio* a Bergamaschio, ex monte *de' Fiori alla Cirella* in Piceno ab Orsino, ex montibus *Corno*, et *Costone* Prætutiorum ab Eq. Gussonio. Floret Julio.
Radix fibrosa, fibris tenuibus, fuscis, parce ramulosis, flexuosis, nudis, interdum huc illuc parce villosis. Culmi passim breves, spithamæi, sed alias elongati, sesquipedales, et bipedales. Folia præcedentis speciei, sed breviora, nunquam margine involuta, facie interna minus scabra, imo subinde glabriuscula. Stipulæ elongatæ, lanceolatæ, acuminatæ, a sesquilinea, ad duas lineas, et ultra longæ, præsertim superiores. Racemus terminalis, abbreviatus, plerumque simplicissimus, subinde uno, alterove ramo bilocustifero. Rami omnes solitarii, vel inferiores geminati, nec ultra. Locustæ in anthesi lanceolatæ, compressæ, acutæ, aut obtusæ, in apricis ex purpureo, aurato, et albo, in umbrosis ex viridi, flavo, et albo variæ, cæterum subquinquefloræ, et multo minores, flosculisque brevioribus præditæ, quam in præcedente. Gluma corollina externa apice acuta, bidentata, subinde sphacelata, et obtusiuscula; gluma interna evidenter brevior, apice obtusiuscula, emarginata. Reliqua omnia ut in *Avena pratensi* L., cujus diceretur soboles, nisi obstarent habitus minor, et reliquæ notæ a me indicatæ.
10. Avena *setacea:* racemo abbreviato, subsimplici, subnutante, in anthesi erecto-patulo; locustis trifloris, calyce sublongioribus; flosculis basi, stipiteque barbatis, dorso medio aristatis; valva corollina interna nervis densissime ciliata; foliis filiformibus, junceis, glabris; vaginis pubescentibus; stipulis obliteratis.
A. setacea *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 100. *n.* 18.* excl. syn. All. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 673., *et Mant.* 2. *p.* 373. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 300. *Vill. Hist. des pl. de Dauph.* 2. *p.* 144. *tab.* 5. *Bellar. Ap. ad Fl. Ped. in Acad. de Tur. tom.* 5. *p.* 218. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 37. *n.* 1553. excl. syn. All.
Ital. *Vena sottile*.

Perenn. Bellardius reperit in Pedemontio in montibus *di Limoni*. Habui a Persoonio. Floret Julio.

Radix fibrosa, fibris longis, simpliciusculis, flexuosis, nudis, aut puberulis, albidis. Culmi cæspitosi, erecti, spithamæi, pedales, tenues, striati, ad nodos puberuli, cæterum glaberrimi, superne longo tractu nudi, basi vaginis foliorum radicalium numerosis obducti. Folia tenuia, filiformia, juncea, stricta, rigida, mucronata, striata, glabra, culmo breviora, vel illum æquantia, radicalia numerosa, culmea circiter duo, quorum supremum brevissimum. Vaginæ striatæ, in foliis radicalibus dilatatæ, dimidiatæ, sulcatæ, glabræ, coloris straminei, in foliis culmeis arctæ, integræ, tenuiter, et dense pubescentes. Stipula obsoletissima, obliterata. Racemus terminalis, brevis, subsimplex, pauciflorus, apice subnutans, in anthesi erecto-patulus, ante, et post strictus. Rachis, et pedunculi striati, flexuosi, scabri. Pedunculi apice incrassati, uni-trilocustiferi, vel omnes solitarii, vel inferiores geminati, inæquales. Locustæ trifloræ, flosculo supremo minore, subinde abortivo, innuptæ lineares, in anthesi dilatatæ, divaricatæ, compressæ, ex purpureo, aurato, luteo, et albo variæ, nudæ, nitidæ, circiter tres lineas sine aristis longæ. Valvæ calycinæ inæquales, oblongo-lanceolatæ, acuminatæ, compresso-canaliculatæ, carinatæ, carina tenuissime ciliolatæ, inferne purpureæ, margine, et apice stramineo-auratæ; exterior brevior, uninervis; interior locustam omnino non attingens, trinervis. Stipitulus communis flosculorum remote articulatus, superne, et sub basi flosculorum barbatus, barba alba, longiuscula, in reliquo tractu nudus, aut setis paucis adspersus. Valvæ corollinæ, arista non supputata, variant longitudine æquales, aut parum inæquales; exterior lanceolata, compresso-canaliculata, acuminata, acumine breviter bifido, quinquenervis, inferne glabra, lutescens, superne minutissime puberula, modo ex purpureo-aurato, modo ex aurato alba, paululum infra medium dorsi emittens aristam una vice cum dimidia, aut duas vices, ut ipsa, longam, purpurascentem, vix scabridam, infra geniculum contortam, arefactione refractam; valva interior apice breviter bidentata, nervo densissime pubescenti-ciliato utrinque ad marginem inflexum instructa.

Pauci hactenus viderunt hanc plantam, nullus exacte descripsit. Linkius in Hort. Ber. descript. 1. p. 115. putat

esse eamdem cum *Avena sempervirente* Vill.; sed statura longe minor, locustæ, et flosculi pariter minores, inflorescentia racemosa, folia longe tenuiora, et omnia tenuia, juncea, vaginæ pubescentes, stipulæ nullæ, aut fere nullæ eam profecto distinguunt. Nec meliori omine alii conjunxerunt cum ea *Avenam auratam* All. Fl. Ped. 2. p. 255., quæ aristis e basi flosculorum, non e dorso medio, profectis pertinet ad *Agrostidem rupestrem* W., ut jam innuimus pag. 400., et ut jam dixerant Mertensius et Kockius in Röhl. Deutschl. Fl. 1. p. 516. sub n. 217.

11. Avena *villosa:* racemo composito, oblongato, subnutante, in anthesi erecto-patulo; locustis bifloris; flosculis calycem subæquantibus, basi, stipiteque barbatis, supra medium aristatis; foliis extus, vaginisque glabris; culmo villoso, radice repente.

A. villosa *Bert. Exc. de re herb. p.* 6. *n.* 3., *et in Opusc. scient. di Bol. tom.* 4. *p.* 222. *n.* 3. *Spreng. Syst. veg.* 4. *part.* 2. *p.* 35. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 305. *Guss. Pl. rar. p.* 54. *tab.* 10. *fig.* 2.* *Ten. Viag. in Abruz. p.* 45. *n.* 93., *et Fl. Nap.* 3. *p.* 97., *et Syll. p.* 51. *n.* 5. *Sav. Pugill. di piant. p.* 5.

Trisetum villosum *Schult. Syst. veg. Mant.* 2. *p.* 368.

Gramen avenaceum, alpinum, minimum, perenne, capillaceo folio, caule lanuginoso, canescente, panicula argentea splendente, glumis villosis, cum aristis longioribus tortilibus *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 74.

Ital. *Vena lanuginosa*.

Perenn. Habui ex rupibus calcariis montis Cornu Prætutiorum ab alacri plantarum Italicarum investigatore Orsino, qui primus post Michelium reperit diebus nostris, et anno 1818. humanissime ad me misit. Habui pariter ex *Rio sacro* in montibus Camerinensibus a Prof. Octavianio, et iterum ex montibus Cornu, *Intermesole*, et *Costone* in Prætutiis ab Eq. Gussonio. Floret Julio.

Radix repens, fibris descendentibus crassiusculis, flexuosis, firmis, simpliciusculis, nudis, aut leviter puberulis. Culmi cæspitosi, ascendentes, vel erecti, tenues, teretes, striati, superne longo tractu nudi, a spithama ad pedem longi, villosi, villo deflexo, molli, albente. Folia linearia, angustissima, obtusiuscula, aut vix acuta, striata, extus glabra, intus puberula, marginibus scabrida, arefactione convoluto-filiformia, culmea pauca, duo-tria, paululum latiora,

radicalia cæspitosa. Vaginæ striatæ, glabræ. Stipula lineam dimidiam, aut lineam ad summum longa, acuta, eroso-ciliata, in vaginæ margines decurrens. Racemus terminalis, longiusculus, laxiusculus, compositus, subnutans, in anthesi erecto-patens. Rachis, et rami tenues, striati, flexuosi, sursum villosuli. Rami apice incrassati, alii simplices, unilocustiferi, alii divisi, et pluribus locustis onusti, inferiores ut plurimum fasciculati, duo-quinque, inæquales. Locustæ parvæ, sine aristis duas-tres lineas longæ, bifloræ, innuptæ lanceolatæ, in anthesi divergentes, compressæ, ex stramineo-viridi albo-argentinæ, nitidæ, subinde cum levissima purpurascentia. Valvæ calycinæ inæquales, compresso-canaliculatæ; acutæ, aut acuminatæ, maximam partem albo-membranaceæ, hyalinæ, carina, et margine tenuissime ciliolato-scabræ; exterior brevior, et angustior, lanceolato-linearis, uninervis, interior flosculum altiorem sine aristis subæquans, lanceolata, trinervis, nervis lateralibus circiter ad medium evanidis. Stipitulus communis undique, et flosculi circa basim albo-barbati, villo sericeo, molli, longiusculo, nitido; stipitulus iste plerumque producitur ultra flosculum superiorem, sed apice cassus. Valva corollina externa oblongo-lanceolata, compresso-canaliculata, bifida, et biseta, obsoletissime quinquenervis, glabra, nitida, pallide straminea, margine albo-membranacea, supra medium, et paulo infra bifurcationem apicis sui emittens aristam tenuem, scabridam, stramineo-albidam, una vice cum dimidia, aut duas vices, ut ipsa, longam, infra geniculum contortam, arefactione plus minus refractam. Valva interior glumæ exteriori, setis ejus non supputatis, longitudine æqualis, apice acute bidentata, nervo sub vitro minutissime scabrido utrinque ad marginem inflexum instructa. Antheræ lineares, longæ, sæpe purpurascentes. Variat culmo glabro. Caryopsis oblongo-linearis, libera, glaberrima, nitida, pallida.

12. Avena *gracilis:* racemo abbreviato, ovato, subsimplici, locustis trifloris; calyce flosculis breviore; valva corollina externa a basi ad aristam inframedianam villosa; foliis radicalibus involuto-setaceis, culmoque glabris; radice fibrosa.

A. gracilis *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *pag.* 50.* *Spreng. fil. Tent. p.* 6.

Ital. *Vena a cespetto*.

Perenn. Habui ex pascuis montium *Genargentu*, *Santo-padre*, et *Macomer* in Sardinia a Prof. Morisio. Floret Junio.

Radix fibrosa, densa, fibris numerosis, tenuibus, ramulosis, flexuosis, nudis, aut huc illuc puberulis, fulvidis. Culmi densissime cæspitosi, inferne decumbentes, geniculisque infractis ascendentes, basi multis vaginis foliorum cylindrum crassiusculum efformantibus obducti, cæterum tenues, striati, glabri, nitidi, superne nudi, a pollice ad spithamam, aut dodrantem longi, altitudinis in eodem cæspite summopere variæ. Folia anguste linearia, acutiuscula, mucronulata, striata, vix intus, et margine scabrida, reliqua parte glabra, radicalia angustiora, involuto-filiformia, unum-duos pollices longa, culmea latiora, plana, brevissima, supremum vix duas-tres lineas longum. Stipula brevissima, ad summum semilinearis, truncata, eroso-ciliata. Racemus terminalis, parvus, ovatus, subsimplex, subsecundus, densiusculus, strictus. Rachis, et rami tenues, striati, scabridi. Rami apice incrassati, vel omnes solitarii, vel inferiores geminati, item aut omnes unilocustiferi, aut unus, alterve ex inferioribus duabus, vel tribus locustis onustus. Locustæ innuptæ lanceolatæ, in anthesi ovato-oblongæ, compresso-turgidulæ, plerumque trifloræ, nitidæ, ex purpureo, et stramineo variæ, duas-tres lineas sine aristis longæ. Valvæ calycinæ paululum inæquales, ovato-lanceolatæ, acuminatæ, canaliculatæ, carinatæ, lato margine hyalino-membranaceo cinctæ; vix carina superiore, et orâ scabriusculæ, cæterum glabræ; exterior paululum brevior, et angustior, uninervis; interior grandior, tamen flosculum supremum non omnino attingens, trinervis. Stipitulus communis flosculorum dense barbatus, barba breviuscula, sordide albente. Valva corollina exterior ovato-oblonga, canaliculata, compressiuscula, apice acuminato-biseta, quinquenervis, striata, circa basim barbata, et fere usque ad sui medium villosa, reliqua parte, præsertim nervis, scabra, margine superiore late hyalino-membranacea, parum infra medium dorsi emittens aristam tenuem, circiter una vice cum dimidia, ut illa, longam, scabridam, plus minus purpurantem, apice stramineam, infra geniculum contortam, arefactione refractam. Valva interior tota hyalino-membranacea, alba, exteriore paululum brevior, apice acute, et brevissime bidentata, nervo utrinque

ad margines conduplicatos sito, oraque marginali minutissime sub vitro ciliolato-scabris. Antheræ longæ, sæpe ex luteo purpurantes.

Optima species, nullimode confundenda cum *Avena distichophylla* Vill., ut suspicatur Kunthius in En. pl. 1. p. 298. n. 19.

13. Avena *condensata:* racemo composito, ovato, innupto densifloro, stricto, in anthesi patente; locustis subtrifloris; calyce flosculos subexcedente; valva corollina externa glabra, basi nuda, e medio aristata; foliis planis, extus, vaginisque glabris; radice fibrosa.

A. condensata *Link. En. alt.* 1. *p.* 82., *et Hort. reg. Ber. desc.* 1. *p.* 118., *et* 2. *p.* 260. *Bert. Lucubr. p.* 7. *n.* 14., *et in Opusc. scient. di Bol. tom.* 4. *p.* 306. *n.* 14. *Guss. Pl. rar. p.* 53.,* *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 127.,* *et Sup.* 1. *p.* 29.* *Sav. Pugill. di piant. p.* 6. *Fiorin. App. al prod. della Fl. Rom. p.* 4.,* *et in Gior. de' lett. di Pis. scienze ann.* 1828. *tom.* 17. *p.* 112.*

A. sicula *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 335. *n.* 28.

A. pumila *D' Urvil. En. pl. ins. Archip. Arch. p.* 11.

Trisetum condensatum *Schult. Syst. veg. mant.* 2. *p.* 366. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 296. excl. syn. Presl.

T. loeflingianum *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 30.

T. aureum *Tenor. Fl. Nap.* 2. *p.* 388., *et tom.* 3. *p.* 100. *tabular. vol.* 2. *tab.* 107., *et Syll. p.* 51. *n.* 8.

Gramen arundinis panicula compacta, fulvo-lucidula *Bonann. Panph. tab.* 6.

Ital. *Vena paleino dorato.*

Ann. Habui Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, Neapoli ab Eq. Prof. Tenorio, ex litoribus Siculis ab Eq. Gussonio. Floret ab Aprili in Junium.

Radix fibrosa, fibris tenuibus, ramulosis, flexuosis, huc illuc villosis. Culmi cæspitulosi, ascendentes, aut decumbentes, tenues, teretes, striati, glabri, superne nudi, vel toti tecti, simplices, aut ex nodis prope basim ramosi, a pollice ad dodrantem longi, altitudine varii in eodem cæspite. Folia linearia, acuminata, semper plana, striata, lineam dimidiam, aut lineam lata, intus scabra, et subinde pilosa, extus glabra. Vaginæ striatæ, glabræ, laxiusculæ, suprema subinflata. Stipula circiter semilinearis, eroso-lacera. Racemus compositus, terminalis, ovatus, vel oblongus, multiflorus, ante anthesim strictus, densiusculus, in anthesi laxatus, patens. Rami flexuosi, striati,

scabriusculi, solitarii, vel inferiores geminati, aut ternati. Rachis flexuosa, striata, scabrida. Locustæ minutæ, ovatæ, bi-trifloræ, nitidæ, nudæ, e viridi luteæ, aut viridi-aureæ, senio fulvæ. Valvæ calycinæ parum inæquales, locusta sublongiores, saltem valva interior, et major, compresso-canaliculatæ, acuminatæ, carinatæ, carinâ scabridæ, margine late hyalino-membranaceæ; exterior paulo minor, lanceolata, uninervis; interior grandior, ovata, trinervis. Axis communis flosculorum imberbis, vix puberulus, abbreviatus. Flosculi basi nudi, imberbes. Valva corollina exterior ovato-oblonga, canaliculato-compressiuscula, apice breviter biseta, obsolete quinquenervis, glabra, sub forti vitro tantum minutissime scabrida, margine late hyalino-membranacea, e dorso medio emittens aristam tenuem, scabram, flavidam, aut auratam, una vice cum dimidia, aut duas vices, ut ipsa, longam, paulo infra medium geniculatam, et infra geniculum evidenter contortam, arefactione quidquam refractam. Valva interior brevior, tota albo-hyalina, apice bidentata, dentibus acutis, basi latiusculis, in ora, et nervis ad margines inflexos sub forti vitro minutissime scabrida.

14. Avena *neglecta:* racemo composito, densifloro, spicæformi, cylindraceo, lobatove; locustis subquadrifloris; flosculis calycem subexcedentibus; valva corollina externa apice mutica, bisetave, supra medium dorsi aristata; arista basi obscurissime subcontorta; foliis, vaginisque pubescentibus; radice fibrosa.

A. neglecta *Willd. En.* 1. *p.* 124. *Spreng. Syst. veget.* 1. *p.* 334. *n.* 26. *Link. En. alt.* 1. *p.* 82., *et Hort. reg. Ber. descript.* 1. *p.* 118., *et* 2. *p.* 260. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 132. *tab.* 1. *fig.* 4.,* *et Bot. Etr.* 1. *p.* 84.* *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 44. *n.* 109. *Guss. Pl. rar. p.* 54.,* *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 127.* *Bir. Fl. Acon.* 1. *p.* 35. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 140.

A. panicea *Lamk. Ill. n.* 1117. ex specim. hort. reg. Paris. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 103. pl. locustis glabris. *Lois. Deslongch. Notic. p.* 23., *et Nouv. not. p.* 7., *et Fl. Franç. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 62. *Duby. Bot. Gall. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 513. *n.* 9. *Reichenb. Fl. Germ. exc. in add. et corr. p.* 140.[5] *n.* 341. *b.*

A. pumila *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 103. pl. locust. pubesc.

A. loeflingiana *Balb. Misc. bot.* 1. *p.* 12.* excl. syn. *Poll. Fl. Ver.* 1. *p.* 140. ex Balbisio.

A. n. 63. *Hall. in Scheuchz. Agr. app.* 2. *p.* 54.
Trisetum hispanicum β pisanum *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 97. *n.* 9.
T. neglectum *Röm. et Schult. Syst. veget.* 2. *p.* 660., *et Mant.* 2. *p.* 365. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 296. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 99., *et Syll. p.* 50. *n.* 2. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 29.
Gramen spicatum, maritimum, serotinum, hirsutum, minus, spica breviori, molli, et laxa, locustis ex albo, et viridi variegatis, aristatis *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 72.
Ital. *Vena panichina*.
Ann. Legi Sarzanæ in via circa oppidum ad septentrionem. Habui ex Pedemontio a Prof. BALBISIO, ex agro Pisano ab Eq. Prof. SAVIO, Româ in amphitheatro Flavio, *ne' Monti Sacri,* et alibi a MASQUILLIERIO, MAYERO, et BARBIERIO, Terracinâ ab ORSINO, et a FIORINIA-MAZZANTIA, ex litoribus Calabris ad Jonium, et ex Sicilia *a Torrenova* ab Eq. GUSSONIO, ex Corsica *a S. Fiorenzo* a SOLEIROLIO, et *a Bastia* prope *il Rotone* a BUBANIO. Floret Julio.

Radix ut in præcedente. Culmi a paucis pollicibus ad sesquipedem, aut duos pedes longi, e nodis inferioribus etiam remote a basi sæpe ramosi. Folia usque ad duas, vel tres lineas lata, molliter pubescentia, et subinde ciliata. Vaginæ inferiores pubescentes. Racemus compositus, densiflorus, spicæformis, valde ramosus, modo macrior, uniformis, cylindraceus, modo luxurians, lobatus, omnino ut in *Festuca cristata* L., apice acutus, pubescens, vel nudus, ex pallido-virenti albens, nitidus, senescendo stramineus, nunquam aureus, ante, et post anthesim strictus, in anthesi erecto-patens, pyramidatus. Rami ejus in luxuriantibus plantis longiusculi, fere toti locustis tecti. Locustæ oblongæ, minutæ, ut plurimum quadrifloræ, sed variant tri-sexfloræ, pubescentes, aut glabræ, sive tantum sub lente scabridæ. Valvæ calycinæ locusta subbreviores. Stipitulus communis flosculorum remotiuscule articulatus, villosulus, nec tamen barbatus, sæpe apice flosculo cassus. Flosculi quam in præcedente adhuc minores, basi nudi, imberbes. Valva corollina exterior apice minute bidentata, dentibus modo muticis, modo seta brevissima terminatis, supra medium gerens aristam rectam, prætenuem, albidam, vel stramineam, nunc ut ipsa longam, vel paulo longiorem, nunc

breviorem, prope basim obscure geniculatam, et infra geniculum obscurissime subcontortam, arefactione non, aut vix recurvulam. Valva interior paululum brevior, profunde bifida, segmentis angustis, acuminatis. Reliqua omnia ut in *Avena condensata* Link.

De synonymis Desfontainesii ad hanc plantam a me allatis certus sum, cum examinaverim exemplaria autoptica iis respondentia, quæ ipse Desfontainesius Gussonio concesserat. *Holcus Savii* Spr. Pug. 1. p. 8. mihi videtur species artificialis facta ex herba *Avenæ neglectæ* Sav., et ex inflorescentia *Avenæ condensatæ* Link., nec miror Sprengelium postea rejecisse ex editione Systematis vegetabilium ab ipso data. Conferantur observationes de *Holco Savii* Spr. a me factæ in Excer. de re herb. p. 7., a Savio in Osserv. sopra diver. piant. p. 12. 13., et a Gussonio in Pl. rar. p. 34. Errant profecto Preslius in Fl. Sic. 1. p. XLIV., et Kunthius in En. pl. 1. p. 296., qui conjungunt *Trisetum condensatum* Link. cum *Triseto neglecto* Presl. Cyper. et Gram. Sic. p. 29. Preslius sub novissima hac specie habet plantam locustis subsexfloris pollentem, quare nequit esse *Trisetum neglectum* Link., quod possidet locustas bifloras, ad summum trifloras. Gussonius optime restituit ante me Presliana synonyma ad utramque speciem pertinentia in Fl. Sic. prodr. 1. p. 127. n. 4. 5.

Avena loeflingiana L. hactenus non reperta est in Italia, sed pertinet ad plantas hispanicas, mirumque foret, si hæc nasceretur in Baldo, ut perhibet Sprengelius, cum in Syst. veg. 1. p. 333. conjungit cum illa *Arundinem pygmæam* Pugil. 1. p. 9. Pollin. Fl. Ver. 1. p. 86. tab. 1. fig. 1., quam dicit repertam a Gebhardio in Baldo. Dolendum, quod in herbario Polliniano nullum exemplar sit hujus stirpis. Descriptio, et figura a Pollinio datæ omnino recedunt ab *Avena Loeflingiana* L., et dum sistunt valvam corollinam internam uniaristatam, nescio quid præter naturam portendunt. Rejicio igitur plantam hanc inter incertas, quæ nullum locum habere possunt in Flora nostra.

15. AVENA *flavescens:* panicula composita, ramosissima; locustis subtrifloris; valva calycina externa dimidio breviore; axe communi, flosculisque basi brevissime subbarbatis; corolla supra medium dorsi aristata, apice biseta; foliis pubescentibus; radice repente.

A. flavescens *Sp. pl.* 118. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 166., *et Engl. bot. v.* 14. *tab.* 952. *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. v.* 3. *tab.* 31.

Hook. Brit. Fl. p. 52. *Leers. Herb. p.* 44. *tab.* 10. *fig.* 5. *Schreb. Gram.* 1. *p.* 76. *tab.* 9. opt. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 26. *tab.* 38., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 128. *All. Fl. Ped.* 1. *p.* 255. *n.* 2257. *Balb. Fl. Taur. p.* 22. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 80. *Bir. Fl. Acon.* 1. *p.* 34. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 58., *et* 330. *Comoll. Prod. Fl. Comens. p.* 18. *n.* 126.* *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 55.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 138. *Ard. Sagg. scient. dell'Accad. di Pad. tom.* 1. *pag.* 119. *tav.* 6. *fig.* 2. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 64. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 84. *Suffr. Foroj. p.* 115. *Bert. Pl. Gen. p.* 23. *n.* 43., *et Amœn. Ital. p.* 120. *n.* 43. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 131., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 83. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 101. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 40. *n.* 1560. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 377. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 562. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 51. *n.* 346. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 336. *Link. Hort. Berol. descr.* 1. *p.* 114., *et* 2. *p.* 256.

A. splendens *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 126.*

A. n. 1497. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 233.

Trisetum pratense *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 97. *n.* 7. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 33.

T. flavescens *Röm. et Schult. Syst. veget.* 2. *p.* 663., *et Mant.* 2. *p.* 368. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 298. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 99., *et Syll. p.* 50. *n.* 6.

T. splendens *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 30. *Schult. Syst. veg. mant.* 2. *p.* 370.

Gramen avenaceum, pratense, elatius, panicula flavescente, locustis parvis *Scheuchz. Agrost. p.* 223. *n.* 1. *tab.* 4. *fig.* 18. *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 55. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 79. herb. Mont. *Segui. Ver.* 1. *p.* 353. *n.* 2.

Gr. avenaceum pratense, locustis splendentibus et aristatis *Seguier. Ver.* 1. *p.* 354. *n.* 3.

Gr. avenaceum spica sparsa flavescente, locustis parvis *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 7. *fig.* 42.

γ alpina, locustis violaceo-auratis, nitidis.

Avena flavescens γ *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 664. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 562. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 337.

A. flavescens c *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 51. *n.* 346.

A. purpurascens *De Cand. Cat. pl. hort. bot. Monsp. p.* 82.

A. alpestris *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 260. *n.* 1561. excl. syn. Schrad. et Host.

A. n. 1497. γ *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 234.

Ital. *Gramigna bianca* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 32.

Perenn. Legi Sarzanæ in monte *Caprione*, Genuæ in locis herbidis, ubi copiosissima, ad oras Larii *a Cadenabbia*, Bononiæ in collibus *di Montecastello*, et *degli Arienti*. Habui ex pratis montanis vallis *Intelvi* a Comollio, ex agro Mantuano a Barbierio, ex Piceno in *Pizzo della Cavata* ab Orsino, et in *Valle Canetra* a Prof. Octavianio, ex collibus, et montibus prope Panormum ab Eq. Gussonio. Varietatem γ habui ex Cenisio a Bonjeanio. Floret a Majo in Julium secundum loca.

Radix repens, fibris descendentibus ramulosis, flexuosis, plus minus dense villosis, crassiusculis. Culmus erectus, vel ascendens, tenuis, striatus, glaber, sub nodis inferioribus interdum villosus, ab uno ad tres pedes longus. Folia linearia, acuminata, plana, striata, pubescentia, rarius glabra. Vaginæ arctæ, striatæ, villis deflexis pubescentes, interdum glabræ. Stipula semilinearis, truncata, eroso-lacera. Panicula composita, terminalis, ramosissima, ante, et post anthesim stricta, in anthesi erecto-patens, subinde subnutans. Rami tenues, striati, flexuosi, glabri, aut scabridi, semiverticillati, inæquales. Locustæ oblongæ, parvæ, numerosæ, compressæ, carinatæ, passim bi-trifloræ, nudæ, nitidæ, modo pallide, modo saturate e viridi luteæ, margine albo, argentino, arescendo stramineæ. Valvæ calycinæ inæquales, compresso-canaliculatæ, acuminatæ, carinatæ, carinâ scabræ, reliqua parte glabræ, viridi-luteæ, margine albo-membranaceo; exterior dimidio brevior, et multo angustior, lanceolata, uninervis, interior nunc flosculos sine aristis æquans, nunc non attingens, late ovata, trinervis. Stipitulus communis flosculorum, et flosculi in basi breviter barbati; stipitulus apice sæpe locustâ cassus. Valva corollina externa lanceolata, compresso-canaliculata, apice bifida, segmentis breviter setaceis, obsolete quinquenervis, sub forti vitro scabriuscula, margine albo-membranacea, supra medium dorsi emittens aristam tenuem, scabram, modo circiter, ut ipsa, longam, modo duplo longiorem, geniculatam, infra geniculum contortam, arefactione valde refractam. Valva corollina interior paulo brevior, tota albo-membranacea, apice acute bidentata, nervo decolori, sub lente minutissime scabrido utrinque ad marginem inflexum instructa.

In varietate γ locustæ sunt e saturate viridi-purpureo, aureo, et albo variegatæ. Reliqua omnia prorsus ut in specie.

Avena splendens Presl. est ipsamet species gracilior. *Avena alpestris* Hostii, et Schraderi certissime diversa est a varietate nostra γ; pollet enim habitu longe minore, panicula pauciflora, simpliciore, valvis calycinis multo minus inæqualibus, et radice fibrosa, ut mihi constat ab exemplari ejus, quod Römerus f. r. olim ad me misit, et in meo herbario exotico asservatur.

16. Avena *argentea:* panicula composita, pauciflora; locustis subtrifloris; flosculis calycem subæquantibus, basi, stipiteque communi longiuscule barbatis; valva corollina externa uninervi, supra medium aristata; foliis distichis, vaginisque glabris; stipula brevissima; radice repente.

A. argentea *Wild. En.* 1. *p.* 125. *Link. Hort. reg. Berol. descr.* 1. *p.* 115., *et* 2. *p.* 258. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 334. *n.* 21. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 565. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 51. *n.* 344.

A. sesquitertia *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 418. ex ipso auct.

A. distichophylla *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 137.* *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 39. *tab.* 53., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 129. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 380. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abth.* 26. *heft.*

Trisetum argenteum *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 665., *et Mant.* 2. *p.* 368., *et Mant.* 3. *p.* 635. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 298.

Ital. *Gramigna argentina.*

Perenn. Habui ex pratis montis *Generoso* ad Larium a Comollio, ex alpinis Veronensibus, et Tyrolensibus a Pollinio. Floret Julio, Augusto.

Radix certissime repens. Culmi cæspitulosi, a spithama ad pedem, et sesquipedem longi, tenues, ascendentes, teretes, striati, glabri, superne longo tractu nudi, simplices, vel ex nodis prope basim ramosi. Folia angustissime linearia, mucronulata, disticha, glaucescentia, striata, glabra, vix margine, aut facie interna scabriuscula, arefactione involuta. Vaginæ arctæ, striatæ, glabræ. Stipulæ brevissimæ, truncatæ, erosæ, interdum pilis longis, paucis utrinque ad exteriora auctæ. Panicula composita, terminalis, pauciflora, et laxiflora, in anthesi erecto-patens, ante, et post stricta. Rami capillares, flexuosi, plus minus scabridi, parce divisi, vel omnes solitarii, vel inferiores gemini, aut terni, inæquales. Rachis flexuosa, inferne teretiuscula, glabriuscula, superne striata, scabrida. Locustæ parvæ, oblongæ, compressæ, bi-triflore, ex viridi,

et purpureo albæ, subinde cum aliqua lutescentia, glabræ, nitidæ. Valvæ calycinæ quidquam inæquales, lanceolatæ, acuminatæ, exterior brevior, uninervis, interior basi trinervis, nervis lateralibus obsoletis, paulo supra basim evanidis, flosculos non, aut vix æquans. Stipitulus communis flosculorum, et flosculi circa basim longiuscule barbati, barba alba, nitida. Valva corollina exterior lanceolata, acuminato-biseta, uninervis, carinata, carinâ scabriusculâ, supra medium emittens aristam tenuem, ipsâ paulo longiorem, aut una vice cum dimidia, ut ipsa, longam, inferne purpurantem, arefactione refracto-recurvatam, et plus minus prope geniculum flexuosam. Valva corollina interior brevior, apice acute bidentata. Reliqua ut in *Avena flavescente* L.

17. Avena *distichophylla*: racemo composito, paucifloro; locustis bifloris; flosculis calycem subæquantibus, basi, stipiteque communi longe barbatis; valva corollina externa quinquenervi, supra medium aristata; foliis abbreviatis, planis, distichis, vaginisque pubescentibus; radice repente.

A. distichophylla *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *pag.* 452., *et En.* 1. *p.* 125. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 101. *n.* 25. *Link. Hort. Berol. descr.* 1. *p.* 115., *et* 2. *p.* 258. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 334. *n.* 20. *Vill. Hist. des pl. de Dauph.* 2. *p.* 144. *tab.* 4. *All. Auct. p.* 44.* *Bellar. Osserv. bot. p.* 53. *Re Fl. Segus. p.* 14. *Bir. Fl. Acon.* 1. *p.* 35. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 36. *n.* 1550. *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 563. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 51. *n.* 343. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 338.

A. disticha *Lamk. Enc. méth. bot. édit. de Pad. tom.* 1. *p.* 330. *n.* 14.

A. brevifolia *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 380. *Host. Gram. Austr.* 3. *p.* 28. *tab.* 40., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 129. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abth.* 26. *heft.*

A. n. 1489. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 230., *et in Scheuchz. Agr. app.* 2. *p.* 57. *n.* 59.

Trisetum distichophyllum *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 666., *et Mant.* 2. *p.* 369., *et Mant.* 3. *p.* 635. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 298.

T. brevifolium *Röm. et Schult. l. c.* 2. *p.* 665., *et Mant.* 3. *p.* 635.

Ital. *Gramigna screziata.*

Perenn. Habui ex alpibus Pedemontanis a Molinerio, et a Prof. Morisio. Floret Julio, Augusto.

Radix longe repens. Culmi inferne decumbentes, et sæpe radicantes, ibique ramosi, deinde ascendentes, spithamæi, pedales, tenues, teretes, striati, glabri, superne nudi. Folia brevia, linearia, acuta, apice callosa, disticha, patula, aut recurva, plana, carinata, striata, utrinque tenuissime pubescentia, vel scabra, viridia, aut ex viridi glaucescentia. Vaginæ arctæ, striatæ, pubescentes, aut scabræ. Stipula brevissima, truncata, erosula, puberula, pilis accessoriis nullis. Racemus terminalis, compositus, pauciflorus, et laxiflorus, in anthesi patens, ante, et post anthesim strictus, fere spicæformis. Rachis, et rami valde flexuosi, striati, inferne glabriusculi, superne scabridi; rami vel omnes solitarii, vel inferiores geminati, rarius ternati. Locustæ bifloræ, rarius trifloræ, parvæ, tamen duplo, aut fere duplo majores, quam in specie præcedente, in anthesi oblongo-divergentes, compressæ, nudæ, viridi-auratæ, aut purpureo-auratæ, nitidæ. Valvæ calycinæ paulo inæquales, compresso-canaliculatæ, valde acuminatæ, carinatæ, carina scabridæ, margine, et apice hyalino-membranaceæ; exterior lanceolata, uninervis; interior flosculos subæquans, ovato-lanceolata, trinervis, nervis lateralibus circiter ad medium, aut paulo supra evanidis. Barba stipituli communis, et sub basi flosculorum longa, alba, nitida. Stipitulus communis passim apice flosculo cassus. Valva corollina exterior ovato-lanceolata, compresso-canaliculata, carinata, apice breviter, acuteque bifida, et subinde brevissime biseta, evidenter quinquenervis, sub vitro minutissime scabrida, præsertim in carina, paulo supra medium dorsi emittens aristam tenuem, scabridam, circiter, ut ipsa, longam, aut paulo longiorem, inferne contortam, fuscam, apice ex albido stramineam, arefactione refracto-patulam, aut refracto-recurvatam, et ad geniculum plus minus flexuosam. Valva corollina interior æque longa, quandoque paululum longior, aut brevior, tota albo-diaphana, apice acute bidentata, nervis decoloribus, sub vitro minutissime scabridis ad marginem inflexum instructa. Reliqua ut in præcedente. Valvæ locustarum subinde apice laceræ occurrunt.

Habeo exemplar Helveticum in montibus circa *Zermatten* lectum, et ab egregio Gayo ad me missum, quod omnino convenit cum nostris ex alpibus Pedemontanis.

18. Avena *parviflora:* panicula ramosissima, multiflora; locustis minutis, subtrifloris; valvis calycinis valde inæqualibus; flosculis basi, axeque communi nudis; corolla prope apicem breviter bifidum aristata; foliis pubescentibus.

A. parviflora *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 103. *tab.* 32. *Willd. En.* 1. *p.* 123. *Link. Hort. Ber. descr.* 2. *p.* 260. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 334. *n.* 27. *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 126.* *Moris. Stirp. Sard. elen. fasc.* 1. *p.* 50.* *Lois. Deslongch. Not. p.* 24.

A. n. 57. *Hall. in Scheuchz. Agr. app.* 2. *p.* 56.

Trisetum parviflorum *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 97. *n.* 6. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 659., *et Mant.* 2. *p.* 363. *Link. Hort. Berol. descr.* 1. *p.* 120. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 296. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 99., *et Syll. p.* 50. *n.* 2. *Presl. Cyp. et Gram. sic. p.* 29.

Festuca segetum *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 116. *tab.* 1. *fig.* 3.,* *et in Nuov. giorn. dei letter. ann.* 1806. *tom.* 4. *p.* 231.,* *et Bot. Etr.* 1. *p.* 69.* *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 48. *n.* 118.*

Gramen paniculatum, arvense, latifolium, hirsutum, annuum, locustis tenuissimis, viridibus, et aristatis *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 75.

Ital. *Palèo dei campi* Sav. Fl. Pis. 1. p. 116.

Ann. Habui ex agro Pisano ab Eq. Prof. Savio, Româ a Prof. Sebastianio, ex Sicilia in campis cultis, et in collibus siccis *di Altavilla* ab Eq. Gussonio, ex pascuis montanis Sardiniæ a Prof. Morisio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris tenuibus, simpliciusculis, flexuosis, nudis, vel huc illuc pubescentibus, interdum profectis etiam ex imis culmi nodis. Culmi cæspitosi ascendentes, vel erecti, a paucis pollicibus ad cubitum longi, teretes, striati, glabri, vel pilosi, superne nudi. Folia linearia, acuminata, plana, striata, pubescentia, vel pilosa, rarius nuda, marginibus, et facie interna scaberrima. Vaginæ deorsum villosæ, vel pilosæ. Stipula brevissima, truncata, acute eroso-dentata. Panicula composita, terminalis, ramosissima, multiflora, etiam sex, vel decem pollices longa, in anthesi patens, ante, et post anthesim stricta. Rami ejus tenuissimi, flexuosi, scabridi, striati, valde decompositi, plures simul alterne semiverticillati, inæquales, nunc fere a basi ad apicem locustiferi, nunc inferne brevi tractu simplices, et nudi. Rachis striata, superne scabra. Locustæ minutæ, circiter lineam longæ,

bi-trifloræ, rarius quadrifloræ, pallide virentes, subinde cum aliqua levi purpurascentia, glabræ, nitidulæ. Valvæ calycinæ valde inæquales, compresso-canaliculatæ, carinatæ, carina scabridæ, margine albo-membranaceæ; exterior plusquam dimidio brevior, linearis, acuta, uninervis; interior ovato-oblonga, flosculos sine aristis æquans, obtusa, cum, vel sine acuminulo in medio, trinervis, nervis lateralibus prope apicem evanidis. Stipitulus communis flosculorum glaber. Flosculi callo insidentes, basi nudi. Valva corollina exterior lanceolata, canaliculata, nunc apice brevissime, et acute bidentata, nunc breviter bidentato-biseta, obsolete quinquenervis, sub vitro minutissime punctata, cæterum glabra, margine hyalino-membranacea, paulo infra apicem ex dorso emittens aristam tenuem, scabram, rectam, una, duabus, etiam tribus vicibus, ut ipsa, longam, prope basim obscure subgeniculatam, et infra geniculum obscurius subcontortam, in arefactione vix refractam. Valva interior paululum brevior, acute bidentata, nervo sub lente minute, sed evidenter ciliolato utrinque ad marginem inflexum instructa. Antheræ luteæ, subinde purpurantes.

Sæpissime vidi in hac specie locustas bifloras. Arista corollina ejusdem naturæ ac in *Avena condensata* Link.

19. AVENA *myriantha:* panicula ramosissima, multiflora; locustis minutis; calycibus subæqualibus; valva corollina externa e medio dorsi aristata; foliis extus, vaginisque glabris; stipula elongata.

Ital. *Palèo migliarino.*

Ann. Frequens in agris prope Mediolanum; ubi eam detexerunt seduli, et eximii botanici Professor BALSAMO-CRIVELLIUS, et DE NOTARIS, qui ad me benevole miserunt, eisdemque permittentibus nunc primum publici juris facio. Floret Junio.

Radix fibrosa, fibris tenuibus, numerosis, ramulosis, flexuosis, albidis, nudis, vel huc illuc pubescentibus. Culmi cæspitosi, ascendentes, a spithama ad sesquipedem, aut duos pedes longi, teretes, striati, glabri, vel toti tecti, vel superne nudi. Folia anguste linearia, acuminata, striata, carinata, extus glabra, intus tenuissime puberula, margine, et carina superiore scabrida, arefactione involuta. Vaginæ striatæ, glabræ, laxiusculæ, præsertim suprema. Stipula duas-tres lineas longa, acuminata, demum fimbriato-lacera. Panicula præcedentis speciei, sed locustis adhuc minoribus,

et numerosioribus onusta. Locustæ biflore, nudæ, læte virides, nitidæ, subinde pallidulæ. Valvæ calycinæ æquales, aut parum inæquales, flosculos aliquantulum superantes, compresso-canaliculatæ, acuminatæ, carinatæ, carinâ scabræ, margine albo-membranaceæ; exterior quidquam angustior, lanceolata, uninervis; interior ovato-lanceolata, trinervis, nervis lateralibus paulo supra medium evanidis. Flosculi in basi penicillis duobus pilorum brevissimorum instructi. Valva corollina exterior ovato-oblonga, concavo-canaliculata, apice breviter, et acute bifida, vel bifido-biseta, obsoletissime quinquenervis, glabra, sub forti vitro tantum punctata, e medio dorso emittens aristam tenuem, geniculatam, scabridam, infra geniculum evidenter contortam, una vice cum dimidia, vel duas vices, ut ipsa, longam, arefactione refractam. Valva interior paulo brevior, apice brevissime, et acute bidentata, nervo viridi sub lente evidenter ciliato utrinque ad marginem inflexum instructa. Antheræ lineares, luteæ, subinde purpurantes.

Hæc, et præcedens species sunt maxime affines inter se, tamen distinctissimæ, ut patet ex descriptionibus datis; utraque aliquam possidet similitudinem cum *Agrostide Spica venti* L., et cum *Agrostide interrupta* L., at earum locustarum structura diversissima. Facie quoque accedunt ad *Airam cæspitosam* L.; sed hæc est planta perennis, culmo longe altiore pollens, atque valva corollina externa obtusa, quadrinervi, e basi breviter aristata et genere, et specie omnimode recedens.

** *Spicatæ, spica composita.* Gaudiniæ.

20. Avena *fragilis:* spica composita, lineari, elongata; rachide articulata; locustis solitariis, alternis; foliis pubescentibus.

A. fragilis *Sp. pl.* 119. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prod.* 1. *p.* 67., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 70. *tab.* 88. opt. *Schreb. Gr.* 2. *p.* 19. *tab.* 24. *fig.* 3. *Host. Gr. Austr.* 2. *p.* 40. *tab.* 54., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 133. *Balb. Addit. ad Fl. Ped. in Elen. p.* 86. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 139. *Bert. Lucubr. p.* 5. *n.* 3., *et in Opusc. scient. di Bol. tom.* 4. *p.* 304. *n.* 3. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 133., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 87. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 44. *n.* 108. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 98., *et Syll. p.* 51. *n.* 11. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 131. *Desf.*

Fl. Atl. 1. *p.* 103. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 38. *n.* 1556. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 386. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 303.

Gaudinia fragilis *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 694., *et Mant.* 2. *p.* 387. *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 31. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 574. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 19. *n.* 88. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 350. *Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 43., *et* 2. *p.* 195.

G. avenacea *Palis. Ess. d'une nuov. Agr. expl. des pl. p.* 13. *tab.* 19. *fig.* 5.

Gramen loliaceum spurium, hirsut. aristis genic. minus, medium seu vulgare, majus *Barrel. Icon.* 905. *fig.* 1. 2. 3.

Gr. loliaceum, spurium, hirsutum, aristis geniculatis, maximum, medium, et minus *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 41. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 20. herb. Mont.

Gr. avenaceum, viminale, humile, longissima spica, uno versu spiculis referta *Cup. Hort. Cath. p.* 92.

Gr. avenaceum, viminale, longissima spica spiculis referta *Bonann. Panph. tab.* 2.

Gr. loliaceum, lanuginosum, spica fragili, articulata, glumis pilosis, aristatum *Scheuchz. Agrost. p.* 32. *n.* 1. *tab.* 1. *fig.* 7. *G.*

Idem glumis glabris *Scheuchz. l. c. p.* 33. *n.* 2.

Ital. *Forasacchino* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 32.

Ann. Legi Sarzanæ in pratis, et in litore *alla Marinella*, Massæ ducalis in litore *a S. Giuseppe*, Bononiæ in pratis collinis inter *Roncorio*, et *la Misericordia*. Habui ex Liguria occidua ad Albingaunum a Badaroo, ex agro Forojuliensi a Prof. Brignolio, ex viciniis Anconæ a Marchisia, ex litore Asculano *a S. Benedetto* ab Orsino, ex *Monte Varchi* in Hetruria a Brunnero, et ex agro Cortonensi a Bubanio, ex agro Viterbiensi *a Canino* a Rev. Fratre Mauritio de Brixia, Româ a Barbierio, Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, ex oris lacus *di Agnano* iterum a Brunnero, ex insula Caprearum a Giraldio, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris tenuibus, ramulosis, flexuosis, huc illuc pubescentibus. Culmi cæspitosi, erecti, vel ascendentes, a paucis pollicibus ad duos, vel tres pedes longi, teretes, striati, glabri, toti tecti, vel superne nudi, subinde ex imis nodis ramosi, et radicantes. Folia anguste linearia, longe acuminata, striata, pubescentia, aut pilosa, margine scabra, et sæpe ciliata.

Vaginæ striatæ, villosæ, aut pilosæ, villo deflexo. Stipula brevissima, truncata, crenata. Spica terminalis, composita, linearis, plus minus longa, idest a paucis pollicibus fere ad pedem. Rachis crassa, articulata, et arefactione in articulis facile secedens, inter articulum, et articulum alternatim latere excavata, leniter flexuosa, inferne glabra, superne in latere convexo, marginibusque scabra. Locustæ solitariæ, alternæ, sessiles, serie continuata approximatæ, raro imæ remotæ, innuptæ lineares, in anthesi, laxatis flosculis, oblongo-divergentes, quadri-decemfloræ, nudæ, aut pubescentes, virides, aut ex viridi purpurantes. Calyx locustâ suâ multo brevior, valvis inæqualibus, compresso-canaliculatis, margine anguste membranaceo-albis, nudis, et scabris, aut pubescentibus, et subinde fere hirsutis; exterior plusquam dimidio brevior, angustior, lanceolato-linearis, acuta, trinervis, oblique intorta; interior oblongo-linearis, obtusa, subseptemnervis. Stipitulus communis flosculorum remote articulatus, nudus, sub lente scabridus. Flosculus terminalis sæpe abortivus. Valva corollina exterior lanceolata, acuminata, compresso-canaliculata, acumine brevissime bidentato, aut integro, alias apice erosa, obsolete quinquenervis, margine albo-membranaceo, latiusculo instructa, vel nuda, et sub lente scabra, præsertim in carina, vel pubescens, aut pilosa, supra medium dorsi emittens aristam tenuem, circiter una vice cum dimidia, ut ipsa, longam, interdum ipsi tantum æqualem, geniculatam, scabram, infra geniculum contortam, arefactione refracto-flexuosam, præsertim inferne, totamque flavidam. Valva interior paulo brevior, apice acute bidentata, alias erosa, nervo sub lente ciliolato-scabro utrinque ad marginem inflexum instructa.

DANTHONIA.

De Cand. Fl. Franç. 3. *p.* 32. *R. Brown. Prod. ed.* 1. *p.* 176., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 32. *Palis. Ess. d' une nuov. Agr. p.* 92. *tab.* 18. *fig.* 7. *Trin. Fund. Agr. p.* 147. *n.* 97.

Locusta pluriflora. Calyx gluma bivalvis, flosculis longior, valvis subæqualibus. Corolla gluma bivalvis, basi barbata; valva exteriore apice

bifida, laciniis distantibus, quas inter producitur arista tæniæformis, inferne convoluto-contorta; valva interiore integra, crasse binervi, nervis dense ciliatis. Stamina tria. Stigmata duo, plumosa. Nectarium squamulæ duæ, crassæ. Caryopsis libera, nuda, decidua.

Habitus. Plantæ perennes. Culmi erecti. Folia linearia. Flores racemosi. Locustæ avenaceæ.

Obs. Recte Brownius l. c. præsensit, plantas arista abbreviata, non contorta, scilicet *Danthoniam paradoxam*, et *Danthoniam decumbentem*, esse ab hoc genere separandas, quod Palisotius postea peregit.

1. Danthonia *provincialis:* racemo subsimplici, abbreviato; locustis turgidis, subquinquefloris; valvis calycinis late ovato-lanceolatis, flosculos superantibus; foliis anguste linearibus, planis, vaginisque glabris; stipularum ora utrinque barbata.

D. provincialis *De Cand. Fl. Franç*. 3. *p*. 33. *n*. 1544. *Röm. et Schult. Syst. veg*. 2. *p*. 689. *Spreng. Syst. veg*. 1. *p*. 331. *n*. 1. *Kunth. En. pl*. 1. *p*. 312. *Trin. Sp. gram. fasc*. 6.

D. alpina *Schult. Syst. veg. Mant*. 2. *p*. 382., *et Mant*. 3. *p*. 641. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl*. 1. *p*. 677.

Avena calycina *Vill. Hist. des pl. de Dauph*. 2. *p*. 148. *tab*. 2. *fig*. 9. *Pers. Syn. pl*. 1. *p*. 101. *n*. 34. *Link. Hort. Ber. descr*. 1. *p*. 112., *et* 2. *p*. 255. *Reichenb. Fl. Germ. exc*. 1. *p*. 52. *n*. 362.

A. spicata *All. Auct. p*. 45. *Bellar. Oss. bot. p*. 57. *Balb. Fl. Taur. p*. 22.* *Re Fl. Segus. p*. 13., *et Fl. Tor*. 1. *p*. 81., *et* 360. *Bir. Fl. Acon*. 1. *p*. 35. *Sav. Fl. Pis*. 1. *p*. 134.*

A. spicata *β Willd. Sp. pl*. 1. *part*. 1. *p*. 453. *Sav. Bot. Etr*. 1. *p*. 86.

A. stricta *Host. Fl. Austr*. 1. *p*. 127.

Gramen avenaceum, erectum, glumis parvis, aristatis, in amplo calyce reconditis *Mich. in Till. Cat. hor. Pis. p*. 74. *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p*. 53. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n*. 72., *et tab*. 2. *fig*. 2. herb. Mont.

Ital. *Vena spigata* Sav. Fl. Pis. 1. p. 134.

Perenn. Legi prope Sarzanam in monte *Nuda*, qua descenditur ad canalem *di Blaso*, in Liguria occidua in

alpibus *della Scaggia* retro *Pegli*, Bononiæ in pratis collinis inter *Quercetolo*, et Eremum. Habui ex collibus Clavarensibus in Liguria orientali a Turio, Genuâ in *Oreggina* a Prof. Sassio, ex Pedemontio a Prof. Balbisio, ex sylvaticis Tergestinis a Biasoletto, ex herbidis *di Monfalcone* a Berinio, ex montanis Forojuliensibus a Prof. Brignolio, Fossâ Clodiâ prope *Brondolo*, et *a Lova* prope *l'Argine del Taglio* a Prof. Naccario, ex monte Pisano ab Eq. Prof. Savio. Floret Majo, Junio.

Radix repens, fibris descendentibus ramulosis, flexuosis, nudis, vel pubescentibus. Culmus erectus, vel ascendens, a pede ad cubitum longus, striatus, glaberrimus, nitens, superne, et sæpe etiam in parte superiore omnium internodiorum nudus. Folia anguste linearia, acuminata, plana, carinata, striata, margine, et carina superiore scabra, cæterum glabra. Vaginæ arctæ, striatæ, glabræ. Stipula brevissima, truncata, eroso-ciliata, utrinque ad oram vaginæ barbata. Racemus subsimplex, terminalis, brevis, pauciflorus, strictus. Rachis, et rami tenues, striati, flexuosi, scabriusculi. Rami apice incrassati, omnes solitarii, et plerumque simplices, unilocustiferi, subinde inferiores geminati, inæquales, uno, alterove bilocustifero. Locustæ ovoideo-oblongæ, turgidæ, bi-tri-quinqueflora. Valvæ calycinæ subæquales, flosculos sine aristis superantes, late ovato-lanceolatæ, concavæ, acuminatæ, in anthesi, laxatis flosculis, divergentes, totæ chartaceæ, virides, aut ex viridi purpurantes, glabræ, septemnerviæ, nervis lateralibus ad exteriora decrescentibus. Flosculi in basi villo brevissimo barbati, obtuseque callosi, callo nudo. Valva corollina exterior concavo-ovata, marginibus inflexis, et ad marginem inferiorem utrinque barbata, ora superiore tenuissime, et crebre ciliolata, novemnervis, dorso glabra, tota chartacea, vix margine albo-membranacea, apice bifida, laciniis distantibus, acuminato-attenuatis, scabridis, quas inter producitur in tæniolam aristæformem, inferne lutescentem, paulo supra medium ejus incæptam, sed hærentem usque ad summum valvæ, nervis tribus dorsalibus in illam influentibus, deinde liberam, crebre contorto-convolutam tractu plus minus longo, demum attenuatam, virentem, remotissime contortam, cæterum longitudinis variæ, idest nunc longiorem totâ valvâ, nunc breviorem, marginibus scabram, arefactione

refractam, et plus minus flexuosam. Valva corollina interior brevior, ovata, obtusiuscula, nervo lato, cartilagineo, densissime ciliato utrinque ad marginem inflexum instructa. Caryopsis oblongo-obovata, hinc convexiuscula, inde leniter canaliculata, glabra, libera, decidua.

Speciei nunc descriptæ profecto proxima est *Avena spicata* L., cujus exemplaria ex *New-York* stant in meo herbario exotico; at hæc differt habitu graciliore, foliis longe angustioribus, arefactione involutis, vaginisque pilosis, aut villosis, locustis, flosculisque multo minoribus, valvis calycinis angustioribus, lanceolatis, quinquenerviis, valva corollina externa septemnervi, superficie pilosa, et tæniola aristæformi breviore.

LAGURUS.

Linn. Gen. p. 37. *Juss. Gen. p.* 30. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 41. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 99. *Gærtn. De fruct. et sem.* 1. *p.* 3. *tab.* 1. *Palis. Ess. d'une nouv. Agrost. p.* 34. *tab.* 8. *fig.* 12. *Trin. Fund. Agr. p.* 126. *n.* 57. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 167.

Calyx gluma membranacea, bivalvis, uniflora, valvis angustissimis, flosculo longioribus, extus undique sericeo-plumosis. Corolla gluma bivalvis; valva exteriore majore, subcartilaginea, apice biseta, e dorso supra medium aristata, arista inferne contorta, arefactione refracta; valva interiore breviore, bidentata. Stamina tria, filamentis capillaribus, antheris oblongis. Stigmata duo, sessilia, plumosa. Nectarium squamulæ duæ, integræ. Caryopsis libera, oblonga, glabra.

Habitus. Herba annua. Culmus erectus, simplex, vel ramosus. Folia lato-linearia. Inflorescentia racemus spicæformis, densissimus, ovoideus, vel oblongus, mollissime sericeus. Gramen in arenis marinis gregarium.

1. Lagurus *ovatus*.

L. ovatus *Sp. pl.* 119. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prod.* 1. *p.* 68., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 71. *tab.* 90. opt. *Smith. Engl.*

Fl. 1. *p.* 167., *et Engl. bot. v.* 19. *tab.* 1334. *Hook. Brit. Fl. p.* 30. *Schreb. Gram.* 1. *p.* 143. *tab.* 19. *fig.* 3. opt. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 34. *tab.* 46., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 69. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 239. *n.* 2174. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 34. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 62. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 81.* *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 136., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 90. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 25. *n.* 64. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 94., *et Syll. p.* 39. *n.* 1. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 21. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 131.,* *et Suppl.* 1. *p.* 30. *b.** *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 105. *Lamk. Ill.* 1. *tab.* 41. *Palis. Ess. d'une nouv. Agr. expl. des pl. p.* 7. *tab.* 8. *fig.* 12. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 28. *n.* 1534. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 227. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 534. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 24. *n.* 128. *Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 235., *et* 2. *p.* 250. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 295.

Gramen alopecuros, spica rotundiore *C. Bauh. Theatr. p.* 56. fig. *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 59. *tab. ic. loc. et spic. gr. fig. n.* 87. herb. Mont.

Gr. alopecuros minus spica longiore *Mont. l. c.* herb. Mont.

Gr. alopecorum molle spica incan. acuta minor., et obtusa, majus *Barrel. Ic.* 116. *fig.* 1. 2.

Gr. spicatum tomentosum longissimis aristis donatum *Scheuchz. Agr. p.* 58. *n.* 1. *tab.* 2. *fig.* 4. *B. C.*

Gr. alopecuroides spica breviore *Cup. Hort. Cath. p.* 88.

Gr. alopecuroides *Castel. Hort. Messan. p.* 38.

Gr. alopecuroides spica longiore *Zannich. Istor. delle piant. p.* 122. *tab.* 66. *fig.* 2.

Alopecuros spica rotundiore *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 4. *fig.* 1.

Ital. *Coda di lepre. Fieno meschino. Piumino* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 129.

Ann. Planta obvia in litoribus, et locis marinis totius Italiæ, et insularum ejus, vel etiam in locis salsis a mari longinquis. Legi in litore Lunensi *alla Marinella*, et in proximo litore Massensi. Habui ex agro Mantuano *a Migliaretto* a Barbierio, Tergesto, et ex Istria ad murum oppidi *Palma* a Biasoletto, Fossâ Clodiâ a Prof. Naccario, et a Pollinio, ex Umbria ad S. Elpidium a Rev. Fratre Mauritio de Brixia, ex Julia nova in Prætutiis ab Orsino, ex agro Viterbiensi *a Canino* iterum a Rev. Fratre Mauritio de Brixia, Româ in *monte Testaccio* a Brunnero, et in Amphitheatro Flavio ab eodem Brunnero, et a Barbierio, Terracinâ

a Fiorinia-Mazzantia, Capreis a Prof. Giraldio, ex Lopadusa ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Bonifacio* a Seraffinio, et *a Calvi* a Soleirolio. Floret Aprili, Majo.

Radix fibrosa, fibris tenuibus, numerosis, ramulosis, flexuosis, lanuginosis, flavescentibus, subinde prodeuntibus etiam ex imis culmi nodis, ut radix videatur repens. Culmi cæspitosi, vel solitarii, erecti, aut ascendentes, vel decumbentes, nodisque inferioribus infractis surrecti, a paucis pollicibus ad cubitum longi, passim altitudinis diversæ in eodem cæspite, teretes, striati, superne nudi, plus minusve puberuli, subinde etiam glabri, simplices, aut inferne ramosi. Folia nunc longa, et lato-linearia, nunc brevia, lanceolato-linearia, utraque acuminata, plana, striata, mollissime pubescentia, margine sæpe undulata. Vaginæ striatæ, item mollissime pubescentes, suprema inflata. Stipula lineam ad summum longa, obtusa, lacero-ciliata, pubescens. Racemus compositus, terminalis, spicæformis, densissimus, varians globosus, ovoideus, oblongus, et fere cylindraceus, semper obtusus, erectus, demum subnutans, mollissime sericeus, albus, subinde cum aliqua purpurascentia, aristis demum flavescentibus. Rami brevissimi, rachisque pubescentes. Calyx gluma bivalvis, uniflora, valvis membranaceis, æqualibus, lineari-angustissimis, flosculo contento longioribus, inferne canaliculatis, dorso medio virentibus, margine albo-hyalinis, apice attenuato-aristatis, extus sericeo-villosis, aristaque plumosis. Corolla gluma bivalvis; valva exterior subcartilaginea, interiore major, oblongo-lanceolata, concavo-canaliculata, apice bifido-biseta, quinquenervis, nervis saturatius viridibus, pilosula, supra medium dorsi emittens aristam tenuem, extra calycem longe porrectam, inferne contortam, superne rectam, arefactione refractam; valva interior fere dimidio brevior, tota albo-hyalina, lanceolato-linearis, canaliculata, acuminata, bidentata, obsolete binervis, glabra. Stamina tria, filamentis capillaribus, albis, calyce paulo brevioribus, antheris oblongis, bilocularibus, versatilibus, pallide flavis, utrinque obtusis, et emarginatis. Stili omnino nulli. Stigmata duo, sessilia, plumosa, erecta, alba. Caryopsis oblonga, exsulca, glabra, libera intra corollam persistentem. Flores inferiores in racemo passim steriles.

ARUNDO.

Linn. Gen. p. 38. *Juss. Gen. p.* 32. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 46. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 210. *Palis. Ess. d' une nouv. Agrost. p.* 60. *tab.* 13. *f.* 2. *R. Brown. Prodr. ed.* 1. *p.* 183., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 39. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 168. *Trin. Fund. Agrost. p.* 108. *n.* 29.
Donax *Palis. Ess. d' une nouv. Agr. p.* 77. *tab.* 15. *fig.* 11., *et tab.* 16. *fig.* 4. 5.
Scolochloa *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 528.
Achnatherum *Palis. Ess. d' une nouv. Agr. p.* 19. *tab.* 6. *fig.* 7.
Lasiagrostis *Link. Hort. Ber. desc.* 1. *p.* 99.
Ampelodesmos *Link. l. c.* 1. *p.* 136.
Czernya *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 22.
Phragmites *Trin. Fund. Agr. p.* 134. *n.* 73.
Calamagrostis *Adans. Famill. des pl.* 2. *p.* 31. *Palis. Ess. d' une nouv. Agr. p.* 15. *tab.* 5. *fig.* 9.
Deyeuxia *Palis. l. c. p.* 43. *tab.* 9. *fig.* 9. 10.
Agrostidis species *Linn. Sp. pl.* 91. 92.
Stipæ species *Wahlenb. De veg. et clim. in Helv. sept. p.* 23.

Locusta uni-pluriflora. Calyx gluma bivalvis, valvis inæqualibus, carinato-canaliculatis, muticis, nudis. Corolla gluma membranacea, aut chartacea, bivalvis, valvis inæqualibus, villo adspersis, aut involucratis, subinde stipitulo pilis distichis pennato auctis. Valva corollina externa major, mutica, vel e dorso, aut ex apice aristata, arista recta, simplici, aut refracta; valva interna mutica. Stamina tria, filamentis capillaribus, calycem subæquantibus, antheris utrinque emarginatis. Stili duo, breves, stigmatibus dense plumosis. Nectarium squamulæ duæ, minutæ. Caryopsis libera intra corollam persistentem.

Habitus. Plantæ fruticosæ, aut perennes. Radix sæpius repens. Folia lanceolata, et subinde

latissima, vel linearia. Culmi erecti, modo altissimi, fruticosi, et ad nodos gemmiferi, modo humiles, herbacei, fistulosi, vel farcti. Inflorescentia paniculata, aut racemosa.

* *Valva corollina externa usque ad medium pilifera, apice breviter aristulata; panicula thyrsoidea, speciosa; culmo fruticoso.* Donax.

1. Arundo *Donax:* radice tuberoso-ramosa; culmo crasso, fruticoso, prælto; foliis lato-lanceolatis; stipula brevissima; panicula ramosissima; flosculis calycem subæquantibus.

A. Donax *Sp. pl.* 120. *Host. Gr. Austr.* 4. *p.* 22. *tab.* 38., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 123. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 256. *n.* 2262. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 36. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 18. *n.* 127. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 87. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 35. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 65. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 86. *Turio Specim. pl. agr. Clavar. p.* 7.* *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 137. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 42. *n.* 103. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 78. *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 100., *et Syll. p.* 52. *n.* 7. *Ab Ucr. Hort. Pan. p.* 62. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 134., *et Sup.* 1. *p.* 31. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 105. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 46. *n.* 1572. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 225. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 54. *n.* 371. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 89. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 246. *α*. *Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 135., *et* 2. *p.* 265.

A. n. 1516. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 240.

Donax arundinaceus *Palis. Ess. d' une nouv. Agr. expl. des pl. p.* 11. *tab.* 16. *fig.* 4. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 600., *et Mant.* 2. *p.* 334. excl. var. *γ*., *et Mant.* 3. *p.* 621.

D. sativa *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 32.

Scolochloa arundinacea *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 530.

Sc. Donax *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 202.

Canna *Matth. edit. Valgr. ann.* 1585. *tom.* 1. *p.* 164. fig. *Durant. Herb. edit. Rom. ann.* 1585. *p.* 187. fig.

Canna quarta *Anguill. Sempl. p.* 87.

Canna crassa, et valida *Cæsalp. De pl. lib.* 4. *cap.* 59. *p.* 186.

Arundo sativa *C. B. Theatr. p.* 271. fig. *Castel. Hort. Messan. p.* 25.

A. sativa, quæ Δόναξ Dioscoridis et Theophrasti *C. B. P. p.* 17. *n.* 2. *Cup. Hort. Cath. p.* 23.
A. sativa, quæ Δόναξ Dioscoridis *Scheuchz. Agr. p.* 159. *n.* 1. *tab.* 3. *fig.* 14. *A. B. C. Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 31. *tab. ic. loc. et spicar. gram. fig. A.* herb. Mont.
A. sativa, omnium maxima, seu crassissima, et longissima *Cup. Hort. Cath. p.* 23.
A. maxima, et hortensis, radice crassa, et pinguiore ex monte Argentario proveniens, pro Cineæ radice usitata *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 16.
Ital. *Canna. Canna comune. Canna da rocche. Canna domestica. Canna montana* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 26. *Barbocchi (radix)* Targ. l. c.
Offic. *Canna montana (radix)* Targ. Tozz. Inst. bot. ed. 3. tom. 2. p. 51.
Frutic. Nascitur spontanea in præruptis montis Delphini *(monte di Portofino)* ad mare in Liguria orientali, unde habui a Turio. Colitur ubique in universa Italia. Floret Augusto, Septembri.
Radix tuberoso-ramosa, crassa, repens, gemmifera. Culmi fruticosi, erecti, etiam biorgyales, et ultra, simplices, teretes, crassi, striati, glabri, crebre nodosi, ad nodos ordine alterno gemmiferi, intus diaphragmate clausi, internodiis vacuis, superne attenuati. Folia late lanceolato-elongata, unum-duos pollices lata, longissime acuminata, carinata, striata, amplexicaulia, primo canaliculata, stricta, postea plana, patentia, flaccida, margine, et carina superiore scaberrima, cæterum glabra, aut fere glabra, ex viridi glaucescentia. Vaginæ arctæ, striatæ, glabræ. Stipula brevissima, alba, truncata, crenata, vix ciliolata, interdum vero ciliato-barbata, præsertim utrinque ad oram externam. Panicula composita, terminalis, ramosissima, speciosa, thyrsoidea. Rachis, et rami striati, scabri; rami alterne semiverticillati, fere toti floribus onusti. Locustæ uni-trifloræ, rarius ultra. Calyx flosculos subæquans, aut paululum superans. Valvæ ejus chartaceæ, lanceolatæ, acuminatæ, convoluto-canaliculatæ, carinatæ, trinerviæ, carina scabræ, ex viridi purpurantes; exterior orta e loco inferiore, ideo paululum longior; interior circa flosculum, aut flosculos immediate convoluta; utraque ad idem fastigium pertingit. Flosculi in medietate inferiore barbati villo albo, imo brevi, reliquo longitudinem eorum æquante, in arefactione

patulo. Corolla membranacea. Valva corollina exterior longior, lanceolata, canaliculato-convoluta, acuminata, acumine modo integro, modo bifido, dum integra ex ipso apice, dum bifida ex sinu divisionis producta in aristulam brevem, tenuem, simplicem, scabridam, extra calycem plerumque exertam; cæterum valva in basi quinquenervis, nervis carinæ lateralibus cito ab exortu suo evanescentibus, ut valva trinervis potius appareat. Valva interior exteriore brevior, et subinde dimidio brevior, apice leviter emarginato-bidentata, dentibus acutiusculis, nervo inferne nudo, superne tenuissime, et dense ciliato utrinque ad marginem inflexum instructa.

Usus. Gramen pluribus de causis utilissimum. Radix præstat in medicina ad decocta aperientia, et detergentia, præstat in agricultura pro serendo arundineto tuberibus suis gemmiferis, et pro firmandis fluviorum ripis. Folia armento, et præsertim bobus alimentum præbent autumnali tempestate. Culmi valent ad opus topiarium, et in Italia nostra ad vinearum armamenta, ad rusticorum crates, ad cannulas, et pectines pro texendis filis cujuscunque generis, ad laquearia cubiculorum contegenda, ut calcem, et cum calce ornamentum excipiant, adeo ut cameras levissime suspendere dicti sint. Tegulo eorum domus suas septentrionales operiunt, durantque ævis tecta alta, ut habemus a Plinio Nat. hist. lib.16. cap. 36. edit. Aldin. an. 1559. p. 406. Aucupatoria arundo a Panhormo olim laudatissima, piscatoria Abaritana ex Africa Plin. l. c. p. 408. Quin et melos ab arundine ortum est, vatibus sub fabulæ velamine docentibus,

Panaque cum prensam sibi jam Syringa putaret
Corpore pro nymphæ calamos tenuisse palustres,
Dumque ibi suspirat, motos in arundine ventos
Effecisse sonum tenuem, similemque querenti,
Arte nova, vocisque deum dulcedine captum

Ovid. Met. lib. 1. vers. 705. et seq.

2. Arundo *pliniana:* radice repente, tuberoso-ramosa, attenuata; culmo orgyali, gracili, inferne semifarcto; foliis lato-linearibus; stipulis brevissimis; panicula elongata, angusta; locustis subunifloris, barba flosculis breviore; valva corollina externa acuminato-aristata.

A. pliniana *Turr. Fl. Ital. prod. p.* 63. *Bert. Elenc. pl. viv. p.* 3., *et Virid. Bonon. veget. p.* 3.
A. Plinii *Vitm. Sum. pl.* 1. *p.* 228. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 41. *n.* 102. *Morett. Dec.* 4. *p.* 7., *et in Giorn. di fisic. &c. di Consigl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 5. *p.* 248.
A. collina *Tenor. Flor. Nap.* 3. *p.* 101. *tabular. fasc.* 2. *tab.* 108.,* *et Syll. p.* 52. *n.* 8.*
A. mauritanica *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 106. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 102. *n.* 2. *Guss. Fl. Sic. prod.* 1. *p.* 135.,* *et Supp.* 1. *p.* 31.* *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 246. excl. syn. Hostii.
Donax mauritanica *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 32.
D. mauritanicus *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 601., *et Mant.* 2. *p.* 335., *et Mant.* 3. *p.* 622.
Calamagrostis Plinii *Gmel. Syst. veg.* 1. *p.* 172. *n.* 11.
C. mauritanica *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 252. *n.* 5.
Arundo Tyberina vulgaris D. Sherard. *Raii Hist. pl. tom.* 3. *p.* 615. *n.* 4. *Scheuchz. Agr. p.* 125. *n.* 4. *tab.* 3. *fig.* 3. *A. C. D.*
Canna fissa del fiume Rheno di Bologna *Zanon. Istor. bot. p.* 62. *Canna fissa di Plinio tav.* 24.
Arundo semifarcta Rheni Bononiensis Plinii *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 32. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. C.* (nec fig. D. F., quæ pertinet ad *Saccharum Ravennæ*) herb. Mont. *Zanon. cum Monti Hist. pl. p.* 27. *tab.* 19. *fig.* 2.
A. sylvestris omnium minima: sive sepium durissima *Cup. Hort. Cat. p.* 23.

Ital. *Canna del Reno*. *Cannerella di collina*.

Perenn. Cajetano Laurentio Montio exactissime observante in Zanon. hist. p. 29., hæc species in montanis torrentibus, qui in Rhenum Bononiensem influunt, atque in Rheni ipsius ripis nascitur, dum adhuc montibus circumseptus labitur. Ego eam legi in ripis fluminis *Setta* sub monte *Mariano*, ubi copiosa, et in ripis petrosis Rheni *al Sasso*, et *a Casalecchio*, nunquam infra hunc novissimum locum, scilicet in planitie. Habui ex collibus Neapolitanis ab Eq. Prof. Tenorio, et ex collibus, et convallibus Siciliæ præsertim prope Panormum *ai Ficarazzi*, et *S. Croce* ab Eq. Gussonio. Floret ab Augusto usque in Novembrem.

Radix plurimum repens, tuberoso-ramosa, crassitie digiti minimi, e nodis gemmifera. Culmi, dum initio breves, declinati, postea elongati, erecti, multo tenuiores, quam in præcedente specie, sed, proportione

servata, crassioris laminæ, ita ut inferne semifarcti sint, cæterum teretes, striati, glabri, crebre geniculati, superne præsertim lenti, et flexiles, sex-octo pedes tantum alti. Folia late linearia, idest quinque-sex lineas lata, longa, apice acuminato valde attenuata, striata, carinata, margine, et carina superiore scaberrima, reliqua parte glabra, e viridi glaucescentia, initio amplexicaulia, canaliculata, stricta, mox plana, flaccida. Vaginæ arctæ, striatæ, glabræ. Stipula brevissima, truncata, eroso-crenata, vix orâ minutissime ciliolatâ, barbatam nunquam vidi. Panicula composita, terminalis, longa, et angusta, in anthesi patens. Locustæ apud nos uniflore, rarius biflore, minores, quam in præcedente specie. Valva corollina exterior longe acuminato-attenuata, sive aristulata, aristula calycem excedente. Barba flosculorum calyce paulo brevior. Reliqua omnia ut in *Arundine Donace* L.

Exemplaria Neapolitana, et Sicula omnino eadem sunt cum Bononiensibus. Habeo etiam ex finibus Hipaniæ ab Eq. Cesate benevole communicata, in quibus locustæ fere omnes biflore, calyx supra barbam magis productus, arista corollina vel deficiens, vel extra calycem minus exerta. Cætera similia.

Hæc est arundo illa a Plinio ad sagittas celebrata: " Sed « in hoc quoque, ut cæteris in rebus, vicit Italia, « quando nullus sagittis aptior calamus, quam in Rheno « Bononiensi amne, cui plurima inest medulla, « pondusque volucre, contra flatus quoque pervicax « libra „ Nat. hist. lib. 16. cap. 36. edit. allat. p. 407.

** *Valva corollina externa tota pilifera, apice longe aristata; panicula speciosa*. Lasiagrostis.

3. Arundo *speciosa:* panicula stricta, subnutante, in anthesi patula; locustis unifloris; valva corollina externa tota pilosa, apice longe aristata, arista arescente refracto-recurvata.

A. speciosa *Willd. En.* 1. *p.* 128. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 219. *tab.* 4. (per error. 5.) *fig.* 8. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 360. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 86.* *Ten. Syll. p.* 52. *n.* 6.*

Agrostis Calamagrostis *Sp. pl.* 92. *Allion. Auct. p.* 39.* *Balb. Fl. Taur. p.* 14.* *Re Fl. Segus. p.* 11. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 24. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 42.*

Calamagrostis speciosa *Host. Gr. Austr.* 4. *p.* 26. *tab.* 45., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 103.
C. argentea *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 25. *n.* 1526., *et* 5. *p.* 253.
Achnatherum Calamagrostis *Palis. Ess. d'une nouv. Agr. expl. des pl. p.* 6. *tab.* 6. *fig.* 7.
Lasiagrostis Calamagrostis *Link. Hort. Berol. descr.* 1. *p.* 99., *et* 2. *p.* 245. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 178. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 29. *n.* 166.
Stipa Calamagrostis *Wahlenb. De veg. et clim. in Helv. sept. p.* 23. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 633. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 172.
S. Aristella *Gou. Illustr. p.* 4. ex ejus herb.
Gramen arundinaceum, panicula densa, viridi-argentea, splendente, aristata *Scheuchz. Agr. p.* 146. *n.* 1. *tab.* 3. *fig.* 11. *A. B. Segui. Sup. p.* 163. *n.* 28.
Gr. paniculatum, montanum, locustis serici modo splendentibus, cum aristis *Ponted. Comp. tab. bot. p.* 53. *n.* 12.
Idem locustis aureis *Ponted. l. c. n.* 13.
Ital. *Cannella ingannavena*.
Perenn. Habui ex jugo *di S. Spirito* in Liguria occidua a Prof. Sassio, ex rupestribus montanis in Pedemontio a Molinerio, et a Prof. Balbisio, et ex viciniis *di Entracque* a Bertero, ex valle *Intelvi* ad Larium in rupibus secus rivulos a De Notaris, et ex saxosis *dei Corni di Canzo* a Badaroo, ex montibus Veronensibus a Pollinio, ex *Monfalcone* a Brumattio, ex Apennino Pistoriensi ab Eq. Prof. Savio, ex Lucania a *Lagonegro* ab Eq. Gussonio. Floret Julio, Augusto.
Radix fibrosa, fibris descendentibus crassiusculis, firmis, flexuosis, parce ramulosis, huc illuc pubescentibus. Culmi cæspitosi, ascendentes, sesquipedales, cubitales, glabri, aut vix apice scabridi, plerumque toti tecti, basi squamis brevibus, aphyllis stipati, ex imis nodis subinde ramosi. Folia anguste linearia, longa, acuminato-attenuata, margine, et carina superiore, vel etiam facie interna scabrida, reliqua parte glabra, arescendo convoluta. Vaginæ striatæ, glabræ, vel omnes arctæ, vel suprema laxiuscula, subspathacea. Stipula brevissima, truncata, integra, aut vix crenata, subinde utrinque ad oram externam fasciculo pilorum subbarbata. Panicula composita, terminalis, longa, et speciosa, etiam semipedalis, subnutans, laxe multiflora, in anthesi patens, ante, et post anthesim

stricta. Rachis striata, inferne glabra, superne scabrida. Rami tenues, striati, scabridi, flexuosi, plures fasciculati, inæquales, inferne tractu longo simplices, nudi, superne divisi, et locustiferi. Pedicelli apice incrassati. Locustæ uniflorœ, circiter quatuor lineas longæ, e pallide viridi-lutescente, alboque variæ, nitidæ, demum stramineæ. Valvæ calycinæ ut plurimum paulo inæquales, lanceolatæ, valde acuminatæ, compresso-canaliculatæ, carinatæ, carina hispidulæ, trinerviæ, nervis lateralibus in valva externa paulo supra medium, in interna prope apicem evanidis, totæ sub lente punctato-scabriusculæ, margine hyalino-membranaceæ; exterior longior. Flosculus sine arista calyce paulo brevior. Corolla chartacea. Valva exterior lanceolata, compresso-canaliculata, uninervis, apice angustata, convoluta, subbidenticulata, et ex medio denticulorum protracta in aristam duas-tres vices, ut ipsa, longam, scabram, flavidam, prope basim geniculatam, et quidquam contortam, arefactione ad geniculum refracto-recurvatam, cæterum hæc valva dorso tecta pilis longis, albo-argentinis, inferne, et in margine crebris, in dorso medio, et superiore raris, aut deficientibus, demum patulis. Valva interior paulo brevior, lanceolata, acuminata, integra, aut vix bidenticulata, nervo ad apicem tantum hispidulo-ciliato utrinque prope marginem inflexum instructa. Antheræ lineares, longæ, apice barbatæ. Caryopsis minuta, pyriformis, hinc sulcata, glabra, omnino libera, sed intra valvam corollinam minorem diu retenta.

Hæc planta ob aristam cum corolla continuatam, refractamque nullimode referri potest ad *Stipam*. Eisdem notis recedit ab *Aristella* nostra, et præterea valva corollina exteriore tota pilosa, antherisque apice barbatis.

*** *Flosculis basi breviter barbatis; valva corollæ externa mucronata; culmo farcto*. Ampelodesmos.

4. Arundo *Ampelodesmos:* panicula secunda, nutante; locustis compressis, subquinquefloris; flosculis mucronatis, calyce longioribus, basi, stipiteque breviter, denseque barbatis; foliis linearibus, longissimis, acutissimis; culmo farcto.

A. Ampelodesmon *Cyrill. Neap. pl. fasc.* 2. *p.* 30. *tab.* 12. *Bert. Pl. Gen. p.* 23. *n.* 44., *et Amœn. Ital. p.* 120. *n.* 44., *et Lucubr. p.* 7. *n.* 21. *Viv. Ann. bot. tom.* 1. *part.* 2. *p.* 146.*

A. Ampelodesmos *Sav. Due Cent. p.* 32., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 89. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 43. *n.* 105. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 88. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 135., *et Sup.* 1. *p.* 32.

A. tenax *Vahl. Symb.* 2. *p.* 25. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 455. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 361. *n.* 5. *Tenor. Syll. p.* 52. *n.* 9.* *Moris. Stirp. Sard. elenc. fasc.* 1. *p.* 50.*

A. mauritanica *Poir. Voyag.* 2. *p.* 105.

A. festucoides *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 108. *tab.* 34. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 102. *n.* 3. *Enc. méth. bot. éd. de Pad. tom.* 6. *p.* 249. *n.* 3. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 102.

A. biflora *Lamk. Illustr. gen. vol.* 1. *p.* 196. *n.* 1085.

Donax Ampelodesmos *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 32.

D. tenax *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 601., *et Mant.* 2. *p.* 335.

Ampelodesmos tenax *Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 136., *et* 2. *p.* 265. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 249.

Herba, quam Siculi vocant Ampelodesmon *Plin. Nat. hist. lib.* 17. *cap.* 23. *edit. Ald. ann.* 1559. *p.* 447.

Ampelodesme *Anguill. Sempl. p.* 214.

Festuca arundinacea maxima montana sive Neapolitana *Moris. Oxon. tom.* 2. *part.* 3. *p.* 215. *sub n.* 46. *Raii Hist. pl.* 3. *p.* 611. *n.* 5.

Gramen asperum altissimum caule fungoso pleno, juba avenacea *Raii Stirp. exter. syll. p.* 319.

Calamagrostis nastoides avenacea panicula *Barrel. Ic.* 363. panic. deflor.

Gramen altissimum, aspero, latoque folio, viminale, panicula avenaceis glumulis constructa *Cup. Hort. Cath. p.* 90.

Ampelodesmon Plin. Anguil. *Bonann. Panph. tab.* 8.

Gramen avenaceum, altissimum, glabrum, foliis asperis, panicula pene aristata, caule pleno, rigido *Mich. in Till. Cat. hort. Pis. p.* 74., *et Cat. pl. hort. Cæsar. Florent. p.* 44.

Ital. *Saracchi* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 26.

Perenn. Legi in Lunæ portu, ubi copiosissimam observavi in insula Tyro *(Tino)*, et Palmaria, nec non per omnem oram occidentalem, et septentrionalem ejus usque ad arcem S. Teresiæ. Observavi quoque in monte Delphini *(monte di Portofino)* prope Genuam,

unde jam ante obtinueram ab Eq. Prof. VIVIANIO. Habui ex collibus Asculanis ab ORSINO, et a Prof. OCTAVIANIO, ex oris maritimis Romanis a Prof. SEBASTIANIO, ex montibus Terracinensibus a FIORINIA-MAZZANTIA, ex *Monte nuovo* prope Puteolos ab Eq. Prof. TENORIO, et a BRUNNERO, ex Sardinia a Prof. MORISIO. Floret ab Aprili in Junium.

Radix fibrosa, firmissima, ex qua cæspites densissimi foliorum radicalium, et culmorum. Culmi erecti, etiam bicubitales, et orgyales, toti farcti, teretes, striati, superne nudi, et scabriusculi, in ima parte crassitie digiti minimi, aut calami scriptorii. Folia dura, longissima, linearia, valde acuminato-attenuata, canaliculata, carinata, facie interna pallentia, tum ibi, tum margine, et carina superiore scaberrima, extus glabra, et læte viridia, radicalia latiora, omnia arefactione convoluta. Vaginæ arctæ, striatæ, glabræ. Stipula triangulari-elongata, acuminata, margine erosula, in foliis inferioribus circiter quadrilinearis, in supremo etiam octo lineas longa, et demum in lacinias setaceas lacerata. Panicula composita, terminalis, secunda, nutans, a semipede ad sesquipedem longa. Rachis crassa, striata, scabra, inferne semiteres. Rami tenues, striati, scabri, flexuosi, et subinde varie curvati, inferne simplices, nudi, stricti, superne valde divisi, multilocustiferi, et nutantes, inferiores passim plures, semiverticillati, interdum tamen solitarii, aut gemini, imi ex sinu bracteæ, modo brevissimæ, laceræ, modo lanceolatæ, acuminatæ, pollicem, aut sesquipollicem longæ. Locustæ bi-quinquefloræ, innuptæ lanceolato-lineares, in anthesi, et post ovatæ, aut ovato-oblongæ, compressæ, circiter quatuor lineas longæ, mucronatæ, nunc bicolores, sive ex cæruleo, aut purpureo virescentes, nunc totæ virescentes; pars virescens arescendo fit stramineo-flavida. Valvæ calycinæ quidquam inæquales, locustâ breviores, lanceolatæ, acuminato-mucronulatæ, compresso-canaliculatæ, carinatæ, cariná scabræ, cæterum glabræ, margine latiusculo membranaceo-diaphano instructæ, persistentes, unaquæque trinervis; exterior brevior. Stipitulus communis flosculorum approximate articulatus, demum in articulis secedens, et cum flosculis deciduus, villo albo, sericeo, crebro, at breviusculo, barbatus. Flosculi circa basim eodem villo dense barbati, longiore in facie externa, sive fere usque ad eorum medietatem

pertingente, breviore in facie interna. Valvæ corollinæ subcartilagineæ, vix inæquales; exterior lanceolato-linearis, acuminato-mucronata, mucrone subinde longiusculo, et fere aristæformi, compresso-canaliculata, carinata, carina superiore, et mucronulo scabridis, obsolete quinquenervis; valva interior apice breviter, et acute bifida, nervo minutissime ciliolato-scabro utrinque ad marginem inflexum instructa. Caryopsis linearis, hinc canaliculata, apice villosa.

Usus. Siculi adhibent ad vinciendas vites, unde antiquum Ampelodesmos nomen. Utuntur quoque ad storeas, et funes, quod pariter obtingit in regno Neapolitano, in Hetruria, et in Liguria.

**** *Axe communi flosculorum longe barbato, villis flosculos, imo excepto, involucrantibus; culmo fistuloso*. Phragmites.

5. Arundo *phragmitis:* radice repente; culmo orgyali, gracili, semifarcto; foliis lanceolato-linearibus; stipulis brevissimis; panicula pyramidata; calyce inæquivalvi, flosculis breviore; stipitulo communi longe barbato; corollis nudis, acuminato-subulatis, muticis.

A. phragmitis *Sp. pl.* 120. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p*. 168., *et Engl. bot. v.* 6. *tab.* 401. *Hook. Brit. Fl. p.* 52. *Leers. Herb. p.* 45. *tab.* 7. *fig.* 1. *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 23. *tab.* 39., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 124. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 256. *n.* 2261. *Balb. Fl. Taur. p.* 22. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 82. *Bir. Fl. Acon.* 1. *p.* 36. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 59., *et* 330. *Comoll. Prod. Fl. Com. p.* 18. *n.* 128. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 56. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 88. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 36. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 66. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 87. *Suffr. Foroj. p.* 115. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 138., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 90. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 78. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 42. *n.* 104. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 101., *et Syll. p.* 52. *n.* 3. *Ab Ucr. Hort. Pan. p.* 62. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 134., *et Suppl.* 1. *p.* 31. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 107. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 45. *n.* 1571., *et* 5. *p.* 263. *Palis. Ess. d'une nouv. Agr. expl. des pl. p.* 9. *tab.* 13. *fig.* 2. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 223. *tab.* 5. *fig.* 4. *Hoffm. Fl. d'Allem. an.* 1804. *vol.* 2. *tab.* 9. *fig.* 1. *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 89.

A. Plinii *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 54. *n.* 370. non Turr.

A. n. 1515. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 240.

Czernya arundinacea *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 22. planta macrior.

Phragmites communis *Trin. Fund. Agr. p.* 134. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 528. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 54. *n.* 369. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 203. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 251. *Link. Hort. Berol. descript.* 1. *p.* 135., *et* 2. *p.* 264.

Calamagrostis altissima *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 101. excl. omnib. syn.

Arundo vulgaris *C. B. Theatr. p.* 269. fig.

A. vulgaris, sive φραγμίτης Dioscoridis *Scheuchz. Agr. p.* 161. *n.* 1. *tab.* 3. *fig.* 14. *D. Cup. Hort. Cath. p.* 134. *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 32. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. B.* herb. Mont. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 360. *n.* 1. *Zannich. Istor. delle piant. p.* 22. *Arundo vulgaris tab.* 103. *fig.* 2.

Canna gracili calamo in palustribus *Cæsalp. De plant. lib.* 4. *cap.* 59. *p.* 186.

Canna quinta vallatoria o Phragmite *Anguill. Sempl. p.* 87.

Canna palustre *Matth. edit. Valgr. ann.* 1585. *tom.* 1. *p.* 165. fig.

Ital. *Canna a spazzola. Canna da spazzole. Canna palustre. Canna di padule. Canna salvatica. Canneggiole. Cannella. Cannucce. Spazzole. Spazzole di padule* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 27.

Perenn. Copiosissima in paludosis totius Italiæ. Legi Sarzanæ in fossis *alla Marinella*. Observavi in paludibus Bononiensibus, Ferrariensibus, Ravennatibus, Venetis, Ticinensibus, Pisanis. Habui ex *Saletto* in agro Bononiensi ab Eq. Camillo Salina, ex paludibus Venetis a Mayero, ex agro Nicæensi a Colla, ex paludibus Pontinis a Fiorinia-Mazzantia. Floret Julio, Augusto, Septembri.

Radix longissime repens, ut culmos confertissime gregarios suppeditet paludi; præterea sæpe ex imis culmi nodis intra aquam demersis prodeunt fibræ crassiusculæ, verticillatæ, valde ramulosæ. Culmi teretes, erecti, graciles ut in *A. pliniana*, striati, glabri, apice tantum scabridi, fere toti tecti, qui oriuntur in aqua etiam octo-novem pedes alti, qui in sicco longe humiliores, facti lamina crassa, et insuper plurima substantia

fungosa fœti, ut ab imo fere ad summum semifarcti sint. Folia lanceolato-linearia, longe acuminata, latitudinis mediæ inter folia *A. Donacis,* et *A. plinianæ,* in reliquis similia, uti etiam vaginæ. Stipulæ brevissimæ, ciliato-barbatæ, aut pubescenti-ciliolatæ. Panicula thyrsoidea, speciosa. Rami ejus semiverticillati, ut plurimum in exortu barbati. Locustæ subquinquefloræ, sed variant usque ad unifloras, innuptæ subulatæ, in anthesi, et in maturitate flosculis divergentibus pollentes, nunc atro-purpureæ, nunc e purpureo flavescentes, aut virescentes. Valvæ calycinæ valde inæquales, acutæ, flosculis breviores, exterior è loco inferiore orta, minor, ovato-lanceolata, uninervis; interior duplo major, oblongo-lanceolata, trinervis, nervis lateralibus prope apicem evanidis. Flosculi mutici, imus nudus, reliqui stipati pilis longis, niveis, sericeis, valvam corollæ majorem æquantibus, profectis e superficie externa stipituli communis, arefactione patulis. Valva corollina exterior interiore multo longior, lanceolato-linearis, valde acuminata, trinervis, canaliculato-convoluta, glabra, carina tantum scabrida. Valva interior circiter tertiam partem exterioris attingens, integra, nervo crassiusculo, minute ciliolato utrinque ad marginem inflexum instructa.

Usus. Culmi præstant ad laquearia tegenda, ubi gypsum loco calcis adhibetur; herba substernitur pecori in stabulis, vel utilis pascendis bobus. Levitas culmorum facit plantam hanc ventis demulcentibus obsequentissimam.

***** *Flosculis circa basim barbatis, villis omnibus simplicibus, inferne conjunctis*. Calamagrostis.

6. Arundo *epigejos:* racemo densifloro, stricto; calycibus unifloris, barba, flosculoque longioribus; valva corollina externa apice bifida, e dorso aristata; arista inclusa, recta, arescendo subrefracta; foliis lanceolato-linearibus; culmo superne scabro.

A. epigejos *Sp. pl.* 120. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 169., *et Engl. bot. v.* 6. *tab.* 403. *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 24. *tab.* 42. *Balb. Fl. Taur. p.* 12. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 82. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 60., *et p.* 332. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 85. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 67. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 85. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 65. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 41. *n.* 101. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 102., *et Syll. p.* 51. *n.* 1. *Guss.*

Fl. Sic. prod. 1. *p.* 136.,* *et Sup.* 1. *p.* 32.* *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 212. *tab.* 4. *fig.* 1. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 520. *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 87. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 194. *Schleich. Pl. sicc.**

A. calamagrostis *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 257. *n.* 2264. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 37. *Hoffm. Fl. d'Allem. an.* 1804. *vol.* 2. *tab.* 9. *fig.* 2.

Calamagrostis lanceolata *β De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 26. *n.* 1529.

C. epigejos *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 102. excl. syn. Scheuchz. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 22. *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 257. *n.* 1529.[a] *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 27. *n.* 156. *Link. Hort. Berol. descr.* 1. *p.* 100., *et* 2. *p.* 245. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 237.

Gramen arundinaceum panicula molli spadicea majus *C. B. Theatr. p.* 94. *fig. p.* 95. *Scheuchz. Agr. Helv. prod. p.* 21. *tab.* 5., *et Agr. p.* 122. *n.* 1. *tab.* 3. *fig.* 3. *B. Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prod. p.* 58. *tab. ic. loc. et spic. gr. fig. n.* 85. herb. Mont. *Zannich. Istor. delle piant. p.* 127. *Segui. Ver.* 1. *p.* 356.

Gr. paniculatum, palustre, prælatum, exile, panicula arundinacea *Ponted. Comp. tab. bot. p.* 56. *n.* 18.

Ital. *Cannella. Cannucce., Calamo scrittorio* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 27.

Perenn. Habui ex ripis dumosis Tanari a Bertero, ex palustribus Mantuanis prope *il Forte d'Attila a Nosedole* a Barbierio, ex locis humentibus agri Veneti a Ruchingero, ex agro Ravennati ad Classem a Bubanio, tum ex oryzetis, et ex loco dicto *il Casone di valle nova* a Dallagata, ex insula Piera *(Vulcano)* in Æoliis ab Eq. Gussonio, ex pratis prope *Bonifacio* in Corsica a Seraffinio. Floret Junio, Julio.

Radix repens. Culmi in siccis bi-tripedales, in humentibus bicubitales, orgyales, erecti, vel ascendentes, graciles, herbacei, fistulosi, teretes, striati, solitarii, simplices, vel basi parce ramosi, et cæspitosi, apice nudi, et scabri. Folia lanceolato-linearia, elongata, et longe attenuato-acuminata, striata, carinata, tota scabra, e viridi glaucescentia. Vaginæ arctæ, striatæ, scabriusculæ, aut glabræ. Stipula oblonga, bi-quadrilinearis, acuta, aut obtusa, demum fissa, lacera. Racemus compositus, terminalis, densiflorus, longus, strictus, in anthesi patens. Rachis, ramique flexuosi, striati, scaberrimi. Rami basi nudi, longo tractu florigeri, et secundiflori, inferiores plures simul fasciculati,

inæquales. Calyx uniflorus, longior flosculo cum arista, et barba flosculum involucrante, ex viridi purpurascens, aut virens. Ejus valvæ subæquales, angustæ, lanceolato-lineares, acuminatæ, compresso-canaliculatæ, carinatæ, carina, et margine superiore asperiusculæ; exterior uninervis; interior trinervis, nervis lateralibus superne evanidis. Flosculus albo-membranaceus, basi obvallatus barba alba, argentina, quæ ipsum cum arista æquat. Valva corollina exterior calyce dimidio brevior, oblongo-lanceolata, concavo-canaliculata, apice bifida, segmentis acuminatis, subinde erosulis, trinervis, nervo medio e dorso valvæ nunc infra medietatem, nunc in ipsa medietate, nunc paulo supra abeunte in aristulam scabram, albam, villos flosculi non excedentem, initio rectam, arefactione subrefractam. Valva interior dimidio brevior, acute bifida, segmentis subinde erosulis, omnino glabra.

Juvat hic monere, cum primum prodiit volumen sextum Botanici Anglici (*English Botany*), tabulæ 402. pertinenti ad *Phalaridem arundinaceam* L. attributam fuisse descriptionem *Arundinis epigejos* L., et tabulæ 403. pertinenti ad *Arundinem epigejos* L. attributam fuisse descriptionem *Arundinis calamagrostidis* L., qui errores postea, novis pagellis substitutis, emendati sunt. Hac de re nonnulli, qui has figuras protulerunt, nec viderunt, in graves errores lapsi sunt.

7. Arundo *litorea:* racemo laxifloro, stricto, florente patulo; calycibus unifloris, barbam, flosculumque cum arista æquantibus; valva corollina externa ex apice subdentato aristata; foliis linearibus; culmo toto glabro.

A. litorea *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 502., *et Mant.* 3. *p.* 602. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 212. *tab.* 4. *fig.* 2. *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 519. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 83. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 88.

A. laxa *Röm. et Schult. l. c.* 2. *p.* 502.

A. annulata *Röm. et Schult. l. c.* 2. *p.* 503.

A. pseudo-phragmites *Hall. fil. in Röm. Arch.* 1. *p.* 11. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 196. non Schleich. pl. sicc.

Calamagrostis litorea *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 255. *n.* 1527.[b] *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 252. *n.* 2. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 237. *Link. Hort. Berol. descr.* 1. *p.* 104., *et* 2. *p.* 248. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 27. *n.* 152.

C. laxa *Host. Gr. Austr.* 4. *p.* 25. *tab.* 43., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 102. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 27. *n.* 153.

Gramen arundinaceum minus *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 58. herb. Mont.

Ital. *Cannella di ripa.*

Perenn. Legi Bononiæ in ripis Rheni ad paludes *di Gandazollo*. Habui ex *Monfalcone* in litore Austriaco a Brumattio. Floret Junio.

Radix repens, stolonibus gracilescentibus, ad articulos squamatis, fibris descendentibus huc illuc tomentosis. Culmi ascendentes, vel erecti, bi-tripedales, toti glabri. Folia linearia, arescendo marginibus involuta. Vaginæ glabræ, rarius scabridæ. Stipulæ albo-membranaceæ, superiores duas-tres lineas longæ. Racemus laxiflorus, in anthesi patens. Rachis inferne glabra. Rami valde scabri, interdum purpurantes, inferiores ex margine bracteiformi, brevissimo, repando profecti, sæpe fere a basi florigeri. Pedicelli apice incrassati, immediate sub locusta annulo pallidulo nunc plus nunc minus evidenti constricti. Valvæ calycinæ quidquam inæquales, æquantes flosculum cum arista ejus, et barbam involucrantem flosculum, lanceolato-lineares, acuminatæ, purpureæ, aut purpureo-virentes, lateribus sæpe demum coloris straminei; exterior longior, uninervis; interior brevior, trinervis, nervis lateralibus ante medietatem valvæ evanescentibus. Valva corollina externa sine arista calyce dimidio brevior, lanceolata, nervis scabrida, apice minutissime denticulata, aristata, arista ipsi subæquali, semper recta, alba, scabrida. Valva interior exteriore plusquam dimidio brevior, apice emarginato-erosula. Reliqua omnino ut in *Arundine epigejos* L.

8. Arundo *Calamagrostis:* panicula stricta, laxiflora; ramis inferne simplicibus, nudis, in anthesi patulis; calycibus lana, lanaque flosculo longioribus; valva corollina externa apice denticulata, breviter aristulata, muticave; culmo, foliisque extus glabris.

A. Calamagrostis *Sp. pl.* 121. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 170., *et Engl. bot. v.* 30. *tab.* 2159. *Flor. Dan. tab.* 280., *et tab.* 1624. *Svensk. bot. tab.* 312. *Schrad. Flor. Germ.* 1. *p.* 214. *tab.* 4. *fig.* 4. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 518. *Wahlenb. Fl. Suec.* 1. *p.* 43.

Calamagrostis lanceolata *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 256. *n.* 1529. *Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 104., *et* 2. *p.* 247. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 336. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 27. *n.* 151., *et in Add. et corrig. p.* 140.* *n.* 151.

C. ramosa *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 25. *tab.* 44., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 103.

Ital. *Cannella paleino*.

Perenn. Habui ex agro Mantuano prope lacum superiorem *a Pradella* a Barbierio. Floret Junio.

Folia anguste linearia, læte viridia, intus, margine, et carina superiore scabra, reliqua parte glabra. Panicula longa, angusta, stricta, subnutans. Rami ejus in anthesi tantum patuli, inferne tractu longiusculo simplices, nudi, superne divisi, et laxe locustiferi. Locustæ quam in præcedente dimidio, aut tertia parte breviores. Valvæ calycinæ subæquales, lanceolatæ, barbam flosculorum, et flosculum superantes. Barba flosculum quidquam excedens. Valva corollina externa ovato-lanceolata, canaliculato-convoluta, quinquenervis, apice denticulata, et sæpe terminata aristula tenui, quæ ipso flosculo multo brevior est, alias vix visibilis, aut prorsus deficiens, alba, recta, sub forti vitro certe scabrida. Valva interior tertia parte brevior, apice denticulato-lacera. Reliqua ut in *Arundine litorea* Schrad.

9. Arundo *tenella:* panicula laxiflora, stricta, in anthesi diffusa; calycibus acuminato-subulatis, flosculo longioribus; pilis corolla dimidio brevioribus; valva corollina interna minima.

A. tenella *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 220. *tab.* 5. *fig.* 1. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 521.

A. humilis *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 510.

Calamagrostis tenella *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 238. *Link. Hort. Berol. descr.* 1. *p.* 103., *et* 2. *p.* 247. *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 29. *tab.* 50., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 105. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 26. *n.* 140., *et in Add. et corrig. p.* 140.[2] *n.* 140.

C. alpina *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 30. *tab.* 51., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 106.

Agrostis tenella *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 346. *Spr. Syst. veg.* 1. *p.* 257. *n.* 6.

A. spuria *Röm. et Schult. l. c.* 2. *p.* 346.

A. pilosa *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 185. *α, β*.

Ital. *Cannella gramignella*.

Perenn. Habui ex S. Martino *di Lantosca* prope *la Madonna delle Finestre* in alpibus maritimis a Prof. Morisio. Floret Julio.

Radix repens, fibris descendentibus crassiusculis, flexuosis, ramulosis, pubescentibus. Culmi ascendentes, graciles, teretes, striati, glabri, a pede ad sesquipedem, aut duos pedes longi. Folia anguste linearia, acuminata, striata, scabrida. Vaginæ arctæ, striatæ, glabræ.

Stipula duas-tres lineas longa, albo-membranacea, obtusa, erosa, et demum lacera. Panicula ante, et post anthesim stricta, in anthesi diffusa, laxiflora, breviuscula. Rachis inferne glabra, superne, et in ramis striata, scabra, flexuosa. Rami inferiores plures, fasciculati, inæquales. Pedicelli apice incrassati. Locustæ parvæ, vix ultra lineam longæ, unifloræ, ex viridi-purpurantes, margine subinde aurato. Valvæ calycinæ subæquales, oblongæ, acuminatæ, acumine convoluto-subulato, subintorto, concavo-compressiusculæ, uninerviæ, flosculo paulo longiores, exterior tantum carina superiore scabra, cæterum glabræ. Barba sub flosculo brevis, ad ejus medietatem vix pertingens. Corolla albo-membranacea; valva exterior concavo-ovata, quinquenervis, nervis scabridis, apice argute denticulata, mutica, subinde e medio dorsi aristulata, aristula brevissima, apicem valvæ non attingente, aut vix superante; valva interior minima, emarginata, vix quartam partem valvæ exterioris æquans.

****** *Flosculis villo simplici circa basim barbatis, valvaque corollina interna stipitulo pilis distichis pennato aucta*. Deyeuxia.

10. Arundo *sylvatica:* racemo stricto, attenuato, in anthesi patulo; calycibus subæqualibus, flosculo longioribus; valva corollina externa basi brevissime barbata, paulo supra basim aristata, arista exerta, geniculata, inferne contorta.

A. sylvatica *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 218. *tab.* 4. *fig.* 7. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 507. *Fl. Dan. tab.* 1683. *Svensk. bot. tab.* 96. *Wahlenb. Fl. Suec.* 1. *p.* 41. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 625. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 199.

Agrostis arundinacea *Sp. pl.* 91., *et Fl. Suec. ed.* 1. *p.* 22. *n.* 59., *et ed.* 2. *p.* 21. *n.* 63. cum bona descript.

Deyeuxia sylvatica *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 243.

Calamagrostis sylvatica *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 253. *n.* 1526.[a] *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 253. *n.* 12. *Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 102., *et* 2. *p.* 246. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 26. *n.* 142.

C. pyramidalis *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 28. *tab.* 49., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 105. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 26. *n.* 143.

Ital. *Cannella di selva*.

Perenn. Legi in monte *Gottro* in apennino Liguriæ orientalis. Habui ex montanis Forojuliensibus a Prof. BRIGNOLIO, et ex sylvaticis Tergestinis a BIASOLETTO. Floret in demissis Junio, Julio, in editis Augusto.

Radix repens, fibris descendentibus tenuibus, subsimplicibus, flexuosis, huc illuc pilosis. Culmi erecti, vel ascendentes, a sesquipede ad duos cubitos longi, glabri, vel prope apicem scabriusculi, superne nudi. Folia longa, lanceolato-linearia, acuminato-attenuata, striata, carinata, facie interna, margine, et carina superiore scabrida, intus pallidiora, et sæpe etiam pilosula, extus læte viridia. Vaginæ arctæ, striatæ, scabriusculæ, vel glabræ, imæ interdum pubescentes. Stipula a linea dimidia ad sesquilineam longa, obtusa, subcrenato-erosula, demum fissa. Interdum utrinque ad oram vaginæ in basi externa folii barba. Racemus compositus, terminalis, longus, ante, et post anthesim strictus, spicam simulans, in anthesi patens. Rachis, et rami striati, scabri, flexuosi. Rami inferiores plures fasciculati, inæquales, in ima eorum parte tractu brevissimo simplices, et nudi, in reliqua divisi, et toti, sed laxiuscule, locustiferi. Locustæ unifloræ, pallide virentes, aut e viridi pallide purpurantes, siccando stramineæ. Valvæ calycinæ subæquales, flosculo paulo longiores, lanceolatæ, acuminatæ, carinato-canaliculatæ, carinâ hispidulæ, superficie scabridæ, exterior uninervis, interior trinervis, nervis lateralibus obsoletis, circiter ad medium evanidis. Valvæ corollinæ longitudine subæquales, exterior lanceolata, canaliculato-convoluta, apice minute denticulata, infra aristam quinquenervis, supra aristam quadrinervis, nervis scabris. Paulo supra basim ejus nervus medius abit in aristam tenuem, scabram, fere in medio geniculatam, infra geniculum contortam, supra rectam, extra calycem plus minus exertam, idest nunc per tractum sesquilineæ, aut duarum linearum, nunc vix, arefactione refractam. Cæterum hæc valva extus in basi gerit paucos pilos brevissimos, qui utrinque ad marginem fiunt numerosiores, et paululum longiores, semper tamen ipsâ valvâ multo breviores. Valva corollina interior apice bidentata, nervo scabro utrinque ad marginem inflexum instructa. In basi ejus externa stat stipitulus brevissimus, adpressus, apice cassus, inferne nudus, superne pilis distichis, brevibus, vix ad medietatem valvæ pertingentibus pennatus.

11. Arundo *montana:* racemo multifloro, stricto, in anthesi patulo; calycibus subinæqualibus, acuminatis, flosculum excedentibus; valva corollina externa villis duplo longiore, ex imo dorso aristata, arista geniculata, exerta; stipitulo densissime pennato-plumoso valvam corollinam internam æquante.

A. montana *Röm. et Schult. System. veget.* 2. *p.* 257., *et Mant.* 2. *p.* 287. *Bert. Amœn. Ital. p.* 333. *n.* 32. *Sav. Bot. Etr.* 2. *p.* 65. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 252. *n.* 11. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 200.

A. Halleriana *Ten. Viagg. in Abruzz. p.* 45. *n.* 90.* non Gaud.

A. varia *Tenor. Syll. p.* 52. *n.* 5.* *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 505.,* *et Mant.* 2. *p.* 286., *et Mant.* 3. *p.* 603. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 216. *tab.* 4. *fig.* 6. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 523.

A. Agrostis *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 88. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 257. *n.* 2265., *et Auct. p.* 46.

A. acutiflora *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 88. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 217. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 524. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 506.

A. n. 1522. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 242.

Calamagrostis montana *Host. Gr. Austr.* 4. *p.* 27. *tab.* 46., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 104. *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 254. *n.* 1527. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 26. *n.* 145.

C. varia *Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 101., *et* 2. *p.* 246.

C. sylvatica *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 28. *tab.* 48., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 105.

C. acutiflora *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 255. *n.* 1527.[a] *Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 102., *et* 2. *p.* 246. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 26. *n.* 144.

Deyeuxia varia *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 242.

D. acutiflora *Kunth. l. c. p.* 243.

Gramen arundinaceum, montanum, panicula flavescente, modo aristata, modo aristis carente *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 58. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 86. herb. Mont.

Gr. avenaceum, montanum, panicula angusta, e dilutissimo fusco albicante, et papposa *Scheuchz. Agrost. p.* 507. *n.* 5.

Ital. *Cannella montanina*.

Perenn. **Legi in alpibus Apuanis in pascuis verticis *Sagro*, et in *Tambura*, in agro Bononiensi *al Sasso* in via Porrectana. Habui ex sylvaticis thermarum Valderiarum in Pedemontio a Bertero, ex Tyroli italico,**

et ex montibus Nursinis ab Eq. Petruccio, ex monte *Acuto alle Pezze* in Piceno ab Orsino, ex sylvis montis Cornu Prætutiorum ab Eq. Gussonio sub nomine *Agrostidis arundinaceæ,* quo dederat Tenorio, ex Corsica in monte *Braga* a Soleirolio. Floret Junio, Julio.

Radix repens, fibris descendentibus crassiusculis, firmis, ramulosis, flexuosis, vix huc illuc pilosis. Culmi erecti, vel ascendentes, teretes, striati, glabri, vel apice scabridi, basi vaginis aphyllis, brevibus, acuminatis stipati, et ex imis nodis sæpe ramosi, a sesquipede ad tres pedes longi. Folia lanceolato-linearia, duas-tres lineas in medio lata, apice acuminato-attenuata, supra pallentia, extus læte viridia, margine, et carina superiore scabra, ludunt utraque superficie glabra, vel scabra, aut harum altera tantum scabra. Vaginæ arctæ, striatæ, ipsæ quoque nunc glabræ, nunc scabræ, vidi etiam valde scabras. Stipula a linea dimidia ad duas, vel tres lineas longa, obtusa, erosa, demum lacera, extus scabriuscula, aut puberula. Racemus compositus, terminalis, in anthesi patens, ante, et post anthesim strictus, multiflorus. Rachis, et rami flexuosi, striati, scabri. Rami breves, plures fasciculati, et inæquales, fere ab imo ad summum divisi, et laxiuscule locustiferi. Pedicelli apice incrassati. Locustæ unifloræ, circiter duas lineas, aut duas lineas cum dimidia longæ, ex viridi pallide purpurantes, aut dealbatæ. Valvæ calycinæ parum inæquales, flosculo contento paululum longiores, lanceolatæ, acuminatæ, concavo-canaliculatæ, carinatæ, carina scabræ; exterior longior, uninervis, interior trinervis, nervis lateralibus prope apicem evanidis. Barba brevissima sub valvæ corollinæ exterioris parte media, prope latera pertingens usque ad medietatem ejus, vel paulo ultra. Stipitulus adpressus valvæ corollinæ internæ ab imo ad summum pilis distichis, longiusculis creberrime pennatus, supremis ipsam valvam æquantibus. Valva corollina externa nunc interiore paululum longior, nunc æqualis, oblongo-lanceolata, canaliculato-convoluta, ludit apice acute bifida, laciniis iterum breviter fissis, vel acumine tenuissime quadridentata, in ima parte, et infra aristam quinquenervis, supra quadrinervis, sub vitro scabrida, ex albo pallide virens, aut ex albo purpurascens; paulo supra basim emittit aristam geniculatam, scabram, nidulantem

intra sulcum, plus minus extra calycem exertam, rarius inclusam, infra geniculum contortam, arefactione refractam. Valva corollina interna angustior, apice vel evidenter bidentata, vel integra, orâ ciliolatâ, nervo scabrido utrinque ad marginem inflexum instructa. Antheræ sæpe ex luteo purpureæ.

AMMOPHILA.

Host. Gram. Austr. 4. *p.* 24., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 106. *Hook. Brit. Fl. edit.* 2. *p.* 17. *n.* 16. (a). *Link. Hort. Berol. descr.* 1. *p.* 105. *n.* 56. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 245.

Psamma *Palis. Ess. d' une nuov. Agr. p.* 143. *tab.* 6. *fig.* 1. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 55. *n.* 387.

Arundinis species *Linn. Sp. pl.* 121.

Calamagrostidis species *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 24.

Phalaridis species *Link. En. alt.* 1. *p.* 66.

Locustæ uniflore, valde compressæ. Calyx chartaceus, æquivalvis, flosculo longior. Corolla æquivalvis, chartacea, mutica; valva exterior basi villo involucrata, quinquenervis, nervo carinali crasso, apice bidentata, inter dentes brevissime mucronulata; valva interior basi aucta stipitulo superne dense barbato, villo ad exteriora secundo, quadrinervis, nervis dorsalibus approximatis, apice quadridentata. Stamina tria, filamentis brevissimis, antheris elongatis, lateraliter exertis. Stigmata duo, sessilia, plumosa. Nectarium squamulæ duæ lanceolatæ, acuminatæ, ovario longiores, insignes. Caryopsis pyriformis, hinc convexa, inde sulcata, libera.

Habitus. Radix valde repens, cæspites culmorum, et foliorum radicalium emittens. Culmi erecti.

(a) In prolationibus meis hactenus adhibui editionem primam Floræ Britannicæ Hookerianæ; at in posterum utar editione secunda, quam nuperrime mihi comparavi.

Folia linearia, convoluta, dura. Inflorescentia racemus spicæformis.

1. AMMOPHILA *arundinacea*: racemo composito, spicæformi; calycibus acutis; flosculo villis triplo longiore; foliis involutis, pungentibus.

A. arundinacea *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 24. *tab.* 41. opt., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 106. *Hook. Brit. Fl. edit.* 2. *p.* 34. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 245. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 28. *n.* 157.

A. arenaria *Link. Hort. Ber. desc.* 1. *p.* 105., *et* 2. *p.* 248.

Psamma litoralis *Palis. Ess. d' une nuov. Agr. expl. des pl. p.* 5. *tab.* 6. *fig.* 1.

P. arenaria *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 845., *et Mant.* 2. *p.* 464. *a, et Mant.* 3. *p.* 670. *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 2. *p.* 12.*

P. pallida *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 24.

Arundo arenaria *Sp. pl.* 121. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 171., *et Engl. bot. v.* 8. *tab.* 520. *Hook. Fl. Lond. edit. Grav. v.* 5. *tab.* 5. *Fl. Dan. tab.* 917. *Svensk. bot. tab.* 138. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 257. *n.* 2266. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 88. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 36. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 66. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 85.* *Suffr. Foroj. p.* 115. *Bert. Lucubr. p.* 5. *n.* 4. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 139.,* *et Bot. Etr.* 1. *p.* 88.* *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 40. *n.* 100. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 102., *et Syll. p.* 52. *n.* 4. *Ab Ucr. Hort. Pan. p.* 62. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 136. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 106. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 221. *tab.* 5. *fig.* 2. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 525.

Calamagrostis arenaria *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 24. *n.* 1525.

Phalaris ammophila *Link: En. alt.* 1. *p.* 66.

Gramen sparteum spicatum foliis mucronatis, vel spica secalina *C. Bauh. Theatr. p.* 66. *n.* 3. *fig. p.* 67.

Gr. secalinum, spicatum, maritimum, maximum, spica longiore *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 60. *tab. ic. loc. et spic. gr. fig. n.* 92. herb. Mont. *Zannich. Istor. delle piant. p.* 120.

Gr. secalinum spica laxiore *Mont. l. c.* herb. Mont.

Gr. maritimum Saccense agriofelisuros *Cup. Hort. Cath. p.* 89., *et Suppl. alt. p.* 34.

Gr. marinum agriofelisuros *Bonann. Panph. tab.* 2.

Gr. spicatum, secalinum, maritimum, maximum, spica longiore *Scheuchz. Agrost. p.* 138. *n.* 1. *tab.* 3. *fig.* 8. *A. B. C.*

Ital. *Sparto pungente*.

Perenn. Legi in litore Lunensi *alla Marinella*, et in proximo litore Massensi. Habui ex litore marino ad Fossam Clodiam a Prof. NACCARIO, ex litore Ravennati inter *Primaro*, et *Malgranone* a BUBANIO, ex maritimis Hetruriæ ab Eq. Prof. SAVIO, ex litore Terracinensi a FIORINIA-MAZZANTIA, ex oris maritimis Sardiniæ a Prof. MORISIO, ex arenosis Corsicæ *a Bonifacio* a SERAFFINIO, et *a Calvi* a SOLEIROLIO. Floret Majo, Junio.

Radix late repens, fibris descendentibus longis, crassiusculis, duris, simpliciusculis, flexuosis, plerumque tomentosis, etiam ex imis culmi in arena sepulti nodis subinde prodeuntibus. Culmi erecti, vel ascendentes, bi-tripedales, una cum foliis radicalibus cæspitosi, cæspitibus obvallatis squamis vaginantibus, aphyllis, acutis, cito emarcidis. Folia dura, stricta, angusta, linearia, canaliculato-convoluta, acuminato-mucronata, pungentia, extus glaberrima, et levissime striata, intus fortiter striata, tenuissime puberula, et glaucescentia. Vaginæ striatæ, glabræ, suprema subspathacea, reliquæ arctæ. Stipula elongata, acuminata, demum lacera, subinde plusquam pollicaris, et bipartita. Racemus terminalis, compositus, spicæformis, continuus, raro inferne interruptus, strictus, longus, interdum etiam pedalis. Rachis inferne semiteres, glabra, superne angulata, striata, scabra. Rami breves, striati, hispiduli, inferiores duo-tres fasciculati, e bractea vaginante, plus minus longa, apice inæqualiter fissa profecti. Locustæ unifloræ, valde compressæ, quatuor-quinque lineas longæ. Valvæ calycinæ chartaceæ, subæquales, oblongo-lanceolatæ, acutæ, compresso-canaliculatæ, carinatæ, carinâ asperulæ, flosculo contento paulo longiores; exterior quidquam angustior, uninervis, interior quinquenervis, nervo utrinque externo breviore, et ad medium valvæ evanido, utraque sub vitro scabrida, margine lato, diaphano. Barba sub flosculo alba, argentina, tertiam partem longitudinis ejus æquans, quæ sub valva corollina externa densior in lateribus. Sub valva corollæ interna stipitulus brevis, superne dense barbatus, villis ad exteriora secundis, nidulatur in sulco medio ipsius valvæ. Corolla chartacea, valvis longitudine subæqualibus; exterior paululum latior, oblongo-lanceolata, compresso-canaliculata, acuta, apice bidentata, dentibus membranaceis,

mucronulo minutissimo, ex nervo carinali profecto inter dentes prominulo, quinquenervis, nervo carinali crasso, aspero, tota superficie sub vitro scabrida, margine albo-diaphano. Valva interior ejusdem formæ, sed paulo angustior, quadrinervis, apice minuto quadridentata, nervis duobus intermediis approximatis, sulco angusto diremptis, intra quem stipitulus barbatus inferne nidulatur, in reliquis valva hæc similis valvæ externæ. Stamina tria, filamentis brevissimis, antheris prælongis, linearibus, flavis, lateraliter exertis. Stigmata duo, sessilia, plumosa. Nectaria squamulæ duæ insignes, lanceolatæ, acuminatæ, ovario multo longiores. Caryopsis prorsus libera, glabra, hinc convexa, inde unisulcata. Tota planta coloris straminei.

Usus. Gramen a natura sapientissima litoribus marinis datum, ut radicibus suis late repentibus firmaret arenas, et cæspitibus crebris easdem contineret. Folia ad storeas, funesque texendas præstant.

LOLIUM.

Linn. Gen. p. 38. *Juss. Gen. p.* 31. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 48. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 105. *Palis. Ess. d' une nuov. Agrost.* 1. *p.* 102. *tab.* 20. *fig.* 3. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 172. *Trin. Fund. Agr. p.* 131. *n.* 67.

Spica composita, rachide articulata. Locustæ alternæ, compressæ, distichæ, plurifloræ, e latere intra rachidem excavatam exceptæ. Gluma calycina univalvis, in locusta terminali tantum bivalvis. Gluma corollina bivalvis, valvis inæqualibus, exteriore mutica, vel aristata, arista simplici. Stamina tria, filamentis corolla brevioribus. Stigmata duo, plumosa, subsessilia. Nectarium squamulæ duæ, inæqualiter bidentatæ. Caryopsis hinc unisulcata, corticata a valva corollina interna adhærente.

Habitus. Plantæ annuæ, vel perennes. Culmi erecti, aut decumbentes. Folia linearia. Inflorescentia spicata. Locustæ facie plana liberæ, e latere hinc ad rachidem, inde ad calycem respicientes.

1. LOLIUM *perenne:* locustis compressis; flosculis calycem superantibus, submuticis; culmo glabro.

L. perenne *Sp. pl.* 122. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 173. α, β, *et Engl. bot, v.* 5. *tab.* 315. *Hook. in Curt. Fl. Lond. ed. Grav. v.* 4. *tab.* 14., *et Brit. Fl. ed.* 2. *p.* 56. *Fl. Dan. tab.* 747. *Schreb. Gram.* 2. *p.* 79. *tab.* 37. *Leers. Herb. p.* 47. *tab.* 12. *fig,* 1. *Lamk. Ill.* 1. *tab.* 41. *fig.* 1. *Svensk. bot. tab.* 71. *Host. Gram. Austr.* 1. *p.* 20. *tab.* 25., *et Fl. Aust.* 1. *p.* 177. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 242. *n.* 2185. *Balb. Fl. Taur. p.* 23. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 83. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 37. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 60., *et p.* 331. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 18. *n.* 129. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 56. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 99. α, β. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 39. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 76. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 95. *A.* Suffr. Foroj. p.* 115. *Bert. Pl. Gen. p.* 24. *n.* 45., *et Amœn. Ital. p.* 121. *n.* 45. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 141., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 91. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 80. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 63. *n.* 150. α, β. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 111. *A, B.*, *et Syll. p.* 57. *n.* 1. *A, B. Ab Ucr. Hort. Pan. p.* 63. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 49. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 150. *a, b.*, *et Suppl.* 1. *p.* 36. *a, b. Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 111. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 89. *n.* 1674. α. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 397. α, β. *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 714. 715. α, β. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 18. *n.* 69. *a, b. Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *p.* 90. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 351. α, β. *Link. Hort. Ber. desc.* 1. *p.* 8., *et* 2. *p.* 175. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 436. α, β.

L. tenue *Sp. pl.* 122. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 242. *n.* 2186. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 56. *Ab Ucr. Hort. Panorm. p.* 63. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 89. *n.* 1675.

L. rigidum *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 84.

L. n. 1416. α., n. 1417., n. 1418. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 204. 205.

Gramen loliaceum angustiore folio et spica seu Phœnix Dioscoridis *C. B. Theatr. p.* 127. *n.* 3. *fig. p.* 128.

Gr. loliaceum angustiore folio et spica *Scheuchz. Agr. p.* 25. *n.* 1, *tab.* 1. *fig.* 7. *A. B. C. Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 40. *fig. n.* 19. herb. Mont. *Zannich. Istor. delle piant. p.* 117. *tab.* 66. *fig.* 1., *et Opusc. posth. p.* 14. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 341. *n.* 2.

Gr. loliaceum foliis et spica angustissimis *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 40. herb. Mont. *Segui. Ver.* 1. *p.* 341. *n.* 3.

Gr. loliaceum majus, spicis longius distantibus *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 40. herb. Mont.

Gr. angustifol. loliacea spica multo minori humile *Cup. Hort. Cath. p.* 87.

Phenice *Dur. Herb. nuov. ed. Rom. an.* 1585. *p.* 354. fig.

β valva calycina locustam æquante, aut subæquante.

Lolium strictum *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 49. *Ten. Syll. p.* 57. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 151.,* *et Suppl.* 1. *p.* 36.*

L. complanatum *Jan. Elench. p.* 2. *n.* 6.*

L. arvense *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 112., *et Syll. p.* 57. *n.* 4. *Guss. Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 152.* *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 83. *Host. Gr. Austr.* 3. *p.* 17. *tab.* 25., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 178. *Fl. Dan. tab.* 1864. non Anglor.

L. tenue *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 141.*

L. perenne *Hoffm. Fl. d'Allem. ann.* 1804. *v.* 2. *tab.* 10. *fig.* 1.

Triticum farctum *Viv. Append. alt. ad Fl. Cors. prodr. in addend. et adnot. p.* 5.,* non Annal. bot., nec Flor. Ital. fragm.

Phenice *Matth. edit. Valgr. ann.* 1585. *tom.* 2. *p.* 1077. fig.

Phœnix *Lugd. hist.* 1. *p.* 416. fig.

ϰ flosculis vel omnibus, vel superioribus aristatis.

Lolium multiflorum *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 110. *n.* 4. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 784., *et Mant.* 2. *p.* 408. *Lamk. Fl. Franç. ed.* 2. *tom.* 3. *p.* 621. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 90. *n.* 1677., *et* 5. *p.* 286. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 436. *Link. Hort. Berol. descr.* 2. *p.* 175. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 354. *α*, *β*. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 16. *n.* 68. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 84. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 77. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 64. *n.* 152. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 113., *et Syll. p.* 57. *n.* 2.

L. perenne var. flosculis aristatis *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 60. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 141.

L. perenne *γ*, *δ* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 100.

L. perenne B *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 95.

L. Boucheanum *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 436.

Gramen loliaceum angustiore folio et spica aristis donatum *Vaill. Bot. Paris. p.* 80. *tab.* 17. *fig.* 3. floscul. omnib. aristat.

δ spica brevi dilatata; locustis superioribus approximatis.

Lolium perenne *δ* *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 173. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 91.

L. perenne β cristatum *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 110.
L. perenne γ compositum *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 748.
L. perenne c cristatum *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 151. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 17. *n.* 69.
Gramen angustifo. humi accubans, polystachyon, seu spica ramosa *Cup. Hort. Cath. p.* 87.
Gr. loliaceum spica lata e plurimis spicis duplici versu dense dispositis constante *Scheuchz. Agr. Helv. prodr. p.* 16. *tab.* 2., *et Agrost. p.* 29. *n.* 1. *tab.* 1. *fig.* 7. *D.*
Gr. loliaceum spicis brevibus et latioribus compressis *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 40. herb. Mont.
γ spica ramosa.
Lolium perenne γ *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 173. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 110. *Leers. Herb. tab.* 12. *fig.* 1. †.
L. perenne δ ramosum *Röm. et Schult. System. veg.* 2. *p.* 748. *Bert. Lucubr. p.* 6. *n.* 7.
L. perenne d ramosum *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 151., *et Suppl.* 1. *p.* 36. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 17. *n.* 69.
Gramen loliaceum panicula multiplici et spicata *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 40. herb. Mont.
Gramen loliaceum, spica longiori ramosa, supinum *Bonann. Panph. tab.* 3.
Ital. *Gioglierello. Giogliuzzo. Gioglio salvatico. Loglierella* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 136.
Perenn. Obvium ubique in viis, pratis, et locis herbidis totius Italiæ. Legi Bononiæ, Genuæ, Sarzanæ. Habui Albâ Pompejâ a Bertero, ex agro Patavino *al Catajo,* et ex oris Adriaticis ad lacunam locustis paucifloris a Mayero, ex pratis Fossæ Clodiæ a Prof. Naccario, ex agro Ravennati, et Tiberiacensi a Bubanio, ex monte *de'Fiori* in Piceno ab Orsino, ex Corsica *a Bastia,* et *a Calvi* a Soleirolio. Varietatem β legi Genuæ, et habui ex agro Pisano ab Eq. Prof. Savio, ex Sicilia *a Terranova* a Prof. Janio, et Panormo *alla Piana* ab Eq. Gussonio, ex insula Phœnicusa iterum ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Bonifacio* ab Eq. Vivianio ex iis ipsis exemplaribus, quæ Seraffinius ad eum miserat, *a Bastia* e loco dicto *la Madonna del fango* a Bubanio, et *a Calvi* a Soleirolio. Varietatem κ legi Sarzanæ. Obtinui ex agro Ticinensi a Badaroo, ex agro Tarvisino *a Mogliano* a Mayero, Terracinâ, ubi frequens in semitis, a Fiorinia-Mazzantia, ex regno Neapolitano ad Pausilippum

ab Orsino. Accepi varietatem δ. ex agro Patavino a Visianio, varietatem γ ex agro Ticinensi a Badaroo, et ex agro Tarvisino *a Mogliano* a Mayero. Floret Majo incipiente.

Radix fibrosa, fibris numerosis, ramulosis, flexuosis, albidis, huc illuc pilosis. Culmi cæspitosi, e tereti compressi, striati, glabri, vel superne scabri, a paucis pollicibus ad tres, quatuorve pedes longi, ludunt declinati, ascendentes, erecti. Folia linearia, acuta, striata, carinata, facie interna, carina superiore, et marginibus scabra, extus glabra, saturate viridia. Vaginæ arctæ, striatæ, glabræ, subcompressæ. Inter basim folii, et oram vaginæ macula alba. Stipula brevissima, truncata, integra, vel erosula. Spica composita, terminalis, disticha, longa, sæpe incurva. Rachis compressa, flexuosa, alterne in lateribus excavata, oris excavationis scabris, reliqua parte glabra. Locustæ lanceolatæ, compressæ, acutæ, distichæ, numero flosculorum mire variantes, scilicet bi-vigintifloræ, et ultra, innuptæ a latere exceptæ intra excavationem racheos, a qua in anthesi divergunt, latere opposito exceptæ calyce, facie plana liberæ, vel omnes, vel superiores approximatæ, inferioribus remotis, alias vero fere omnes remotæ. Gluma calycina univalvis, locusta brevior, lineari-canaliculata, obtusa, et sæpe retusa, striis tribus-quinque albis, seu potius nervis immersis percursa, glabra, sub vitro tamen punctata, saturate virens, margine, et apice membranaceo-alba, vel rubens. Calyx in locusta rachidem terminante bivalvis, valva exteriore paululum longiore, cæterum utraque simili. Axis communis flosculorum compressus, crebre articulatus, scabriusculus. Flosculi in locusta distichi, arcte imbricati. Valvæ corollinæ longitudine subæquales; exterior lineari-canaliculata, apice obtusa, erosula, mutica, vel emarginato-mucronulata, aut aristulata, aristulâ brevissimâ, scabrâ, cæterum valva quinquenervis, saturate virens, margine, et apice membranaceo-alba, vel rubens, hyalina, tota extus sub vitro punctato-scabrida. Valva interior oblongo-linearis, apice bidentata, nervo viridi, ala alba, tenui, ciliata carinato utrinque ad marginem inflexum instructa. Stamina tria, filamentis capillaribus, corolla brevioribus, antheris linearibus, luteis, demum xiphoideis. Ovarium turbinato-trilobum, superne album, nitidum. Stili breves. Stigmata latere

superiore fimbriata, alba, recurva. Utraque genitalia lateraliter exerta. Caryopsis valvâ corollæ internâ corticata.

Varietas *β* levis speciei lusus est, gluma calycina locustam æquante, aut paululum breviore. In hoc quoque lusu locustæ subinde occurrunt pauciflore, et ita se habent in exemplaribus, quæ teneo a Gussonio sub nomine *Lolii stricti* Presl., et a Viviano sub nomine *Tritici farcti* ex *Bonifacio*. Neque hæc Vivianii planta pertinet ad *Agropyrum scirpeum* Presl., ut ipse Vivianius putat in Append. alt. ad Fl. Corsic. prodr. p. 5., de qua diversitate rectissime monuit etiam Gussonius in Sup. 1. p. 35. sub *Tritico scirpeo.*

In varietate *ϰ* flosculi vel omnes, vel superiores aristati; artistæ simplices, tenues, scabræ, subflexuosæ, una vice, aut una vice cum dimidia, ut flosculus, longæ. Locustæ passim multifloræ, sed et sexfloras vidi, et possideo.

Varietati *δ* peculiaris est spica brevis, superne dilatata, plana ob locustas prorsus contiguas, patulas, excavatione rachidis ad illas excipiendas deficiente; una alterave tantum ex locustis inferioribus dissita est, et in excavata rachide ante anthesim excipitur.

Varietas *γ* est planta luxurians, spica vel in parte ima, vel paulo supra ramosa. Locustæ multifloræ, muticæ.

Usus. Gramen præstantissimum pro serendo prato, et pro jumentis alendis, quibus gratissimum. Pluries sectum pluries reviviscit in anno, si irrigetur. Hoc est *Rye-grass* Anglorum.

2. Lolium *temulentum:* calycibus locusta sublongioribus; flosculis ellipticis, apice membranaceis, bidentatis, arista rigida, stricta, scabrida, ipsis multo longiore terminatis; radice annua.

L. temulentum *Sp. pl.* 122. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 174., *et Engl. bot. v.* 16. *tab.* 1124. *Hook. Brit. Fl. edit.* 2. *p.* 57. *Leers. Herb. p.* 48. *tab.* 12. *fig.* 2. *Fl. Dan. tab.* 160. *Schreb. Gr.* 2. *p.* 74. *tab.* 36. *Bull. Herb. de la France tab.* 107. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 48. *fig.* 2. *Svensk. bot. tab.* 192. *Host. Gram. Austr.* 1. *p.* 20. *tab.* 26., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 178. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 242. *n.* 2187. *Balb. Fl. Taur. p.* 23. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 84. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 37. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 61., *et* 331. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 19. *n.* 130. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 56. *Poll. Fl. Ver.* 1. *p.* 10. *Ruching. Fl. dei lid. Ven.*

p. 40. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 76. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 142., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 92. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 63. *n.* 151. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 112. *A., et Syll. p.* 57. *n.* 5. *A. De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 89. *n.* 1676. *Hoffm. Fl. d'Allem. ann.* 1804. *v.* 2. *tab.* 10. *fig.* 2. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 400. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 717. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 16. *n.* 67. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 352.

L. arvense *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 174., *et Engl. bot. v.* 16. *tab.* 1125. levis lusus sine dubio.

L. n. 1420. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 205.

Gramen loliaceum spica longiore, seu lolium Dioscoridis *Scheuchz. Agr. p.* 31. *n.* 1. *tab.* 1. *fig.* 7. *E. F.*

Gr. loliaceum, spica longiore, aristas habens *Mont. Cat. stirp. agr. Bon: prodr. p.* 39. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 18. *et* 27. herb. Mont. *Seguier. Veron.* 1. *p.* 340. *n.* 1.

β arista abortiva, degenerante in setulam albam, flosculo breviorem, hirtulam, vel omnino nulla.

Lolium temulentum B *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 112., *et Syll. p.* 57. *n.* 5.

L. temulentum *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 96.,* *et* 6. *p.* 101.* in observ. sub n. 1323.

L. arvense *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 100. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 61. excl. syn.

L. speciosum *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 151.,* *et Suppl.* 1. *p.* 36.*

L. arvense var. major *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 16. *n.* 65.

L. robustum *Reichenb. l. c. in Add. et corrig. p.* 139. *n.* 65. *b.*

Lolium *Cæsalp. De plant. lib.* 4. *cap.* 49. *p.* 179. *Lugd. hist.* 1. *p.* 417. fig.

Loglio *Matth. ed. Valgr. ann.* 1585. *tom.* 1. *p.* 435. fig.

Gramen loliaceum spica longiore seu Lolium Dioscoridis *C. B. Theatr. p.* 121. fig.

Gr. loliaceum sine aristis circa Bononiam observatum *C. B. Prodr. p.* 9. *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 39. herb. Mont.

Ital. *Loglio. Loglio colla resta. Loglio salvatico. Gioglio. Gioglio cattivo. Loglio zucco. Zizzania* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 136.

Ann. Copiose in universa Italia inter segetes, præsertim varietas β. Speciem legi Sarzanæ inter sata *in Marinella*, et Bononiæ. Habui ex Corsica *a Bonifacio* a

SERAFFINIO. Varietatem β legi Sarzanæ, et Bononiæ, accepi Genuâ a VINCENTIO, Mantuâ a BARBIERIO, ex agro Tarvisino a MAYERO, Fossâ Clodiâ a Prof. NACCARIO, ex arvis Panormitanis ab Eq. GUSSONIO. Floret Majo.

Radix fibrosa, fibris flexuosis, subsimplicibus, nudiusculis. Culmi erecti, vel ascendentes, parce cæspitosi, tri-quadripedales, teretes, striati, superne nudi, ludunt scaberrimi, scabriusculi, vel prorsus glabri. Folia lato-linearia, longe acuminata, carinata, striata, facie interna, marginibus, et carina superiore scaberrima, dorso vix scabrida, aut glabra. Vaginæ striatæ, glabræ, aut scabridæ, præsertim superne, arctæ. Stipula lineam semis, ad summum lineam longa, truncata, erosula. Spica composita, terminalis, longa, laxiflora. Rachis crassa, flexuosa, angulata, striata, varians scaberrima, scabriuscula, aut glabra, alterne in lateribus excavata ad excipiendas locustas. Locustæ alternæ, distichæ, calycem subæquantes, aut paulo breviores, tri-septemfloræ, compresso-turgidæ, præcipue maturæ. Gluma calycina univalvis, lato-lanceolata, mucronulata, mucrone subinde obtusiusculo, canaliculata, multistriata, dorso plus minus scabra, margine membranaceo, angustissimo instructa. In locusta terminali gluma calycina bivalvis, valvis subinæqualibus, cæterum valvæ jam descriptæ similibus. Stipitulus communis flosculorum flexuosus, compressus, glaber, vel oris marginalibus tantum scaber, in articulis tenax. Flosculi inter se se adpressi, oblongo-elliptici, maturitate turgidiores. Valvæ corollinæ, arista non supputata, longitudine subæquales; exterior oblongo-elliptica, concava, margine, et apice hyalino-membranacea, orâ minute ciliolatâ, emarginata, dentibus brevibus, latis, acutis, vel obtusis, subinde erosulis, remote quinquenervis, et inter nervos totidem nervulis obsoletissimis, seu striis notata, extus punctato-scabrida, paulo infra apicem, aut ex sinu dentium emittens aristam rigidam, strictam, leniter flexuosam, plus minus scabridam, flavescentem, ipso flosculo ter-quinquies longiorem; valva corollina interior oblongo-elliptica, plana, interdum exteriore paululum brevior. Reliqua ut in *Lolio perenni* L. Scabrities plantæ res valde ludibunda.

In varietate β arista valvæ corollinæ externæ, præsertim in flosculis superioribus locustæ, fit abortiva, et abit in setulam albam, debilem, varie flexam, hirtulam,

et subinde pilosam, ipsâ valvâ breviorem, aut illi æqualem, vel prorsus deest. In cæteris nulla diversitas. Vidi interdum appendicem hanc inferne esse veram aristam, superne setulam, et longitudine varia pollere, quod quidem plene confirmat, nullam essentialem differentiam specificam dari inter plantam *α*, et *β*, ut jam exactissime dixerat Tenorius in Fl. Nap. 3. p. 112.

Lolium arvense Smith. ab hoc nullimodè differt; arista corollina paululum brevior, et culmus glaber faciunt lusum, non faciunt speciem. Hinc recte Hookerus de illo ait: " It is now generally thought but a variety „ Brit. Fl. edit. 2. p. 56. n. 2.

Usus. Hoc est lolium illud, cujus seminis farina cum caput tentet vertigine, ideo a panificio sedulo expungenda. Hoc quoque est Virgilianum lolium fruges infestans

Infelix lolium, et steriles dominantur avenæ
Eccl. 5. vers. 37.

neque tamen utilitate carens: " Ipsæ frugum pestes in « aliquo sunt usu, ut Plinii verbis utar. Infelix di- « ctum est a Virgilio lolium, hoc tamen molitum, ex « aceto coctum, impositumque sanat impetigines, ce- « lerius quo sæpe mutatur. Medetur et podagris, aliis- « que doloribus ex oxymelite „ Plin. Nat. hist. lib. 22. cap. 25. edit. allat. p. 609. Herba recens alendis jumentis præstat, semen gallinaceis pullis.

ROTTBÖLLIA.

Linn. fil. Nov. gram. gen. in Amœn. acad. tom. 10. *dissert. p.* 22., *et Sup. p.* 13. *Juss. Gen. p.* 31. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 103. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 175.

Rottbolla *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 48.

Ophiuros *Gærtn. fil. Sup. carp. v.* 3. *p.* 3. *tab.* 181.

Ophiurus *Palis. Ess. d' une nouv. Agrost. p.* 116. *tab.* 21. *fig.* 3.

Monerma *Palis. l. c. p.* 116. *tab.* 20 *fig.* 10.

Lepturus *R. Brown. Prodr. p.* 207., *et ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 63. *Trin. Fund. Agr. p.* 122. *n.* 51. *tab.* 8. *fig.* 1-5.

Lodiculariæ species *Palis. Ess. d' une nouv. Agrost. p.* 108. *tab.* 21. *fig.* 6.

Hemarthriæ species *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 465. *
Ægilopis species *Linn. Sp. pl. p.* 1490.
Agrostidis species *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 62.

Flores spicati, hermaphroditi, subinde masculi ex abortu pistilli. Rachis excavata scrobiculis calyce operculari tectis. Locustæ uni-biflοræ, ante anthesim in scrobe racheos sepultæ. Calyx gluma cartilaginea, in locustis lateralibus externa, uni-bivalvis, in locusta terminali opposite bivalvis, in omnibus flosculum, vel flosculos superans, in anthesi patens. Corolla gluma membranacea, bivalvis, mutica, valvis subæqualibus. Flosculi sæpe cum stipitulo rudimentali, casso in basi valvæ interioris. Stamina tria, filamentis capillaribus, antheris demum xiphoideis. Stigmata duo, plumosa, lateraliter recurva, et exerta. Nectarium squamulæ duæ, minutæ. Caryopsis corollæ adnata, corticata.

Habitus. Plantæ annuæ. Culmi inferne decumbentes, ascendentes, rarius erecti, plerumque ramosi. Folia linearia. Inflorescentia spicata, rachide alterne excavata, locustas laterales innuptas in excavationibus suis abscondente, curvata, vel recta, in quibusdam speciebus arescendo ad nodos fragillima.

1. Rottböllia *incurvata*: **spica crassa, tereti, subulata, arefactione incurvata; locustis alternis, unifloris; valvis calycinis geminis, corolla longioribus.**

R. incurvata *Linn. fil. Sup. p.* 114. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 175., *et Engl. bot. v.* 11. *tab.* 760. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 71., *et Fl. Græc. v.* 1. *p.* 72. *tab.* 91. *Hook. Brit. Fl. ed.* 2. *p.* 57. excl. var. *β*. *Cavanil. Ic. et descr.* 3. *p.* 7. *n.* 235. *tab.* 213. *Host. Gram. Austr.* 1. *p.* 18. *tab.* 23., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 112. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 91.** *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 37. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 70. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 90.* *Bert. Pl. Gen. pag.* 24. *n.* 46., *et Amœn. Ital. p.* 121. *n.* 46., *et Lucubr. p.* 7. *n.* 19. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 143., *et Due cent. p.* 34., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 26. *n.* 27. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 410.

Rottbolla incurvata *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 238. *n.* 2169. *Cyrill. Pl. rar. regn. Neap. fasc.* 1. *p.* 18. *n.* 6. *tab.* 6.

fig. A. Desf. Fl. Atl. 1. *p.* 110. excl. var. A. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 78. *n.* 1655. excl. var. *β*.
Rottboella incurvata *Viv. Ann. bot.* 1. *part.* 2. *p.* 148. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 103., *et Syll. p.* 53. *n.* 3. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 140.,* *et Sup.* 1. *p.* 33.*
Ægilops incurvata *Sp. pl.* 1490., *et Mant. alt. p.* 501.
Agrostis incurvata *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 62.
Ophiurus incurvatus *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 797. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 51. *Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 4., *et* 2. *p.* 172.
Lepturus incurvatus *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 723. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 16. *n.* 63. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 462.
Gramen loliaceum, maritimum, scorpioides *Scheuchz. Agr. p.* 42, *n.* 1. *tab.* 2. *fig.* 1. *A. B.*
Gr. loliaceum, maritimum, spicis articulatis *Mont. Cat. Stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 43. *tab. ic. locust. et spic. gram. fig. n.* 29. herb. Mont. *Zannich. Istor. delle piant. p.* 118.
Gr. scorpioides polygonatum *Cup. Hort. Cath. p.* 90. *Bonann. Panph. tab.* 7.

Ital. *Erba cavallina* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 206.

Ann. Legi prope Genuam in litore *a Sestri di ponente*. Habui ex Liguria orientali ad Clavarum a Turio, et ex Liguria occidua ad Albingaunum a Badaroo, Nicæâ a Colla, ex maritimis Tergesti, et Istriæ a Biasoletto, ex litore Austriaco *a Monfalcone* a Berinio, et a Brumattio, ex oris Venetis a Pollinio, Fossâ Clodiâ a Prof. Naccario, ex Piceno *a Grottamare* ab Orsino, ex maritimis Siciliæ, et ex Ustica ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Cervoni* a Soleirolio, *a Bonifacio* a Seraffinio, et *a Cala d'Arbitro* a Bubanio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris tenuibus, numerosis, flexuosis, ramulosis, albidis, villosis. Culmi cæspitosi, decumbentes, vel ascendentes, valde ramosi, palmares, pedales, et quidquam ultra, toti tecti, vel internodiis inferioribus superne nudis, teretes, leves, glaberrimi. Folia angustissima, linearia, acuta, striata, margine, et intus scabra, extus glabra, superiora brevissima, omnia arefactione convoluta. Vaginæ striatæ, glabræ, laxiusculæ, et ad ramos, spicasque subspathaceæ. Stipula brevissima, truncata, erosula. Spica solitaria terminalis culmo, et ramis, crassa, teres, acuta, articulata, in articulis arefactione fragillima, initio

erecta, cito curvata, quæ terminat culmum, cæteris longior. Rachis crassa, striata, utrinque alterne excavata ad excipiendas locustas. Locustæ uniflora, ante, et post anthesim intra excavationem racheos contentæ, et occultatæ, in anthesi hiantes. Calyx gluma cartilaginea, flosculo longior, bivalvis, tota externa, et operculiformis super scrobiculum racheos, valvis lanceolato-linearibus, acuminatis, subæqualibus, inter se se parallelis, trinerviis, subintortis, margine albo-membranaceis. Corolla gluma bivalvis, calyce brevior, albo-membranacea; valvis longitudine subæqualibus, lanceolatis, acuminatis, valva exteriore compresso-canaliculata, uninervi, glabra, valva interiore angustiore, apice brevissime bidentata, nervo glabro utrinque ad marginem inflexum instructa. Reliqua generis.

2. Rottböllia *filiformis:* spica gracili, compressa, suberecta; locustis alternis, unifloris; valvis calycinis geminis, acutis, corolla sublongioribus.

R. filiformis *Roth. Cat.* 2. *p.* 21. excl. syn. Mont. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *pag.* 464. excl. syn. Mont., et Barrel. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 462.

R. erecta *Sav. in Nuov. giorn. de' lett. di Pis. ann.* 1806. *tom.* 4. *p.* 230. *fig.* 5. 6.,* et *Due cent. p.* 34.,* et *Bot. Etr.* 1. *p.* 26.*

Rottboella filiformis *Viv. Ann. bot.* 1. *part.* 2. *p.* 149. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 104. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 62. *n.* 149.* *Jan. Elench. p.* 2. *n.* 7.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 2. *p.* 12.*

R. erecta *Ten. Syll. p.* 53. *n.* 4. excl. syn. Barrel. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 140.,* et *Suppl.* 1. *p.* 34.*

Rottbolla erecta *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 280. *n.* 1653.[a] *Lamk. Illustr. tab.* 48. *fig.* 2.

R. incurvata A *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 111.

R. incurvata β *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 78. *n.* 1653. *Hook. Brit. Fl. ed.* 2. *p.* 57.

Ophiuros incurvata *Gærtn. fil. Sup. carp. v.* 3. *pag.* 3. *tab.* 181.

Ophiurus filiformis *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 797., et *Mant.* 2. *p.* 440. *Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 4.

O. erectus *Link. l. c.* 2. *p.* 172.

O. compressus *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 51.

O. gracilis *Gay. in Schult. Syst. veg. mant.* 3. *p.* 663. in obs. ad *O. filiformem.*

Lepturus filiformis *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 16. *n.* 61.

Gramen loliaceum junceum minus *Barrel. Ic.* 6.

Gr. loliac. marit. spicis articulatis *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 2. *fig.* 8.

Gr. loliaceum, spicis articulosis, erectis, majus *Scheuchz. Agr. p.* 43.

Ital. *Loglierella dritta* Sav. Due cent. p. 34.

Ann. Habui ex palustribus prope Albingaunum in Liguria occidua a Prof. Sassio, ex agro Nicæensi a Risso, ex maritimis *di Monfalcone* a Berinio, ex argillosis Pisanis, et Senensibus ab Eq. Prof. Savio, Româ a Prof. Maurio, Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, Neapoli ab Orsino, ex oris Calabris *a Melito*, et Tarento, tum ex campis cultis Siciliæ prope Panormum, et ex maritimis ad Drepanum ab Eq. Gussonio, ex Sardinia a Badaroo, et a Prof. Morisio, ex Corsica *a Bonifacio* a Seraffinio, et *a Calvi* a Soleirolio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, tenuis. Culmi ascendentes, vel erecti, graciles, subpedales, glabri, cæspitosi, simplices, aut ramosi, nodis saturate purpureis passim instructi. Folia, vaginæ, et stipulæ ut in *Rottböllia incurvata* L., sed folia angustiora, glabra, vel intus puberula, margine, et carina superiore scabriuscula. Spica terminalis, longa, tenuis, subcompressa, erecta, vel leniter curvula. Locustæ solitariæ in excavationibus alternis racheos, uniflorae. Gluma calycina bivalvis, valvis subæqualibus, semilanceolatis, acuminatis, vel acutis, aut etiam obtusiusculis, præsertim inferioribus, trinerviis, margine, et apice albo-membranaceis, glabris, aut prope apicem carinâ scabridis, lateralibus externis, et inter se parallelis, terminalibus oppositis, in anthesi, et post anthesim patentibus. Flosculus calyce vix brevior, albo-membranaceus. Valvæ corollinæ subæquales; exterior lanceolata, acuminata, compresso-canaliculata, uninervis, carinata, carinâ superne scabridâ; interior apice bidentata, nervo sub lente minutissime scabrido utrinque ad marginem inflexum instructa. Stipitulus rudimentalis, minutus, ut in præcedente. Tota planta interdum purpurascens.

Rottböllia filiformis Roth., si rite perpendatur descriptio ejus ab ipso Rothio data Cat. 2. p. 21., nullimode differt a *Rottböllia erecta* Sav., ibi enim stipula dicitur semilineam fere longa, non elongata, gluma calycina bipartita, laciniis acuminatis, obtusiusculis, non constanter obtusis, et folia subpubescentia tantum, non perenniter pubescentia, quæ omnia exactissime

occurrunt etiam in *Rottböllia erecta* Sav. Rothius quidem addidit, plantam suam primo sationis anno floruisse, et in viridario perennasse; at hic profecto contigit, quod passim contingit in plantis annuis, quæ coluntur in hortis botanicis, quæ dum plures intra angustum vas nascuntur, vel nullæ, aut paucæ anno sationis florent, reliquæ alterum in annum differuntur, nec tamen habitu perenni pollent.

3. Rottböllia *cylindrica*: spica crassa, suberecta; locustis unifloris; gluma calycina univalvi, pugioniformi; valva corollina externa quinquenervi.

R. cylindrica *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 464. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 299. *n.* 2.

R. subulata *Sav. Due cent. p.* 35.,* *et in Nouv. giorn. de' lett. an.* 1806. *tom.* 4. *p.* 230. *fig.* 4. 8.,* *et Bot. Etr.* 1. *p.* 27.*

Rottboella subulata *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prod. p.* 62. *n.* 148. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 104., *et Syll. p.* 53. *n.* 1. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 139., *et Suppl.* 1. *p.* 33.

Rottbolla subulata *De Candoll. Fl. Franç.* 5. *p.* 281. *n.* 1653.*b*

Monerma subulata *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 52. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 799., *et Mant.* 2. *p.* 440.

Ophiurus subulatus *Link. Hort. Berol. descr.* 1. *p.* 3.

O. cylindricus *Link. Hort. Berol. descr.* 2. *p.* 171.

Lepturus subulatus *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 462.

L. cylindricus *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 16. *n.* 62.

Gramen loliaceum junceum majus *Barrel. Ic.* 5.

Gr. pumilum, arundinaceum myuros erectum non ramosum minimum *Bocc. Mus. di piant. p.* 70.

Gr. myuros erectum minimum arundinaceum *Bocc. l. c. tab.* 59.

Gr. parvum spicarum loco ferens caules erumpentibus alternatim acutis glumis veluti dentatos *Triumf. Obs. p.* 64.

Gr. loliaceum, spicis articulosis erectis *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prod. p.* 43. *tab. ic. loc. et spic. gr. fig. n.* 28. herb. Mont.

Ital. *Loglierella fatta a lesina*.

Ann. Legi in litore Lunensi *alla Marinella*. Habui ex maritimis Hetruriæ ab Eq. Prof. Savio, ex maritimis *di Mondello* in Sicilia, et ex Ustica ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Bonifacio* a Seraffinio, et a Soleirolio, *a Galeria* ab eodem Soleirolio. Floret **Majo, Junio.**

Omnia ut in *Rottböllia incurvata*; sequentibus exceptis. Culmi etiam sesquipedales. Folia in facie superiore scabra, extus glabra. Spicæ teretes, crassæ, subulatæ, semper erectæ, aut vix incurvæ. Locustæ crebræ, subinde in rachide intermedia oppositæ. Calyx locustarum lateralium omnino univalvis, valva pugioniformi, idest lato-lanceolata, mucronata, leniter canaliculata, sexnervia, nervis sæpe scabris. Calyx locustæ terminalis bivalvis, valvis oppositis, longitudine subæqualibus, interiore quidquam angustiore, trinerviis. Corolla calyce paululum brevior, bivalvis, valvis longitudine subæqualibus, duplo fere grandioribus, quam in *Rottböllia incurvata;* valva exterior leniter canaliculata, non compressa, obtusiuscula, quinquenervia; valva interior apice bidentata, nervo minute ciliolato utrinque ad marginem inflexum instructa.

4. Rottböllia *fasciculata:* spicis compressis, crassis, supremis fasciculatis; rachide quadrifariam excavata, loculis, locustisque cruciate oppositis; gluma calycina univalvi; culmo decumbente.

R. fasciculata *Röm. et Schult. Syst. veget.* 2. *p.* 787., *et Mant.* 2. *p.* 432. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 299. *n.* 3.
Rottbolla fasciculata *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 110. *tab.* 36.
R. altissima *Poir. Voyag.* 2. *p.* 105.
Rottboella fasciculata *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 104.,* *et Syll. p.* 53.* *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 140. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 106. *n.* 6.
R. spathacea *Ten. Fl. Nap.* 1. *in prodr. p. XI.**
Lodicularia fasciculata *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 52. *Link. Hort. Berol. descr.* 1. *p.* 6., *et* 2. *p.* 198.
Lepturus fasciculatus *Trin. Fund. Agr. p.* 123.
Hemarthria fasciculata *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 465.
Ital. *Erba scorpiona*.

Ann. Habui Neapoli *ai Bagnuoli* ab Eq. Prof. Tenorio, tum ex *i Bagnuoli*, ex *Pascone*, et *Pasconcello* ab Orsino. Floret ab Julio in Septembrem.

Culmi decumbentes, floriferi apice assurgentes, ob vaginas foliorum laxas crassi, tereti-compressi, striati, glabri, simplices, vel superne ramosi, toti tecti, nodis rufescentibus instructi, inferne crebre nodosi, etiam ultra pedem longi. Folia linearia, acuminata, carinato-canaliculata, striata, carina superiore, et marginibus scabra, reliqua parte glabra. Vaginæ compressæ, dimidiatæ, laxæ, striatæ, glabræ, breves, culmum, ramosque obvolventes, supremæ spathaceæ. Stipula

brevissima, truncata, lacero-ciliata, in vaginæ margines decurrens. Rami breves, axillares, vagina spathacea toti, aut fere toti tecti, ut plurimum mono-distachyi. Spicæ superiores terminales culmo, subinde etiam ramis, ternæ, quaternæ, fasciculatæ. Spicæ omnes crassæ, tereti-compressæ, acuminatæ, rectæ, vel curvæ, quadrifariam locustiferæ, locustis brachiate oppositis. Rachis crassa, striata, compressa, scrobiculis brachiate oppositis quadrifariam excavata ad locustas excipiendas. Locustæ uniflorae, laterales instructæ gluma calycina univalvi, cartilaginea, operculiformi, ovato-oblonga, obtusa, et subinde emarginata, utrinque prope marginem nervo crasso, ciliolato-scabro instructa, margine albo-membranaceo, angusto circumdata, dorso multistriata. Ex adverso in scrobiculo racheos quodammodo hæret altera valva calycina, apice acute rostellato tantum libera, ipsa quoque margine albo-membranaceo, angusto circumdata. Calyx locustæ terminalis bivalvis, valvis inæqualibus, acuminato-aristatis. Corolla gluma bivalvis, albo-membranacea, calyce brevior, sed fere totam cavitatem scrobicularem implens; ejus valvæ subæquales, late ovatæ, acutæ, concavo-canaliculatæ, enerviæ.

Synonymon Tenoreanum sub nomine *Rottboellæ spathaceæ* perperam Römerus et Schultesius in Syst. veg. 2. p. 261., et Sprengelius in Syst. veg. 1. p. 265. attulerunt ad *Spartinam strictam* Roth., et postea ad *Rottbölliam fasciculatam* Desf., nec recte sub prima reliquerunt Mertensius et Kochius in Röhl. Deutschl. Fl. 1. p. 460., et Reichenbachius in Fl. Germ. exc. 1. p. 22.

Rottböllia fasciculata Desf. non solum ex oris Africæ extenditur ad plagas Italiæ, verum etiam ad insulas Jonias, atque ego habeo exemplar lectum in insula Corcyra a Braila discipulo meo.

PSILURUS.

Trin. Fund. Agrost. p. 93. *n.* 1. *Link. Hort. Berol. descr.* 1. *p.* 5., *et* 2. *p.* 172. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 461.
Asprella *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 17.
Nardi species *Linn. Sp. pl.* 78.
Rottbölliæ species *Cavanill. Ic. et desc.* 1. *p.* 27.
Monermæ species *Röm. et Schult. System. veg.* 2. *p.* 799. non Palis.

Spica articulata, scrobiculata, matura fragillima. Locustæ unifloræ, solitariæ in scrobiculis racheos. Calyx gluma minuta, uni-bivalvis, flosculo lateralis, illoque multo brevior. Flosculus sæpe basi auctus stipite laterali, sterili, longo. Corolla gluma bivalvis, valvis longitudine subæqualibus, exteriore chartacea, apice, aut parum sub apice plerumque longe aristata. Stamen solitarium. Stigmata duo plumosa. Nectarium squamulæ duæ, minimæ. Caryopsis corticata.

Habitus. Planta annua, gracilis. Folia setacea. Inflorescentia spicata, spica arescente varie curvata. Locustæ in scrobiculis racheos ante anthesim exceptæ, et fere absconditæ.

1. Psilurus *nardoides*.

P. nardoides *Trin. Fund. Agr. p.* 93. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 21. *Link. Hort. Berol. descr.* 1. *p.* 5. excl. syn. Palis., *et* 2. *p.* 172. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 461. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 283. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 15. *n.* 60. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 112.

Asprella nardiformis *Host. Gr. Austr.* 4. *p.* 17. *tab.* 29.

Nardus aristatus *Sp. pl.* 78., *et* 1676. *Vill. Hist. des pl. de Dauph.* 2. *p.* 58. *tab.* 2. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 231. *n.* 2130.

N. aristata *Balb. Fl. Taur. p.* 11. *Bir. Fl. Acon.* 1. *p.* 19. *Sav. Due Cent. p.* 12., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 25. *Biv. Bern. Cent.* 2. *p.* 37. *n.* 51. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 78. *n.* 1652. *Palis. Ess. d'une nouv. Agr. p.* 117.

Rottboellia monandra *Cavanill. Ic. et descript.* 1. *p.* 27. *n.* 41. *tab.* 39. *fig.* 1. *Willd. En.* 1. *p.* 129. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 84. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 61., *et p.* 331. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 92. *Viv. Ann. bot.* 1. *part.* 2. *p.* 147. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 411.

Rottboella monandra *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 61. *n.* 147. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 105. *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 139., *et Suppl.* 1. *p.* 33.

Monerma monandra *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 799., *et Mant.* 2. *p.* 440. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 51. non Palis.

Gramen junceum nodosum minimum capillare. *Barrel. Ic.* 117. *fig.* 1.

Gr. exile, arundinaceum, minimum, acumine reflexo *Bocc. Mus. di piant. p.* 74. *tab.* 57. *Scheuchz. Agrost. p.* 41. *n.* 1. *tab.* 1. *fig.* 7. *K.*

Gr. loliaceum, minimum, spicis gracilibus reflexis *Mont. Cat. Stirp. agr. Bon. prodr. p.* 43. *tab. ic. loc. et spicar. gram. fig. n.* 30. herb. Mont. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 343.

Ital. *Erba setolina*.

Ann. Legi Sarzanæ in muris vetustis sub arce *di Sarzanello,* et in monte *Groppolo*. Habui ex Liguria orientali ad Clavarum in via, quæ ducit ad Capuccinos a TURIO, ex Liguria occidua inter *Pegli,* et *Voltri* ab Eq. Prof. VIVIANIO, ex arenosis Ticinensibus a BADAROO, ex agro Veronensi a POLLINIO, ex apricis Tarvisinis a MAYERO, ex litore Austriaco *a Monfalcone* a BERINIO, ex vineis, et olivetis Istriæ a BIASOLETTO, ex Piceno *a Cavaceppo* ab ORSINO, ex cretosis Senensibus ab Eq. Prof. SAVIO, ex agro Florentino *alla Petraia* a BUBANIO, Româ a Prof. SEBASTIANIO, Neapoli *al Fusaro* iterum ab ORSINO, ex Corsica *a Calvi* a SOLEIROLIO. Floret Aprili, Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris tenuibus, ramulosis, flexuosis, pubescentibus, fuscis. Culmi cæspitulosi, teretes, erecti, aut ascendentes, tenues, a palmo ad pedem, et ultra longi, simplices, aut e nodis baseos ramosi. Folia convoluto-setacea, mucronulata, brevia, glabra, vix apice scabrida. Vaginæ striatæ, glabræ, laxiusculæ, præsertim suprema, quæ cæteris longior. Stipula brevissima, truncata, erosa. Spica solitaria, terminalis, longissima, demum vario modo curva. Rachis tenuis, striata, scaberrima, alterne excavata ad excipiendas locustas, quæ ante anthesim rachidi arctissime hærent, ut non appareant. Locustæ unifloræ, tenues, subinde cum stipite longiusculo, casso, scabro, ad basim valvæ corollinæ internæ. Gluma calycina lateralis in basi flosculi, uni-bivalvis, valva minuta, acuta, trinervi, subinde deficiente. Corolla calyce triplo, vel quadruplo longior, bivalvis; valva exterior chartacea, linearis, compresso-canaliculata, uninervis, tota scabrida, aut saltem in nervo, et margine superiore, ex apice integro, aut ex sinu duorum denticulorum minutissimorum producta in aristam, ut ipsa, longam, tenuem, rectam, simplicem, scabram; valva interior exteriori sine arista subæqualis, angustissima, apice bidentata, nervo ciliolato utrinque ad marginem inflexum instructa. Caryopsis corollæ adhærens, corticata. Planta recens virens, siccata straminea, ludit purpurascens. Spica matura in nodis fragillima.

ELYMUS.

Linn. Gen. p. 39. *Juss. Gen. p.* 31. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 49. *Vent. Tabl. tom.* 2. *pag.* 105. *Palis. Ess. d' une nuov. Agr. p.* 106. *tab.* 20. *fig.* 7. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 176. *Trin. Fund. Agr. p.* 152. *n.* 108.

Flores spicati. Spica continua, compressa, instructa locustis duabus, tribus alterne seriatis, inter se se approximatis, parallelis, uni-trifloris, singulis subinde e denticulo profectis. Flosculi omnes perfecti. Calyx sub quavis locusta gluma bivalvis, externa, involucriformis, valvis angustis, aristatis, vel muticis, approximatis. Corolla gluma bivalvis; valva exterior major, quinquenervis, acuminata, mutica, vel aristata, arista terminali, simplici, stricta; valva interior bidentata, binervis, nervis scabris. Stamina tria, filamentis corolla brevioribus. Stili duo, brevissimi, stigmatibus plumosis. Nectarium squamulæ duæ, lanceolatæ. Caryopsis angusta, lateraliter unisulcata, apice villosa, corollæ adhærens, corticata.

Habitus. Plantæ perennes, rarius annuæ. Culmi erecti. Folia linearia. Inflorescentia spicata, spica e tereti compressa, densa, mutica, vel aristata. Gramina hordeiformia, vel ammophilæformia.

1. Elymus *europæus:* locustis ternis, subbifloris; valvis calycinis lineari-angustissimis, basi lævibus, corollisque superne scabris, aristatis; foliis flaccidis.

E. europæus *Linn. Mant.* 1. *p.* 35. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 178., *et Engl. bot. v.* 19. *tab.* 1317. *Hook. Brit. Fl. ed.* 2. *p.* 54. *Fl. Dan. tab.* 1631. *Host. Gram. Austr.* 1. *p.* 22. *tab.* 28., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 111. *Bir. Fl. Acon.* 1. *p.* 38. *Tenor. Syll. p.* 54. *n.* 1. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 141. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 91. *n.* 1679. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 402. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 719. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 18. *n.* 78. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 347. *Link. Hort. Berol. descr.* 1. *p.* 17. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 452.

Hordeum europæum *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 260. *n.* 2276. *Link. Hort. Ber. descr.* 2. *p.* 180.

H. n. 1537. *Hall. Hist. stirp. indig.* ***Helv.* 2. *p.* 248.**
Gramen hordeaceum montanum, **spica strigosiori** brevius aristatum *Scheuchz: Agr. helv.* ***prodr. p.* 14. *tab.* 1., *et Agr. p.* 16. *n.* 1.**
Gr. secalinum, majus, sylvaticum ***Mont. Cat. stirp. agr.*** *Bon. prodr. p.* 60. *tab. ic. loc. et* ***spic. gram. fig. n.* 94.** herb. Mont.
Ital. *Orzo montano*.
Perenn. Habui ex sylvis ad thermas Valderias in Pedemontio a Prof. Morisio, et ex Sicilia ***a Castellobuono,*** in Nebrodibus, et in Ætna ab Eq. **Gussonio. Floret** Majo, Junio.
Radix repens, articulata, firma, articulis **squama demum** emarcida obductis, fibris descendentibus simpliciusculis, flexuosis, plus minus villosis. Culmus sesqui-bipedalis, et ultra, erectus, vel ascendens, teres, striatus, interdum apice scaber, prope nodos ut plurimum deorsum subhirsutus, cæterum glaber, superne nudus. Folia lato-linearia, acuminata, carinata, striata, flaccida, ludunt intus, margine, et carinâ scabra, vel tota scabra, vel scabra margine, et cariná, reliqua parte glabra. Vaginæ striatæ, arctæ, subhirsutæ, hirsutie deorsum flexa. Stipula brevissima, truncata, integra, aut vix erosula. Spica terminalis, sesqui-biuncialis, rigida, subcompresso-teres, continua, erecta. Rachis leniter flexuosa, angulata, scabra, alterne tridentata, dentibus acutis, singulis unilocustiferis. Locustæ ternæ, parallelæ, approximatæ, biflore, vel uniflore cum stipitulo tenui, scabro, casso in basi valvæ corollinæ internæ. Flosculi intra calycem breviter pedicellati. Calyx involucriformis, externus, bivalvis, valvis approximatis, parallelis, flosculos sine arista æquantibus, aut paulo superantibus, lineari-angustissimis, canaliculatis, basi levibus, glabris, superne striatis, seu trinerviis, scabris, apice attenuato breviter aristatis. Valva corollina externa oblongo-lanceolata, concavo-canaliculata, carinata, quinquenervis, scabro-hispidula præsertim superne, acuminata, acumine producto in aristam duas, aut tres vices, ut ipsa, longam, simplicem, rigidam, scabram, subflexuosam. Valva interior exteriori sine arista longitudine æqualis, apice breviter bidentata, et ciliolata, nervo crasso, viridi, sub lente scabrido utrinque ad marginem inflexum instructa. Caryopsis oblonga, apice villosa, firmiter corticata.

Gussonius in Fl. Sic. prodr. 1. p. 141. huc trahit *Gramen loliaceum nemorense thyrsoide spica* Bonann. Panph. tab. 51. Ego quidem perperam in Lucubr. p. 16. n. 80. ad *Stipam Aristellam* L. pertinere putavi; sed neque *Elymi europæi* L. est ob spicam longam, gracilem, locustasque solitarias, alternas, saltem trifloras, calyce involucrante destitutas. Hoc, si recte video, pertinet ad *Triticum caninum* Huds.

2. Elymus *crinitus:* locustis geminatis, sessilibus, subbifloris; valvis calycinis ab imo striatis; corollis totis scabris, longissime aristatis.

E. crinitus *Schreb. Gram.* 2. *p.* 15. *tab.* 24. *fig.* 1. optim. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 72., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 76. *tab.* 96. luxur. *Host. Gr. Austr.* 1. *p.* 21. *tab.* 27., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 111. excl. Lin. syn. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 777., *et Mant.* 2. *p.* 427. *Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 18., *et* 2. *p.* 178. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 452. *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 2. *p.* 11.* *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 18. *n.* 77.

Hordeum crinitum *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 113. *Tenor. Syll. p.* 532. *n.* 1.*

H. jubatum *De Cand. Fl. Franç.* 5. *p.* 286. *n.* 1686.* non Linn.

Gramen hordeaceum, spica aristis longissimis circumvallata *Scheuchz. Agr. p.* 20. *n.* 1. *Buxb. Cent.* 1. *p.* 33. *tab.* 32. *fig.* 1.

Ital. *Gramigna Coda di cavallo.*

Ann. Habui ex Lucania ad margines agrorum prope *Osella* a Gasparrinio, et ex pascuis *di Pula*, et *Domos de Maria* in Sardinia a Prof. Morisio. Floret Majo.

Radix fibrosa, fibris ramulosis, flexuosis, huc illuc villosis. Culmi ascendentes, parce cæspitosi, a spithama ad sesquipedem longi, teretes, graciles, striati, glabri, aut apice scabridi. Folia linearia, acuminata, angusta, striata, carinata, in facie interna, aut utrinque pilosa, margineque scabra, extus glabra, aut glabriuscula. Vaginæ striatæ, scabridæ, aut glabræ, suprema laxiuscula, et initio subspathacea. Stipula brevissima, truncata, erosa, subinde fissa. Spica terminalis, densa, nutans, aut subnutans, compresso-teres, cum aristis tripollicaris, et ultra. Locustæ geminatæ, imæ interdum solitariæ, omnino sessiles, dentibus racheos nullis, bifloræ, aut unifloræ cum stipitulo casso, aut cum stipitulo glumam abortivam,

muticam ferente. Flosculi sessiles. Valvæ calycinæ geminæ, lineari-angustissimæ, involucriformes, ab imo ad summum striatæ, dorso glabræ, margine scabræ, canaliculatæ, apice attenuatæ, longiuscule aristatæ, flosculos, arista eorum non supputata, multum superantes, erecto-patulæ, arista canaliculata, oris et carina scabra, attenuata. Valva corollina externa lanceolata, canaliculato-convoluta, sine arista circiter trilinearis, trinervis, tota scabro-hispidula, acuminata, acumine producto in aristam longissimam, plusquam bipollicarem, trinervem, inferne latiorem, superne sensim, sensimque attenuatam, canaliculatam, scabro-hispidulam, erecto-patulam, arefactione sæpe subrefracto-distortam, nec tamen geniculatam. Valva interior exteriorem sine arista subæquans, angustior, apice subbidentata, nervo remote ciliato utrinque ad marginem inflexum instructa.

Observ. Elymus arenarius L. nondum, quod sciam, repertum est in Italia. Allionius, qui in Fl. Ped. 2. p. 258. n. 2272. introduxit veluti incolam litorum marinorum nostrorum videtur non novisse, et commutasse cum aliquo lusu *Ammophilæ arundinaceæ*. Josephus Montius bene novit, et habuit pro varietate ejusdem *Ammophilæ*, quam dedit sub nomine *Graminis secalini spica foliacea* Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p. 60., ut patet ex ejus herbario.

HORDEUM.

Linn. Gen. p. 39. *Juss. Gen. p.* 32. *Tourn. Inst. rei herb.* 3. *tab.* 295. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 49. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 106. *Gærtn. De fruct. et sem.* 2. *p.* 10. *tab.* 81. *Palis. Ess. d'une nouv. Agr. p.* 114. *tab.* 21. *fig.* 1. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 178. *Trin. Fund. Agr. p.* 121. *n.* 48.

Flores spicati, spica articulata, continua, e tereti-compressa, facta locustis alterne seriato-ternis, unifloris, approximatis, parallelis, intermedia hermaphrodita, lateralibus masculis, vel neutris. Flosculi omnes basi interna aucti aristula rigida, subulata, nidulante in sulco dorsali valvæ corollinæ interioris. Calyx gluma

externa, involucriformis, uniflora, bivalvis, valvis angustissimis, canaliculatis, aristatis, inter se distantibus. Corolla gluma bivalvis; valva exteriore majore, tri-quinquenervi, acuminata, vel in omnibus flosculis, vel in intermedio aristata; valva interiore bidentata, binervi, nervis approximatis, scabris, inter quos sulcus fovens aristam basilarem. Stamina tria, filamentis capillaribus, antheris linearibus, longis. Stigmata duo, sessilia, brevia, recurva, latere interno plumosa. Nectarium squamulæ duæ, obtusæ, aut acutæ, glabræ, vel ciliatæ. Caryopsis oblonga, lateraliter unisulcata, corollæ adhærens, corticata.

Habitus. Plantæ annuæ, vel perennes. Culmi erecti, aut ascendentes, vel decumbentes. Inflorescentia spicata, spica continua, facta seriebus duabus, longitudinalibus, distichis, unaquaque ex triplici locustarum ordine. Rachis utrinque marginata, ora marginali ciliato-scabra, articulis in maturitate fragillimis.

1. Hordeum *bulbosum:* locusta intermedia subsessili, flosculo aristato, lateralibus pedicellatis, flosculis muticis; radice tuberosa.

H. bulbosum *Sp. pl.* 125. *Sibth. et Smith. Flor. Græc. prodr.* 1. *p.* 73., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 79. *tab.* 98. *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 8. *tab.* 13., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 107. *Bert. Pl. Gen. p.* 25. *n.* 47., *et Amæn. Ital. p.* 122. *n.* 47., *Viv. Ann. bot. tom.* 1. *part.* 2. *p.* 147. *Pollin. Fl. Ver.* 3. *p.* 214. *Ten. Syll. p.* 54. *n.* 1. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 50. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 142.* *Desf. Fl. Atl.* 1. *in Emend. Lois. Deslongch. Not. p.* 26. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 18. *n.* 80. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 455.

H. strictum *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 113. *tab.* 37. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 108. *n.* 8. *Link. Hort. Berol. descript.* 1. *p.* 21., *et* 2. *p.* 180. *Sebast. Rom. pl. fasc.* 2. *pag.* 50. *n.* 126. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr.* 1. *p.* 64. *n.* 153. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 105. *Bivon. Bern. Cent.* 2. *p.* 31. *n.* 42. *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 51.*

H. nodosum *Sav. Due Cent. p.* 37.

Gramen creticum, spicatum, secalinum, altissimum, tuberosa radice *Tourn. Corol. p.* 39.

Gr. secalinum, bulbosa radice, seu ex Alepo *Barrel. Ic.* 112. *fig.* 2. *Scheuchz. Agr. p.* 19. *n.* 5. *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 60. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 95. herb. Mont.

Gr. hordeaceum, leptocaulon, prealtum, macrostenostachyon *Cup. Hort. Cath. p.* 89.

Ital. *Coda di topo* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 119.

Perenn. Legi Genuæ in herbidis, ubi frequens. Habui ex agro Viterbiensi *a Canino* a Rev. Fratre Mauritio de Brixia, Româ in monte *Pincio* a Barbierio, ex Sicilia *a Mistretta* ab Eq. Gussonio, ex Sardinia a Badaroo, et a Prof. Morisio. Obtinui quoque ex Dalmatia ad Sibenicum a Visianio. Floret Majo.

Radix e tuberibus ovoideis, coacervatis, quorum alii, vel omnes solitarii, alii gemini, altero alteri superimposito. Fibræ descendentes firmiusculæ, crassiusculæ, parce ramulosæ. Culmi cæspitosi, erecti, vel ascendentes, etiam bicubitales, teretes, striati, crassi, superne nudi, glabri. Folia lato-linearia, acuminata, striata, intus, et marginibus scabra, subinde utraque facie pilosa, basi maculâ albâ, callosâ notata, et desinentia in auriculas duas, acuminatas, convergentes, culmum amplexantes. Vaginæ striatæ, glabræ. Stipula brevissima, truncata, erosulo-ciliolata. Spica terminalis, compressa, continua, erecta, vel subnutans, etiam tri-quadripollicaris, facta seriebus duabus longitudinalibus, et distichis locustarum alterne ternatarum. Rachis crebre articulata, compressa, utrinque marginata, ora marginali ciliolato-scabra. Racheos articuli in maturitate spicæ fragillimi. Locustæ unifloræ, alterne ternæ, approximatæ, parallelæ, intermedia subsessili, hermaphrodita, flosculo aristato, lateralibus pedicellatis, masculis, flosculo mutico. Calyx gluma externa, involucriformis, bivalvis, valvis lineari-angustissimis, inter se remotis, attenuato-aristatis, arista scabra, circiter, ut ipsæ, longa, canaliculatis, trinerviis, viridibus, scabro-hispidulis, præsertim superne, margine tenuissimo membranaceo-albo, oraque ciliolato-aspera instructis, flosculum, arista ejus non supputata, paulo superantibus. Flosculus intermedius, sive hermaphroditus, intra calycem proprium sessilis. Ejus valva corollina externa oblongo-lanceolata, canaliculato-convoluta, quinquenervis, scabrida, e pallide virenti albens, acuminata, acumine producto in aristam rigidam, strictam, minus tamen in anthesi,

aculeolato-scabram, superne attenuatam, subinde purpurantem, longitudinis variæ, in flosculis imis, et supremis semper breviorem, in reliquis ludentem a longitudine sex-octo linearum ad pollicarem, et sesquipollicarem. Valva interior exteriorem sine arista subæquans, minute bidentata, canaliculata, binervis, nervis viridibus, inter se approximatis, vix scabridis, reliqua valva alba. Aristula tenuis, longiuscula, rigida, subulata, glabra, aut pilosa, sita in basi ejus externa, et nidulans in sulco inter nervos valvæ exculpto. Stamina tria. Filamenta capillaria, initio brevissima, postea elongata fere ad longitudinem flosculi. Antheræ longissimæ, virides, mox ex viridi luride purpurascunt, senio dealbatæ. Stigmata sessilia, brevia, recurva, in latere interno, seu superiore dense plumosa. Nectarium squamulæ duæ, obtusæ, longe ciliatæ. Flosculi laterales, sive masculi, intra calycem proprium brevissime stipitati; eorum valva corollina externa mutica, acuminato-mucronata tantum, mucrone scabro. Rèliqua omnia, pistillo abortiente excepto, ut in flosculo hèrmaphrodito.

2. Hordeum *murinum:* flosculis omnibus æqualiter aristatis, aristis erecto-patulis; valvis calycinalibus intermediis ciliatis.

H. murinum *Sp. pl.* 126. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 179., *et Engl. bot. v.* 28. *tab.* 1971. *Curt. Fl. Lond. edit. Grav. v.* 1. *tab.* 12. *Hook. Brit. Fl. edit.* 2. *p.* 55. *Flor. Dan. tab.* 629. *Host. Gram. Austr.* 1. *p.* 25. *tab.* 32., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 107. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 259. *n.* 2273. *Balb. Fl. Taur. p.* 23. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 85. *Bir. Fl. Acon.* 1. *p.* 38. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 2. *p.* 215. *Comoll. Prodr. Fl. Comens. p.* 19. *n.* 133. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Gior. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 56. *Pollin. Fl. Ver.* 3. *p.* 214. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 37. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 72. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 54.* *Suffr. Foroj. p.* 115. *Bert. Pl. Gen. p.* 25. *n.* 48., *et Amœn. Ital. p.* 122. *n.* 48. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 147. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 64. *n.* 154. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 105., *et Syll. p.* 54. *n.* 4. *Ab Ucr. Hort. Pan. p.* 64. *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 50. *Guss. Fl. Sic. prod.* 1. *p.* 143., *et Sup.* 1. *p.* 34. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 112. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 93. *n.* 1684. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 404. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 721. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 18. *n.* 81. *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 2. *p.* 277. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 208.

H. n. 1536. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 248.

Gramen hordeaceum minus et vulgare *C. B. Theatr. p.* 134. fig. *Scheuchz. Agr. p.* 14. *n.* 1. *Cup. Hort. Cath. p.* 89.

Gr. secalinum, spicatum, vulgare *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prod. p.* 60. *tab. ic. loc. et spic. gr. fig. n.* 90. herb. Mont. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 357. *n.* 1.

Gr. secalinum montanum majus, caule cubitali *Mont. l. c. p.* 60. herb. Mont.

Ital. *Erba codola. Forasacco. Orzo salvatico. Vena varia* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 119.

Ann. Ubique in viis, et semitis totius Italiæ præsertim prope muros. Legi Genuæ, Sarzanæ, Bononiæ. Habui Fossâ Clodiâ a Prof. Naccario, et ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio. Floret Majo.

Radix fibrosa, fibris ramulosis, flexuosis, villosis. Culmi cæspitosi, ascendentes, nodis inferioribus infractis, teretes, striati, glabri, toti tecti, vel superne nudi, a paucis pollicibus ad sesquipedem, et ultra longi. Folia latiuscule linearia, acuminata, striata, plus minus pilosa, margine, et carina superiore scabra, basi albâ maculâ notata, et auriculata, auriculis acuminatis, convergentibus, culmum amplexantibus. Vaginæ e tereti subuniangulatæ, striatæ, glabræ, suprema laxa, initio spathacea. Stipula brevissima, truncata, erosula. Spica facta ut in præcedente, sed brevior, et crassior, locustis, aristisque erecto-patulis. Locusta intermedia brevius, laterales longius pedicellatæ. Valvæ calycinæ sub flosculo intermedio latiores, lanceolato-lineares, canaliculatæ, bi-trinerviæ, margine exquisite ciliatæ, ex iis, quæ sub flosculis lateralibus sunt, exterior setacea, interior paululum latior, linearis, uni-binervia, et latere externo tantum ciliata, omnes margine albo-membranaceæ, dorso scabræ, apice aristatæ, aristis tenuibus, simplicibus, scabris, circiter una vice cum dimidia, aut binis vicibus, ut ipsa valva, longis. In omnibus flosculis valva corollina externa oblongo-lanceolata, canaliculato-convoluta, quinquenervis, nervis hispidulis, intus pilosa, inferne albens, superne magis virens, margine angusto, albo-membranaceo instructa, apice longe acuminata, et attenuata in aristam simplicem, scabram, ipsâ longiorem, et aristas calycinas supereminentem; valva interior brevior et angustior, apice bidentata, binervis, nervis viridibus, ciliatis, intus pilosa, extus in basi

gerens aristulam flavescentem, sursum hispidulam. Nectarium squamulæ duæ, lineares, acutæ, parce ciliatæ. Reliqua ut in genere.

3. Hordeum *pratense:* flosculis lateralibus brevius aristatis; locusta intermedia subsessili; valvis calycinis omnibus setaceis, scabris.

H. pratense *Huds. Angl. p.* 56. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 180., *et Engl. bot. v.* 6. *tab.* 409. *Hook. Brit. Fl. ed.* 2. *p.* 55. *Guss. Pl. rar. p.* 57.,* *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 142.,* *et Sup.* 1. *p.* 34.* *Ten. Syll. p* 54. *n.* 2. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 405. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 18. *n.* 82. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 455. *a. Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 21., *et* 2. *p.* 179.

H. nodosum *Sp. pl.* 126. *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 722.

H. murinum *β Sp. pl.* 126.

H. secalinum *Schreb. Spicil. p.* 148. *n.* 1167. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 474. *Trin. Sp. gram. fasc.* 1. fig. *Host. Gram. Austr.* 1. *p.* 26. *tab.* 33., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 108. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 259. *n.* 2275. *Balb. Misc. bot. alt. p.* 8. *Pollin. Fl. Ver.* 3. *p.* 215. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 94. *n.* 1685. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 209

H. maritimum *Fl. Dan. tab.* 630.

H. n. 1538. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 248.

Gramen spicatum secalinum minus *Scheuchz. Agr. p.* 17. *n.* 3. *Vaill. Bot. Paris. p.* 83. *tab.* 17. *fig.* 6.

Gr. secalinum, spicatum, minus *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 60. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 96. herb. Mont.

Gr. secalinum minus pratense *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 2. *fig.* 6.

Ital. *Segale salvatico*.

Perenn. Habui ex arvis *di Bagnacavallo* in provincia Ferrariensi cisrhenana a Bubanio, ex Hetruria in pratis montanis provinciæ Aretinæ ad Plebem S. Stephani ab Amideo, ex pratis montanis Prætutiorum, et ex Sicilia *a Mistretta* ab Eq. Gussonio. Floret Majo, et in montanis Junio, et Julio.

Radix fibrosa, fibris ramulosis, vel simpliciusculis, firmis, flexuosis, pubescentibus, aut nudis. Culmi cæspitosi, erecti, vel ascendentes, circiter bipedales, tenues, teretes, striati, glabri, vel toti tecti, vel superne brevi tractu nudi. Folia anguste linearia, acuminata, striata, intus, et margine scabra, subinde pilosa, præsertim in facie interna. Vaginæ striatæ, arctæ,

inferiores villosæ, villis deflexis, superiores glabræ. Stipula brevissima, truncata, erosula. Spica compressa, ejusdem fabricæ, ac in præcedentibus, gracilis, a semipollice ad duos pollices, et quidquam ultra longa. Locusta intermedia major, subsessilis, longius aristata; laterales minores, pedicellatæ, brevius aristatæ, omnibus, aristisque strictiusculis. Valvæ calycinæ lineari-setaceæ, canaliculatæ, aristatæ, extus, aristisque totæ scabræ. Aristæ valvam longitudine æquantes, aut paulo longiores. In omnibus flosculis valva corollina externa ovato-lanceolata; canaliculato-convoluta, obsolete quinquenervis, extus læviuscula, aut minute punctato-scabrida, intus, præsertim in nervo medio, pilosa, acuminata, acumine producto in aristam simplicem, tenuem, scabram, in flore intermedio, ut ipsa valva longam, in lateralibus breviorem, sæpe purpurantem; valva interior brevior, angustior, apice minute bidentata, nervo scabrido utrinque ad marginem inflexum instructa. Aristula in basi ejus scabriuscula. Reliqua ut in præcedente.

4. Hordeum *maritimum:* flosculis lateralibus brevius aristatis, valva calycina interna semilanceolata instructis; locustis, aristisque erecto-patulis.

H. maritimum *With. Bot. arrang. p.* 172. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 108. *n.* 10.* *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 180., *et Engl. bot. v.* 17. *tab.* 1205. *Hook. Fl. Lond. ed. Grav. v.* 4. *tab.* 15. luxur., *et Brit. Fl. edit.* 2. *p.* 55. *Fl. Dan. tab.* 1632. *Host. Gr. Austr.* 1. *p.* 27. *tab.* 34. macrius, *et Fl. Austr.* 1. *p.* 108. *Pollin. Fl. Ver.* 3. *p.* 214.* *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 38. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 72. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 55.* *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prod. p.* 65. *n.* 155.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 106., *et Syll. p.* 54. *n.* 3. *Biv. Bern. Cent.* 2. *p.* 30. *n.* 41. *Guss. Pl. rar. p.* 59.,* *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 144.* *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 94. *n.* 1686. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 407. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 723. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 18. *n.* 83. *Link. Hort. Ber. desc.* 1. *p.* 22., *et* 2. *p.* 180. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 456.

H. geniculatum *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 259. *n.* 2274. *tab.* 91. *fig.* 3. pl. macrior. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 146.

H. secalinum *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 145.* *Ten. Syll. p.* 54. *n.* 5. *Guss. Pl. rar. p.* 58. *tab.* 11.,* *et Fl. Sic. prod.* 1. *p.* 143.,* *et Suppl.* 1. *p.* 34.* pl. luxur.

H. pubescens *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 144.*

H. rigidum *Roth. Cat.* 2. *p.* 24.

Gramen hordeaceum minimum *Barrel. Ic.* 111. *fig.* 1.
Gr. spicatum secalinum maritimum minus *Scheuchz. Agr. p.* 18. *n.* 4.
Gr. secalinum maritimum minus *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 6. *fig.* 5.
Gr. secalinum, spicatum, maritimum, minus *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 60. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 93. herb. Mont.
Gr. hordeaceum pumilum *Cup. Hort. Cath. p.* 89.
Ital. *Orzo marino*.
Ann. Legi Sarzanæ in pratis maritimis prope ostia Macræ, ubi copiosissimum. Habui Nicæa a Prof. Balbisio, ex pratis maritimis Istriæ a Biasoletto, Tergesto a Mayero, ex litore Austriaco *a Monfalcone* a Brumattio, ex locis herbidis circa Venetias a Pollinio, Fossâ Clodiâ a Prof. Naccario, ex pratis Pisanis ab Eq. Prof. Savio, Centumcellis, et Româ a Prof. Maurio, Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, et iterum a Prof. Maurio, Neapoli *al Fusaro* ab Orsino, ex maritimis Calabriæ ulterioris ad Jonium, et ex Sicilia *a Sciacca, Trapani, Spaccaforno, Comiso*, et *Mondello* ab Eq. Gussonio, ex Sardinia a Badaroo, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio. Floret Majo.

Radix fibrosa, fibris ramulosis, flexuosis, villosis, vel nudis. Culmi cæspitosi, debiles, decumbentes, vel ascendentes, nodis infractis, subinde nodis contraria directione refractis, in arenis sterilibus breves, palmares-spithamæi, in locis pinguioribus uni-bipedales, cæterum tenues, teretes, striati, toti tecti, vel brevi tractu apice nudi, et scabriusculi, simplices, aut e nodis inferioribus uno, alterove ramo instructi. Folia linearia, acuminata, striata, nuda, vel utrinque pilosa, scabrida. Vaginæ striatæ, inferiores pubescentes, aut hirsutæ, pilis patentibus, superiores glabræ, laxiusculæ, suprema spathacea. Stipula brevissima, truncata, erosa. Spica terminalis, crassiuscula, a semipollice ad sesquipollicem longa, fabricâ præcedentium, et locustis, aristisque erecto-patulis formâ spicæ *Hordei murini* L. Locusta intermedia paululum major, subsessilis, flosculo longius aristato prædita. Valvæ calycinæ omnes canaliculatæ, scabræ, vel etiam hispidulæ, striis nullis, aristatæ, aristis duas et ultra vices, ut ipsæ, longis, tenuibus, simplicibus, scabris; in flosculis lateralibus valva calycina interior est semilanceolata; reliquæ omnes sunt setaceæ. Valva corollina exterior flosculi

hermaphroditi oblongo-lanceolata, canaliculato-convoluta, extus lævis, glabra, vel scabrida, aut hispidula, præsertim superne, intus glabra, acuminata, acumine producto in aristam simplicem, tenuem, scabram, duas vices, et quidquam ultra, ut ipsa, longam; valva interior exteriore sine arista paululum brevior, apice bidentata, binervis, nervis scabridis, extus ferens aristulam basilarem, sursum hirtam. Valva corollina externa flosculorum lateralium apice brevius aristata, arista longitudinem ipsius valvæ tantum æquante. Tota planta glauca. Reliqua ut in præcedentibus.

In plantis siccis non semper bene eruitur nota valvæ calycinæ semilanceolatæ, ad quam rem caute attendendum, ne decipiamur speciebus falsis. *Hordeum maritimum* facile distinguitur ab affini *Hordeo murino* L. habitu graciliore, humiliore, valvis, et aristis tenuioribus, ciliis in calyce nullis, colore magis glauco.

Usus. Hordea omnia hic descripta, præsertim vero humiliora, malum pabulum in prato. Cito fructificant, spicæ maturæ scaberrimæ, fragillimæ a jumentis depastæ abeunt in frusta, quæ hærent gutturi eorum, et inflammationes periculo plenas excitant.

ÆGILOPS.

Linn. Gen. p. 543. *Juss. Gen. p.* 30. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 103. *Lamk. Illustr. tom.* 8. *tab.* 839. *Gærtn. De fruct. et sem.* 2. *p.* 467. *tab.* 175. *Palis. Ess. d'une nuov. Agrost. p.* 104. *tab.* 20. *fig.* 5. *Schrad. Flor. Germ.* 1. *p.* 407. *Trin. Fund. Agr. p.* 153. *n.* 109.

Flores spicati, spica continua, rachide flexuosa, articulata, compressa. Locustæ alternæ, bi-quadrifloræ. Calyx gluma cartilaginea, bivalvis, valvis æqualibus, concavis, extus conniventibus, intus hiantibus, multistriatis, apice truncatis, et palmato-aristatis, vel palmato-dentatis. Flosculi duo-quatuor, calycem superantes, quorum unus-duo laterales, majores, sessiles, hermaphroditi, alter stipitatus, masculus, quartus, ubi adest, pariter stipitatus, neuter. Flosculus hermaphroditus. Corolla gluma bivalvis; valva

exterior chartacea, apice truncata, uni-biaristata cum uno alterove dente mutico, subinde tantum dentata; valva interior membranacea, bidentata, binervis, nervis ciliatis. Flosculus masculus, vel neuter totus membranaceus, collapsus, brevius aristatus, aut tantum dentatus, cæterum ejusdem structuræ. Stamina tria filamentis capillaribus, corolla brevioribus, antheris linearibus, demum xiphoideis. Stili duo, brevissimi, stigmatibus filiformibus, undique plumosis. Nectarium squamulæ duæ, divergentes, ciliato-barbatæ. Caryopsis oblonga, apice villosa, hinc convexa, inde unisulcata, libera.

Habitus. Plantæ annuæ, vel biennes. Culmi erecti, ascendentes, aut decumbentes. Folia linearia. Inflorescentia spicata, spica continua, aristis sæpe patulis. Gramina interdum gregaria.

Observ. Unus Requienus hactenus bene examinavit species ad hoc genus pertinentes, quas cum ab eo acceperim, ad ejus exemplaria autoptica meas quoque accomodabo.

1. Ægilops *ovata:* spica ovata, subtrilocustifera; calycibus turgidis, palmato-subquadriaristatis; aristis patulis.

Æ. ovata *Sp. pl.* 1489. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 5. *tab.* 5. opt., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 174. *Lamk. Ill. tom.* 8. *tab.* 839. *fig.* 1. *Kunth. En. pl. p.* 458. *Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 12., *et* 2. *p.* 172. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 262. *n.* 2286. *Balb. Fl. Taur. p.* 169. *Re Fl. Tor.* 2. *p.* 154. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 2. *p.* 215. *Moric. Fl. Ven.* 1. *pag.* 71. *Suffr. Foroj. p.* 194. *Sav. Fl. Pis.* 2. *p.* 390. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 66. *n.* 160. *Tenor. Syll. p.* 58. *n.* 1. *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 47. *Requi. Pl. sicc.** *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 79. *n.* 1654. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 408. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 711. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 17. *n.* 73.

Æ. geniculata *Roth. Cat.* 1. *p.* 121.

Phleum Ægilops *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 55.

Triticum sylvestre in incultis, et montosis *Cæsalp. De pl. lib.* 4. *cap.* 47. *p.* 178.

Egilopo *Anguill. Sempl. p.* 289.
Egilopa 2. *Matth. ed. Valgr. an.* 1585. *tom.* 2. *p.* 1265. fig.
Ægilops altera *Camer. Epit. p.* 928. *fig.* 1.
Gramen spicatum durioribus, et crassioribus locustis, spica brevi (tantum planta palmaris circa Romam) *Scheuchz. Agr. p.* 11. *n.* 1. *tab.* 1. *fig.* 2. *A. B. C. Zannich. Op. posth. p.* 14.
Gr. secalinum, spica ex duabus tantum vel tribus locustis duris, et crassis congesta *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 61. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 89. herb. Mont. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 358. *n.* 2.

Ital. *Cerere. Egilope seconda. Fenice. Gramigna da mescolo. Gramigna stellata. Grano delle formiche. Grano salvatico. Orzo salvatico delle mura* Targ. Tozzett. Diz. bot. 2. p. 5.

Ann. Obvia in locis siccis, et etiam in muris, præsertim in Italia calidiore. Stirps plerumque gregaria. Legi Genuæ in collibus *al Lagazzo*, Sarzanæ in monte *Caprione*, Bononiæ in collibus *di Montedonato, degli Arienti, di Montesabbione*, et secus canalem Rheni, qui urbem influit. Habui Albâ Pompejâ secus Tanarum a Bertero, ex agro Ticinensi loco dicto *Ora mala* a Bergamaschio, ex apricis Istriæ, et Tergesti a Biasoletto, ex litore Austriaco *a' Monfalcone* a Berinio, ex agro Viterbiensi *a Canino* a Rev. Fratre Mauritio de Brixia, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio. Floret Majo.

Radix fibrosa, fibris parce, et breviter ramulosis, flexuosis, albidis, huc illuc villosis. Culmi cæspitosi, erecti, vel ascendentes, aut decumbentes, nodis inferioribus infractis, crassiusculi, a paucis pollicibus ad pedem, et sexdecim pollices longi, passim altitudinis diversæ in eodem cæspite, teretes, striati, superne nudi, glabri, vel apice scabriusculi. Folia brevia, angusta, linearia, acuminata, striata, scabra, sæpe utrinque, aut intus pilosa, interdum inferne ciliata, et plerumque prope stipulam pilis longis barbata. Vaginæ striatæ, scabridæ, suprema laxiuscula. Stipula brevissima, truncata, erosula. Spica terminalis, brevis, ovata, vel ovato-oblonga, bi-quadrilocustifera, disticha, continua, erecta, vel subcernua. Rachis scabra, margine hirtula. Locustæ alternæ, imbricatæ, turgidæ, tri-quadrifloræ, suprema minor, biflora, mascula, vel neutra. Gluma calycina bivalvis, cartilaginea, ventricosa, valvis æqualibus, ovatis,

concavis, latere externo contiguis, interno hiantibus, multistriatis, margine angusto albo-membranaceis, tres circiter lineas longis, aculeolato-scabris, apice truncatis, et palmato-subquadriaristatis, aristis ter-quater longitudinem valvæ æquantibus, at brevioribus, quam in sequentibus speciebus, cæterum simplicibus, inferne latiusculis, superne attenuatis, scabris, toto margine albis, et aculeolato-hispidis, patulis, quidquam inæqualibus, sæpe rufis. Flosculi calyce paulo longiores, unus utrinque major, sessilis, hermaphroditus, intermedius minor, pedicellatus, masculus, quartus, ubi adest, omnium minor, item pedicellatus, neuter, muticus. Flosculorum hermaphroditorum gluma corollina bivalvis; valva exterior chartacea, oblonga, concavo-canaliculata, quinquenervis, inferne tota albens, nervis prope apicem viridibus, extus scabriuscula, intus superne puberula, ora marginali subpilosa, apice truncata, et palmato-tridentata, dentibus omnibus, vel duobus longe aristatis more calycis, subinde tertio, qui lateralis, mutico; valva interior longitudine exterioris, aristis non supputatis, ovata, extus concaviuscula, albo-membranacea, obtusa, vix bidentata, nervo viridi, ciliatoque utrinque ad marginem inflexum instructa. Stipitulus flosculi, vel flosculorum intermediorum compressus, hirtus. Gluma corollina flosculi masculi, tota albo-membranacea, hyalina, nervis superne viridibus, collapsa; valva exterior brevius aristata, quam in flosculis hermaphroditis, in reliquis similis, ut etiam valva interior. Flosculus quartus fit gluma omnium minore, mutica, brevissime tridentata, abortiva, flosculum masculum referente. Stamina tria, filamentis capillaribus, corolla brevioribus, antheris lineari-oblongis, flavis, demum xiphoideis. Stili duo, brevissimi, stigmatibus filiformibus, undique barbatis. Nectarium squamulæ duæ, lanceolatæ, acutæ, divergentes, ciliato-barbatæ. Caryopsis ovato-oblonga, apice villosa, hinc convexa, inde unisulcata, formâ grani triticei, prorsus libera.

2. ÆGILOPS *neglecta:* spica ovato-elongata, superne attenuata, subquinquelocustifera; locustis imbricatis; calycibus turgidis, hirsutis, palmato-triaristatis; valva corollina externa margine dense ciliata.

Æ. neglecta *Req. Pl. sicc.** *Maur. Pl. sicc.**

Æ. ovata *Pollin. Fl. Ver.* 3. *p.* 215.* *Nacc. Fl. Ven.* 5. *p.* 79.* *Palis. Ess. d' une nuov. Agr. expl. des pl. p.* 13.

tab. 20. *fig.* 5. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 71., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 74. *tab.* 93.

Æ. triaristata *Guss. Pl. rar. p.* 371.* *Tenor. Syll. p.* 58. *n.* 3. *Lois. Deslongch. Fl. Gall. edit.* 2. *p.* 70.

Gramen spicatum durioribus, et crassioribus locustis, spica brevi *Scheuchz. Agrost. p.* 11. *n.* 1. exclusa planta palmaris altitudinis circa Romam.

Gr. secalinum spica longiore *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 61. herb. Mont.

Ital. *Fenice delle biade*.

Ann. Sæpe occurrit inter sata. Legi Sarzanæ in campis triticeis prope *il Molino del Vescovo*, Bononiæ in campis collinis *di Barbiano*, et sub monte *Mariano* in cultis *al Battedizzo*. Habui ex agro Mantuano in via *del Bosco* a Barbierio, ex agro Veronensi a Pollinio, Fossâ Clodiâ in litore a Prof. Naccario, ex agro Viterbiensi *a Canino* a Rev. Fratre Mauritio de Brixia, Româ *alla Macchia dei Mattei* a Prof. Maurio, ex Calabria *a Cotrone* ab Eq. Gussonio. Floret Majo.

Differt a præcedente notis sequentibus. Habitus omnium partium grandior. Culmi plerumque decumbentes, nodis infractis, etiam sesqui-bipedales. Vagina suprema initio magis inflata, et spathacea. Spica ovato-elongata, inferne turgida, superne attenuata, quadri-quinquelocustifera, locustis inferioribus majoribus, trifloris, superioribus duabus, vel tribus successive minoribus, sterilibus, bifloris, omnibus distiche imbricatis. Rachis hispida, plus minus. Valvæ calycinæ oblongæ, turgidæ, majores quam in *Æ. ovata* L., extus undique hirsutæ, et demum hispidæ, pilis sursum versis, apice ut plurimum palmato-triaristatæ. Aristæ quater-sexies valva longiores, etiam sesquipollicares, basi latæ, superne attenuatæ, marginibus earum prope basim nudis, reliqua parte aculeolato-hispidis. Flosculi paululum longiores calyce. Valva corollina externa oris marginalibus dense ciliata, dorso punctato-scabra, apice tridentata, bi-triaristata, aristis, quam in calyce, multo brevioribus, inæqualibus; valva interior acute bidentata, ora marginali pilosula. Flosculus masculus apice inæqualiter tridentatus. Flosculus abortivus muticus. Antheræ lineares, longæ. Nectarium squamulæ duæ, parvæ, ovatæ, dense ciliato-barbatæ.

3. Ægilops *triticoides*: spica cylindracea, crassa, subseptemlocustifera; rachide dilatata, margine hispida; locustis quadrifloris, turgidis, imis sterilibus; flosculis

calycem palmato-subtriaristatum insigniter superantibus; aristis elongatis, strictis; valva corollina externa subnovemnervi.

Æ. triticoides *Req. Pl. sicc.**

Æ. triuncialis *Guss. Pl. rar. p.* 372.* *Ten. Syll. p.* 58. *n.* 2.

Ital. *Orzo formichino.*

Ann. Habui ex Japygia ab Eq. Gussonio. Floret Majo.

Dignoscitur a præcedente his characteribus. Culmi ascendentes, crassi, spithamæi-pedales, superne longo tractu nudi, apice scabridi. Folia superiora plerumque pilis carentia, inferiora pilis raris adspersa, ciliatave. Stipula lineam semis longa, eroso-lacera. Spica terminalis, cylindracea, crassa, quinque-septemlocustifera. Rachis compressa, dilatata, valde flexuosa, marginibus hispida. Locustæ distichæ, valde approximatæ, et arcte imbricatæ, imæ sæpe sterilescentes, minores, et brevius aristatæ, reliquæ turgidæ, quadrifloræ, terminali triflora, longe aristatæ, aristis strictis, seu vix patulis. Flosculi calycem insigniter superantes. Valvæ calycinæ grandiores quam in *Æ. neglecta*, apice palmato-quadridentatæ, dentibus duobus, rarius tribus, longe aristatis, nunc una tantum serie aculeolorum in nervis, nunc totæ hispidulæ; earum aristæ longiores sesqui-bipollicares, margine jam a basi aculeolatæ. Flosculi duo externi hermaphroditi, tertius masculus, quartus neuter. Stipitulus flosculorum intermediorum brevissime hirtulus. Gluma corollina grandis; ejus valva externa apice palmato-tridentata, dente unico plerumque longe aristato more calycis, reliquis muticis, vel altero breviter aristato, cæterum valva septem-novemnervis, extus ora marginali, et interdum etiam superne hirtula; valva interior obtusa, bidentata, aut obsolete denticulata. Flosculus quartus cassus, grandiusculus, tridentatus, dente medio breviter aristato. Antheræ lineares, longæ. Nectarium squamulæ duæ, parvæ, inæqualiter bifidæ, lacinia majore acuta, ad oram ciliato-barbatæ.

4. Ægilops *triaristata:* spica cylindracea, gracili, subquinquelocustifera, superne attenuata; locustis distiche contiguis; rachide nuda; calycibus palmato-subtriaristatis, septemnerviis, nervis aculeolatis; aristis patulis.

Æ. triaristata *Req. Pl. sicc.** *Nacc. Fl. Ven.* 5. *p.* 80.*

Æ. echinata *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 47. *Tenor. Fl. Neap. prod. app. quar. p.* 33., *et Syll. p.* 58. *n.* 4. *Guss. Pl. rar. p.* 373.*

Ital. *Grano salvatico sottile*.

Ann. Habui Fossâ Clodiâ in viciniis *di Sottomarina* a Prof. Naccario, et ex Calabria ulteriore ad Rhegium Julium ab Eq. Gussonio. Floret Majo.

Culmi decumbentes, ascendentes, graciles, apice nudi, scabridi, a palmo ad dodrantem, aut pedem longi. Folia superiora, quam in præcedentibus breviora. Stipula brevissima, erosa. Spica terminalis, cylindracea, gracilis, subquinquelocustifera, superne magis adhuc attenuata. Rachis flexuosa, latiuscula, striata, omnino nuda, et tantum scabriuscula. Locustæ alternæ, contiguæ, multo minores, quam in *Æ. triticoide*, quadrifloræ, suprema triflora, oblongo-cylindraceæ, infima sæpe abortiva, etiam aristis, quæ tunc brevissimæ. Valvæ calycinæ canaliculatæ, præ reliquis angustæ, septemnerviæ, nervis linea simplici, vel multiplici aculeolorum brevissimorum asperis, reliqua parte glabræ, apice palmato-bi-triaristatæ, aristis patulis, circiter pollicaribus, aut paulo ultra, in imo margine nudis, intermedia, cum ternæ, subinde breviore. Valva corollina externa quinquenervis, apice tridentata, uno alterove dente breviter aristato, aristis ipsâ valvâ brevioribus, aut vix æquantibus. Squamulæ nectarii lanceolatæ, acutæ, ciliato-barbatæ. Reliqua omnia ut in præcedente specie.

Num hæc sit *Ægilops triaristata* Botanicorum Germaniæ dicere non audeo, quia careo exemplaribus autopticis, nec eorum descriptiones, aut notæ characteristicæ ad rem declarandam sufficiunt. Difficultatem vero auget Linkius, cum in Hort. Ber. desc. 1. p. 13. ait, *Ægilopem triuncialem*, et *triaristatam* non videri diversas, neque e Willdenowii herbario aliquid certi hac de re erui posse, in quam sententiam iterum ivit in Hort. Ber. desc. 2. p. 173. inquiens: " Et nunc igitur *Æ. tri-* « *aristatam* ab *Æ. triunciali* non diversam puto, se- « paravi vero, donec res confirmata sit, ne confusio- « nis auctor sim „. Profecto mea non multum distat a Germanica, cum valde appropinquet *Æ. triuncialem*.

5. Ægilops *triuncialis:* spica cylindracea, gracili, subseptemlocustifera, superne attenuata; locustis distiche contiguis; rachide extus hirsuta; calycibus septemnerviis, villosis, palmato-subtriaristatis; aristis attenuatis, patulis, superioribus longissimis.

Æ. triuncialis *Sp. pl.* 1498., *et Mant. alt. p.* 501. *Requi. Pl. sicc.** *Schreb. Gram.* 1. *p.* 80. *tab.* 10. *fig.* 1-3. *Host.*

Gram. Austr. 2. *p.* 6. *tab.* 6., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 175. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 262. *n.* 2287. *Desf. Fl. Atl.* 2. *p.* 384. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 79. *n.* 1655. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 409. *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 713. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 17. *n.* 75. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 458.

Æ. elongata *Lamk. Fl. Franç. edit.* 2. *tom.* 3. *p.* 632.

Gramen spicatum, durioribus et crassioribus locustis, spica longissima *Vaill. Bot. Paris. p.* 82. *tab.* 17. *fig.* 1. *Scheuchz. Agr. p.* 12. *n.* 2.

Ital. *Fenice di lunghe barbe*.

Ann. Habui ex Pedemontio a Prof. Balbisio, et ex Hetruria in monte *Sinario* a Baronio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris longis, ramulosis, flexuosis, pubescentibus. Culmi etiam pedales, aut paulo ultra, in ipso apice tantum scabridi. Folia omnino ut in *Æ. triunciali* Req., sed superiora paulo longiora. Spica eadem, sed longior, scilicet cum aristis triuncialis, facta locustis quinque-septem, una, vel duabus ex inferioribus sæpe abortivis. Rachis extus hirsuta, intus, idest qua parte excipit locustam, glabra. Locustæ cylindraceæ, quatuor circiter lineas sine aristis longæ, tri-quadrifloræ. Valvæ calycinæ oblongæ, canaliculatæ, angustæ, septemnerviæ, extus hirsutæ, villis albidis, sursum versis, demum rigescentibus, hispidulis, intus glabræ, apice palmato-triaristatæ, arista intermedia subinde breviore, alias tantum biaristatæ. Earum aristæ tenues, fere toto margine aculeolatæ, longæ, sed superiores multo magis, et circiter bipollicares, omnes patulæ. Pedicellus flosculi masculi, vel neutri hirsutulus, præsertim in marginibus. Gluma corollina elongata, angusta; ejus valva exterior canaliculata, quinquenervis, superne hispidula, reliqua parte tota minute punctato-scabrida, apice tridentata, uno, alterove dente breviter aristato, aristulis nunc ipsâ valvâ multo brevioribus, nunc æquantibus. Reliqua omnino ut in præcedente.

Quamvis aristæ superiores multo longiores, et hirsuties calycis, atque rachidis *Ægilopem triuncialem* ab *Ægilope triaristata* distinguere videantur, nihilo tamen secius, quibus datum est plantas istas in suomet loco natali inspicere, ulterius in illas inquirant; cum mihi sint exemplaria ex Dalmatia, et ex Corcyra, quæ aristis superioribus elongatis, at rachide,

calycibusque parce, et breviter aculeolatis, nec hirsutis, alteram speciem alteri valde admovent.

6. ÆGILOPS *cylindrica:* spica cylindrica, gracili; valvis calycinis locustæ terminalis longissime uniaristatis, reliquis dentatis, submuticis.

Æ. cylindrica *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 6. *tab.* 7., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 175. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prod.* 1. *p.* 72., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 75. *tab.* 95. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 17. *n.* 76. *Link. Hort. Ber. descr.* 2. *p.* 173.

Æ. squarrosa *Balb. Misc. bot.* 1. *p.* 45.* *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 721. *n.* 1655.

Æ. caudata *Balb. Addit. ad Fl. Ped. in Elench. p.* 98.* *Requ. Pl. sicc.** *Link. Hort. Ber. desc.* 1. *p.* 13. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 458.

Ital. *Grano salvatico cornuto.*

Ann. Habui ex vineis Augustæ Prætoriæ a Prof. BALBISIO. Floret Majo, Junio.

Spica cylindrica, quinque-octolocustifera, locusta ima sæpe abortiva. Rachis scabra aculeolis minutissimis, latiuscula. Locustæ oblongæ, cylindraceæ. Flosculi calyce paulo longiores. Valvæ calycinæ apice bi-tridentatæ, dentibus inæqualibus, acutis, vel obtusis, in locustis lateralibus muticis, vel uno tantum breviter aristato, in locusta terminali dente in utraque valva longissime aristato, arista uni-sesquipollicari, vel etiam bipollicari, attenuata, fere toto-margine utrinque aculeolata. Corolla oblonga, angusta, apice ut plurimum obtuse, et inæqualiter bi-tridentata, subinde in locustis lateralibus dente unico breviter aristato, in locusta terminali vero longissime, more valvarum calycinalium, valva corollina interna obtuse bidentata. Reliqua ut in præcedente.

SECALE.

Linn. Gen. p. 39. *Juss. Gen. p.* 32. *Tourn. Inst. rei herb. tom.* 3. *tab.* 294. *Lamk. Ill.* 1. *tab.* 49. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 107. *Gærtn. De fruct. et sem.* 2. *p.* 9. *tab.* 81. *Palis. Ess. d'une nouv. Agr. p.* 105. *tab.* 20. *fig.* 6. *Trin. Fund. Agr. p.* 151. *n.* 106.

Spica continua, compressa, rachide crebre articulata, alterne dentata. Locustæ solitariæ, distiche imbricatæ, alternæ, bifloræ cum rudimento

intermedio pedicellato flosculi abortivi, facie plana rachidi obversæ. Calyx gluma bivalvis, valvis angustis, acuminatis, muticis, vel aristatis, locusta brevioribus, oppositis. Corolla gluma bivalvis, valva exteriore compresso-carinata, carina pectinato-ciliata, acuminata, apice aristata, arista simplici; valva interiore apice bidentata, binervi, nervis ciliatis. Stamina tria, filamentis capillaribus, lateraliter exertis, antheris linearibus, longis, demum xiphoideis. Stilus brevissimus, stigmatibus duobus, plumosis. Nectarium squamulæ duæ, minutæ, ciliato-barbatæ. Caryopsis oblonga, hinc convexa, inde unisulcata, apice villosa, libera.

Habitus. Plantæ annuæ, vel perennes. Culmi erecti, aut ascendentes, subinde altissimi. Spica composita, longa, subnutans, ciliata.

1. Secale *montanum*: spica compressa, breviter aristata; rachide marginibus villosa; valvis calycinis submuticis; foliis anguste linearibus; radice perenni.

S. montanum *Guss. Ind. sem. hort. reg. in Boccadif. anni* 1825. *p.* 11.,* *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 145.* *Ten. Syll. p.* 54. *n.* 2. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 449.

Ital. *Segale montanino*.

Perenn. Habui ex Calabria *ad Aspramonte*, et ex Sicilia *al Bosco della Ficuzza* ab Eq. Gussonio. Floret Majo, Junio, et in editis Julio.

Radix fibrosa, fibris crassiusculis, flexuosis, villosis. Culmi cæspitosi, erecti, vel ascendentes, circiter tripedales, teretes, striati, glabri, superne brevi tractu nudi. Folia anguste linearia, idest duas-tres lineas lata, acuminata, striata, scabra, præsertim intus, et in margine, basi auriculata, auriculis acutis, amplexantibus. Vaginæ striatæ, arctæ, glabræ. Stipula brevissima, truncata, eroso-lacera. Spica terminalis, continua, compressa, etiam tri-quadripollicaris. Rachis compressa, marginibus villosa, crebre articulata, alterne dentata, matura fragillima. Locustæ bifloræ, aristatæ, cum flosculo intermedio, pedicellato, mutico, abortivo. Calyx gluma bivalvis, flosculis brevior, valvis æqualibus, angustis, linearibus, carinatis, acuminatis, muticis, aut brevissime subaristatis, uninerviis,

carinâ crebre aculeolato-scabris, margine latiusculo albo-membranaceis, superficie pilulis minutissimis, præsertim superne adspersis. Corolla gluma bivalvis; valva exterior cartilaginea, lanceolata, acuminata, compresso-canaliculata, carinata, carina crebre, et longiuscule ciliata, ora marginali pilosa, reliqua superficie nuda, et minutissime punctato-scabra, quinquenervis, apice producta in aristam simplicem, tenuem, scabram, in flosculis inferioribus ipsâ valvâ breviorem, in reliquis paulo longiorem, strictam; valva interior longitudine exterioris sine arista, apice minute bidentata, binervis, nervis approximatis, viridibus, superne ciliatis, uno utrinque ad marginem latum, conduplicatum sito, extus inter nervos canaliculata. Nectaria ciliata. Reliqua generis.

Huic valde proxima est alia *Secalis* species a Visianio in Dalmatia detecta, et nondum, quod sciam, evulgata. Hæc pariter perennis est, præstat habitu grandiore, et herba intense glauca; ejus folia sunt multo latiora, et locustæ fere duplo majores, cilia carinalia glumarum breviora, et remotiora. Colitur in horto bot. Bononiensi ex seminibus ab ipso Visianio missis, a quo etiam accepi exemplaria sicca.

TRITICUM.

Linn. Gen. p. 40. *Juss. Gen. p.* 32. *Tourn. Inst. rei herb. tom.* 3. *tab.* 292. 293. *Lamk. Illust.* 1. *tab.* 49. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 106. *Gærtn. De fruct. et sem.* 2. *p.* 8. *tab.* 81. *Palis. Ess. d' une nuov. agr. p.* 103. *tab.* 20. *fig.* 4. *R. Brown. Prodr. p.* 178., *et edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 34. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 181. *Trin. Fund. Agr. p.* 151. *n.* 105.

Agropyron *Palis. l. c. p.* 101. *tab.* 20. *fig.* 1. 2. *Trin. l. c. p.* 152. *n.* 107.

Catapodium *Link. Hort. Ber. desc.* 1. *p.* 44.

Elymi species *Linn. Sp. pl.* 124.

Brachypodii species *Palis. l. c. p.* 100.

Poæ species *Huds. Angl. p.* 43. *Jacq. Collect.* 2. *p.* 304.

Cynosuri species *Jacq. Obs.* 2. *p.* 22.

Bromi species *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 84. 85.

Brizæ species *Scop. Del. Fl. et Faun. Insubr.* 2. *p.* 21.
Megastachyæ species *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 44.
Schlerochloæ, et Brizopyri species *Link. Hort. Ber. desc.* 1. *p.* 150. 159.
Schenodori species *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 703.
Schedonori species *Schult. Syst. veg. mant.* 2. *p.* 390.
Festucæ species *Plur. auct.*

Inflorescentia spicata, aut racemosa. Rachis, vel pedicelli cum rachide, vel locustæ cum pedicellis articulatæ. Locustæ multifloræ, facie plana rachidi obversæ. Calyx gluma cartilaginea, bivalvis, locustâ brevior, valvis oppositis, carinatis, integris, aut subtridentatis, muticis, vel uniaristatis. Corolla gluma cartilaginea, bivalvis; valva exteriore in nervo carinali nuda, aut pilis fasciculatis barbata, ventricosa, vel compresso-canaliculata, integra, aut subtridentata, mutica, vel uniaristata; valva interiore bidentata, binervi, nervis ciliatis, aut scabris. Stamina tria, lateraliter exerta, filamentis capillaribus, corolla brevioribus, antheris linearibus, vel oblongis, demum xiphoideis. Stili duo, breves, stigmatibus filiformibus, plumosis. Nectarium squamulæ duæ, minutæ, integræ, vel bidentatæ, ciliolatæ, aut nudæ. Caryopsis oblonga, hinc convexa, inde unisulcata, libera.

Habitus. Plantæ annuæ, vel biennes, aut perennes. Culmi decumbentes, ascendentes, vel erecti, longitudine plurimum varii. Inflorescentia continua, aut interrupta. Semina in nonnullis speciebus perispermate farinaceo, in aliis corneo pollentia.

* *Spica continua; rachide articulata; valva corollina externa turgida, mutica, vel uniaristata*. Tritica genuina.

1. Triticum *æstivum sylvestre:* spica depauperata; locustis alternis, inferioribus muticis, superioribus aristatis; foliis subpubescentibus; radice annua.

Ital. *Grano salvatico*.
Ann. Habui ex Siciliæ *Val di Mazzara* a Prof. Jano, et ex pascuis montanis Sardiniæ a Prof. Morisio. Floret Majo.
Radix fibrosa, fibris tenuibus, flexuosis, subsimplicibus, nudis, aut pilosis. Culmi tenues, ascendentes, pedales, aut sesquipedales, teretes, striati, glabri, toti tecti, vel apice nudi. Folia angusta, linearia, acuminata, pubescentia, vel glabra, margine scabrida. Vaginæ striatæ, pubescentes, aut glabræ. Stipula brevis, vix lineam attingens, truncata, erosa. Spica terminalis, brevissima, depauperata, locustis duabus-senis, alternis, tri-quadrifloris, inferioribus muticis, aut submuticis, sterilibus, superioribus longiuscule aristatis. Rachis articulata, dentata, compressa, marginibus, et ora denticulorum villosis. Valvæ calycinæ ovatæ, concavo-canaliculatæ, nervosæ, carinatæ, margine, et superne subpilosæ, aut totæ nudæ, interdum quidquam inæquales, apice nunc evidentius, nunc obsolete tridentatæ, dente medio, aut ipso apice subintegro mucronato, vel breviter aristato, dentibus lateralibus, si adsunt, obtusis. Flosculi tres, quatuor, intermediorum masculorum, aut sterilium pedicello compresso, marginibus pilosulo. Valva corollina externa flosculorum fertilium ovata, turgida, multinervis, carinata, superne pilosula, aut tota nuda, integra, aut obsolete tridentata, apice, vel dente medio in corollis locustarum inferiorum breviter mucronato, in reliquis producto in aristam simplicem, crassiusculam, scaberrimam, strictam, subflexuosam, a semipollice ad duos pollices longam. Valva corollina interna exteriori sine arista æqualis, apice bidentata, nervo utrinque ad marginem inflexum, et ora marginali ciliolato. Flosculi intermedii infœcundi mutici, aut breviter mucronati.
Descripsi plantam certe sylvestrem, et nunc in locis indicatis spontaneam. An ita semper fuit? Id profecto demonstrare nequeo, sed ratione tantum arguere. Probabile enim videtur, plantam sylvestrem fuisse apud nos ante plantam cultura mitem, et semina huic suppeditasse, præsertim cum hujusmodi cultura antiquissima, priusquam hominum commercia e longinquis terris instituerentur, incæperit. Nonne id ipsæ memoriæ vetustæ portendunt, cum tradunt, Cererem frumenta colere, molere, et conficere docuisse in Italia, et

Sicilia, cum homines antea glande vescerentur, et ob id Deam judicatam?

Prima Ceres docuit turgescere semen in agris.
Ovid. Amor. lib. 3. eleg. X. v. 11.

Neque credo, Cererem venisse ad Baschiros, tunc ignotos homines, ut semen frumenti sibi compararet.

** *Locustis spicatis, aut racemosis; rachide articulata; valva corollina externa compresso-canaliculata, mutica, vel uniaristata*. Agropyra.

2. Triticum *villosum*: spica longe aristata, aristis patulis; calycibus tridentatis; glumarum carinis penicillato-barbatis.

T. villosum *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 48. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 768., *et Mant.* 2. *p.* 421. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 700. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 22. *n.* 114. *Link. Hort. Berol. descr.* 2. *p.* 183. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 440.

Secale villosum *Sp. pl.* 124. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 73., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 77. *tab.* 97. *Host. Gr. Austr.* 2. *p.* 35. *tab.* 47., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 176. *Re Ad Fl. Ped. app. p.* 12., *et Fl. Torin.* 1. *p.* 85. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 93. *Rom. Piant. Eugan. p.* 9.* *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 38. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 74. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 93.* *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 144., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 110. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr.* 1. *p.* 67. *n.* 161. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 106., *et Syll. p.* 54. *n.* 1. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 146., *et Sup.* 1. *p.* 34. *b. De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 88. *n.* 1673. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 388.

Agropyrum villosum *Link. Hort. Berol. descr.* 1. *p.* 31.

Gramen hordeac. διςιχον maj. ciliaribus glumis, durius *Barrel. Ic.* 112. *fig.* 1. *Scheuchz. Agr. p.* 21. *tab.* 1. *fig.* 4. *A. B.*

Gr. hordeaceum, montanum, sive majus *Cup. Hort. Cath. p.* 89.

Ital. *Segale peloso* Sav. Fl. Pis. 1. p. 144.

Ann. Habui ex Pedemontio a Prof. Balbisio, ex agro Patavino a Rev. Romano, ex pratis Istriæ a Biasoletto, ex litore Austriaco *a Monfalcone* a Brumattio, Fossâ Clodiâ a Prof. Naccario, ex maritimis Piceni *a S. Benedetto* ab Orsino, ex agro Viterbiensi *a Canino* a Rev. Fratre Mauritio de Brixia, Româ a

MAYERO, et a MASQUILLIERIO, ex Sardinia a BADAROO, ex Corsica *a Bonifacio* a SOLEIROLIO. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris crassiusculis, villosis. Culmi cæspitosi, erecti, vel ascendentes, uni-tripedales, superne gracilescentes, nudi, et glabri. Folia linearia, acuminata, striata, scabra, sæpe pubescentia, aut pilosa, superiora brevia. Vaginæ striatæ, inferiores pilosæ, superiores glabræ, suprema initio quidquam inflata, subspathacea. Stipula brevissima, truncata, erosa. Spica terminalis, composita, simplex, parum compressa, sæpe crassa, sine aristis a pollice dimidio ad pollices duos, et ultra longa, erecta, vel subnutans. Rachis compressa, valde flexuosa, basi nuda, reliquo tractu margine, subinde etiam dorso medio penicillis pilorum plus minus villosa. Locustæ in dentibus racheos solitariæ, infimæ breviter, reliquæ longe, et interdum longissime aristatæ, aristis patulis, tri-quadrifloræ, flosculis lateralibus sessilibus, hermaphroditis, intermedio unico, stipitato, vel duobus in stipitulo communi, masculis. Calyx gluma bivalvis, flosculis multo brevior, valvis cuneatis, compresso-canaliculatis, trinerviis, carinatis, pilosis, aut hirsutis, nervo carinali pilis fasciculatis plus minus sæpe barbato, margine late albo-membranaceis, apice tridentatis, dentibus lateralibus membranaceis, muticis, dente medio producto in aristam longam, simplicem, scabram, inferne latiusculam, trinervem, nervo ejus medio interdum prope basim pilis fasciculatis barbato. Stipitulus flosculorum intermediorum compressus, nudus, aut vix pilosulus. Corollæ valva exterior oblongo-lanceolata, compresso-canaliculata, carinata, quinquenervis, inferne in medio scabriuscula, in lateribus ad marginem, et superne pilosa, præterea in nervo carinali, aut in omnibus nervis plus minus barbata pilis fasciculatis, apice angustata, et acute tridentata, dente medio producto in aristam calycinis similem, sed multo longiorem, subinde etiam sesqui-bipollicarem. Valva corollina interior exteriore paulo brevior, acute bifida, nervo superne spinuloso-ciliato utrinque ad marginem conduplicatum instructa, ora marginali pilosa. Antheræ longissimæ. Nectarii squamulæ minutæ, lanceolatæ, acuminatæ, integerrimæ. Flosculus tertius intermedius, masculus, breviter aristatus; quartus, ubi adest, ipse quoque masculus, instructus valva

corollina exteriore emarginata cum mucronulo dentibus proximis breviore.

3. Triticum *junceum:* locustis, glumisque oblongatis, obtusissimis; rachide glabra; culmo farcto; foliis convolutis; radice repente.

T. junceum *Sp. pl.* 128., *et Mant. alt. p.* 327. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 182., *et Engl. bot. v.* 12. *tab.* 814. *Hook. Brit. Fl. ed.* 2. *p.* 55. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prod.* 1. *p.* 74., *et Fl. Græc.* 1. *p.* 88. *tab.* 99. *Host. Gr. Austr.* 3. *p.* 23. *tab.* 33., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 180. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 257. *n.* 2267. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 130. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 38. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 74. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 92.* *Suffr. Foroj. p.* 115. *Bert. Amœn. Ital. p.* 238. *n.* 9. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 150.,* *et Bot. Etr.* 1. *p.* 94.* *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 67. *n.* 162.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 107., *et Syll. p.* 54. *n.* 5. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 147.,* *et Suppl.* 1. *p.* 35.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 2. *p.* 12.* *De Candoll. Fl. Franç.* 5. *p.* 281. *n.* 1662. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 394. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 701. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 21. *n.* 104. *Link. Hort. Berol. desc.* 2. *p.* 186. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 444.

Triticum farctum *Viv. Ann. bot.* 1. *part.* 2. *p.* 159. *tab.* 8.,* *et Fl. Ital. fragm. p.* 28. *tab.* 26. *fig.* 1.* pl. macrior., non App. alt. ad Flor. Cors. prodr.

Agropyrum junceum *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 48. *Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 35.

Bromus truncatus *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 85.

Gramen loliaceum, maritimum, supinum, spica crassiore *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 41. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 17. herb. Mont.

Gr. loliaceum, spicarum locustis longissimis, ac minime expansis *Mont. l. c. p.* 41. herb. Mont. Ipse Montius litura delevit hoc synonymon in scheda sua, veluti inutile.

Ital. *Grano rucolo* Sav. Fl. Pis. 1. p. 150.

Perenn. Copiose provenit in ora maritima totius Italiæ, et insularum ejus. Legi in litore Lunensi *alla Marinella*, et in proximo litore Massensi, in Liguria occidua in litore inter *Pegli*, et *Prà*, præsertim contra cœnobium S. Antonini, in Exarcatu in litore Ravennati, et in Umbria in litore Pisaurensi. Habui ex eodem litore Liguriæ occidentalis inter *Pegli*, et *Prà* ab Eq. Prof. Vivianio, ex maritimis *di Monfalcone* in litore Austriaco a Berinio, Fossâ Clodiâ prope *il Porto di*

Fossone a Prof. NACCARIO, ex maritimis Hetruriæ ab Eq. Prof. SAVIO, ex litore Romano a Prof. SEBASTIANIO, Terraciná a FIORINIA-MAZZANTIA, ex Sicilia in maritimis *di Termini, Altavilla, Mondello,* Catanæ, et Agrigenti, et ex insula Strongyle *(Stromboli)* ab Eq. GUSSONIO, ex Sardinia a Prof. MORISIO, et ex Corsica *a Galeria* a SOLEIROLIO. Floret Majo, Junio.

Radix late repens, fibris descendentibus crassiusculis, longis, valde flexuosis, subinde densissime lanuginosis. Stolones articulati, squamis aphyllis ad nodos obvoluti. Culmi cæspitosi, declinati, vel ascendentes, teretes, crassi, striati, intus alba medulla farcti, vel toti tecti, vel superne nudi, glabri, ab uno ad tres pedes longi. Folia anguste linearia, canaliculato-convoluta, rigida, acuminato-mucronata, intus fortiter striata, et dense pubescentia, aut scabra, extus leviter striata, ut plurimum glabra, basi utrinque unidentata ob ampliorem oram vaginæ. Vaginæ arctæ, striatæ, nunc mollissime velutinæ, nunc pube minutissima scabridæ, sæpe vero glabræ. Stipula brevissima, truncata, erosula, plus minus puberula. Spica longa, terminalis, laxiflora. Rachis articulata, glabra, striata, subflexuosa, internodiis hinc convexis, inde canaliculatis ad excipiendam locustam, in nodis maturitate fragilis. Locustæ ante anthesim strictæ, lanceolato-lineares, in athesi, laxatis flosculis, ovato-oblongæ, distichæ, alternæ, remotæ, idest qua una desinit, altera incipit, subinde tamen paulo proximiores, præsertim superiores, facie plana rachidi obversæ, compressæ, obtusæ, numero flosculorum, et longitudine variæ, majores quinque-septemfloræ, semipollicem, aut duas tertias pollicis partes æquantes, minores subtrifloræ, quadrilineares. Valvæ calycinæ cartilagineæ, longæ, lato-lineares, canaliculatæ, obtusæ, et sæpe retusæ cum mucronulo minuto, calloso in medio, multistriatæ, glabræ, subæquales, margine albo-membranaceæ, locustâ parum breviores, idque minus in locustis paucifloris, quam in reliquis. Stipitulus communis flosculorum remotiuscule articulatus, flexuosus, vix puberulus. Gluma corollina bivalvis, longa, mutica; valva ejus externa cartilaginea, lato-linearis, canaliculata, septemnervis, glabra, aut vix nervis, et superne scabriuscula, obtusa, aut retusa cum mucronulo minuto, calloso in medio, ora apicis utrinque ciliolata. Valva interior paulo brevior, angustior, obtusa, nervo viridi,

superne dense ciliato utrinque ad marginem inflexum instructa, extus canaliculata. Antheræ longæ. Nectarii squamæ semiovato-lanceolatæ, acuminatæ, ciliolatæ. Tota planta glauca.

4. Triticum *scirpeum:* locustis cuneato-ovatis, remotis; calycibus, valvaque corollina externa abscissis; rachide scabra, marginibus aculeolatis; culmo fistuloso; foliis involutis, subpilosis.

T. scirpeum *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 148.;* *et Suppl.* 1. *p.* 35.* *Link. Hort. Ber. desc.* 2. *p.* 186.

Agropyrum scirpeum *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 49.

Ital. *Grano rucolo mozzo*.

Perenn. Habui ex Sicilia *a Sferracavallo,* e salinis prope *Serra di Falco,* et ex maritimis *di Termini,* tum ex insula Cosyra ab Eq. Gussonio. Floret Majo, Junio.

Radix in meis exemplaribus fibrosa, fibris crassiusculis, flexuosis, subsimplicibus, albidis, huc illuc dense pubescentibus; an stolonibus repat, ut habet Preslius l. c., vel subrepat, ut dicit Gussonius l. c., ignoro. Culmi cæspitosi, erecti, vel ascendentes, sesqui-bipedales, vel toti tecti, vel superne nudi, teretes, graciles, fistulosi, striati, glabri. Folia angusta, linearia, canaliculato-convoluta, acuminato-mucronata, pungentia, stricta, intus fortius striata, et scabra, margine aculeolata, extus glabra, subinde pilosula, præcipue inferne, basi utrinque aucta auricula membranacea, lineari, longiuscula, acuminata, puberula, sursum versa. Vaginæ arctæ, striatæ, scabridæ, vel glabræ. Stipula brevissima, truncata, integra, aut erosula, puberula. Spica terminalis, plus minus longa, etiam spithamæa, laxiflora, scilicet internodiis vel omnibus, vel inferioribus locusta paulo longioribus, aut æqualibus, subinde tamen, præsertim superioribus, quidquam brevioribus. Rachis marginibus spinulosa, scaberrima, reliqua parte externa scabriuscula. Locustæ parvæ, tri-quinquelineares, alternæ, distichæ, innuptæ lanceolatæ, in anthesi cuneato-ovatæ, compressæ, tri-septemfloræ. Gluma calycina bivalvis, flosculis brevior, paululum supra medietatem locustæ tantum pertingens, cartilaginea, valvis quidquam inæqualibus, linearibus, canaliculatis, apice abscissis, sive horizontaliter truncatis, multistriatis, scabriusculis, margine albo-membranaceis. Axis communis flosculorum tenuissime puberulus. Valva corollina exterior oblongo-linearis,

compresso-canaliculata, extus punctato-scabrida, quinquenervis, apice abscissa, subinde subretusa cum mucronulo calloso, minuto in medio, margine albo-membranacea. Valva interior vix brevior, obtusa, nervo viridi, crebre ciliolato utrinque ad marginem inflexum instructa. Squamæ nectarii semiovato-lanceolatæ, acuminatæ, ciliolatæ. Tota planta glauca.

Huic valde proximum est *Triticum intermedium* Host. Gram. Austr. tom. 3. pag. 23. sub *Tritico junceo*, sive *Triticum junceum* Host. Gram. Austr. tom. 2. pag. 18. tab. 22.

5. Triticum *elongatum:* locustis cuneato-ovatis, remotis; calycibus, valvaque corollina externa obtusis; rachide scabra, marginibus inermibus; culmo fistuloso, foliis involutis.

T. elongatum *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 18. *tab.* 23., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 181. non Schleich.

Ital. *Grano rucolo di lungo grappolo.*

Perenn. Copiose in oris Istriæ, et Venetiarum. Habui ex pratis uliginosis maritimis Istriæ, et Tergesti a Biasoletto, iterum Tergesto a Mayero, ex maritimis *di Monfalcone* a Berinio, ex locis salsis litoris Veneti a Ruchingero, et ex *Cortelazzo, Brondolo,* Fossâ Clodiâ a Pollinio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, subinde subrepens, stolonibus brevibus, tenuibus. Culmi etiam tripedales, superne nudi, et scabridi, potius graciles, nodis purpurantibus passim interstincti. Folia pilis carent, basi denticulo brevi, acuto, vel obtuso utrinque aucta. Spica passim elongata, etiam semipedalis, remote locustifera, subinde purpurascens. Rachis nodis purpurascentibus articulata, extus scabrida, marginibus quocunque aculeolo inermibus. Locustæ in anthesi ovato-oblongæ, quinque-decemfloræ, quatuor-octo lineas longæ. Valvæ calycinæ apice obtusæ, et rotundatæ, extus scabræ. Valva corollina externa pariter obtusa, apice rotundato, vel subretusa cum mucronulo calloso, minuto inter lobulos rotundatos. Reliqua omnia ut in præcedente.

Synonymon Hostii hanc speciem sistens perperam a Botanicis Germaniæ affertur ad *Triticum rigidum* Schrad., quod certe diversum habitu grandiore, rigidiore, scabritie majore, et rachide in marginibus aculeolata. Novissimi hujus est *Triticum elongatum* Schleich. pl. sicc.

6. Triticum *repens:* locustis cuneato-ovatis, compressis, remotiuscule imbricatis; calycibus, valvaque corollina externa apice subulatis; culmo fistuloso; foliis planis, intus scaberrimis; radice late repente.

T. repens *Sp. pl.* 128. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 182., *et Engl. bot. v.* 13. *tab.* 909. *Hook. Brit. Fl. ed.* 2. *p.* 55. *Leers. Herb. p.* 45. *tab.* 12. *fig.* 3. *Schreb. Gram.* 2. *p.* 24. *tab.* 26. *fig.* 1-4. *Svensk. bot. tab.* 38. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 17. *tab.* 21., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 179. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 257. *n.* 2268. *Balb. Fl. Taur. p.* 23. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 86. *Bir. Fl. Acon.* 1. *p.* 38. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 62., *et* 332. *Comoll. Prod. Fl. Com. p.* 19. *n.* 137. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 56.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 128. *α, γ.** *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 93.* *Suffr. Forojul. p.* 215. *Bert. Amœn. Ital. p.* 238. *α. Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 148., *et Bot. Etr.* 1. *p.* 94. *Maratt. Fl. Rom.* 1. *p.* 86. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 68. *n.* 163. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 107., *et Syll. p.* 54. *n.* 2. *A. Biv. Bern. Cent.* 2. *p.* 71. *n.* 97. *Guss. Fl. Sic. prod.* 1. *p.* 147. *a, b.,* et Sup.* 1. *p.* 34. *a, b.** *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 53.* *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 83. *n.* 1661. *α. Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 390. *α. Hoffm. Fl. d'Allem. an.* 1804. *vol.* 2. *tab.* 11. *fig.* 1. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 706. *α, β. Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 362. *α, β. Link. Hort. Berol. descr.* 2. *p.* 188. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 440. *α.*

T. rigidum *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 87.

T. intermedium *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 63. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 129. *α, β.** *Ten. Syll. p.* 54. *n.* 3.

T. glaucum *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 6. *tab.* 10., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 179. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 87. *Nocc. et Balb. Fl. Ticin.* 1. *p.* 63. *Ten. Syll. p.* 55. *n.* 6.

T. pungens *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 75. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 94. *Ten. Syll. p.* 54. *n.* 4. *Guss. Fl. Sic. prod.* 1. *p.* 147.

T. n. 1426. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 210.

Agropyrum repens *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 48. *Link. Hort. Ber. desc.* 1. *p.* 37. *Tratt. Fl.* 1. *p.* 111. *n.* 77. *tab.* 77.

Bromus glaber *Scop. Fl. Carn. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 84.

Gramen Dioscoridis *Cæsalp. De pl. lib.* 4. *cap.* 57. *p.* 184.

Gr. caninum arvense s. primum *C. B. Theatr. p.* 7. fig. mala.

Gr. caninum arvense, sive Gramen Dioscoridis *Scheuchz. Agr. p.* 5. *n.* 2.

Gr. caryophyllatum loliaceum repens *Barrel. Icon.* 906. *fig.* 2.

Gr. loliaceum, radice repente, sive Gramen officinarum *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 41. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 25. herb. Mont. *Zannich. Istor. delle piant. p.* 119. *tab.* 197. *fig.* 1. mala. *Segu. Ver.* 1. *p.* 341. *n.* 4.

Gr. loliaceum maritimum, spica magis albicante *Mont. l. c. p.* 119. herb. Mont.

Gr. loliaceum, spica mutica, angustiori, minus expansa *Mont. l. c. p.* 119. herb. Mont.

β spica remotiuscule imbricata; valva corollina externa aristata.

Triticum repens β *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 481. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 440. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 183. *Schreb. Gram.* 2. *tab.* 26. *fig.* 5-8. *Bert. Amœn. Ital. p.* 238. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 149.* *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 68. *n.* 163. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 391. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 83. *n.* 1661.

T. repens *Svensk. bot. tab.* 38.

T. repens variet. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 94.

T. repens C *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 108.

T. repens c *Guss. Suppl.* 1. *p.* 34.

T. repens γ *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 707. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 363.

Agropyrum repens b *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 20. *n.* 99.

Graminis spica triticea repentis vulgaris varietas, cum spica aristata *Scheuchz. Agr. p.* 9. *n.* 6.

Gr. loliaceum, radice repente, sive Gramen officinarum, aristis longioribus donatum *Vaill. Bot. Paris. p.* 81. *tab.* 17. *fig.* 2.

Gr. loliaceum, spica divulsa, brevissimis aristis armata *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. pag.* 41. herb. Mont.

Gr. loliaceum, aristis longioribus donatum *Mont. l. c. p.* 41. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 26. herb. Mont.

ϰ locustis valde approximatis, arctissime imbricatis, muticis, breviterve aristatis.

Triticum litorale *Host. Gram. Austr.* 4. *p.* 5. *tab.* 9., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 179. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 708. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 441. *Link. Hort. Ber. descr.* 2. *p.* 187.

Agropyrum litorale *Reichenb. Fl. Germ. exc. in Add. et corrig. p.* 140. *n.* 99. *b.*

Gramen loliaceum angustifolium, spica compacta *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 41. herb. Mont.

Ital. *Caprinella. Dente canino. Gramigna. Grano delle formiche. Granaccino. Palèo* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 229.

Offic. *Graminis radix* Linn. Mat. med. p. 13. *n.* 37.

Perenn. Copiose provenit in universa Italia in campis, in litoribus marinis, præsertim vero in ripis fluminum. Legi Sarzanæ in arenis Macræ, Genuæ in herbidis *all'Acquasola*, Bononiæ in campis circa oppidum, et in monte *Donato*, Ravennæ in litore. Habui ex agro Parmensi a Prof. Janio, ex ripis Tanari prope Albam Pompejam a Bertero, Mantuâ a Barbierio, ex agro Tarvisino *a Mogliano* a Mayero, ex Istria, et Tergesto in cæspitibus ad mare a Biasoletto, ex maritimis circa Venetias a Pollinio, Fossâ Clodiâ *a S. Anna*, et *a Sottomarina* a Prof. Naccario, ex portu Asculi in Piceno ab Orsino, Româ ad sepes a Fiorinia-Mazzantia, Rhegio Julio *a Pollera*, et ex arvis Panormitanis ab Eq. Gussonio, ex Sardinia a Prof. Morisio. Legi varietatem β in litore Ravennati. Obtinui ex agro Pisano ab Eq. Prof. Savio, et ex agro Mantuano a Barbierio. Accepi varietatem $\varkappa$ Tergesto a Prof. Janio, ex maritimis *di Monfalcone* a Berinio, ex oris Venetis a Ruchingero, ex maritimis Siciliæ prope *S. Agata* ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a S. Manza* prope *Bonifacio* a Bubanio, et *a Calvi* a Soleirolio. Floret Majo, Junio.

Radix longe lateque repens, stolonibus crassis, albis, articulatis, articulis obductis squama vaginante, longa, acuta, cito marcescente, et sphacelata. Fibræ descendentes ramulosæ, flexuosæ, plus minus dense villosæ. Culmi crebri, erecti, vel ascendentes, teretes, striati, glabri, bi-tripedales. Folia lato-linearia, acuminata, plana, in locis siccis arefactione quidquam involuta, striata, scaberrima in facie interna, marginibus, et carina, reliqua parte aut scabrida, aut etiam glabra. Vaginæ arctæ, striatæ, imæ scabridæ, reliquæ glabræ. Stipula brevissima, truncata, eroso-ciliolata. Spica glauca, passim minus longa, quam in præcedente, sed densius locustifera. Rachis compressa, regulariter, et exquisite flexuosa, variat glabra, aut scabrida, marginibus aculeolatis, vel inermibus. Locustæ alternæ, ita sitæ ut altera contra medietatem alterius ex adverso orta, innuptæ lanceolatæ, strictæ, in anthesi cuneato-ovatæ, patentiusculæ, cæterum compressæ, acutæ, quatuor-octofloræ. Valvæ calycinæ subæquales,

locusta paulo breviores, lanceolato-lineares, canaliculatæ, apice acuminato-subulatæ, quinque-septemnerviæ, margine albo-membranaceæ, extus scabridæ. Stipitulus communis flosculorum glaber, aut vix marginibus scaber. Valva corollina externa oblongo-lanceolata, canaliculata, variat acuminato-subulata, et brevissime aristulata, aut etiam mucronulo obtusiusculo inter duos denticulos membranaceos, ciliolatos terminata, quinque-sexnervia, dorso scabriuscula, margine albo-membranacea. Valva interior obtusa, apice integro, pilosulo, nervo viridi, inferne scabro, superne ciliolato utrinque ad marginem inflexum instructa. Antheræ initio virides. Stigmata pilis scabris dense plumosa. Squamulæ nectarii minutæ, inæqualiter bidentatæ, eroso-ciliolatæ. Herba in locis a mari longinquis virens, leviter glaucescens, tota planta in locis ad mare intense glauca.

Varietas *β* distinguitur tantum flosculis apice evidenter aristatis, arista tenui, simplici, scabra, ab una ad quatuor lineas longa.

Varietas *x* est omnino lusus speciei, distinctus rachide approximate, et creberrime articulata, adeo ut locustæ sint densissime, et distiche imbricatæ, altera ex adverso orta ad tertiam, vel quartam partem inferiorem longitudinis locustæ alterius. Hic quoque locustæ ludunt muticæ, vel breviter aristatæ. Tota planta intense glauca.

Usus. Radix hujus graminis sapore dulci pollet, et medici adhibent ad decocta mundificantia, nutrientia, diuretica. Remedium vere simplex, prætiosissimum; ideo a natura tam copiose, et tam late hominibus concessum. Hac eadem radice bene lota, et omni pulvere mundata equi reficiuntur æstate, cum nulla alia herba viret.

7. Triticum *caninum:* locustis remotiuscule imbricatis, oblongis, compresso-turgidulis; calycibus brevissime aristatis, subquinquenerviis; aristis corollinis flosculo longioribus; foliis planis, scabris, supra pilosis; radice fibrosa.

T. caninum *Huds. Angl. p.* 58. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 184., *et Engl. bot. v.* 20. *tab.* 1372. *Hook. Brit. Fl. ed.* 2. *p.* 55. *Fl. Dan. tab.* 1447. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 20. *tab.* 25., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 181. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 258. *n.* 2272. *Balb. Fl. Taur. p.* 23. *Re Fl. Torin.* 1. *p.* 86. *Nocc. et Balb. Fl. Tic. p.* 62. *Pollin. Fl. Ver. p.* 128. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p.* 68. *n.* 164. *Ten. Fl. Nap.* 3.

p. 110., *et Syll. p.* 54. *n.* 1. *Guss. Fl. Sic. prod.* 1. *p.* 164.,* *et Sup.* 1. *p.* 34.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 3. *p.* 12.* *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 389. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 709. *Schreb. Spicil. Fl. Lips. p.* 51. *n.* 985. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 365. *Link. Hort. Berol. descr.* 2. *p.* 189. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 442.

T. sepium *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 83. *n.* 1660.

T. n. 1429. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 212.

T. n. 25. *Hall. in Scheuchz. Agr. app.* 2. *p.* 46.

Elymus caninus *Sp. pl.* 124. *Leers. Herb. p.* 48. *tab.* 12. *fig.* 4. *n.* 2. *Birol. Fl. Acon. p.* 37. *Ab Ucr. Hort. Pan. p.* 63.

Agropyrum caninum *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 20. *n.* 98. *Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 38.

Gramen spica triticea compacta, hirsutum, aristatum, aristis longioribus *Scheuchz. Agr. p.* 10. sub n. 7.

Gr. caninum aristatum radice non repente *Moris. Ox. sect.* 8. *tab.* 1. *fig.* 2. in ima tabula.

Gr. secalinum, spica simplici strigosiori *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. Prodr. p.* 61. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 91. herb. Mont.

Gr. hordaceum nemorense thyrsoide spica *Bonann. Panph. tab.* 51. evidenter.

Gr. spica triticea compacta, hirsutum, aristis longioribus donatum *Segui. Sup. p.* 149. *n.* 7.

Ital. *Grano cattivo* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 94.

Perenn. Habui ex sylvaticis ad thermas Valderias in Pedemontio a Bertero, ex *Corni di Canzo* in provincia Comensi a Badaroo, ex valle *Canetra* in agro Camerinensi a Prof. Octavianio, ex *Castelluccio*, et *S. Angelo* in Nursinis ab Eq. Petruccio, ex Sicilia in sylvis *di Valle Chiarina,* et *Busambra* ab Eq. Gussonio, ex Sardinia in montanis *di Arizzo* a Prof. Moristo. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, firma, fibris crassiusculis, simpliciusculis, flexuosis, pubescentibus, albentibus. Culmi erecti, vel ascendentes, tri-quadripedales, teretes, striati, glabri, superne longo tractu nudi. Folia late linearia, acuminata, plana, striata, scabra, intus passim pilosa, læte viridia, quatuor circiter lineas lata. Vaginæ arctæ, striatæ, imæ sæpe pilosæ, vel omnes glabræ, superiores internodio breviores. Stipula brevissima, truncata, erosula. Flores in spica terminali, disticha, longa, gracili, continua, sed laxiuscula, demum subnutante. Rachis articulata, flexuosa, striata, internodiis alterne

hinc convexis, inde planis, margine aculeolatis, reliqua parte glabris. Locustæ alternæ, inter se se remotiuscule imbricatæ, oblongo-lanceolatæ, compresso-turgidulæ, tri-sexfloræ, longe aristatæ, imæ subinde brevissime pedicellatæ. Valvæ calycinæ flosculis breviores, subæquales, oblongo-lanceolatæ, concavo-canaliculatæ, acuminatæ, brevissimeque aristatæ, tri-quinquenerviæ, nervis scabris, margine angusto albo-membranaceæ. Stipitulus communis flosculorum hispidulus. Valva corollina externa lanceolata, concavo-canaliculata, obsolete quinquenervia, nervis scabridis, apice subtridentata, dentibus lateralibus minutis, membranaceis, intermedio producto in aristam simplicem, tenuem, scabram, duas-quatuor vices, ut ipsa valva, longam, strictam, subflexuosam; valva interior longitudine exterioris sine arista, bidentata, nervo viridi, ciliolato, aut scabro utrinque ad marginem inflexum instructa. Flosculus in locusta terminalis cæteris minor, et brevius aristatus. Nectarii squamulæ semilanceolatæ, acuminatæ, subciliolatæ. Caryopsis libera.

8. Triticum *festucoides:* racemo simplici, laxifloro, distícho, secundo; locustis ovatis, alternis, subsexfloris; calycibus subinæqualibus, muticis; aristis corollinis flosculum æquantibus; foliis anguste linearibus, convolutis.

T. festucoides *Bert. Pl. Gen. p.* 25. *n.* 49., *et Amœn. Ital. p.* 122. *n.* 49. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 95.*

T. hispanicum *Vivian. Ann. bot.* 1. *part.* 2. *p.* 152. *tab.* 3. *fig.* 2. opt., *et Fl. Ital. fragm. fasc.* 1. *p.* 21. *tab.* 24. ead. fig., *et Fl. Libyc. specim. p.* 6. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 130. *Biv. Bern. Cent.* 2. *p.* 71. *n.* 96. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 149.

T. tenuiculum *Lois. Deslongch. Not. p.* 27., *et Fl. Franç. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 72. *De Candoll. Fl. Franç.* 5. *p.* 285. *n.* 1671.[a] excl. syn. *Trit. maritimi* Viv.

Agropyrum hispanicum *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 49.

Brachypodium festucoides *Link. Hort. Berol. descrip.* 2. *p.* 193.

B. tenuiculum *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 744., *et Mant.* 2. *p.* 406. *n.* 19.

B. hispanicum *Reichenb. Fl. Germ. exc. in Add. et corr. p.* 140. *n.* 92. *b.*

Festuca tenuicula *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 395. *Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 146.

Ital. *Grano paleino* Sav. Bot. Etr. 1. p. 95.

Ann. Legi in Liguria occidua *a Sestri di ponente* in initio litoris Genuam versus. Habui ex monte Pisano prope *Caprona* ab Eq. Prof. Savio, ex Sardinia a Prof. Morisio. Floret Majo.

Radix fibrosa, fibris tenuibus, ramulosis, flexuosis, plus minus pubescentibus, fuscis. Culmi cæspitosi, erecti, vel ascendentes, a pollice ad pedem longi, teretes, striati, glabri, superne nudi, præsertim qui longiores, minores toti, vel fere toti tecti. Folia brevia, linearia, angusta, acuminata, striata, glabra, marginibus tantum scabris, arefactione convoluta. Vaginæ arctæ, fortiter striatæ, glabræ, aut vix scabridæ. Stipula brevissima, obtusa, circiter semilinearis, utrinque in lateribus rotundata, et integra, in medio eroso-lacera. Racemus simplex, terminalis, laxiflorus, secundus, etiam bipollicaris. Rachis articulata, leniter flexuosa, glabra, marginibus scabris, hinc nuda, plana, inde, qua florifera est, angulo valde acuto dirempta, ita ut locustæ, licet secundæ, ad angulum acutissimum sint inter se se inclinatæ. Locustæ alternæ, distichæ, innuptæ lanceolatæ, in anthesi ovatæ, brevissime pedicellatæ, compressæ, internodio breviores, aut æquantes, aristatæ. Valvæ calycinæ parum inæquales, locustâ dimidio, aut plusquam dimidio breviores, oblongæ, acutæ, aut acuminatæ, compresso-canaliculatæ, carinatæ, trinerviæ, glabræ, aut vix scabriusculæ. Stipitulus communis flosculorum in articulis maturitate fragilis. Valva corollina exterior ovato-oblonga, acuminata, acumine producto in aristam tenuem, simplicem, scabram, ut ipsa valva circiter longam, initio strictam, postea erecto-patulam, subflexuosam, cæterum valva obsolete quinquenervis, lævis, glabra, aut sub vitro minutissime punctato-scabrida; valva interior quidquam brevior, apice bidentata, nervo viridi, minute aculeolato utrinque ad marginem inflexum instructa. Caryopsis libera, oblonga, hinc canaliculata, inde convexa.

Vidi apud Gussonium exemplar *Tritici hispanici* ex herbario Cavanillesii, quod erat ab hoc nostro diversum, et pertinebat ad *Triticum tenellum* mox describendum. Anne igitur cum Gayo apud Gaudinium in Fl. Helv. 1. p. 367. putandum, *Triticum festucoides* esse meram varietatem *Tritici tenelli*, seu *Tritici Halleri* Viv.? Res profecto attentione digna, cum in Triticis facilis sit transitus a locustis aristatis ad muticas, et vicissim,

cumque *Triticum tenellum* occurrat etiam in locis meridionalibus, et ad mare sitis; Linkius enim reperit in Lusitania, ut habemus in Hort. Ber. desc. 1. p. 42., et ego obtinui ex Sardinia, ex Corsica, et ex maritimis Liguriæ orientalis. Quidquid sit, cum *Triticum hispanicum* Reich. Syst. pl. 1. p. 240. factum fuerit ex *Festuca maritima* Lœfl. It. 44., cui ipse Lœflingius tribuit flosculos subaristatos, non longiuscule aristatos, ut sunt in planta mea, donec meliora de illo innotescant, sejungo a *Tritico festucoide*.

Triticum festucoides Sav. Bot. Etr. 1. p. 95. fide exemplaris autoptici ex monte Pisano est omnino idem cum nostro, nec pertinet ad *Triticum Nardum* De Cand., ut habet Loiseleur-Delongchampsius in Fl. Gall. ed. 2. p. 72. Forte Savius misit ad eum sub eodem *Tritici festucoidis* nomine aliam plantam cultam, ut mecum egit, quæ planta reapse respondet *Tritico Nardo* De Cand., atque ex hoc hallucinatio Deslongchampsii orta est.

9. Triticum *unilaterale*: racemo disticho, arctato-secundo; locustis subquadrifloris, aristatis, muticisve; valvis glumarum lanceolato-linearibus, acuminatis, calycina externa dimidio breviore.

T. unilaterale *Lin. Mant.* 1. *p.* 35. excl. syn. *Bert. Amœn. Ital. p.* 9. *n.* 1. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 130. *De Cand. Cat. pl. hort. bot. Monsp. pag.* 154., *et Fl. Franç.* 5. *p.* 285. *n.* 1668.[a] flosc. muticis.

T. biunciale *Allion. Auct. p.* 46. *n.* 2270.* flosc. plerisq. arist. *Balb. Fl. Taur. p.* 23.* flosc. plerisq. aristat. *Viv. Ann. bot.* 1. *part.* 2. *p.* 157. *tab.* 6.* flosc. muticis, *et Fl. Ital. fragm. fasc.* 1. *p.* 26. *tab.* 24.* fig. ead. *Vill. Hist. des pl. de Dauph.* 2. *p.* 167.

T. tenellum *Viv. Ann. bot.* 1. *part.* 2. *p.* 154. *tab.* 4.* flosc. arist., *et Fl. Ital. fragm. fasc.* 1. *p.* 23. *tab.* 25.* fig. ead. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 20. *tab.* 26. flosc. arist.

T. Nardus *Jacq. fil. Eccl.* 2. *p.* 53. *n.* 35. *tab.* 35. flosc. arist. *Lois. Deslongch. Not. p.* 28., *et Fl. Gall. edit.* 2. *tom.* 1. *p.* 72. *n.* 10. excl. syn. Savii. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 87. *n.* 1671. *Duby. Bot. Gall. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 530. *n.* 18. apud omnes flosculis aristat.

T. hispanicum *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 109. excl. nonn. syn., *et Syll. p.* 57. *n.* 8.

Brachypodium tenellum *Trattn. Fl.* 1. *pag.* 113. *n.* 78. *tab.* 78. flosc. arist. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 19. *n.* 92. flosc. arist.

B. unilaterale *Schult. Syst. veg. mant.* 2. *p.* 407. *n.* 25. ex litter. meis.

B. psilanthum *Link. Hort. Ber. desc.* 2. *p.* 193. flosc. arist.

Festuca tenuiflora *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 345. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 639. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 163. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 395. apud omnes flosculis aristat.

Gramen loliaceum minus spicis tenuissimis *Moris. Ox. sect.* 8. *tab.* 2. *fig.* 3. flosc. submut; fig. bona etiam ex Smithio in Engl. bot. v. 4. p. 221.

Ital. *Grano festuchino*.

Ann. Habui ex Liguria orientali in viciniis *di Levanto* ab Eq. Prof. Vivianio, ex Pedemontio in sylvaticis circa Carthusiam *di Pesio* a Molinerio, et ex pascuis *della Molinetta* prope Taurinum a Prof. Balbisio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris tenuibus, ramulosis, flexuosis, huc illuc villosis, fuscis, subinde etiam ex imis culmi nodis prodeuntibus. Culmi cæspitosi, ascendentes, vel erecti, a paucis pollicibus etiam ad sesquipedem longi, tenues, teretes, striati, glabri, vel prope apicem scabriusculi, aut puberuli, nodis rufescentibus instructi, minores toti, vel fere toti tecti, majores longo tractu superne nudi. Folia brevia, convoluto-filiformia, acuta, striata, glabra, marginibus scabriusculis, alias puberula, præsertim in facie interna, basi utrinque instructa dente minuto, membranaceo, obtuso. Vaginæ arctæ, striatæ, glabræ, aut puberulæ, suprema subinde laxiuscula. Racemus simplex, terminalis, gracilis, etiam tri-quadriuncialis, nunc approximate, nunc remotius lucustifer, subinde leniter incurvus. Rachis articulata, striata, flexuosa, hinc convexiuscula, nuda, glabra, aut scabrida, præsertim marginibus, alias puberula, inde florifera. Locustæ parvæ, alternæ, distichæ, secundæ, seriebus longitudinalibus valde approximatis, ut hæ fere unilaterales interdum appareant, præcipue in plantis siccis, cæterum locustæ, quadri-sexfloræ, brevissime pedicellatæ, ita sitæ, ut nunc altera contra medietatem alterius oriatur, nunc qua una desinit, vel paulo supra, altera incipiat. Valvæ calycinæ valde inæquales, lanceolato-lineares, acuminatæ, subaristatæ, compresso-canaliculatæ, variant scabræ, pilosæ, aut puberulæ, exterior dimidio brevior, uninervis, interior flosculos sine aristis subæquans, trinervis. Flosculi demum laxiusculi in stipitulo communi

maturitate fragillimo. Valva corollina exterior lanceolata, acuminata, convoluto-subulata, obsolete quinquenervis, scabrida, vel pilosa, aut pubescens, ludit mutica, vel apice aristata, arista tenui, simplici, scabra, nunc brevissima, nunc, ut ipse flosculus, longa, aut paulo longiore; valva interior exteriorem sine arista subæquans, aut quidquam brevior, acute bidentata, nervo viridi, ciliolato utrinque ad marginem inflexum instructa. Planta in aprico, et præsertim racemus, sæpe purpurascens.

Hujus tantum Tritici est præ se ferre locustas aspectu unilaterales, præsertim in sicco, quamvis reapse ita non sint, quo charactere Linnæus nomen specificum stirpis deduxit. Botanici attendant ad formam calycis, et corollæ, ut speciem probe distinguant, aristæ enim corollinæ summopere ludibundæ, et interdum omnino deficienti vel in flosculis ejusdem racemi parum fidendum.

10. Triticum *tenellum:* racemo simplici, laxifloro, disticho, secundo; locustis alternis, nudis; valvis calycinis subinæqualibus; flosculis ovato-oblongis, acutis, muticis.

T. tenellum *Sp. pl. ed.* 2. *p.* 127. excl. syn. Moris. *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 482. excl. syn. Ger., et Moris. *Spr. Syst. veg.* 1. *p.* 324. *n.* 14. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 258. *n.* 2269. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 38. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 130. excl. planta Hostii ex Istria.

T. Halleri *Vivian. Ann. bot.* 1. *part.* 2. *p.* 155. *tab.* 5.,* *et Fl. Ital. fragm. fasc.* 1. *p.* 24. *tab.* 26.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 52.* *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 366. *Link. Hort. Ber. descr.* 2. *p.* 190.

T. Poa *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 86. *n.* 1668. excl. syn. Pluk., *et* 5. *p.* 285.

T. n. 1430. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 212. excl. syn. Moris.

T. n. 26. *Hall. in Scheuchz. Agr. app.* 2. *p.* 46.

Brachypodium Halleri *Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 41.

Festuca Poa *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 394.

Gramen pusillum, unicaule, panicula loliacea *Bocc. Mus. di piant. p.* 69. *tab.* 57.

Ital. *Palèo granaccino.*

Ann. Habui ex Liguria orientali in parte meridionali montis S. Jacobi prope ascensum S. Annæ in districtu Clavarensi a Turio, ex *Locarno* in pago Ticinensi Helvetiorum ab Eq. Prof. Vivianio, ex Pedemontio a Prof.

Balbisio, ex campis collinis Sardiniæ a Prof. Morisio, ex *Monte Grosso* Corsicæ a Soleirolio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris tenuibus, ramulosis, flexuosis, huc illuc lanuginosis. Culmi ascendentes, solitarii, vel parce cæspitosi, a paucis pollicibus ad duos pedes longi, teretes, striati, glabri, nodis purpureo-nigris interstincti, e basi subinde ramosi, humiliores toti, aut fere toti tecti, altiores superne tractu plus minus longo nudi. Folia brevia, convoluto-setacea, acuta, striata, extus glabra, marginibus, et intus scabrida. Vaginæ arctæ, striatæ, scabriusculæ, aut tenuissime puberulæ, suprema laxiuscula, reliquæ arctæ. Stipula brevissima, truncata, erosula, utrinque decurrens in vaginæ margines auriculâ rotundatâ, integrâ. Racemus terminalis, simplex, laxiflorus, plus minus longus. Rachis articulata, leniter flexuosa, hinc striata, nuda, scabriuscula, aut glabra, marginibus aculeolatis, inde ad locustas appositas excavata. Locustæ distichæ, alternæ, secundæ, breviter, rarius longiuscule, pedicellatæ, laxæ, præsertim inferiores, quæ internodio multo breviores, dum superiores sunt ita sitæ, ut qua una desinit, altera incipiat, cæterum ovatæ, aut ovato-oblongæ, compresso-turgidulæ, acutæ, muticæ, tri-undecimfloræ. Valvæ calycinæ quidquam inæquales, locustâ multo breviores, vidi tamen harum alteram subinde elongatam, et duas tertias locustæ luxuriantis partes attingere, lato-lineares, canaliculatæ, obtusæ, vel acutæ, aut etiam acuminatæ, trinerviæ, nudæ, scabriusculæ, margine albo-membranaceæ. Flosculi maturi decidui. Valva corollina exterior ovato-oblonga, obsolete quinquenervis, concavo-canaliculata, carinata, extus nuda, scabriuscula, acuta, aut etiam mucronulata, mutica, ludit obtusiuscula; valva interior exteriori longitudine subæqualis, apice subbidentata, nervo viridi ciliolato utrinque ad marginem inflexum instructa. Squamæ nectarii minutæ, inequaliter bifidæ, glabræ.

Hoc, ut jam dixi pag. 809., in herbario Cavanillesii stat sub nomine *Tritici hispanici*. Anne igitur *Festuca maritima* Lœfl. It. 44., et Linn. Sp. pl. edit. 1. p. 75., et edit. 2. p. 110. erit una, et eadem res cum *Tritico tenello* Linn. Spec. pl. ed. 2. p. 127.? Id forte suadet ipse Linnæus postea silens de planta hispanica in Syst. nat. edit. 12.; at quid sibi novissime voluit in Mant. alt.

p. 325., cum ex *Festuca maritima* fecit *Triticum maritimum* floribus, ut ille ait, omnino spicatis, aristatis, ideo diversum a *Tritico maritimo* Sp. pl. edit. 2. p. 128.? Res non aliter extricanda, quam inspectione herbarii Linnæani.

11. Triticum *maritimum*: racemo ramoso, secundo; locustis ovato-lanceolatis, compresso-carinatis; valva corollina externa mucronata.

T. maritimum *Sp. pl.* 128., *et* 1677. ex hoc novissimo loco excl. omnib. syn.; nec Mant. alt. *Vahl. Symb.* 2. *p.* 26. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 75. *Cyrill. Neap. pl. fasc.* 2. *p.* 2. *tab.* 2. *Viv. Ann. bot.* 1. *part.* 2. *p.* 158., *et Fl. Ital. fragm. fasc.* 1. *p.* 27. *Bert. Lucubr. p.* 5. *n.* 5. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 151.,* *et Bot. Etr.* 1. *p.* 95.* *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr.* 1. *p.* 69. *n.* 165.* *Ten. Fl. Nap. p.* 109., *et Syll. p.* 56. *n.* 16. *Biv. Bern. Cent.* 1. *p.* 79. *n.* 94. *Guss. Pl. rar. p.* 60.,* *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 149.,* *et Suppl.* 1. *p.* 36.*

Brachypodium maritimum *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 41. *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 743., *et Mant.* 2. *p.* 406.

Schlerochloa dichotoma *Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 150.

Schl. maritima *Link. l. c.* 2. *p.* 274. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 36. *n.* 226.

Festuca maritima *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 47. *n.* 1575. non Linn. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 392. excl. syn. Bocc., et Forsk.

Gramen loliacea panicula ramosa maritimum *C. Bauh. Theatr. p.* 130. fig. mala. *Scheuchz. Agr. p.* 274. *n.* 3. *tab.* 6. *fig.* 5. *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prodr. p.* 47. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 6. herb. Mont.

Gr. maritimum panicula loliacea *C. B. Prod. p.* 19. *n.* 63. *fig. p.* 18. eadem ac in Theatr.

Gr. maritimum paniculis asperis cristatis *Bocc. Mus. p.* 135. ex loco, et descr., excl. fig. tab. 95.

Gr. maritimum, locustis hians rostellum aviculæ imitantibus *Cup. Hort. Cath. p.* 92.

Gr. marinum locustis hians rostellum aviculæ imitantibus *Bonann. Panph. tab.* 2. figura flosculis delapsis.

Ital. *Grano palèo forcuto*.

Ann. Habui ex litore Clavarensi *alle Saline* in Liguria orientali a Turio, ex maritimis Liguriæ occiduæ *a Laigueglia* a Badaroo, et *al Ceriale* a Prof. Sassio, Nicæâ a Prof. Balbisio, ex litoribus Hetruriæ ab Eq. Prof. Savio, ex litore Ostiensi a Prof. Sebastianio, Neapoli *al Fusaro* ab Orsino, ex maritimis

di Capaci in Sicilia ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Bonifacio* a Seraffinio, *a S. Fiorenzo* a Burnio, et *a Calvi* a Soleirolio. Floret Majo.

Radix fibrosa, fibris tenuibus, ramulosis, lanuginosis, albidis, subinde etiam ex nodis inferioribus culmi erumpentibus. Culmi cæspitosi, decumbentes, vel ascendentes, a paucis pollicibus ad pedem, et sesquipedem longi, teretes, crassiusculi, striati, glabri, toti, aut fere toti tecti, nodis fuscis interstincti, sæpe inferne ramosi. Folia angusta, linearia, flaccida, acuminata, aut acuta, striata, plana, subinde arescendo quidquam involuta, intus, et marginibus, aut marginibus tantum scabrida, reliqua parte glabra. Vaginæ striatæ, glabræ, laxiusculæ. Stipula lineam, aut parum ultra longa, eroso-lacera, in vaginæ margines leviter decurrens. Racemus ramosus, terminalis, laxiflorus, secundus, in anthesi patens. Rachis, et rami rigidi, crassi, articulati, striati, glabri, articulis quandoque fuscis. Rami alterni, inferiores geminati, superiores solitarii, bi-trilocustiferi. Locustæ quatuor-octofloræ, innuptæ lanceolato-lineares, florentes oblongo-lanceolatæ, acutæ, compressæ, demum in quovis ramo inter se divaricatæ, laterales sessiles, terminali tantum pedicellata. Flosculi in locusta superiores descrescentes. Valvæ calycinæ parum inæquales, locusta multo breviores, lanceolato-lineares, acutæ, aut acutiusculæ, compresso-canaliculatæ, carinatæ, glabræ, margine albo-membranaceæ, trinerviæ, exteriore paululum breviore. Stipitulus communis flosculorum glaber, maturitate in nodis fragillimus. Valva corollina exterior lanceolata, compresso-canaliculata, carinata, exquisite trinervia, acuta, mucronulata, subinde subretusa cum mucronulo supereminente in medio, glabra, margine angusto albo-membranacea. Valva interior paululum brevior, acuta, subbidentata, nervo nunc toto glabro, nunc superne ciliolato utrinque ad marginem inflexum instructa. Nectarii squamulæ minutæ, bidentatæ, glabræ. Caryopsis libera. Tota planta e viridi glauca, subinde vel herba, vel racemo purpurascens.

12. Triticum *divaricatum:* racemo ramoso, subsecundo, ramis fasciculatis; locustis linearibus, elongatis, compressis; culmo ramosissimo.

Festuca divaricata *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 89. *tab.* 22. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 94. *n.* 40. *Willd. En.* 1. *p.* 118. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 356. *n.* 50. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 392.

Fiorin. App. in Giorn. de' lett. di Pis. scienze an. 1828. *tom.* 17. *p.* 112. *n.* 8.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 81., *et Syll. p.* 45. *n.* 17. *Biv. Bern. Cent.* 2. *p.* 26. *Guss. Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 109.*

F. dichotoma *Forsk. Fl. Ægypt. Arab. in descr. pl. cent.* 1. *p.* 22. *n.* 75.

F. lanceolata *Forsk. l. c. p.* 22. *n.* 76.

Brachypodium divaricatum *Presl. Cyper. et Gram. Sic. p.* 40.

Schœnodorus divaricatus *Röm. et Schult. Syst. veget.* 2. *p.* 703.

Schedonorus divaricatus *Schult. Syst. veg. mant.* 2. *p.* 390.

Sclerochloa articulata *Link. En. alt.* 1. *p.* 90., *et Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 150. *n.* 327.

Scl. divaricata *Link. Hort. Ber. descr.* 2. *p.* 273.

Gramen maritimum paniculis asperis loliaceis *Bocc. Mus. di piant. tab.* 95.

Ital. *Grano lesinino*.

Ann. Habui ex litore Terracinensi a Fiorinia-Mazzantia, et ex litoribus Siculis, ubi commune, ab Eq. Gussonio. Floret Aprili.

Radix fibrosa, fibris longis, capillaribus, subsimplicibus, albidis, huc illuc pubescentibus, sæpe etiam ex nodis inferioribus culmi prodeuntibus. Culmi cæspitosi, procumbentes, inferne valde ramosi, teretes, striati, glabri, vel apice scabridi, etiam sesquipedales, superne nudi. Folia linearia, angusta, acuminata, striata, margine, et facie interna scabra, viridi-glaucescentia, arefactione convoluta. Vaginæ striatæ, glabræ. Stipula lineam circiter longa, eroso-lacera. Racemus ramosus, terminalis, subsecundus, ramis interdum divisis, strictis, in anthesi patulis, striatis, scabridis, multilocustiferis, et jam a basi floriferis, alternis, inferioribus, dum planta luxuriat, alterne fasciculatis. Rachis prorsus articulata, striata, flexuosa, scabra, interdum inferne glabra. Locustæ lineares, elongatæ, acuminatæ, compresso-turgidulæ, laterales sessiles, suprema tantum pedicellata, tri-duodecimfloræ, in quovis ramo plures, florentes inter se se divaricatæ, etiam sex-octo lineas longæ. Valvæ calycinæ inæquales, locusta multo breviores, lanceolato-lineares, compresso-canaliculatæ, uninerviæ, carinatæ, glabræ, apice variant obtusiusculæ, vel acutæ, aut etiam acuminatæ, margine albo-membranaceæ, exteriore breviore. Stipitulus communis flosculorum remote articulatus, marginibus scaber,

maturitate in articulis fragilis. Flosculi in anthesi quidquam laxati. Valvæ corollinæ longitudine subæquales; exterior lanceolato-linearis, compresso-canaliculata, carinata, trinervis, nervis viridibus, reliqua parte albido-flavescens, margine membranacea, extus sub vitro minute punctato-scabrida, nervo medio superne ut plurimum aculeolato, apice subretusa cum mucronulo valde minuto in medio, at in flosculis locustæ supremis acuta, vel acuminata; valva interior paulo angustior, apice bifida, nervo minute, et crebre ciliolato utrinque ad marginem inflexum instructa.

Figura Bocconii, quam hic attulimus, et quæ evidenter hujus speciei est, passim erronee trahitur ad *Triticum maritimum* L., quocum nullam prorsus similitudinem habet, neque meliori omine Smithius eam adduxit ad *Glyceriam procumbentem* in Engl. Fl. 1. p. 119. *Triticum divaricatum* nostrum genere omnino convenit cum *Tritico maritimo* L., ut recte monuit Besserus in Schult. Syst. veg. mant. 3. p. 652.

*** *Locustis cum pedicello, vel pedicellis cum rachide articulatis.* Catapodia.

13. Triticum *loliaceum:* racemo inferne ramoso, simplicive, secundo, applanato, stricto; locustis ovato-oblongis, obtusiusculis, muticis, glabris, arcte adpressis; culmo decumbente.

T. loliaceum *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 185., *et Engl. bot. v.* 4. *tab.* 221. *Hook. Brit. Fl. ed.* 2. *p.* 56. *Willd. Sp. pl.* 1. *par.* 1. *p.* 483. (error. 488.) *Röm. Fl. Europ. fasc.* 10. fig. *Bert. Pl. Gen. p.* 26. *n.* 50., *et Amœn. Ital. p.* 123. *n.* 50. *Fiorin. Append. al prod. della Fl. Rom. p.* 5.,* *et in Gior. de' lett. di Pis. an.* 1828. *scienz. tom.* 17. *p.* 113.* *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 110.,* *et Syll. p.* 56. *n.* 15.* *Guss. Pl. rar. p.* 60.*, *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 149.,* *et Sup.* 1. *p.* 36.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 52.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 130. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 395. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 182.

T. unilaterale *Viv. Ann. bot. tom.* 1. *part.* 2. *p.* 149. *tab.* 3. *fig.* 1. optim., *et Fl. Ital. Fragm. fasc.* 1. *p.* 19. *tab.* 23. *fig.* 1. ead. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 21. *tab.* 27. pl. luxur. *All. Fl. Ped.* 2. *p.* 258. *n.* 2270. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 96.

T. Rottbolla *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 86. *n.* 1669., *et* 5. *p.* 285.

Poa loliacea *Huds. Angl. p.* 43. *Pers. Syn. pl.* 1. *p.* 92. *n.* 75. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 592.
Brachypodium loliaceum *Röm. et Schult. Syst. veg.* 2. *p.* 746., *et Mant.* 2. *p.* 407. *Presl. Cyp. et Gram. Sicul. p.* 41.
Catapodium loliaceum *Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 45., *et* 2. *p.* 194. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 19. *n.* 90.
Festuca rottboellioides *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 395.
Gramen pumilum, loliaceo simile *Raii Syn. p.* 395.
Gr. exile duriusculum marit. foliolis circumvolutis veluti junceis brevibus *Pluk. Phyt. tab.* 32. *fig.* 7.
Gr. parvum marinum spica loliacea *Moris. Oxon. sect.* 8. *tab.* 2. *fig.* 6.
Gr. loliaceum, maritimum, minimum, rigidum *Tourn. Inst. rei herb.* 1. *p.* 517. ex ejus herb.
Gr. exile, duriusculum, maritimum *Scheuchz. Agrost. p.* 272. *n.* 2, *tab.* 6. *fig.* 4.
Gr. phalaroides, alterum, minimum *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 48. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 49. herb. Mont.

Ital. *Loglierello marino*.

Ann. Legi Genuæ inter saxa *al Molo nuovo*, et in muro oppidi sub *la Lanterna*, in Liguria occidua in litore *a Sestri di ponente*. Habui ex maritimis saxosis *a Laigueglia* a Badaroo, Nicæâ a Prof. Balbisio, et a Prof. Morisio, ex litoribus Venetis a Ruchingero, Terracinâ a Fiorinia-Mazzantia, Neapoli *al Fusaro* ab Eq. Prof. Tenorio, et ab Orsino, ex litoribus Siciliæ, et ex Ustica ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio, et *a Bastia* a Bubanio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris tenuibus, ramulosis, flexuosis, villosis, albidis. Culmi cæspitosi, decumbentes, vel ascendentes, e tereti compressi, crassiusculi, striati, glabri, simplices, vel inferne ramosi, ut plurimum toti tecti, a pollice ad spithamam longi. Folia linearia, angusta, brevia, acuminata, striata, glabra, aut vix margine, et facie interna scabriuscula, arescendo plerumque marginibus involuta. Vaginæ fortiter striatæ, glabræ. Stipula brevis, lineam semis, aut lineam longa, truncata, eroso-lacera. Racemus terminalis, simplex, vel inferne ramosus, secundus, distichus, applanatus, strictus. Rachis flexuosa, hinc convexa, nuda, inde, qua parte florifera est, angulo obtusiusculo dirempta, ut locustæ sint paulisper inter se inclinatæ, marginibus

tenuissime serrulato-scabrida, reliqua parte glabra. Locustæ brevissime, et crasse pedicellatæ, articulatæ cum pedicello, ovato-lanceolatæ, compresso-turgidulæ, quatuor-octofloræ, muticæ, glabræ, facie plana rachidi arcte appositæ, solitariæ, alternæ, distichæ, interdum una vel altera ex inferioribus, nec tamen infima, geminata, crebræ, ita ut a medietate unius oriatur adversa, sæpe imbricatæ. Valvæ calycinæ subæquales, flosculis imis vix breviores, lanceolatæ, acutiusculæ, carinato-canaliculatæ, margine angusto albo-membranaceo cinctæ, trinerviæ. Stipitulus communis flosculorum flexuosus, non secedens, nisi sero. Valva corollina exterior ovato-oblonga, carinato-canaliculata, carinâ subinde scabriusculâ, lateribus glabris, obtusa, trinervis, margine, et apice albo-membranacea; valva interior paululum brevior, apice subbidentata, nervo viridi, crasso, ciliato utrinque ad marginem inflexum instructa. Planta glabra, læte virens, subinde purpurascens.

14. Triticum *unioloides:* racemo simplici, disticho, secundo; locustis late-ovatis, oblongisque, arcte approximatis; valva corollina externa septemnervi, mucronata.

T. unioloides *Vahl. Symb.* 2. *p.* 26. *Willd. Sp. pl.* 1. *par.* 1. *p.* 483. (err. 488.) *Ait. Kew. ed.* 2. *vol.* 1. *p.* 182. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 324. *n.* 12. *Bert. Lucubr. p.* 7. *n.* 17., *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 110., *et Syll. p.* 56. *n.* 14. *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 148. *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 1. *p.* 53.*

Poa sicula *Jacq. Collect.* 2. *p.* 304., *et Icon. pl. rar.* 2. *p.* 9. *tab.* 303. *Cyrill. Neap. pl. fasc.* 2. *p.* 19. *tab.* 8. *Desf. Fl. Atl.* 1. *p.* 76. *Röm. et Schult. System. veg.* 2. *p.* 569., *et Mant.* 2. *p.* 316.

Cynosurus siculus *Jacq. Obs. fasc.* 2. *p.* 22. *tab.* 43.

Briza cynosuroides *Scop. Del. Fl. et Faun. Insubr.* 2. *p.* 21. *tab.* 11.

Megastachya unioloides *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 44.

Brizopyrum siculum *Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 159.

Catapodium siculum *Link. l. c.* 2. *p.* 194.

Festuca unioloides *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 394.

Gramen filiceum paniculis integris *Bocc. Sicil. p.* 62. *tab.* 33. *fig.* 2. *Moris. sect.* 8. *tab.* 6. *fig.* 53. *Cup. Hort. Cath. p.* 86. *Bonann. Panph. tab.* 7.

Gr. phalaroides, maritimum, spicis ex pluribus locustis elegantissimis congestis *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prod. p.* 48. *tab. ic. loc. et spic. gr. fig. n.* 48. herb. Mont.

Ital. *Grano gramignone*.

Ann. Habui ex Calabria ab Eq. Prof. Tenorio, ex collibus siccis Siciliæ prope Panormum, et *Termini* ab Eq. Gussonio, ex arenosis Sardiniæ australis a Prof. Morisio. Floret Aprili, Majo.

Radix fibrosa, fibris tenuibus, ramulosis, lanuginosis. Culmi cæspitosi, decumbentes, ascendentes, vel erecti, a pollice ad spithamam longi, crassiusculi, e compresso teretes, striati, glabri, nunc toti tecti, nunc superne nudi. Folia brevia, angusta, linearia, acuta, striata, glabra, canaliculata, marginibus arefactione involutis. Vaginæ arctæ, striatæ, glabræ. Stipula lineam semis, aut lineam longa, truncata, eroso-lacera, in vaginæ margines decurrens. Racemus terminalis, simplex, secundus, distichus, subcomplanatus, dilatatus, continuus. Rachis compressa, crebre flexuosa, striata, glabra, alterne in lateribus excavata, marginibus excavationis ciliolato-scabris. Locustæ lato-ovatæ, vel oblongæ, compresso-turgidulæ, acute carinatæ, alternæ, distichæ cum impari terminali, secundæ, fere in eodem plano patulæ ob angulum inclinationis inter utramque seriem levissimum, valde approximatæ, ut altera infra medietatem alterius oriatur, magnitudinis summopere variæ, scilicet a sesquilinea ad semipollicem, et ultra longæ, minimæ trifloræ, majores vigintiquadrifloræ, sursum strictu glabræ, deorsum scabriusculæ, brevissime pedicellatæ, pedicello cum rachide articulato. Valvæ calycinæ parum inæquales, imo flosculorum pari subbreviores, lato-lanceolatæ, compresso-canaliculatæ, carinatæ, acutæ, margine albo-membranaceo, lato instructæ, sub vitro punctatæ, exteriore paululum breviore, trinervi, interiore subseptemnervi, saltem inferne. Stipitulus communis flosculorum crebre articulatus, et flexuosus, tenax. Flosculi distiche imbricati. Valva corollina externa major, ovata, compresso-canaliculata, turgidula, acute carinata, mucronata, obsolete septemnervis, extus sub vitro punctata, subinde inferne puberula, carinâ scabrâ, margine late membranaceo-albo; valva interior brevior, et angustior, apice subbidentata, nervo carinato, carinâ dense ciliolatâ, utrinque ad marginem inflexum instructa. Antheræ lineares, longiusculæ, flavæ. Tota planta glaucescens.

Obs. Cerealia, quibus Italia dives, præcipue proveniunt ex varietatibus quamplurimis *Tritici hiberni*, et *æstivi* L., quæ apud nos coluntur.

LAPPAGO.

Schreb. in Linn. Gen. pl. 1. *p.* 55. *n.* 131. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 412. *Trin. Fund. Agr. p.* 115. *n.* 38.
Nazia *Adans. Famill. des pl.* 2. *p.* 31., *et* 581.
Tragus *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 203. *Desf. Fl. Atl.* 2. *p.* 336. *Palis. Ess. d'une nuov. Agr. p.* 23. *tab.* 6. *fig.* 13.
Cenchri species *Linn. Sp. pl.* 1487.

Flores uniformiter racemosi, ramis subtrilocustiferis. Locustæ unifloræ, laterales hermaphroditæ, intermediæ masculæ, vel neutræ. Calyx gluma bivalvis, valvis valde inæqualibus, exteriore majore, concavo-ventricosa, dorso echinata, interiore minuta, membranacea, plana, nuda. Corolla gluma bivalvis, nuda, intra valvam calycinam majorem recondita, resupinata, idest valva ejus major apposita valvæ calycinæ minori. Stamina tria, filamentis capillaribus, corolla brevioribus, antheris linearibus. Stili duo, breves, stigmatibus plumosis. Squamulæ nectariferæ duæ, minutæ. Caryopsis oblonga, turgidula, sulco carens, libera.

Habitus. Planta sæpe decumbens, cæspitulis e nodis culmeis assurgentibus. Folia linearia, rigidula. Racemus laxiflorus, cylindraceus. Calyces demum indurati, aculeis hamatis diachenium *Caucalidum* referentes.

1. Lappago *racemosa*.

L. racemosa *Willd. Sp. pl.* 1. *part.* 1. *p.* 484. *Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 11., *et* 2. *p.* 197. *Kunth. Enum. pl.* 1. *p.* 170. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr.* 1. *p.* 76., *et Fl. Græc.* 2. *p.* 2. *tab.* 101. *Host. Gr. Austr.* 1. *p.* 28. *tab.* 36., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 70. *Balb. Fl. Taur.* 1. *p.* 24. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 88. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 64., *et* 332. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 19. *n.* 138. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Gior. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 57. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 90. *Ruching. Fl. dei lid. Ven. p.* 23. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 58.* *Suffr. Foroj. p.* 194. *Bert. Amœn. Ital. p.* 123. *n.* 51. *Sav. Bot. Etr.* 1.

p. 97. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 70., *et Syll. p.* 38. *n.* 1. *Guss. Pl. rar. p.* 30., *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 79. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 412. *Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abth.* 34. *heft. Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 24. *n.* 127.

Cenchrus racemosus *Sp. pl.* 1487., *et Mant. alt. p.* 501. *Schreb. Gram.* 1. *p.* 45. *tab.* 4.

Tragus racemosus *Allion. Fl. Pedem.* 2. *p.* 241. *n.* 2181. *Bert. Pl. Gen. p.* 137. *n.* 297. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr.* 1. *p.* 34. *n.* 86.* *Presl. Cyp. et Gram. Sic. p.* 19. *Desf. Fl. Atl.* 2. *p.* 386. *Palis. Ess. d'une nouv. Agr. expl. des pl. p.* 6. *tab.* 6. *fig.* 13. *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 12. *n.* 1495. *Röhl. cum Mertens. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 724. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 174.

T. n. 1413. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 203.

Gramen caninum maritimum asperum s. spica echinata *C. B. Theatr. p.* 15. *fig. p.* 16.

Gr. caninum maritimum asperum *C. B. Prodr. p.* 2. *n.* 3. fig. ead.

Gr. caninum, maritimum, spica echinata *Scheuchz. Agr. p.* 76. *n.* 1. *tab.* 2. *fig.* 7. *C. D.*

Gr. caninum marit. spicatum echinatis glumis *Barrel. Ic.* 718. bene.

Gr. echinatum parvum *Mont. Cat. stirp. agr. Bon. prod. p.* 64. *tab. ic. loc. et spic. gr. fig. n.* 103. *Zannich. Ist. delle piant. p.* 134. *tab.* 208. excl. tab. 69. *Segu. Ver.* 3. *p.* 359.

Ital. *Gramigna lappola*.

Ann. Legi Sarzanæ in alveo Macræ, Genuæ in muro oppidi Feritorem versus, et in Liguria occidua *a Pegli* secus viam publicam. Habui Nicæâ a Risso, ex agro Ticinensi a Bergamaschio, ex agro Mantuano *a Migliaretto* a Barbierio, et a Felisio, ex collibus Euganeis a Mayero, ex eisdem collibus, et ex litore Veneto a Visianio, ex Istria, et Tergesto a Biasoletto, ex litore Fossæ Clodiæ, et ex siccis *di Recoaro* a Prof. Naccario, ex Piceno ad Cupram maritimam a Passerinio discipulo meo, et ad portum Asculi ab Orsino, Româ a Prof. Sebastianio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa, fibris tenuibus, ramulosis, flexuosis, albis, plus minus pubescentibus, aut villosis. Culmi cæspitosi, a paucis pollicibus ad dodrantem longi, decumbentes, ascendentes, alias prostrati, ad genicula iterum cæspitosi, et deorsum radicantes, cæterum e tereti compressi, læves, glaberrimi, internodiis inferioribus maxima parte nudi, superioribus plerumque toti tecti.

Folia linearia, acuminata, brevia, rigidula, plana, aut marginibus undulata, striata, scabra, plus minus pilosa, sæpe ciliata. Vaginæ striatæ, glabræ, aut scabridæ, laxæ, compressæ, inferiores internodio multo breviores, supremæ spathaceæ. Loco stipulæ series densa pilorum. Racemus terminalis, longiusculus, cylindraceus, laxiflorus, floribus inferioribus plerumque remotioribus, uniformis, initio strictus, postea patens. Rachis, pedunculique striati, striis hispidulis. Rami breves, æquales, sparsi, apice bi-quadrilocustiferi, arefactione difflui. Locustæ brevissime pedicellatæ; cum duæ tantum, hermaphroditæ, obversæ; cum plures, exteriores duæ majores, hermaphroditæ, interiores minores, masculæ, vel neutræ, ab exterioribus obversis initio occultatæ. Calyx gluma bivalvis; valvæ valde inæquales; exterior major, cartilaginea, ovata, concavo-ventricosa, flosculum in cavitate sua occultans, acuminata, apice convoluto-subulata, multinervis, aculeis hamatis, per series longitudinales dispositis echinata, sæpe purpurascens, interior minima, membranacea, acuta, plana, nuda. Gluma floralis bivalvis, resupinata, idest valva ejus major apposita valvæ calycinæ minori, ovato-lanceolata, acuminata, concavo-canaliculata, uninervis, chartaceo-membranacea, stramineo-albida, glabra, aut pilis paucis, præsertim inferne, adspersa; valva interior paululum brevior, angustior, tota hyalino-membranacea, uninervis, apposita valvæ calycinæ majori. Flosculi intermedii, ubi adsunt, longius pedicellati. Herba glauco-virens, subinde huc illuc purpurascens.

NARDUS.

Linn. Gen. p. 30. *Juss. Gen. p.* 33. *Lamk. Ilustr.* 1. *tab.* 39. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 11. *Palis. Ess. d'une nouv. Agr. p.* 117. *tab.* 20. *fig.* 11. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 70. *Trin. Fund. Agr. p.* 96.

Flores spicati, laxi, secundi. Rachis linearis, alterne dentata. Locustæ unifloræ. Calyx gluma univalvis facta dente racheos membranaceo, minuto. Corolla gluma bivalvis, subulata; valva exterior lanceolato-linearis, circa interiorem,

breviorem convoluta, breviter aristata, trinervis. Stamina tria, filamentis capillaribus, corolla brevioribus, antheris linearibus. Stilus solitarius, brevis, stigmate simplici, elongato, puberulo. Caryopsis linearis, utrinque attenuata, libera, unisulcata.

Habitus. Plantæ humiles, dense cæspitosæ, duræ, rigidæ, plerumque glaberrimæ, et ob glabritiem desuper gradientibus infensæ. Culmi cum foliis radicalibus fasciculati, fasciculis stipatis. Folia juncea. Spica recta, vel curva.

1. Nardus *stricta:* spica filiformi, secunda, subunilaterali; locustis subulatis, florentibus patulis.

N. stricta *Sp. pl.* 77. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 70., *et Engl. bot. v.* 5. *tab.* 290. *Hook. in Curt. Fl. Lond. edit. Grav. v.* 5. *tab.* 4., *et Brit. Fl. edit.* 2. *p.* 32. *Leers. Herb. p.* 11. *tab.* 1. *fig.* 7. *Schreb. Gram.* 1. *p.* 65. *tab.* 7. luxur. *Fl. Dan. tab.* 1022. *Svensk. bot. tab.* 174. *Cavanill. Ic. et descript.* 3. *p.* 2. *n.* 224. *tab.* 204. *fig.* 2. *Host. Gram. Austr.* 2. *p.* 4. *tab.* 4., *et Fl. Austr.* 1. *p.* 66. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 231. *n.* 2129. *Re Fl. Segus. p.* 10., *et Fl. Torin.* 1. *p.* 52. *Bir. Fl. Acon.* 1. *p.* 18. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 27., *et* 318. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 10. *n.* 65. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 67. *Morett. Notiz. in Mem. tom.* 1. *p.* 246. *Bert. Amœn. Ital. p.* 326. *n.* 11. *Sav. Fl. Pis.* 1. *p.* 50.,* *et Bot. Etr.* 1. *p.* 24.* *Ten. Viagg. in Abruz. p.* 44. *n.* 40., *et Fl. Nap.* 3. *p.* 48., *et Syll. p.* 33. *n.* 1. *Guss. Suppl.* 1. *p.* 13.* *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 39. *De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 77. *n.* 1651. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 157. *Hoffm. Fl. d'Allem. ann.* 1800. *vol.* 1. *tab.* 4. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 461. *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 54. *n.* 372. *Scop. Fl. Carn. ed.* 2. *tom.* 1. *p.* 49. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 140.

N. n. 1410. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 2. *p.* 201.

Gramen sparteum juncifolium *C. Bauh. Theatr. p.* 69. *Scheuchz. Agr. p.* 90. *n.* 1. *tab.* 2. *fig.* 10. *A. B. C.*

Gr. sparteum hollandicum, sive capillaceo folio minus *C. B. Theatr. p.* 69. *n.* 8. *fig. p.* 70.

Gr. loliaceum, minimum, foliolis junceis, panicula unam partem spectante *Mont. Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p.* 43. *tab. ic. loc. et spic. gram. fig. n.* 31. herb. Mont. *Seguier. Ver. Sup. p.* 150. *n.* 8.

Spartum nostras parvum *Lob. Ic.* 1. *p.* 90. fig.

Ital. *Fieno di monte* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 151. *Parfine sottile* Sav. Fl. Pis. 1. p. 50.

Perenn. Planta copiosa in alpinis, et montanis editis totius Italiæ, descendens quoque in planitiem. Legi in alpibus *della Scaggia* retro *Pegli* in Liguria occidua, et in pascuis verticis *Sagro* alpium Apuanarum. Filius attulit ex *Pisanino* earumdem alpium, ex cacumine dicto *Corno alla Scala*, et ex viciniis lacus *di Scaffaiolo* in Apennino Bononiensi. Habui ex apennino Liguriæ orientalis *a Gambaro*, et *a S. Steffano d'Aveto* a Turio, ex Pedemontio in pascuis ad thermas Valderias a Bertero, et ex montanis vallis *Intrasca* in provincia Novariensi a De Notaris, ex monte *Braulio* in *Valtellina* a Bergamaschio, ex agro Tarvisino *a Mogliano* a Mayero, ex pratis aridis Fossæ Clodiæ *a S. Anna*, et in viciniis *di Brondolo* a Prof. Naccario, ex monte *de' Fiori* in Piceno, et ex monte Cornu Prætutiorum *ad Arapietra*, et *Corno piccolo* ab Orsino, ex eodem monte Cornu, et ex monte *Costone* ab Eq. Gussonio, ex monte Pisano ab Eq. Prof. Savio, ex vertice dicto *la Secchietta di Vallombrosa* in agro Florentino a Bubanio, ex Corsica in monte *Rotondo* a Soleirolio, et in monte *Coscione* a Seraffinio. Floret Junio, Julio.

Radix horizontaliter repens, deorsum emittens fibras numerosas, crassiusculas, firmissimas, flexuosas, ramulosas, fuscas, huc illuc puberulas, sursum ferens cæspites stipatos, factos fasciculis foliorum radicalium, et culmorum, basi obductos squamis aphyllis, externis ovatis, reliquis oblongis, omnibus acutis, striatis, albentibus. Culmi tenues, duri, teretes, striati, erecti, subinde curvuli, uno, vel duobus nodis inferne tantum instructi, glaberrimi, vel superne hirtuli, et tractu plus minus longo, interdum longissimo, nudi, a paucis pollicibus, ad pedem, et ultra producti. Folia convoluto-juncea, filiformia, acuta, dura, striata, sæpe curvula, margine scabrida, reliqua parte ut plurimum glaberrima, rarius pilosula, radicalia culmeis longiora, cæspitosa. Stipula lineam, aut parum ultra longa, obtusa, subintegra, in vaginæ margines decurrens. Flores in spica terminali, longa, laxiflora, disticha, secunda, et fere unilaterali. Rachis tenuis, flexuosa, hinc striata, glaberrima, inde alterne dentata, et excavata ad excipiendas locustas, margine excavationis aculeolato-scabro, recta, subinde curva, apice

nuda, mucronata, mucrone scabro. Locustæ uniflore, subulatæ, solitariæ, vel per paria approximatæ, secundæ, seriebus ita attiguis, ut sæpe unilaterales appareant, ante anthesim strictæ, in anthesi patulæ, passim purpurantes. Calyx gluma univalvis, facta a squamula minuta, acuta, alias bidentata, vel obtusa, in quam expanditur quivis dens racheos. Valva corollina exterior cartilaginea, lineari-canaliculata, trinervis, carinata, circa interiorem convoluta, acuminato-subulata, apice breviter aristata, superne scabriuscula, nervis lateralibus, et arista aculeolato-scabris; valva interior brevior, et angustior, tota hyalino-membranacea, obtusiuscula, binervis, glabra. Stamina tria, filamentis albis, capillaribus, corolla brevioribus, antheris linearibus, longis, flavis. Stilus brevissimus, solitarius, stigmate elongato, exerto, puberulo. Caryopsis oblongo-linearis, utrinque, et magis superne attenuata, hinc convexiuscula, inde canaliculata, glabra, libera.

LYGEUM.

Linn. Gen. p. 31. *Juss. Gen. p.* 33. *Lamk. Illustr. 1. tab.* 39. *Gærtn. fil. De fruct. et sem.* 3. *sup. carp. cent.* 1. *p.* 5. *tab.* 181. *Palis. Ess. d'une nuov. Agr. p.* 140. *tab.* 25. *fig.* 6. *Trin. Fund. Agr. p.* 96. *n.* 6.
Linospartum *Adans. Famill. des pl. tom.* 2. *p.* 33. 34.

Locusta solitaria, terminalis, bi-triflora. Calyx gluma univalvis, cucullata, latere inferiore longitudinaliter aperta, flosculos obvolvens, et initio abscondens. Flosculi paralleli, inferne connati, extus parte connata hirsutissimi, profecti ex apice pedicelli communis. In unoquoque flosculo gluma corollina libera bivalvis, membranacea, nuda; ejus valva exterior brevior, concavo-canaliculata, uninervis, interiorem amplectens; valva interior longior, binervis, apice bifida, circa stilum, et stigma convoluta. Stamina tria, orta sub ovario ad latus valvæ corollinæ externæ, quam demum superant. Ovarium unicum. Stilus simplex, ex apice ovarii. Stigma solitarium, glabrum, intra valvam corollinam

internam, extra quam exeritur. Caryopsis oblonga, libera, unisulcata, nidulans intra partem connatam flosculorum, sive intra receptaculum urceolare, urceolis omnium flosculorum coalitis, fructigeris.

Habitus. Planta perennans. Radix repens. Folia juncea, lenta. Culmi erecti. Calyx spathæformis, rostratus, demum cernuus.

Observ. Corolla, qua connata est, tegit caryopsidem, nec illi adhæret. Stilus ex apice caryopsidis omnino, et libere proficiscitur. Nullum pericarpium verum in loculamenta disseptum a corollis connatis, sed receptaculum urceolare, ex duobus, vel tribus urceolis coalitis. Ergo nihil habetur in hac planta, quod sit præter naturam *Graminum*.

1. Lygeum *Spartum*.

L. Spartum *Sp. pl.* 78. *Vahl. En.* 2. *p.* 392. *Link. Hort. Ber. descr.* 1. *p.* 254., *et* 2. *p.* 308. *Kunth. En. pl.* 1. *p.* 19. *Schreb. Gram.* 2. *p.* 147. *tab.* 52. 53. optim. *Lamk. Ill.* 1. *tab.* 39. *Gærtn. fil. De fruct. et sem.* 3. *sup. carp. cent.* 1. *p.* 5. *tab.* 181. *Palis. Ess. d'une nuov. Agr. expl. des pl. p.* 16. *tab.* 25. *fig.* 6. *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 48. *Ab Ucr. Hort. Panorm. p.* 52. *Guss. Pl. rar. p.* 18.,* *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 52.* *Jan. Elench. p.* 1. *n.* 50.* *Moris. Stirp. Sard. elench. fasc.* 2. *p.* 11.* *Desfont. Fl. Atl.* 1. *p.* 52.

Spartum aliud *Clus. Hisp. p.* 507. fig.

Sparta herba alterum *Clus. Hist. pl. lib.* 6. *p. ccxx.* fig.

Gramen sparteum secundum, panicula brevi folliculo inclusa *C. B. Theatr. p.* 65. *fig. p.* 66.

Ital. *Lacrime salvatiche*. *Giunco marino*. *Sparto* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 139.

Perenn. Habui ex collibus argillosis Siciliæ ad Drepanum, Agrigentum, *Solanto* ab Eq. Gussonio, et a Prof. Janio, ex pascuis Sardiniæ prope Calarim, et *Sestu* a Prof. Morisio. Floret Martio, Aprili.

Radix horizontalis, repens, squamata, deorsum emittens fibras crassas, flexuosas, subsimplices, firmas. Culmi e radice horizontali crebri, basi subbulbosi, et obducti squamis sparsis, aphyllis, striatis, acutis, successive longioribus, erecti, teretes, striati, duri, lenti,

intus farcti, glabri, inferne, et superne uno, alterove nodo instructi, reliqua parte enodes, a spithama ad pedem, aut sesquipedem longi, subinde curvuli. Folia juncea, teretia, acuminato-mucronata, pungentia, firma, lenta, longa, stricta, vel vario modo curvata, supra canaliculata, marginibus scabra, reliqua parte glabra, pauca, et culmum inferne vestientia, unico tantum folio e nodo superiore, sæpe sub ipso flore. Vaginæ arctæ, striatæ, glabræ, suprema interdum subinflata. Stipula elongata, integra, vel apice fissa, aut lacera. Locusta solitaria, terminalis, initio erecta, deinde cernua. Calyx gluma univalvis, convoluto-cucullata, chartacea, viridis, multistriata, glabra, flosculos initio occultans, margine albo-membranacea, etiam plusquam pollicaris, acuminata, apice modo integro, modo bidentato, sæpe rostrata, rostro longitudinis variæ, latere inferiore aperta. Pedicellus communis, brevissimus, compressus, glaber sustinet flosculos intra calycem. Flosculi duo-tres, ex apice pedicelli communis, inferne inter se connati, paralleli, initio a calyce spathæformi occultati, demum lateraliter exerti, qua parte sunt connati, villo fulvo, densissimo conteguntur. Corolla libera bivalvis, valvis albo-membranaceis, nudis, inæqualibus; exteriore breviore, ovato-lanceolata, acuminata, uninervi, concavo-canaliculata, interiorem amplectente, ora marginali prope apicem tenuissime serrulata; valva interiore longiore, binervi, lanceolata, plerumque apice bifida, circa stilum, et stigma convoluta. Utraque genitalia demum corollam superant. Reliqua generis. Tota herba glauca.

Usus. Culmi, et folia vitibus vinciendis inserviunt, vel postquam macerationem aliquam intra aquam subierint, præstant funibus conficiendis.

Utilitas generalis Graminum.

Gramina faciem terræ operiunt, et oculos nostros virore suo recreant, atque reficiunt, unde adagium illud Scholæ Salernitanæ

Fons, speculum, gramen, hæc dant oculis relevamen;
Mane igitur montes, sub serum inquirito fontes

Cap. 2. vers. 6.

et Plinius ajebat: " Nullius coloris (quam viridis) « aspectus jucundior est. Nam herbas virentes, frondes« que avide spectamus „ Nat. hist. lib. 37. cap. 5. edit.

Ald. ann. 1559. p. 956. E graminibus cerealia proficiscuntur, quæ cum alimentum late suppeditent hominibus, ideo ubique, et copiosissime coluntur, et præcipuum agricolationis opus sibi vindicant. Gramina denique herba tenera, vel sicca alunt quadrupedes, seminibus volucres. Quare e graminibus divitiæ naturæ, divitiæ gentium, divitiæ animantium.

Observ. Inter gramina alienigena ad victum nostrum facientia in Italia præsertim coluntur innumeræ varietates *Tritici hyberni*, et *T. æstivi* L., *T. turgidum*, *T. polonicum*, *T. Spelta*, *T. monococcum* L., *Secale cereale* L., *Hordeum vulgare*, *H. distichon*, *H. hexastichon*, *H. Zeocrithon* L., plures varietates *Zeæ Mays* L., varietates duæ *Oryzæ sativæ* L., *Panicum miliaceum*, et *P. italicum* L.

ORDO III. TRIGYNIA.

MONTIA.

Linn. Gen. p. 41. *Juss. Gen. p.* 313. *Vent. Tabl.* 3. *p.* 261. *Mich. Nov. pl. Gen. p.* 17. *tab.* 13. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 50. *Gærtn. De fruct. et sem.* 2. *p.* 220. *tab.* 129. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 186.

Cameraria *Dill. Nov. pl. gen. p.* 114. *tab.* 6. *fig. A-F.*

Alsineformis *Vaill. Bot. Paris. p.* 10. *tab.* 3. *fig.* 4.

Perianthium liberum, diphyllum, persistens. Corolla monopetala, inæqualiter quinquefida, segmentis tribus alterne minoribus, staminiferis. Stamina tria, longitudine corollæ, cui inserta. Antheræ parvæ, biloculares, loculis subglobosis. Stili tres, brevissimi. Stigmata latere superiore puberula. Capsula turbinata, unilocularis, trivalvis. Semina tria, subrotundo-reniformia, tuberculato-scabra.

Observ. Calyx, monente Linnæo l. c., ludit triphyllus, tuncque corolla pentandra.

Habitus. Planta annua, pusilla, stillicidiorum, et humentium locorum incola. Caulis decumbens, debilis. Folia opposita. Flores terminales, et axillares, minuti.

Ord. nat. Dubii ordinis *Lin. in calce Gen. pl.* Portulaceæ *Juss. Gen. p.* 312. *De Cand. Fl. Franç.* 4. *part.* 1. *p.* 398., *et Prodr. syst. nat.* 3. *p.* 351. *Bartl. Ord. natural. pl. p.* 303. *Schultz. Natürl. syst. des pflanzenreich. p.* 438.

1. Montia *fontana.*

M. fontana *Sp. pl.* 129. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 187., *et Engl. bot. v.* 17. *tab.* 1206. *Curt. Fl. Lond. edit. Grav. v.* 3. *tab.* 32. *Hook. Brit. Fl. edit.* 2. *p.* 58. *Fl. Dan. tab.* 131. *All. Fl. Ped.* 1. *p.* 79. *n.* 290. *Re Fl. Segus. p.* 14. *Bir. Fl. Acon.* 1. *p.* 39. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 64., *et* 332. *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 141. *Bert. Amœn. Ital. p.* 334. *n.* 33. *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 117., *et Fl. Pis.* 1. *p.* 153. *Cyrill. Pl. rar. regn. Neap. fasc.* 1. *p.* 31. *tab.* 11. *fig.* 1. *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 113. *A. B. De Candoll. Fl. Franç.* 3. *p.* 402. *n.* 3638., *et Prodr. syst. nat.* 3. *p.* 362. *α, β. Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 414. *α, β. Sturm. Deutschl. Fl.* 1. *abth.* 11. *heft. Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 402. *α, β. Reichenb. Fl. Germ. exc.* 3. *p.* 575. *n.* 3715. *α, β. Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 41. *Krock. Fl. Sil.* 1. *p.* 213. *tab.* 30. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 370. *α, β.*

M. minor *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 153.* *Ten. Syll. p.* 58. *n.* 1.

M. n. 301. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 132.

Alsineformis paludosa tricarpos flosculis albis inapertis *Pluk. Phyt. tab.* 7. *fig.* 5. pl. pusilla. *Vaill. Bot. Paris. p.* 10. *n.* 1. *tab.* 3. *fig.* 4. pl. mediæ magnit.

Montia aquatica, major *Mich. Nov. pl. gen. p.* 18. *n.* 1. *tab.* 13. *fig.* 1. luxurians.

M. aquatica minor *Mich. l. c. p.* 18. *n.* 2. *tab.* 13. *fig.* 2. minor.

Ital. *Pendolino* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 147.

Ann. Legi Massæ ducalis ad stillicidia aquarum in canaliculis montanis *a Castagnetolo*. Habui ex Pedemontio a Molinerio, et a Prof. Balbisio, ex *Confienza* in *Lomellina* ab Eq. Cesate, ex sylvis *della Merlata* prope Mediolanum a Prof. Balsamo-Crivellio, ex agro Cortonensi *al Fonte delle sette vene* a Bubanio, ex Nebrodibus Siciliæ ab Eq. Gussonio, ex Corsica in monte *Coscione* ad rivulos a Seraffinio, et *a Calvi* a Soleirolio. Floret Majo, Junio.

Radix fibrosa. Caulis tenuis, debilis, ut plurimum decumbens, et inferne repens, teres, dichotomus, divaricatus,

ab uno, vel duobus pollicibus ad semipedem longus. Folia opposita, petiolata, oblongo-spathulata, obtusa, integerrima, venosa. Petioli basi connati. Flores minuti, longiuscule pedunculati, axillares solitarii, terminalesque item solitarii, vel fasciculati, vel dichotome paniculati, variant laterales paniculati ex abortu rami, et terminales nulli, quorum loco stant folia. Pedunculi nudi, aut unibracteolati, apice incrassati, initio erecti, maturescente fructu cernui. Foliola calycina ovata, obtusa, viridia, aut ex viridi rubentia. Corolla alba. Capsula valvis apice rotundatis, apertis canaliculato-involutis. Semina matura nigra. Reliqua generis. Tota planta glabra. Herba quidquam succulenta.

Numerus partium in calyce, corolla, et staminibus varius. Transitus a planta majore ad minimam fit per innumeros gradus intermedios, ut nullus limes varietatum sit.

HOLOSTEUM.

Linn. Gen. p. 42. *Juss. Gen. p.* 299. *Vent. Tabl.* 2. *p.* 237. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 51. *Gærtn. De fruct. et semin.* 2. *p.* 231. *tab.* 130. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 188.

Alsinæ species *De Cand. Fl. Franç.* 4. *par.* 2. *p.* 770.

Perianthium liberum, pentaphyllum, persistens. Petala quinque cum foliolis calycinis alternantia. Stamina sæpius tria, corolla breviora. Antheræ biloculares incumbentes. Ovarium liberum. Stili tres. Stigmata subcapitata. Capsula oblonga, unilocularis, matura sexfida. Semina numerosa, minuta, receptaculo oblongo, columnari affixa.

Observ. Numerus staminum, et stilorum varius vel in eadem, vel in diversis speciebus.

Habitus. Radix annua, aut perennis. Caules humiles, herbacei; variant procumbentes, ascendentes, erecti. Folia opposita, nuda, vel stipulata. Inflorescentia terminalis, aut lateralis, pedunculata, vel sessilis.

Ord. nat. Caryophyllei *Linn. Ord. nat. n. XXII., et Præl. in ord. nat. p.* 349. Caryophylleæ *Juss. Gen. p.* 299. *Vent. Tabl.* 3. *p.* 233. *De Cand. Fl. Franç.* 4. *part.* 2. *p.* 735., *et Prod. syst. nat.* 1. *p.* 351. Alsineæ *Bartl. Ord. nat. p.* 304. *Schultz. Natürl. syst. des pflanz. p.* 437.

1. Holosteum *umbellatum:* floribus umbellatis; foliis lanceolatis, oblongisve.

H. umbellatum *Sp. pl.* 130. *De Cand. Prodr. Syst. nat.* 1. *p.* 393. *n.* 5. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 187., *et Engl. bot. v.* 1. *tab.* 27. petal. roseis. *Fl. Dan. tab.* 1204. *Hook. Brit. Fl. ed.* 2. *p.* 58. *Allion. Fl. Ped.* 2. *p.* 110. *n.* 1697. *Balb. Fl. Taur. p.* 24. *Re Fl. Tor.* 1. *p.* 89. *Birol. Fl. Acon.* 1. *p.* 39. *Coll. Herb. Ped.* 1. *p.* 343. *Nocc. et Balb. Fl. Tic.* 1. *p.* 65., *et* 332. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p.* 20. *n.* 139. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fis. &c. di Configl. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 10. *p.* 57.* *Pollin. Fl. Ver.* 1. *p.* 143. *Moric. Fl. Ven.* 1. *p.* 78. *Nacc. Fl. Ven.* 1. *p.* 98. *Presl. Fl. Sic.* 1. *p.* 166. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 51. *fig.* 1. *Schrad. Fl. Germ.* 1. *p.* 415. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 725. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 3. *p.* 783. *n.* 4901. *Krock. Fl. Sil.* 1. *p.* 214. *tab.* 31. *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 405. *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 371.

Cerastium umbellatum *Hook. in Curt. Fl. Lond. ed. Grav. v.* 4. *tab.* 57.

Alsine umbellata *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 770. *n.* 4384.

A. n. 879. *Hall. Hist. stirp. indig. Helv.* 1. *p.* 386.

A. verna glabra, floribus umbellatis, albis *Segu. Ver.* 1. *p.* 422. *n.* 11.

Caryophyllus arvensis umbelliferus *J. Bauh. Hist. pl.* 3. *lib.* 29. *p.* 361. fig.

Ital. *Centonchio a ombrella.*

Ann. Legi Bononiæ, ubi frequens. Habui ex Pedemontio a Molinerio, ex agro Mantuano *a Migliaretto* a Barbierio, ex viciniis *di Valdagno,* et Fossâ Clodiâ a Prof. Naccario. Floret Februario decedente, Martio, et Aprili.

Radix fibrosa. Caulis cæspitosus, variat decumbens, ascendens, erectus, a pollice ad pedem longus, teres, vel totus, vel inferne glaber, superne longo tractu nudus, et plerumque pubescenti-viscidus, pilis apice glandulosis. Folia radicalia rosulata, oblongata, in petiolum angustata, obtusiuscula, caulina opposita, basi connata, sessilia, lanceolata, aut ovato-oblonga, acuta,

omnia glabra, subinde ciliato-glandulosa. Umbella terminalis, simplex, pauciflora, radiis ut plurimum inæqualibus, pubescenti-viscidis, florentibus erectis, fructiferis vel omnibus, vel nonnullis refractis, suffultis basi bracteis parvis, præter bracteas duas, basi connatas, involucrum universale facientes, ovatas. Calyx persistens, foliolis ovato-lanceolatis, acutis, margine albo-membranaceis, et interdum superne rubentibus, glabris, vel inferne adspersis pilis glanduliferis. Petala oblonga, æqualia, calyce breviora, aut subæquantia, apice crenato-incisa, alba, ludunt rosea. Stamina tria-quinque. Stili tres-quinque, apice recurvi, latere superiore puberuli. Capsula ovato-oblonga, calycem paulo superans, matura sexfida, segmentis latiusculis, apice revolutis. Reliqua generis. Tota planta viridi-glauca, herbaque subsucculenta. Hyemem fugat, nuntiat ver.

Habeo a Gussonio exemplar lectum Matriti, in quo petala sunt acuta, et calyce longiora, in reliquis nostro omnino simile.

POLYCARPON.

Linn. Gen. p. 42. *Juss. Gen. p.* 299., *et in Mém. du Mus.* 2. *p.* 390. *Vent. Tabl.* 3. *p.* 237. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 51. *Gærtn. De fruct. et sem.* 2. *p.* 224. *tab.* 129. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 188. *De Candoll. Prodr. Syst. nat.* 3. *p.* 376.

Anthyllis *Adans. Famill. des pl.* 2. *p.* 271.

Hagææ species *Bivona-Bern. Manip.* 2. *sp.* 3., *et Manip.* 3. *p.* 7.

Lahayæ species *Schult. Syst. veg.* 5. *p.* 404. 405.

Perianthium liberum, pentaphyllum, persistens, foliolis concavis, carinatis. Petala quinque, calyce breviora, aut æquantia, alternantia cum foliolis calycinis. Stamina tria-quinque, calyce breviora, antheris bilocularibus, subrotundis, aut oblongis. Stili tres, brevissimi, stigmatibus obtusis, vel solitarii, stigmate trifido, aut trilobo. Capsula ovata, unilocularis, trivalvis. Semina minuta, numerosa, subreniformia, receptaculo oblongo, porrecto, vel fundo affixa.

Habitus. Plantæ humiles. Radix tenuis, fusiformi-ramosa. Caules decumbentes, aut prostrati, alterne, aut dichotomice ramosi. Folia opposita, aut verticillato-quaterna, basi stipulis membranaceis, subinde interfoliaceis instructa. Flores dichotomo-corymbosi.

Ord. nat. Caryophyllei *Linn. Ord. nat. n. XXII., et Præl. in ord. nat. p*. 349. Caryophylleæ *Juss. Gen. p*. 299. *Vent. Tabl*. 3. *p*. 233. Paronychieæ *Juss. in Mem. du Mus*. 2. *p*. 386. *De Cand. Prodr. hist. nat*. 3. *p*. 365. *Bartl. Ord. nat. p*. 300. Paronychiaceæ *Schultz. Natürl. Syst. des pflanz. p*. 343.

1. Polycarpon *tetraphyllum*: foliis caulinis verticillato-quaternis, rameis oppositis; stipulis lanceolatis; petalis emarginatis, calyce infra apicem mucronato brevioribus.

P. tetraphyllum *Sp. pl*. 131., *et Linn. fil. Suppl. p*. 116. *Smith. Engl. Fl*. 1. *p*. 189., *et Engl. bot. v*. 15. *tab*. 1031. *Hook. Brit. Fl. ed*. 2. *p*. 59. *Sibth. et Smith. Fl. Græc. prodr*. 1. *p*. 77., *et Fl. Græc*. 2. *p*. 4. *tab*. 102. *All. Fl. Ped*. 2. *p*. 111. *n*. 1698. *Balb. Fl. Taurin. p*. 24. *Re Fl. Tor*. 1. *p*. 89. *Birol. Fl. Acqn*. 1. *p*. 39. *Nocc. et Balb. Fl. Tic*. 1. *p*. 65., *et* 333. *Comoll. Prodr. Fl. Com. p*. 20. *n*. 140. *Lanf. Stor. nat. di Mant. in Giorn. di fisic. &c. di Configl. e Brugn. dec*. 2. *tom*. 10. *p*. 57. *Pollin. Fl. Ver*. 1. *p*. 142. *Moric. Fl. Ven*. 1. *p*. 78. *Nacc. Fl. Ven*. 1. *p*. 97.* *Bert. Pl. Gen. p*. 27. *n*. 51., *et Amœn. Ital. p*. 124. *n*. 52. *Sav. Fl. Pis*. 1. *pag*. 154., *et Bot. Etr*. 2. *p*. 77. *Sebast. et Maur. Fl. Rom. prodr. p*. 71. *n*. 170. *Ten. Fl. Nap*. 3. *p*. 115., *et Syll. p*. 58. *n*. 1. *Ab Ucr. Hort. Pan. p*. 65. *Guss. Fl. Sic. prodr*. 1. *p*. 154., *et Sup*. 1. *p*. 37. *Desf. Fl. Atl*. 1. *p*. 115. *Lamk. Illustr*. 1. *tab*. 51. *De Cand. Fl. Franç*. 4. *part*. 2. *p*. 767. *n*. 4377., *et Prodr. hist. nat*. 3. *p*. 376. *n*. 2. *Gærtn. De fruct. et semin*. 2. *p*. 225. *tab*. 129. *Schrad. Fl. Germ*. 1. *p*. 416. *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl*. 1. *p*. 726. *Reichenb. Fl. Germ. exc*. 3. *p*. 566. *n*. 3657. *Krock. Fl. Sil*. 1. *p*. 215. *tab*. 32. *Host. Fl. Austr*. 1. *p*. 41. *Scop. Fl. Carn. ed*. 2. *tom*. 1. *p*. 91. *Gaud. Fl. Helv*. 1. *p*. 372.

Paronichia *Anguill. Sempl. p*. 264.

Un' altra Paronichia *Matth. ed. Valgr. ann*. 1585. *tom*. 2. *p*. 1096. fig.

Anthyllis alsinefolia polygonoides major *Barrel. Ic.* 534.
Alsine annua rotundifolia glabra multicaulis et multiflora, floribus pentapetalis fugacibus, et vix conspicuis, petalis lanceolatis semilineam latis, calycibus foliolis introrsum cucullatis, extrorsum in costam elevatis *Mich. Cat. hort. Flor. p.* 5. *n.* 9.
Herniaria alsines folio *Zannich. Ist. delle piant. p.* 138. *tab.* 208. macrior. *Seguier. Ver.* 1. *p.* 95. *n.* 2.
β foliis omnibus binis, oppositis.
Polycarpon tetraphyllum *β De Cand. Prodr. hist. nat.* 3. *p.* 376.
P. tetraphyllum b *Guss. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 154.
P. diphyllum *Cavanill. Ic. et descript.* 2. *p.* 40. *n.* 165. *tab.* 151. *fig.* 1.
Lahaya polycarpoides *Bad. in Morett. Bot. Ital. p.* 42. *n.* 301.*

Ital. *Erba migliarina* Targ. Tozz. Diz. bot. 2. p. 172.

Ann. Legi Sarzanæ, Genuæ, Bononiæ, ubi frequens in hortis, viis oppidanis inter saxa. Habui Nicæâ a Prof. MORISIO, ex *Confienza* in *Lomellina* ab Eq. CESATE, Fossâ Clodiâ a Prof. NACCARIO, Anconâ a MARCHISIA, ex agro Urbinati a Rev. Fratre MAURITIO de Brixia, ex Piceno in litore *di Grottamare* a PASSERINIO, ex plebe S. Stephani in valle Tyberina Hetruriæ ab AMIDEO, Massa ducali a GUIDONIO, ex agro Viterbiensi a MASQUILLIERIO, et iterum a Rev. Fratre MAURITIO de Brixia, ex insula Capreærum a Prof. GIRALDIO, ex saxosis Corsicæ *a Pasticciola* a SERAFFINIO. Varietatem *β* obtinui ex Liguria occidua *a Laigueglia* a BADAROO, ex Corsica *a Bastia* prope stagnum a BUBANIO. Floret Majo, Junio.

Radix tenuis, fusiformi-ramosa, albida. Caules cæspitosi, decumbentes, ascendentes, alterne ramosi, vel dichotomi, nodosi, teretes, striati, striis sursum puberulis, vel toti glabri. Folia oblongo-obovata, aut obovata tantum, obtusa, integerrima, tenuia, glabra, in petiolum brevem angustata, uninervia, caulina verticillato-quaterna, inæqualia, ramea bina, opposita. Stipula albo-membranacea, lanceolata, acuminato-aristata, utrinque ad basim petioli sita, subinde in foliis oppositis interfoliacea, bipartita. Panicula terminalis, dichotomo-corymbosa, laxiuscula, cum flore solitario, pedunculato in dichotomiis, nodosa more caulis. Bracteæ duæ, oppositæ ad divisiones ejus, omnino similes stipulis. Flores parvi. Calycis foliola ovata, concava,

cochleariformia, tota margine albo-membranaceo circumdata, apice inflexo obtusa, dorso carinata, carina viridi, superne producta in mucronulum acutum, crassiusculum, viridem, qui paulo infra apicem inflexum valvæ protruditur. Petala minuta, calyce breviora, oblonga, emarginata, alba, alternantia cum foliolis calycinis. Antheræ cum polline coloris aurei. Capsula aperta habet valvas latiusculas, obtusas, canaliculatas, rectas. Reliqua generis.

In varietate β omnia folia sunt binata, opposita ad nodos, nunc subrotundo-obovata, nunc oblongo-obovata. Reliqua omnia similia.

2. Polycarpon *alsinæfolium:* foliis carnosulis, oppositis, quaternisque; stipulis, bracteisque ovatis, basi dilatatis; corymbis abbreviatis, densifloris; petalis calyce brevioribus, subintegerrimis.

P. alsinefolium *De Cand. Prodr. Syst. nat.* 3. *p.* 376. *n.* 3. *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 3. *p.* 566. *n.* 3658.*

Hagæa alsinifolia *Bivona-Bern. Manip.* 3. *p.* 7.

Mollia alsinæfolia *Tenor. Fl. Nap.* 3. *p.* 237., *et Syll. p.* 119. *n.* 1. *Guss. Pl. rar. p.* 108.,* *et Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 281.*

M. alsinifolia *Spreng. Syst. veg.* 2. *p.* 795. *n.* 6.

Lahaya alsinefolia *Schult. Syst. veg.* 5. *p.* 405.

L. alsinifolia *Bad. in Morett. Bot. Ital. p.* 43. *n.* 302.*

Alsine facie Paronychiæ secundæ Matthioli *Bocc. Sicil. p.* 71. *tab.* 38. *fig.* 4.

A. Paronychiæ 2. facie *Cup. Sup. alt. p.* 6.

Ital. *Morgellina*.

Ann. Habui ex arenis maritimis *di Laigueglia* in Liguria occidua a Badaroo, ex litore *di Val di Mazzara,* et *Val di Noto* in Sicilia ab Eq. Gussonio. Floret Majo, Junio.

Differt a præcedente notis sequentibus. Radix lutescens. Caules prostrati, breves, sesqui-bipollicares, sæpe purpurantes. Folia ut plurimum binata, carnosula, elliptica, inferne paululum angustiora, obtusa, vel acutiuscula, glaucescentia, interdum purpurascentia. Stipulæ, et bracteæ late ovatæ, et præsertim basi dilatatæ, concavæ. Flores congesti in corymbis terminalibus, ut fasciculati dici mereantur, paulo grandiores, quam in *Polycarpo tetraphyllo* L. Bracteæ subinde serrulatæ. Petala oblonga, obtusa, integerrima, vel apice subcrenata. Stamina quinque. Stilus simplex. Stigma trifidum.

3. Polycarpon *peploides:* microphyllum; foliis ovatis, acutis; stipulis, bracteisque lanceolatis; petalis integerrimis, calycem æquantibus.

P. peploides *De Cand. Prodr. hist. nat.* 3. *p.* 376. *n.* 4. planta tantum ex Sicilia, exclusis reliquis, et descriptione.

Hagea polycarpoides *Biv. Bern. Manip.* 2. *spec.* 3.

Mollia polycarpon *Gusson. Fl. Sic. prodr.* 1. *p.* 281.,* *et Suppl.* 1. *p.* 63.* *Spreng. Nov. prov. p.* 28., *et Syst. veg.* 1. *p.* 795. *n.* 5.

M. polycarpoides *Link. En. alt.* 1. *p.* 151.

Lahaya polycarpoides *Schult. Syst. veg.* 5. *p.* 404.

Polygonum alpinum repens, gracilius, per totum minori folio, copiosiori semine stipatum (*err.* stipatus) *Cup. Hort. Cath. p.* 171.

Ital. *Falsa erniola.*

Perenn. Habui ex pratis montanis *di Val di Mazzara* in Sicilia, et ex insula Sacra *(Maretimo)* ab Eq. Gussonio. Floret Majo, Junio.

Differt a duabus præcedentibus speciebus hisce notis. Radix perennis, lignosa, flava, vel fusca. Caules filiformes, ramosissimi, dichotomi, procumbentes, ascendentes, circiter bipollicares. Folia minuta, multoque minora, quam in reliquis, ovata, aut obovata, longiuscule petiolata, acuta, glaucescentia, opposita, vel quaterna. Stipulæ, et bracteæ lanceolatæ, acuminatæ, vel acuminato-aristatæ. Corymbi laxiusculi, pauciflori. Flores minores, aut vix æquales floribus *Polycarpi tetraphylli* L. Calycis foliola duo ut plurimum alterne breviora. Petala longitudine calycis, acuta, integerrima. Stamina quinque, antheris oblongis. Stilus simplex, præ reliquis longiusculus, stigmate trilobo, obtuso. Semina fundo capsulæ affixa. Facies *Herniariæ.*

Profecto De Candolleus in Prodr. l. c. confudit cum hac alias plantas, et certe alterutram ex præcedentibus duabus, a qua descriptionem suam sumpsit. Quam stirpem accepi a Badaroo ex Liguria occidua sub nomine *Lahayæ polycarpoidis* Biv. est omnino varietas β *Polycarpi tetraphylli.*

TILLÆA.

Linn. Gen. p. 68. *Juss. Gen. p.* 207. *Vent. Tabl.* 3. *p.* 273. *Lamk. Illustr.* 1. *tab.* 90. *fig.* 2. *Gærtn. De*

fruct. et sem. 2. *p.* 147. *tab.* 112. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 241. *Spreng. System. veg.* 1. *p.* 138. *n.* 369. *De Cand. Prodr. hist. nat.* 3. *p.* 381.

Tillea *Mich. Nov. pl. gen. p.* 22. *tab.* 20.

Perianthium liberum, triphyllum. Corolla tripetala, petalis alternantibus cum foliolis calycinis, quæ æquant. Stamina tria, corolla breviora, erecta. Antheræ biloculares, subrotundæ. Ovaria tria, unumquodque terminatum stilo simplici, brevissimo, et stigmate obtuso. Nectaria nulla. Capsulæ tres, oblongæ, uniloculares, univalves, postibus duabus, latere interno dehiscentes, dispermiæ. Semina ovata, suturæ affixa.

Habitus. Plantula annua, minuta, succulenta. Caulis ramosus. Folia opposita, carnosa, basi connata. Flores axillares, subsessiles.

Observ. Genus *Crassulæ* affine, at defectu nectariorum distinctum. Linnæus deduxit characteres ex *Tillœa aquatica,* quæ habitu diverso, et numero quaternario partium floris certe est alius generis, nunc *Bulliardæ* nomine insigniti. *Tillœæ* exoticæ a De Candolleo in Prodr. 3. p. 381. 382. recensitæ ulterius examinandæ; probabiliter enim pertinent ad *Bulliardas.* Itaque ego restituo cum Sprengelio, aliisque genus *Tillœæ,* quale institutum fuerat a Michelio l. c.

Ord. nat. Succulentæ *Linn. Ord. nat. n. XIII., et Prælect. in ord. nat. p.* 315. *Vent. Tabl.* 3. *p.* 271. Sempervivæ *Juss. Gen. p.* 207. *Schultz. Natürl. syst. des pflanzenr. p.* 498. Crassulaceæ *De Cand. Fl. Franç.* 4. *part.* 1. *p.* 382., *et Mém. sur la famil. des Crassul. p.* 1., *et Prodr. syst. nat.* 3. *p.* 381. *Bartl. Ord. nat. p.* 309. Crassulées *Juss. Dict. d' hist. nat. tom.* 11. *p.* 369. Sedeæ *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 138.

1. Tillæa *muscosa.*

T. muscosa *Sp. pl.* 186. *Spreng. Syst. veg.* 1. *p.* 364. *Smith. Engl. Fl.* 1. *p.* 212., *et Engl. bot. v.* 2. *tab.* 116. *Hook. Brit. Fl. ed.* 2. *p.* 78. *Lamk. Ill.* 1. *tab.* 90. *fig.* 2. *De Cand. Pl. grass. tab.* 73., *et Fl. Franç.* 4. *par.* 1. *p.* 385. *n.* 3603., excl. var. *β., et Prod. syst. nat.* 3. *p.* 381. *n.* 1. *Reichenb.*

Cent. 2. *p.* 83. *n.* 191. *tab.* 191. *fig.* 330-332., *et Fl. Germ. exc.* 3. *p.* 546. *n.* 3527. *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 115., *et Syll. p.* 533. *n.* 1. *Biv. Bern. Cent.* 2. *p.* 64. *n.* 85. *Guss. Fl. Sicul. prodr.* 1. *p.* 155.,* *et Suppl.* 1. *p.* 37.* *Röhl. cum Mert. et Koch. Deutschl. Fl.* 1. *p.* 866.

Tillea muscosa annua perfoliata, flore albo *Mich. Nov. pl. gen. p.* 22. *n.* 1. *tab.* 20.

Polygonum muscosum minimum *Bocc. Sicil. p.* 56. *tab.* 39. *fig. P. Q. R.*

Sempervivum omnium minimum, AA repens, muscosum, Polygoni facie *Bocc. Mus. di piant. p.* 36. *tab.* 22.

Sedum minimum muscosum, tenuissimo folio, rubens *Cup. Hort. Cath. p.* 199.

Ital. *Semprevivolo presepino*.

Ann. Habui ex agro Romano *a Bravetta* a Prof. Maurio, ex arenosis Siciliæ ab Eq. Gussonio, ex Corsica *a Calvi* a Soleirolio, et ex litore *a Bastia* prope *la Matoniera* a Bubanio. A Bocconio, et a Michelio olim indicata fuit in ambulacris horti Pisani, ubi nunc disparuit. Floret ab Januario in Aprilem.

Radix capillaris, fibrosa, flexuosa. Caules tenues, teretes, nodosi, succulenti, decumbentes, e nodis inferioribus radicantes, opposite, vel alterne ramosi, apice simpliciusculi, a pollice dimidio ad duos longi. Nodi superiores crebriores. Rami inæquales, patuli. Folia ad nodos opposita, oblonga, obtusa, supra concava, basi connato-perfoliata, superiora crebriora. Flores axillares, subsessiles, idest brevissime pedunculati, solitarii, vel duo-tres in apice pedunculi. Bracteæ sub floræ, aut sub floribus duæ, similes foliis, subinde deficientes. Calycis foliola ovata, aut lanceolata, acuta, aut acuminato-aristulata. Petala ejusdem formæ, sæpe quidquam angustiora, alba, vel ex albo rubella. Reliqua generis. Tota planta glabra, initio virens, senio rubescens.

FINIS VOLUMINIS PRIMI.

CURÆ POSTERIORES.

Inter imprimendum hunc librum supervenerunt mihi aliæ plantæ ex Italia, aliique libri de re herbaria pertractantes, ex quibus vel additamenta, vel emendationes, aut observationes novas eruere potui, deque his nunc breviter pertractabo. Verumtamen pauculas species posterius detectas, quas adjicere debeo, indicabo tantum per syllogen, daturus plenam earum historiam, descriptionesque in operis supplemento generali postremum edendo. Habes, lector benevole, novum solertiæ meæ argumentum, ut Flora italica, quantum per me licet, absolutissima evadat; quod ut æqui bonique facias, etiam atque etiam rogo.

p. 29. Callitriche *autumnalis β* Bert.
C. autumnalis *Engl. bot. suppl. v.* 2. *tab.* 2732.

p. 31. n. 1. Blitum *capitatum* L.
Obtinui ex Tyroli italico a Beggiato.

p. 54. n. 4. Fraxinus *rotundifolia* Spr.
Delenda a censu specierum. Observationes posteriores a me factæ Bononiæ in sylvis montis *Sabbione,* et Sarzanæ in sylvis, et ad sepes docuerunt, *Fraxinum Ornum* L. juniorem, et adhuc in statu arbusculæ ita ludere foliis pauci-pinnatis, foliolis subrotundo-ovatis.

p. 58. n. 2. Circæa *alpina* L.
Filius attulit etiam ex vertice *Corno alla scala al Cavone* in apennino Bononiensi.

p. 61. n. 1. Veronica *ticinensis* Pollin.
Ex specimine autoptico *Veronicæ Hostii* Host. Fl. Austr. 1. p. 4., quod autumno anni 1833. præterlapsi obtinui ab ipso Hostio, plenissime confirmo, plantam Hostianam differre a nostra. Folia illius sunt triplo latiora, profunde, et inæqualiter duplicato-serrata, caulis saltem duplo altior, et crassior, bracteæ breviores, stilus, et stamina

multo longiora, facies omnino alia. Neque ad plantam nostram pertinet *Veronica falcata* Martii, ut nuperrime dixit Prof. Morettius in Syn. Veron. p. 7. (*). Etenim hæc præter foliorum latitudinem majorem habet serraturas incurvas, ut docuit ipse Martius in En. hort. Erlang. p. 10., et folia profunde serrata, dentibus curvatis, ut tradidit Linkius in Enum. alt. tom. 1. p. 20. sub n. 173., et ut mihi demonstrant exemplaria herbarii mei. Ego non queram, an hæc *Veronica falcata* Mart. sit bona species, cum hodie notum sit, quamplures ex *Veronicis* spicatis a Schradero, aliisque pro novis traditas pertinere ad lusus hortenses duarum, vel trium specierum fundamentalium; solummodo observabo, Martianam plantam haberi a Linkio in Enum. alt. 1. p. 20. n. 173. pro varietate *Veronicæ nitidæ* suæ, sive *Veronicæ argutæ* Willd. En. 1. p. 16., et probabiliter etiam *Veronicæ argutæ* Schrad., quæ novissima juxta ipsum Linkium l. c. habet folia breviora, et latiora quam *Veronica arguta* W. Hæc res nos monet de alio errore Prof. Morettii, qui in Dec. 2. p. 6., et in Syn. Veron. p. 8. dedit pro *Veronica arguta* Schrad., et Willd. lusum *Veronicæ spicatæ*, sive nostram *Veronicam spicatam* $\varkappa$ Flor. Ital. 1. p. 63., plantam sane longissime distantem ab omnibus supradictis.

p. 62. n. 2. *Veronica spicata* L.

V. Sternbergiana *Host. Fl. Austr.* 1. *p.* 7. *Morett. in Bibl. Ital. tom.* 72. *p.* 217. *n.* 4., *et Syn. Veron. p.* 9. *n.* 5.

Habui ex S. Gothardo italico ab Eq. Bassio, ex *lo Stelvio* in *Valtellina* a Bergamaschio, ex montibus Bassanensibus dictis *Colalti* prope *la Grappa*, et ex collibus proximis ab Eq. Parolinio.

Mertensius, et Kochius in Deutschl. Fl. 1. p. 308. fide exemplaris autoptici declararunt, *Veronicam Sternbergianam* esse lusum *Veronicæ spicatæ* L.; rem confirmavit Reichenbachius in Flor. Germ.

(*) *Synopsis Veronicarum, quæ in Italia sponte nascuntur etc. Dissertatio inauguralis, quam annuentibus etc., auspice Doct. Jos. Moretti Botan. Prof. O. etc. publicæ disquisitioni submittebat Mottini Petrus etc. Ticini regii ex typis Fusi et Socii (ann.* 1833.*).* 8.°

exc. 2. p. 370. n. 2518., rem ego confirmo juxta exemplaria Bassanensia lecta *ne'Colalti* prope *la Grappa*, et ab Eq. Parolinio benevole communicata, quæ *Veronicam Sternbergianam* sistunt.

p. 63. Veronica *spicata* ϰ Bert.

Prof. Morettius in Syn. Veron. p. 8. n. 2. recantat, quæ dixerat in Dec. 2. p. 6. de *Veronica arguta* sua, quæ est typus hujus nostræ varietatis; ut vero majorem fidem sibi comparet, addit: " Planta ex seminibus in horto Ticinensi culta, constans, minime pro varietate *Veronicæ spicatæ* habenda ,,. Demonstravi paulo ante, quid sit *Veronica arguta* Schrad., et Willd. fulcitus auctoritate Linkii En. alt. 1. p. 20. n. 173., ne dicam exemplaribus herbarii mei. Hæc res evertit ædificium Morettianum, ut Prof. Morettius cogatur quærere aliud nomen pro planta sua, et quoad allatam constantiam stirpis cultæ in horto bot. Ticinensi respondeo: Adeat vir clarissimus non hortum, sed nemora Ticinensia, ubi contra videbit multam inconstantiam in formis hujus plantæ a statu magis composito ad simplicissimum, a statura elatiore ad humiliorem, prout exemplaria mea ibi lecta facile demonstrant. Adeat pascua Taurinensia, in quibus Prof. Re eosdem lusus observavit, et diligenter attendat ad ea, quæ idem Prof. Re dixit in Fl. Tor. 1. p. 359. " Hanc « *Veronicam (argutam)* publici juris feci aucto« ritate Clar. Prof. Moretti; sed, si meæ obser« vationes aliquid valerent, minime dubitarem « asserere hanc stirpem a me ita multoties vi« sam fuisse foliis plus minusve acutis aut obtu« sis, diverse crenatis aut serratis, et quandoque « etiam totis integerrimis, non solum in variis « individuis in eodem loco natis, sed in eadem « planta, ut sentiam, eam pro *Veronica spica*« *ta* L. habendam adhuc nobis esse. Id confir« matur in recentissimo vol. 1. Sprengelii Syst. « veg. p. 71., et a Cl. Prof. Balbis in epist. 16. apri« lis hujus anni (1824.), cui specimina tradidi « consultationis causa ,,. Adeat montes Carniæ, et Floram Carniolicam summi botanici Joannis Antonii Scopolii, ut larvatas formas *Veronicæ* suæ facile cognoscat. Postremo Bononiam petat, et sylvæ Bononienses suppeditabunt ei *Veronicam*

spicatam L. cum innumeris lusibus, quibus hæc species subjacet, quos inter non deerit *Veronica arguta* Morettiana, non Schraderiana.

p. 63. Veronica *spicata* δ Bert.

Habui ab Eq. Parolinio lectam *alle Grotte d'Oliero* prope Bassanum.

p. 65. n. 3. Veronica *officinalis* L.

V. prætutiana *Morett. in Bibl. Ital. tom. 72. p. 217. n. 1.,* et Syn. Veronic. p. 9. n. 4.**

Habui ex *Piano di Sondrio* in *Valtellina* a Bergamaschio, et ex monte Cornu Prætutiorum ab Orsino.

Veronica prætutiana Morett. est ipsamet *Veronica officinalis* L. ex loco aspero quidquam macrior. Vidi apud Prof. Morettium, et postea obtinui ab ipso Orsino, qui exemplaria ejus suppeditavit Prof. Morettio.

p. 69. n. 6. Veronica *Beccabunga* L.

ε pusilla, caule subsesquipollicari; foliis semiunguicularibus, ellipticis.

Habui hanc varietatem ab Orsino, qui reperit in monte *Pelone* Prætutiorum.

p. 71. Veronica *Anagallis* δ Bert.

V. anagalloides *Morett. Syn. Veron. p. 12. n. 10.*

Prof. Morettius recepit *Veronicam anagalloidem* Guss. in speciem, absque eo quod illam viderit, neque curavit de Prof. Tenorio, et de me, qui et vivam, et siccam probe dignovimus. Recepit autem transcribens hæc verba: " Species *Veronicæ* « *Anagallidi* simillima; at quibus certis chara- « cteribus distinguatur, difficillime determinan- « dum ,,. A quonam philosophiæ, et critices botanicæ libro mutuatus est canonem recipiendarum specierum nullis certis characteribus distinctarum?

p. 76. n. 11. Veronica *prostrata* L.

Obtinui ex *Castello di Bergamo* a Bergamaschio, ex viciniis Asculi in Piceno, et ex monte Cornu Prætutiorum ab Orsino.

Veronica Orsiniana Ten. pace Prof. Morettii in Syn. Ver. p. 16. non pertinet, nec pertinere potest ad *Veronicam Teucrium* L., qua longe minor est, et foliis parvis, ovatis, plerumque prope basim pectinatis distinctissima juxta exemplaria autoptica, quæ possideo a Tenorio, a Maurio, et ab

Orsino. Res quoque patet ex verbis ipsius Tenorii in Viagg. in Abruzz. p. 43. n. 20., ubi dicit, se distinxisse a *Veronica latifolia* ob folia laciniato-dentata duplo breviora, et fatetur esse proximiorem *Veronicæ prostratæ*, pro qua habebat plantam hortensem cultam, sive lusum *Veronicæ prostratæ* folio angustiore. Profecto si contulisset cum *Veronica prostrata* spontanea, qualis communiter occurrit in collibus Bononiensibus, et qualem accepi ex Germania a Prof. Bernhardio Erfurtensi, et Berolino a Doct. Philippio, dixisset, esse omnino unam, et eamdem rem. Quod si Prof. Morettius habuit ex Bohemia plantam sub nomine *Veronicæ Schmidtii* similem *Veronicæ Orsinianæ* ad eum missæ a Tenorio, videat nequis error lateat in exemplaribus suis. *Veronica Schmidtii*, quam ego obtinui ex Germania a Panzero, est profecto longe major *Veronicâ Orsinianâ*, et caule robustiore, erectiore, foliis angustatis, elongatis pertinet, ut jam indicavi p. 78., ad *Veronicam Teucrium* L.

p. 78. n. 12. Veronica *Teucrium* L.

Quam plantam ex agro Forojuliensi olim mihi dederat Prof. Morettius pro *Veronica Teucrio*, cum reapse ad illam pertineat, indicavi sub hac ipsa specie, ut æquissimum erat. *Veronica dentata*, quam novissime describit in Bibl. Ital. tom. 72. pag. 217. n. 2., et in Syn. Veron. pag. 15. n. 16. (sit, necne bona species, mitto quærere), cum ab illo reperta fuerit in Carnia, non spectat ad Floram Italicam. Carnia nunc in Illyria est, ut antiquitus erat in Norico.

p. 80. n. 14. Veronica *Chamædrys* L.

Filius attulit ex sylva *della Madonna dell'Acero* in apennino Bononiensi.

p. 84. n. 17. Veronica *bellidioides* L.

Habui ex alpinis *della Valtellina*, et ex monte *Barbelino* in provincia Bergomensi a Bergamaschio.

p. 85. n. 18. Veronica *fruticulosa* L.

V. fruticulosa *Reichenb. Flor. Germ. excurs. 2. p. 364. n. 2512., et Cent. 10. p. 2. n. 905. tab. 905. fig. 1227.*

V. arbustulosa *Reichenb. Cent. 10. pag. 2. n. 904. tab. 904. fig. 1226.*

p. 86. n. 19. VERONICA *saxatilis* Lin. fil.

V. saxatilis *Reichenb. Fl. Germ. exc. 2. p.* 369. *n.* 2513., *et Cent.* 10. *p.* 2. *n.* 903. *tab.* 903. *fig.* 1223-1225. *Svensk. bot. tab.* 347.

Filius attulit ex vertice *Corno alla scala* in apennino Bononiensi.

p. 89. n. 21. VERONICA *serpyllifolia* L.

Filius attulit ex vertice *Corno alla scala* in apennino Bononiensi. Habui ex montibus Bassanensibus *Colalti* dictis ab Eq. PAROLINIO.

p. 90. VERONICA *serpyllifolia* ♂ Bert.

Obtinui ab eodem Eq. PAROLINIO ex monte *Grappa* prope Bassanum, et ex monte *Rubbio* Septem communium Vicetinorum.

p. 100. n. 29. VERONICA *agrestis* L.

Primus hanc speciem in Italia detexit Orsinus, et postea in Corsica Bubanius. Orsinus priusquam ad alios misit ad me, qui statim monui illum, plantam ejus differre a vulgari *Veronica agresti* Italorum. Misit deinde ad Cl. Tenorium, qui pariter distinxit, et indicavit pro vera *Veronica agresti* L. in App. 4. p. 4. his verbis: "*Veronica* in « agris obvia, cum *Veronica agresti* ab auctori« bus commutata, est semper mea *Veronica di*« *dyma*. *Veronica agrestis* vero nec circa Nea« polim, nec alibi unquam inveni; sed tantum « ad me misit diligentissimus Ursinus ex finiti« mis Aprutii regionibus, ad montem *de' Fiori* « collecta „. Postea in Viagg. in Abruzz. p. 43. n. 19. utramque speciem characteribus perquam evidentibus sic firmavit: "*Veronica agrestis* (quam « habuerat ab Orsino) differt lobis capsulæ acutis, « carinatis, stilum æquantibus, foliis ovato-oblon« gis, pedunculis foliis plerumque brevioribus. *Ve*« *ronica didyma* habet capsulas exacte didymas, « lobis omnino globosis, rotundatis, stilo multo « brevioribus „. Ad hæc non attendit Prof. Morettius, et de erroribus suis increpans alios perperam in Syn. Veron. p. 23. 24. conjunxit *Veronicam didymam* Ten. cum *Veronica agresti* L., et distinxit a *Veronica didyma* mea, de qua quidem *Veronica didyma* Ten. ego possideo duo exemplaria autoptica ab ipso Tenorio missa, quæ facile demonstrant esse identica cum planta mea, neque ullo pacto consociari possunt cum *Veronica*

agrestis L. ab Orsino, et a Bubanio apud nos reperta, et a me in p. 100. hujus voluminis descripta. De alio quoque errore Morettiano hic monere juvat, ubi in Syn. Ver. p. 23. dicit, *Veronicam agrestem* L. semper florere tardiori autumno, idest mense Octobri. Si Cl. vir superioribus diebus fuisset Bononiæ, vidisset, hanc speciem natam ex seminibus, quæ erueram ab exemplaribus siccis, missis ab Orsino, et a Bubanio, et quæ severam præcedente autumno, continuato curriculo floruisse a fine Februarii usque ad Majum. *Veronicæ* possunt esse biferæ, aut in calidiori climate præcociores; sed reapse sunt vernales, aut æstivæ.

p. 102. n. 31. VERONICA *Buxbaumii* Ten.
V. Buxbaumii *Engl. bot. Sup. v. 2. tab.* 2769.
V. persica *Morett. in Syn. Veronic. p.* 24. *n.* 35.

OBSERVATIONES ADDENDAE AD VERONICAS.

Prof. Re in Appendice altera ad Floram Pedemontanam, quam exhibuit in Mem. dell'Accad. di Torin. tom. 31. p. 190., affert *Veronicam digitatam* W., de qua ait: " Semel tantum lecta fuit « ad muros, et in area Collegii veterinarii a meo « discipulo Pollacini », quæ verba iterum adamussim retulit in Fl. Ped. 1. p. 33. n. 19. Ex his Prof. Morettius deduxit, *Veronicam digitatam* W. esse plantam indigenam Italiæ, et studuit carpere me de silentio ejus amplificans his verbis notitiam suppeditatam a Prof. Re: " Habitat ad mu« ros *alla Venaria* prope Taurinum, unde habui « a Prof. Re „ Bibl. Ital. tom. 72. p. 217. n. 3. « Speciei hujus nullam Bertolonius mentionem « facit in Flora Italica, quamvis in Italia eadem « certe nascatur, et unicuique notum sit, ipsam « a Prof. J. B. Re collectam atque ad botanicos « alios missam esse, nec non in Flora Taurinen« si locum habuisse „ Morett. in Syn. Ver. p. 21. n. 30. Quanta fides adhibenda sit his verbis, facile quis videt, si conferat cum illis, quæ Prof. Re tradiderat. Ergone planta semel reperta intra collegium, ubi est hortus botanicus, illico fit planta indigena regionis tam late extensæ, in qua nullibi reperta est ab aliis? Ergone planta semel

hic reperta missa est ad alios botanicos? Quis non ridebit de jocis istis? Profecto ad me missa non fuit, licet duabus vicibus petierim a Prof. Re, qui pluries mihi largitus erat plantas siccas. *Veronica digitata* Lamk. est planta indigena Hispaniæ, et Galliæ meridionalis, ut habemus ex Vahlio in En. vol. 1. p. 84.; si extenditur in Italiam, id erit in partem meridionalem ejus, non in septentrionalem; at nullus est, qui ibi spontaneam hactenus repererit. Observavi ego quoque in ambulacris horti botanici Bononiensis, neque ideo putavi esse plantam Italicam, cum ager Bononiensis nullimode eam alat, sicuti non alit ager Taurinensis.

Ex observationibus de *Veronicis* a me factis facile patet, nullam ex quatuor speciebus *Veronicarum* a Prof. Morettio propositis in Bibl. Ital. tom. 72. p. 217., et in Syn. Veron. adjici posse Floræ Italicæ, cum *Veronica prætutiana*, et *Sternbergiana* non sint bonæ species, et *Veronica dentata*, et *digitata* non pertineant ad Floram nostram.

p. 115. n. 1. Pinguicula *vulgaris* L.

Habui ex S. Gothardo Italico ab Eq. Bassio, et ex *Valtellina* a Bergamaschio.

p. 118. n. 3. Pinguicula *alpina* L.

P. alpina *Engl. bot. Sup. vol. 2. tab.* 2747.

p. 126. n. 3. Lemna *arrhiza* L.

Legi in Lunæ portu *al Molinello* ad aquas thermales.

p. 142. n. 6. Salvia *tiberina* Maur.

Ita melius sistenda descriptio floris in hac specie. Corolla tota dilute violacea, seu violaceo-rosea, mediocris magnitudinis; calyce duplo, aut parum ultra longior, extus pilis eglandulosis hirsuta, glandulis sessilibus, albis interjectis. Galea erectiuscula, angusta, compressa, superne falcata, apice biloba.

p. 143. n. 7. Salvia *garganica* Ten.

Sic restitue in descriptione ea, quæ pertinent ad florem. Incipit florere citius, quam *Salvia tiberina,* a qua differt corollis cæruleo-purpureis, galea latiore, magis curvata.

p. 144. n. 9. Salvia *pratensis* L.

Habui a Comollio lectam in monte S. Martini prope *Lecco* ad Larium.

p.146. n. 10. SALVIA *Verbenaca* L.
Habui a BERGAMASCHIO, qui legit Ticini in muro propugnaculi *alla Darsena*.

p.153. n. 15. SALVIA *verticillata* L.
S. napifolia *Bergam. Lett. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec. 2. tom. 7. p. 214.**
Ex apennino Bobbiensi ad radices montis *Boglelio a Cegni*. Habui a BERGAMASCHIO, et a Prof. MORETTIO.
Bergamaschius, emmendato errore, misit sub vero nomine *Salviæ verticillatæ* L. Prof. Morettius dedit sub nomine *Salviæ napifoliæ*, ut adderem Floræ italicæ. Sed pace Cl. viri *Salvia napifolia* Jacq. Hort. Vind. 2. p. 71. tab. 152. differt a *Salvia* montis *Boglelio* foliis radicalibus longa serie laciniarum lyrato-pinnatifidis, racemis virgatis, verticillis remotioribus, calycibus duplo, et ultra grandioribus præter reliqua. Eadem colitur a longinquo tempore in horto botanico Bononiensi; quare facile mihi fuit comparare illam, et distinguere a *Salvia verticillata* L. Cæterum non erit abs re hic monere, *Salviam napifoliam* Jacq. non esse indigenam Italiæ, licet id habeat Willdenowius in Sp. pl. 1. part. 1. p. 145., et post Willdenowium systematici omnes. Jacquinus, qui primus omnium eam evulgavit, id nunquam dixit, sed monuit, se accepisse semina a Prof. Marsilio, qui colebat in horto botanico Patavino.

p.172. n. 9. VALERIANA *tripteris* L.
Legi ad Larium *alla Pliniana*. Habui ex *Valtellina* a BERGAMASCHIO.

p.173. n. 10. VALERIANA *montana* L.
Filius attulit ex vertice *Corno alla Scala* in apennino Bononiensi.

p.180. n. 15. VALERIANA *saxatilis* L.
Habui ex montanis *di Val di Scalva* in provincia Bergomensi a BERGAMASCHIO.

p.189. n. 7. VALERIANELLA *dentata* Dufr.
Habui Reate in Sabinis ab ORSINO.

p.193. n. 11. VALERIANELLA *brachystephana* Ten.
Exclude plantam Gasparrinii ex Lucania prope *Castel grande*. Planta, quæ hic a me describitur, est tantum *Valerianella brachystephana* Ten. ex campis Prætutiorum.

p. 203. n. 1. CAMPHOROSMA *monspeliaca* L.
Habui ex litore Veneto ab Eq. PAROLINIO, et ex litore *di Cervia* in provincia Ravennati a BARBIERIO.

p. 206. CROCUS *vernus* β Bert.
C. vernus α parviflorus *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1, *p.* 85. *n.* 585.
C. vernus var.? C. albiflorus *Reichenb. Cent.* 10, *p.* 12. *n.* 934. *tab.* 934. *fig.* 1255.

p. 209. n. 3. CROCUS *Imperati* Ten.
Crocus Imperati Reichenb. Cent. 10. p. 13. n. 937. tab. 937. fig. 1260. differt a planta Tenorii, et mea toto flore æqualiter violaceo, etiam in fauce.

p. 210. n. 4. (err. 3.) CROCUS *minimus* Röm. et Schult.
C. minimus b corsicus *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1, *p.* 84. *n.* 581. excl. var. α.
C. minimus *Reichenb. Cent.* 10. *pag.* 15. *n.* 941. *tab.* 941. *fig.* 1267.

p. 213. n. 6. (err. 5.) CROCUS *variegatus* Schult.
C. reticulatus *Reichenb. Flor. Germ. excurs.* 1, *p.* 84. *n.* 582., *et Cent.* 10. *p.* 14. *n.* 939. *tab.* 939. *fig.* 1262-1265.

p. 213. n. 7. (err. 6.) CROCUS *biflorus* Mill.
C. biflorus *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 84. *n.* 579, *a. b. c., et Cent.* 10. *p.* 13. *n.* 935. *tab.* 935. *fig.* 1256.
C. biflorus var. pusillus, et var. lineatus *Reichenb. Cent.* 10. *p.* 13. *n.* 936. *tab.* 936. *fig.* 1257-1259.
Habui ex *Astino* prope Bergomum a BERGAMASCHIO.

p. 216. n. 9. (err. 8.) CROCUS *longiflorus* Raf.
Crocus longiflorus Reichenb. Cent. 10. p. 17. n. 946. tab. 946. fig. 1272. 1273. non refert nostrum, sive plantam Siculam. An potius pertinet ad plantam Dalmaticam, quæ ex literis Gayi ad me datis est diversa species, sive *Crocus Pallasii* Gold.?

p. 217. n. 10. (err. 9.) CROCUS *Thomasii* Ten.
C. Thomasii *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 86. *n.* 587., *et Cent.* 10. *p.* 19. *n.* 951. *tab.* 951. *fig.* 1281.

p. 218. n. 11. (err. 10.) CROCUS *medius* Balb.
Crocus medius Reichenb. Cent. 10. p. 16. n. 944. tab. 944. fig. 1270. est omnino diversus a planta Balbisii, et mea stigmate non multipartito-penicillato, foliisque angustioribus, synanthiis.

p. 225. n. 1. Gladiolus *triphyllus* Sibth.
Habui ex campis montanis *di Valsolda* in provincia Comensi a Comollio.
p. 232. n. 2. Iris *germanica* L.
I. germanica *Reichenb. Fl. Germ. excurs.* 1. *p.* 81. *n.* 565., *et Cent.* 10. *p.* 8. *n.* 924. *tab.* 924. *fig.* 1245.
p. 234. n. 3. Iris *pallida* Enc.
Habui ex collibus *della Volta Mantovana* a Barbierio.
p. 239. n. 7. Iris *sibirica* L.
I. sibirica *Reichenb. Fl. Germ. exc.* 1. *p.* 82. *n.* 568., *et Cent.* 10. *p.* 4. *n.* 911. *tab.* 911. *fig.* 1232.
p. 251. n. 1. Rynchospora *alba* Vahl.
Habui ex turfosis *di Luino* ad Verbanum a Comollio.
p. 260. n. 6. Cyperus *difformis* L.
Habui ex oryzetis *di Confienza* in *Lomellina* ab Eq. Cesate, qui dedit etiam exemplar capitulo unico, sessili, crasso.
p. 272. n. 14. Cyperus *Monti* Lin. fil.
Habui ex oryzetis *di Confienza* in *Lomellina* ab Eq. Cesate.
p. 297. n. 14. Scirpus *mucronatus* L.
Habui ex oryzetis *di Confienza* in *Lomellina* ab Eq. Cesate.
p. 302. n. 17. Scirpus *sylvaticus* L.
Habui ex viciniis Ticini a Bergamaschio.
p. 305. n. 1. Eleocharis *palustris* Röm. et Schult.
Habui ex paludibus *di Sarpico* in provincia Bergomensi a Bergamaschio.
p. 318. n. 4. Eriophorum *pubescens* Schult.
Habui ex humentibus S. Salvatoris in *Valtellina* a Bergamaschio.
p. 320. n. 5. Ita substitue.
Eriophorum *angustifolium:* calamo subtereti; foliis anguste linearibus, basi canaliculatis, longe triquetro-mucronatis; umbella spuria simplici; pedunculis glabris, villis hypogynis locusta quadruplo longioribus.
E. angustifolium *Curt. Fl. Lond. ed. Grav. tom.* 2. *tab.* 7.
E. polystachyon *Host. Gram. Austr. tom.* 1. *p.* 29. *tab.* 37. *Wahlenb. Fl. Suec.* 1. *p.* 55.
p. 321. n. 6. Eriophorum *gracile* Pers.
Sic emmenda observationem positam in calce.

Hookerus in Brit. Fl. edit. 1. p. 25., et edit. 2. p. 32. dubitat cum Wilsonio de differentia inter *Eriophorum polystachyon*, *pubescens*, *angustifolium*, et *gracile*, quod dubium non sat firmitudinis habere mihi videtur.

p. 332. n. 4. SACCHARUM *cylindricum* Lamk.
Habui ex Corsica *a Bastia* prope *la Concia delle pelli* a BUBANIO.

p. 335. n. 1. LEERSIA *oryzoides* W.
L. oryzoides *Nacc. Fl. Ven.* 6. *p.* 101.*
Habui Fossâ Clodiâ ex oryzetis *alla Busiola* a Prof. NACCARIO.

p. 339. n. 3. PHALARIS *nodosa* Syst. veg. ed. 13.
Habui ex Corsica *ad Ajaccio* a BUBANIO.

p. 342. n. 5. PHALARIS *minor* W.
Habui ex Corsica *a S. Fiorenzo* prope arcem *al Piano del forno* a BUBANIO.

p. 347. n. 1. PHLEUM *pratense* L.
Habui ex *Valtellina* in valle *Malereo* supra *Lanzada* a BERGAMASCHIO.

p. 350. n. 2. PHLEUM *alpinum* L.
Filius attulit ex vertice *Corno alla scala* in apennino Bononiensi. Habui ex monte *Braulio* in *Valtellina* a BERGAMASCHIO, et ex montibus ad Larium a COMOLLIO.

p. 352. n. 3. PHLEUM *echinatum* Röm. et Schult.
Habui ex insula *de' Brioni* ad Istriam a BIASOLETTO.

p. 355. n. 5. PHLEUM *asperum* Pers.
Habui ex agro Ticinensi, et ex *Castello di Bergamo* a BERGAMASCHIO.

p. 367. n. 3. CRYPSIS *alopecuroides* W.
Habui Româ a Prof. MAURIO.

p. 369. n. 1. ALOPECURUS *pratensis* L.
Legi Bononiæ in pratis.

p. 377. n. 1. KNAPPIA *agrostidea* Spreng.
Habui ex monte *Braulio* in *Valtellina* a BERGAMASCHIO.

p. 379. n. 1. POLYPOGON *monspeliensis* Röm. et Schult.
Habui ex litore Ostiensi a Prof. MAURIO.

p. 381. n. 2. POLYPOGON *maritimus* Röm. et Schult.
Habui ex palustribus Corsicæ prope *Bastia* a BUBANIO.

p. 393. n. 1. AGROSTIS *Spica venti* L.
A. Spica venti *Sav. Pugill. di piant. p.* 3.

p. 398. *n.* 5. Agrostis *alpina* W.
Habui ex monte *Braulio* in *Valtellina* a Bergamaschio.

p. 401. n. 7. Agrostis *nitens* Guss.
Habui ex maritimis Siciliæ ad Drepanum, et *al Braccetto* ab Eq. Gussonio.

p. 402. n. 8. Agrostis *vulgaris* Smith.
A. frondosa *Ten. Fl. Nap.* 3. *p.* 53. *tab.* 102. *fig.* 1.
Habui plantam in statu macriore, et fere pygmæo ex montibus ad Larium a Comollio.

p. 430. n. 8. Panicum *repens* L.
P. repens *Sav. Pugil. di piant. p.* 1.

p. 436. n. 2. Aira *grandiflora* Bert.
Kœleria setacea *Berg. Lett. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 7. *p.* 215.*
Habui ex monte *Lesima* apennini Bobbiensis a Bergamaschio.

p. 445. n. 9. Aira *spicata* L.
Habui ex monte *Speluga ne' Grigioni*, et ex monte *Braulio* in *Valtellina* a Bergamaschio, ex vertice montis *Legnone* ad Larium a Comollio.

p. 447. n. 10. Aira *cæspitosa* L.
Habui ex monte *Braulio* in *Valtellina* a Bergamaschio.

p. 450. n. 12. Aira *flexuosa* L.
Habui ex monte *Speluga ne' Grigioni* a Bergamaschio.

p. 455. n. 16. Aira *caryophillea* L.
A. caryophyllea *Sav. Bot. Etr.* 1. *p.* 56.*
Habui ex ditione Pisana ab Eq. Prof. Savio.

p. 458. Aira *caryophyllea* β Bert.
Excludatur synonymon Savii Bot. Etr. 1. p. 56., quod pertinet ad *Airam caryophylleam* L.

p. 472. Ova *Hemerobii Perla*, de quibus loquor in observatione ad *Andropogon angustifolium*, innotuerunt ante alios Josepho Montio, ut habemus in Cat. stirp. agr. Bonon. prodr. p. 40.

p. 473. n. 1. Sorghum *halepense* Pers.
Habui Fossâ Clodiâ a Prof. Naccario.

p. 502. n. 1. Sesleria *cærulea* Scop.
Habui ex Baldo a Prof. Naccario. Varietatem β obtinui Tergesto ad castellum *di Moccò*, et *Contovello*, tum ex summitate montis majoris a Tommasinio. Varietatem δ habui ex sylvaticis siccis circa Tergestum *a Colagna* a Tommasinio.

p. 518. n. 3. Poa *fluitans* Scop.
Habui ex paludosis *di Piè di lupo* in Sabinis ab Orsino.

p. 522. n. 6. Poa *rigida* L.
P. rigida *Bert. Lucubr. p.* 23. *n.* 126.
Gramen hortorum rigidulum tamariscinis glumis *Bonann. Panph. tab.* 90.

p. 525. n. 7. Poa *dura* Scop.
Cynosurus durus *Sp. pl.* 105. *et* 677.

p. 527. n. 8. Poa *alpina* L.
P. alpina *Bert. Lucubr. p.* 24. *n.* 139. *Sav. Pugil. di piant. p.* 4.
Gramen alpinum latifolium paniculis ex purpuro aureis *Bonann. Panph. tab.* 98.
Habui ex monte *Speluga ne' Grigioni* a Comollio.

p. 538. n. 13. Poa *trivialis* L.
Habui ex *Piè di Lupo* in Sabinis ab Orsino, et ex montanis ad Larium a Comollio.

p. 554. n. 20. Poa *Eragrostis* L.
P. Eragrostis *Bert. Lucubr. p.* 7. *n.* 22.
Gramen paniculis elegantissimis sive Heragrostis majus *Bonann. Panph. tab.* 10.

p. 568. n. 1. Dactylis *glomerata* L.
D. hispanica *Berg. Lett. in Giorn. di fis. &c. di Conf. e Brugn. dec.* 2. *tom.* 7. *p.* 215.*
Habui ex saxosis *di Stafora* prope *Varzi* a Bergamaschio.

p. 629. n. 18. Festuca *Michelii* Kunth.
Avena puberula *Link. Hort. Ber. descr.* 2. *p.* 369.

p. 634. n. 21. Festuca *uniglumis* Soland.
F. uniglumis *Palis. Ess. d' une nouv. Agr. expl. des planch. p.* 13. *tab.* 19. *fig.* 10.

p. 654. n. 1. Bromus *secalinus* L.
Habui ex Istria *a Zaule* a Biasoletto, et ex *Grignano* prope Tergestum a Tommasinio.

p. 657. n. 2. Bromus *racemosus* L.
Habui Tergesto a Biasoletto, Fossâ Clodiâ a Prof. Naccario.

p. 658. n. 3. Bromus *arvensis* L.
Habui ex Istria prope *Servole*, et *Muggia* a Tommasinio, Fossâ Clodiâ a Prof. Naccario.

p. 660. n. 4. Bromus *squarrosus* L.
B. squarrosus *Gaspar. Notiz. p.* 2.,* *et in Progr. delle scienz. lett. ed art. vol.* 4. *p.* 162.*

Habui ex districtu Tergestino a TOMMASINIO, et a BIASOLETTO, ex litore ad Fossam Clodiam a Prof. NACCARIO.

p. 663. n. 6. BROMUS *intermedius* Guss.
Habui ex Istria a BIASOLETTO.
Hæc species variat culmo glabro, nec infrequenter.

p. 671. n. 12. BROMUS *erectus* Huds.
Habui ex *Catinara, Zaule*, et *S. Canziano* a TOMMASINIO.

p. 674. n. 18. BROMUS *sterilis* L.
Habui ex districtu Tergestino a BIASOLETTO, et a TOMMASINIO, ex litore ad Fossam Clodiam a Prof. NACCARIO.

p. 680. n. 16. BROMUS *tectorum* L.
Habui ex muro oppidi *a Pollino* ab ORSINO.

p. 688. n. 4. STIPA *tortilis* L.
S. tortilis *Viv. Fl. Libyc. specim. p.* 6.

p. 716. AVENA *flavescens* γ Bert.
Habui ex monte *Speluga ne' Grigioni* a COMOLLIO.

p. 731. Synonymis generis ARUNDO addatur
Amagris *Rafin. Princip. de sémiol. p.* 27.

p. 734. n. 2. ARUNDO *pliniana* Turr.
A. Plinii *Turr. Animadd. in Farset. p.* 11.

p. 741. n. 5. ARUNDO *phragmitis* L.
A. phragmitis *Svensk. bot. tab.* 114.

p. 775. n. 2. ELYMUS *crinitus* Schreb.
E. crinitus *Gaspar. Notiz. p.* 3.,* *et in Progress. delle scienz. lett. ed art. vol.* 4. *p.* 163.*

p. 803. n. 6. TRITICUM *repens* L.
Habui ex monte S. Martini prope *Lecco* a COMOLLIO.

SPECIES ADDENDÆ.

1. SALVIA *scabrida:* micrantha; racemo ramoso; bracteis calyce brevioribus; corollæ galea extus hirsuto-glandulosa; foliis ovato-oblongis, exquisite cordatis, inæqualiter dentatis, sublobatis, subtus, cauleque scabridis.

Perenn. Habui ex viciniis *di Lecco* a COMOLLIO. Floret Majo, Junio.

Proxima *Salviæ campestri* M. Biebst. apud Reich. Cent. 6. p. 21. n. 529. tab. 529. fig. 725.; sed novissima hæc habet folia angustiora, vix cordata, fere æqualiter crenata, non lobata, ramos racemi elongatos, calyces grandiores, corollæ labium superius supra labium inferius magis inclinatum. Cæterum in planta nostra flores admodum parvi, cæruleo-purpurei, corollæ galea extus plus minus hirsuta, glandulis aureis, sessilibus, pedicellatisque hirsutiæ interjectis, stilus longe exertus.

2. Valerianella *laticuspis:* pusilla; foliis subintegris, inferioribus spathulatis, superioribus linearibus; caule bifido; floribus fasciculato-corymbosis; bracteis ovatis, margine membranaceis, ciliatis; achenio subgloboso, glabro, dorso tricolliculoso, antice turgido, umbilicato; corona foliacea, inæqualiter quinquedentata, dentibus dilatatis, mucronatis, achenio brevioribus.

V. tridentata *Gaspar. Notiz. p.* 9.,* *et in Progr. delle scienz. lett., ed art. v.* 4. *p.* 169.*

Ann. Habui a Gasparrinio ex herbidis apricis Lucaniæ prope *Castel grande a Monte Giano*. Floret Aprili, Majo.

Fedia tridentata Stevenii apud Reichenbachium Cent. 1. p. 53. n. 64. tab. 64. fig. 131. habet caulem altiorem, ramosiorem, bracteas angustiores, coronam achenii diversimode sectam, et denticulis minutissimis præditam.

3. Rhyncospora *fusca:* foliis filiformibus; spica composita, terminali, oblonga, acuta; floribus triandris; setis hypogynis ternis.

Schœnus fuscus *Sp. pl.* 1664. *Engl. bot. v.* 22. *tab.* 1575.

Perenn. Habui ab Eq. Cesate, qui reperit in turfosis prope *Basisia* ad lacum *di Pusiana* in provincia Comensi, et ex viciniis *di Locarno* in pago Ticinensi Helvetiorum a De Notaris, qui dedit ipsum exemplar Schleicherianum. Floret Majo, Junio.

4. Eriophorum *polystachyon:* calamo tereti; foliis lato-linearibus, inferne planis, carinatis, apice longe acuminato-triquetris; locustis crasse ovatis, pedunculis glaberrimis, fructiferis cernuis; villis hypogynis locusta triplo longioribus.

E. polystachyon *Sp. pl.* 76. *Engl. bot. v.* 8. *tab.* 563.

Perenn. Habui ex monte *Zarada* in *Valtellina* a Bergamaschio. Floret Aprili, Majo.

5. Aira *hirsuta:* pumila; culmo superne, rachide, locustisque villosis; racemo composito, laxiusculo;

calycibus subbifloris; valva corollina externa apice acuminato-aristata.

A. hirsuta *Schleich. Pl. sicc.**

Festuca hirsuta *De Cand. Fl. Franç.* 3. *p.* 53. *n.* 1592.

Kœleria hirsuta *Gaud. Fl. Helv.* 1. *p.* 267.

Perenn. Habui a Comollio, qui legit in monte *Legnone* ad Larium, in monte *Valdone* in *Valtellina,* et in monte *Speluga ne' Grigioni*. Floret Julio, Augusto.

INDEX

GENERUM, SPECIERUM, et VARIETATUM

QUÆ IN HOC PRIMO VOLUMINE COMPREHENDUNTUR.

(Charactere italico habentur synonyma)

In hoc Volumine I. describuntur

GENERA 104.
SPECIES 481.

BONONIÆ

EX TYPOGRAPHÆO RICHARDI MASII

SUMPTIBUS AUCTORIS.

Impressio finita est idib. Jul. ann. MDCCCXXXIV.

ERRATA CORRIGE

pag.	lin.	ERRATA	CORRIGE
12	3	adhunc	adhuc
19	2	crassitiei maximæ variæ	crassitiei maxime varia
29	2.3	tab. 2609.	tab. 2606.
70	32	Varietas β	Varietas δ
149	13.14	botabico	botanico
161	25	Itai. (*in nonnullis exemplaribus*)	Ital.
195	18	præditum	prædito
210	28	3.	4.
212	1	4.	5.
213	1	5.	6.
ibi	38	6.	7.
215	15	7.	8.
216	35	8.	9.
217	32	9.	10.
218	22	10.	11.
244	45	*Deslonch.*	*Deslongch.*
245	10	*p.* 16.	*p.* 216.
295	15	*p.* 554.	*p.* 534.
304	44	con aliis	cum aliis
320	20	epigynis	hypogynis
324	31	*fasc.* 1.	*fasc.* 2.
331	38	*ægyptiaceum*	*ægyptiacum*
361	37	nervis viribus	nervis viridibus
384	10	*Pertuato*	*Perticato*
411	23	ad *Dactylem litoralem* W.	ad *Dactylis* speciem
486	38	Fosculi	Flosculi
526	11	cisrhrenana.	cisrhenana
542	11	*Engl. Fl.* (*in nonnullis exemplaribus*)	*Smith. Engl. Fl.*
552	11	*Axi*	*Axe*
ibi	12	*axi*	*axe*
573	31.32	tamen, callo	tamen callo
718	14	*Wild.*	*Willd.*

pag.	lin.	ERRATA	CORRIGE
756	45	berb. Mont.	herb. Mont.
760	15	artistæ	aristæ
776	18	repertum est	repertus est
786	24	*a' Monfalcone*	*a Monfalcone*
800	26	in athesi	in anthesi
848	27	arrhiza	arhiza
859	16	*Ægilops*	*Ægilops* 784.
866	11	litoralis 561.	litoralis 571.

Reliquos errores, siqui sunt vel in dictione, vel in typographia, lector benevolus ignoscat.

Die 21.ª *Julii* 1834.

VIDIT pro Collegio Medico Chirurgico

F. MONDINI Præsidis vices gerens.

Die 24 *Julii* 1834.

VIDIT

ALOYSIUS BABINI Doct. Coll. S. T.

Die 25 *Julii* 1834.

IMPRIMATUR

LEOPOLDUS Archip. PAGANI Prov. Gen.